

615874448

P U B L I I
OVIDII NASONIS
METAMORPHOSEON

LIBRI XV.

CUM INTEGRIS

JACOBI CONSTANTII PANENSIS,

HENRICI LORITII GLAREANI,

JACOBI MICYLLI, HERCULIS CIOFANI,

DANIELIS ET NICOLAI HEINSIORUM,

ET EXCERPTIS ALIORUM

NOTIS,

QUIBUS ET SUAS ADNOTATIONES

ADIECIT

PETRUS BURMANNUS.

TOM. II.



AMSTELODAMI,
APUD JANSSONIO WAESBERGIOS.

M. D. C. XXVII.

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBRI XV.

METAMORPHOSEON

SERIES COMPENDIOSA,

EX

GUILIELMI CANTERI

NOVARUM LECTIONUM

LIBRO I. CAP. XX.

NASONIS EPIGRAMMA.

ORba parente suo quicumque volumina tangis,
His saltem vestra detur in urbe locus.
Quoque magis favcas, non sunt haec edita ab illo,
Sed quasi de Domini funere rapta sui.
Quidquid in his igitur vitii rude carmen habebit,
Emendaturus, si licuisset, erat.



*Ex*istimo equidem multis, cum Ovidii Transformationes legunt, idem quod mihi saepe, contingere: ut perpetuam illam & nunquam interruptam narrationum tam variarum connexionem satis mirari nequeant: quodque in hoc Opere Poëta tam convenienter proposito suo, à prima mundi origine ad sua usque tempora, perpetuum carmen artificiosissime deducat. Quas quidem res ita me semper delectavit, ut temperare mihi tandem non potuerim, quin, Opere toto semel percolato, ordinis rationem per singulas fabellas considerarem, atque adeo totum Opus quasi in Epitomen quandam redigerem: ut quam ex partibus singulis olim voluptatem ceperam, eam post è toto poemate breviter sub oculis posito, longe plenior perciperem: & poëtae ingenium ut in aliis rebus multis, ita in hac praecipue non vulgare fuisse deprenderem. Hujus porro voluptatis fructum ut cum aliis etiam, nec incivis fortasse, communicemus; visum est hoc loco Transformationes Ovidii, quam brevissime fieri potuit, excerptas, Laetiori, tanquam in tabella, spectandas proponere: earumque methodum omnem velut digito commonstrare. Ea vero talis est.

LIBER I. Principio Chaos in elementa quatuor distinguitur, quibus cum sui darentur singulis incolae; homo ex terra & aqua creatus est. Secutae sunt aetates hominum quatuor. In quarum postrema de Gigantum sanguine nati sunt homines. Qui cum essent impii, Jupiter, quavis antea Lycæonem in lupum mutarat, generali nivoluminus supplicio diluvium inducens, omnia in aquam convertit. Hic soli relinquuntur superstites, Deucalion & Pyrrha. Qui post redditam terram, jactis post terga lapidibus, humanum repararunt genus. Nam reliqua quidem animalia sponte sua ex humore & calore prodierunt. In his etiam Pytho serpens. Quem cum Apollo interemisset, Pythios ludos in rei memoriam instituit, quibus victores osculea corona donabantur. nondum enim extiterat laurus, donec in eam Daphne puella fuit conversa. Quod cum accidisset, tum ad patrem ejus Penem, reliquis survis, sive congratulandi, sive etiam consolandi gratia congregatis solus desideratus est Inachus, quod de filia Ione sollicitus esset, quam Jupiter post stuprum in juvencam commutarat. Ea cum ab Argo cussidiretur, hanc Mercurius, narrata prius Nymphae Syringis in arundinem Transformatione, occidit.

cujus oculi deinde à Junone in pavonem collati fuerunt. Tum Io pristina mulieris forma recepta, Epaphium parit.

LIB. II. Qui cum aliquando Phœtibonti Apollinem, ut falsum ac supposititium patrem, objecisset, ille curvis Solaris imperium ad diem unum à patre in pignus veracis stupis petiit. Quo impetrato, terra ab eo tota accenditur, & inter cetera nigrescunt Aethiopes. Phœthontem deinde fulmine percussim dum lugent sorores, & una cognatus Cygnus; illae in avdores, hic in cygnum mutatur. Tum Jupiter lapsato terrarum orbe, ac pristino rigori restituto, in Callistorem incidit, tanquam sumpta Dianae forma stupravit. Ob id irata Juno, Callistorem in ursam convertit: quam postea Arcas filius transfusus fuerat, nisi utramque Jupiter inter sidera retulisset. Quae de re cum apud Oceanum Juno conquesta esset, in coelum relata sui humeris pavonem, qui nuper variati fuerat: sicut & Corvus nuper ex albo niger erat redditus, cum Cornicis monitis, quae illi tam suam in cornicem, tum Nyctimerus in nocturna mutationem explicarat, non obtemperasset: verum audacter Caronidis adulterium ad Apollinem detulisset. Ejus deinde filio, Asculapio, dum futura praedicit Ocyroë; in equam irâ deivâ vertitur. Tum Chiron pater Apollinis auxilium frustra invocavit: quod ille jam in Elide pastor factus, aliud ageret, neglectis etiam herbis. Id quod Mercurio furandi occasionem dedit, qui deinde, Batti, (is erat solus furti conscius) perfidiam se commutondo deprehensa, ipsam in indicam lapidem convertit. Inde in Atticam ingressus, Herse, Cecropis filia, peritur. Cui dum incidet soror Aglaurus, in saxum obruegit. Postea Jupiter, cum ipsam boves Agenoris ad litus advertere jussisset, sumpta tauri specie, Europam per mare in Cretam transiecit.

LIB. III. Ubi Agenor Cadmum jubet filiam amissam investigare. Quod dum ille facit, & dentibus draconis occisi satis, enascuntur homines: cum quibus ille deinde Thebas condidit. Unic primam valde luctuosa fuit nepotis Actaeonis in cervinum mutati dilaceratio: quareis Junoni grata fuerit, quae Semelen pellicem oderat. Ideoque ad ipsam facie Berœs nutrici accedens, mitem illi procuravit. Paulo post Jupiter cum Junone disputans, utra sit Venus suavior, Tiresiam adhibet arbitrum: quaequeque fœxam utramque fuerat expertus. Is lata contra Junonem sententia, ab illa quidem visu privatus, à Jove autem vaticinandi scientiam consecutus est. Primam ejus oraculum in Narcisso comprobatum fuit: qui cum puellas omnes, inter quas & Echo prae amoris impatientia in vocem fuerat conversa, contempsisset, sui ipsius denique amore contabescens, hos factus est. Pentheus tamen vatem hunc irridebat, quamquam & ipsi vera praedixerat. Nam, cum Bacchi celebrarentur Orgia, ille simulam quendam saevorum, postquam natus in pisces fuisse transformatus intellexerat, in vineam coniecit: atque inde à Baccho fuit discorsus, id quod magnam apud omnes fidem sacris concitavit.

LIB. IV. Alcathoë tamen, uno cum sororibus, constantior ea contemnebat. Sic ut festo die carias ad coelum historias illae inter se narrare coeperint, partim de moris devigratis, partim de Apolline in Euryomenem exeso, ut cum Leucothoë concumberet: quae omnem Chytis velotypa in heliotropium mutata: partim etiam de Hermaphrodito & Saluacide nymphâ, in unum corpus concretis. Quo facto, sorores ipsae in vesperiliones, earumque tela in vitem & pampinos transformatae sunt. Haec de re cum Aegei lactaretur, magnus ei dolor oblati est: cum Ixo & Athamas in mare per insulam profugerunt, satique sunt dii marini. Quos dum mulieres Thebaeae pro mortuis deplorant, in saxa & volucres commutantur. Cadmus quoque haec calamitate commotus, relicta Thebis, in Illyriam cum uxore profectus est. ubi uterque anguineam formam accepit. Solus ergo restabat de Bacchi contemptoribus Acrisius, avus Persei,

qui Gorgonis caput amputavit, & ejus guttis in terram delapsis angues exorti sunt: & Atlantem in montem, virgasque, post Andromedam liberatam, in lapides convertit. Orto deinde in nuptiis tumultu, Phineam cum suis, unaque Proctum & Polydeum, saxeis reddidit.

LIB. V. Tum Pallas, quae haecenus comes fuerat, ipso relicto, in Heliconem se confert, ut Hypocrenen inspiciat. Ibi narrat illi Musae de Pyreaco, & Pieridibus in picas conversis; postquam, cantu de variis transformationibus insilito, cum ipsis convulsi sunt.

LIB. VI. Quo exemplo mota Dea, animum se fecit. Itaque inito cum Aracine texendi certamine, postquam utriusque tela varias transformationes representavit, ipsam in araneam mutavit. Nihil tamen hoc Niuben movit, quo minus amissis liberis in saxum obdurefceret. Quo quidem cognito, vulgus Lycios rusticos in ranas à Diana versos, & Marsyam ab Apolline excoriatum, in memoriam revocavit. Cumque ad consolandos Thebanos urbes finitimae convenissent, soli defuerunt Athenienses: quoniam à Tereo Rege infestabantur. Qui deinde stuprata Philomela, in vaporem transformatus fuit: quem admodum & Philomela in lusciniam, ac Proene in hirundinem. Quae res Pandioni scerero intellecta, mortem attulit. Huic in regno successit Erechtheus, è cuius filia Orithyia, Boreas Calais procreavit & Zethen. Qui in Argonautarum numero quantam fuerunt, cum Jason, feminatis serpentis dentibus, è quibus homines armati prodierunt, & dracone sopito, vellus aureum retulit.

LIB. VII. Is postquam domum cum Medea rediit, Aesoni illa juvenutem reddidit. Eandemque Peliae pollicita, praemisso arietis in agnum reformati specimine, dolo eum occidit. Inde per varia loca multis insignia transformationibus delata, post occisos liberos, Aegeo nupit. Contra hunc postea bellum movit Minos; collectis undique copiis: ut & è Paro. Quis cum Aene quondam prodidisset, in monedulam fuerat conversa. At Aeacus ab Aegeo stetit, & ad eum Myrmidones suos, è formicis ortos, auxilio misit, ducem Cephalo: qui olim uxorem suam, mutata sibi forma, in adulterium pellexerat, canemque suum simul cum vulpe in saxa converti viderat.

LIB. VIII. Minos interim Alcathoë obfœci. qua capta, Nisus in baliaetum & Scylla in cirin fuerat translata. Hinc in Cretam ille reversus est, ubi Minotaurus labyrinthi erat inclusus, quem cum Theseus de medio sustulisset, cum Ariadne in patriam rediturus, eam in itinere dereliquit. Tunc eam Bacchus assumpsit, ejusque coronam inter sidera collocavit. Icarus vero, cum ex insula conaretur post patrem evolare, submersus est: ejusque exsequias celebrantem patrem vidit perdis, è Talo nuper transformata. Theseus interea cum valde celebris jam esset, ad aprum Calydonium, cuius interfectore sublato, sorores ejus in Meleagrides aves mutatae sunt, fuit convocatus. Inde ad Acheionem divertitur, & Erichinades insulas conspicit, in quas Naiades erant conversae. Quod ita fieri potuisse Laex, primum Baucidis & Philemonis probat exemplo, qui in arbores fuerint commutati: sicut & domus ipsorum in templum, ac pagus ipse in stagnum. Acheion deinde Protei & Mestrae transformationes adjicit, ac saas denique, quibus usus quondam fuerat, cum ipsum premeret Hercules, gratia Deivinoe.

LIB. IX. Haec illi postea vestem misit, qua perit (postquam Liebas in scopulum fuit translatus) & in coelum traductus est. Tum Alcmena ad Iolam se contulit: sique Galanthisdem in mustelam, & illa vicissim sororem suam in arborem conversam narravit. Interim supervenit ipsis Iolais, reparata per Heben juvenute. Id quod non posse omnibus contingere, Jupiter Aeaci exemplo docet. Hunc fugiens Miletus, in Asiam discessit, & Byblidem procreavit atque Caunum: cuius illa desiderio tabefacta, in fontem perit.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER PRIMUS.

IN nova fert animus mutatas dicere formas
Corpora. Di coeptis (nam vos mutâllis & illas)

Ad-

perit. Quae quidem res magis mira cunctis visa fuisset; nisi paulo ante Iphis, ipso nuptiarum die, virilem sexum accepisset.

LIB. X. His porro impitis qui interfecerat Hymenaeus, ad Orpheim inde se contulit, sed malo omnino. quandoquidem mox obiit Eurydice, & postea secundo. Cum quidem non aliter oblitus Orpheus, quam qui Cerbero conspecto fassus est effectus. Postea cum in monte quodam varias transformationes lyra exprimeret, accurrerunt arbores omnes, & inter ceteras pinus ex Aty, & cupressus à Cyparisso mutata.

LIB. XI. Hinc Thraeciae mulieres cum illum dispersissent, in arbores mutatae sunt. Tum Baeceus à Thracia recessit, & Midas pro Sileno restituto auri copiam fecit. cuius cum illam posuisset, in Paedolo lotus, arenas ejus aureas reddidit. Postea Phoebus pro iniquo iudicio aures illi asininas tribuit. Quo factò, Trojae moenis, humanam in aetate formata, exsternit. Hanc urbem postquam cepit Hercules, Hesbonam Telamoni uxorem dedit: quandoquidem Peleus jam Theidem post multas ejus transformationes duxerat: & ad Ceyxem postea profectus, Daedalionem in accipitrem, & Iphum in lapidem conversam, partim intellexerat, partim ipse viderat. Accidit deinde, ut Aleyone, marito post naufragium sub Morphe figura secundum quietem conspecto, in avem, sicut & maritus, mutaretur. Quos in aëre volantes cum animadvertissent quidam, Aesacum quondam in mergum, qui tunc sorte aderat, meminere transformatum.

LIB. XII. Haec tunc Priamus pater, tanquam mortuo, exequias fecit una cum filiis, excepto tamen Paride, qui in Graeciam profectus erat: quemque deinde persecuti Graeci, draconem Aulide lapideum viderunt reddidit. Inde Cygnus ab Achille occisus in avem vertitur, cum invulnerabilis fuisset, ut & Caenis olim in Caenonem, post in avem, commutata. Quod cum narrasset Nestor, Peridyemini quoque transformationes adjuvit.

LIB. XIII. Neptunus deinde Achilli mortem procrat. De cuius armis Ajax & Ulixes post marem contendunt. Ajax vero haec de exussa morte, sanguis ejus in hyacinthum vertitur. Capta jam Troja, Hecuba fit canis. Cuius infortunium cum dii viderent deplorarent, Aurora sola Memnonem duntaxat, avem jam factum, laebat. Aeneas porro profugus ad Aeniam, cuius filios in columbas erant conversae, atque deinceps loca transformationibus clara, delatus est. In Latium denique ut venit, bellum cum Turno suscepit.

LIB. XIV. Is cum per Veiculum peteret auxilium à Diomede, cuius socii in aves fuerant mutati, repassam tulit; redeunte Fovula per ea loca, in quibus pastor quondam in oleastrum erat conversus. Postea neces Aeneae in proelio Nymphae sunt. Sicut & Andraea, post occisum Turnum, avis, atque Aeneas ipse, Indiges. Successerunt hinc Reges alii. Quorum inter ceteros sub Proci floruit Pomona, quam cum amaret Veftantius, sumpta primum avis forma, & Anaxarotes in saxum conversae exemplo usurpato: deinde rursum juvenis factus, voto petitur. Inde sub Nymitore aquae frigidae reddamur collatae. Cui qui successit, Romulus, factus est Quirinus; cuiusque uxor. Ori dea.

LIB. XV. Secutus est Numa: qui cum de originibus Crotonis inquireret, nigros calcas quondam in albos fuisse commutatos comperit. & Pythagoram de perpetuis rerum transformationibus disputantem audivit. Mortuam deinde Numam desens Aegeria, nec Hippolyti, qui duas ipsi conversas proponebat, consolationem admittens, in fontem liquescit. Ad quod non minus fuit mirandum, quem quod Romuli laucea arbor, aut Cippus factus est convatus. Julius Caesar denique in stellam post obitum commutatus fuit.

METAMORPHOSEON.] Quod primum quidam cavillatur, contendentes, non *Metamorphoses*, sed *Metamorphoson* opus inscribi debere, ne refellendum quidem videtur, cum omnia & vetusta & nova exemplaria, in quibus *Metamorphoson* legitur, manifestum faciant omnibus recto saneque iudicio praeditis, *Metamorphoson* unitatis numero ab Ovidio fuisse inscriptam. At multi *Metamorphoson* scriptores Graeci fuerunt. Quasi vero quicumque id neget, ac non cuique vel leviter Graeci literis imbuto, passim legere sit saltem apud Stephanum, auctores quosdam citari in primo vel secundo *Metamorphoson*. Sed Ovidius vanam illam observationem neglexit, totumque opus, in quo transmutationes describuntur, non alter *Metamorphoson* inscripsit, quam Salustius *historiam*, Virgilius *caecum*, Quintilianus *institutionem oratoriam*, & Plinius *naturalem historiam*. Id vero Quintilianus quoque nostri auctoritate facile comprobatur, qui in quarto Institutionis Oratoriae volumine ita scribit. *Ille vero frigida & parvulis est in scholis affectatio, ut ipse transitus efficiat aliquam utriusque sententiam, & huius velut praestigiae plausum petat, ut Ovidius lascivire in *Metamorphoson* solet, quem tamen excusare necessitas potest, res diversissimas in speciem unius corporis colligentem. Quid? quod Ovidius ipse alibi id approbare videtur, cum inquit. *Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae.* Ac si diceret, *Metamorphoson*. Nam *metamorphoson* ad verbum, formae mutatio interpretatur. Rhetos. Epigrapha est, sive Titulus operis, continens generalem propositionem totius argumenti. Significat enim *μεταμορφωσις* Graecè, idem quod Latinis *transformatio*: ducta voce à Graeco verbo, *μεταμορφωσθαι*, quod Latine *transformati*, aliamque figuram ac faciem induere significat. Describit enim in his libris Ovidius pleraque transformationes cum rerum tum personarum, quae jam inde ab initio mundi usque ad ipsius tempora accidisse fabulis traduntur. Quo quidem opere exemplum Parthenii Chii poetae imitatus dicitur, qui idem argumentum jam antea Graeco*

poëmate tractasse fertur. Sic & Virgilius, Homerum, Hesiodum, & Theocritum: Horatius, Pindarum: Valerius, Apollonium, nempe alii alios imitati sunt. Tanta autem huius operis grata etiam apud Graecos fuit, ut idem ex Latino sermone in suum versibus translulerint. Neque ullum ferè poëma invenias, quod tanta facilitate fluat, adeo ut dum ingenio suo Poëta indulget, sed eruditione quid attinet dicere? quae tanta, tamque varia & abstrusa in his libris est, ut multa in sisdem loca ne à doctissimis quidem haecenus explicata, aut etiam intellecta satis fuerint, omninoque Dello quodam, ut proverbio dicitur, natatore indigeant. Sed haec hactenus. Disputant autem quidam, utrum singulari numero *Metamorphoson* Ovidii, dicendum sit, perinde ut *Thebais* Statii, *Aeneis* Virgilio &c. an verò pluraliter libri *Metamorphoson*, Graecorum more, apud quos eodem numero ac modo quidam citantur: quando non una eademque de re in hoc opere, sed de multis ac variis mutationibus tractatur. Atque ego quoque in ea sententia sum, ut posteriorem titulum non minus quam priorem probem. Sed tamen quia veterum exemplorum scriptura, quam Regius allegat, deinde & Fabii auctoritas repugnat, apud quem lib. iv. singulari casu, *Ovidii Metamorphoson* dicitur, cum de toto opere intelligatur, priorum editionum inscriptionem retinimus. Nam quod idem Regius hos versus ex tercio Tristium, allegat:

*Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae,
Carmina de domini iunioris rapta sui.*

Huic contra opponi poterat, quod apud eundem poëtam in primo Tristium legitur:

*Carmina mutatae hominum dicentia formae,
Infelix domini quod fuga rapta opus.*

Et quod Plinius libros suos, *Historiam naturalem*; Virgilius item *Caecum*, singulari numero inscripsit: ei rursum opponitur, quod idem Virgilius alios libros *Coegitica*, Flaccus suos *Argonautica*, Ovidius quosdam *Haliensis*, eodemque modo

Adspirate meis, primaque ab origine mundi
Ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

FAB.

alii alia inscripserunt. Sed hanc rem aliorum iudicio disceptandam relinquimus. MICELLUS. Valet, uti par est, plurimum Fabii auctoritas; qui l. xv. Insitit. cap. 1. *Metamorphoses* mentionem facit in singulari. Apulei epigraphae etiam singularis est, ut quae sui ipsius unica & singularis *Metamorphosis*. Virgii *Aeneis*, Statii *Thebais* & *Achilleis* esse tantum item singularia; ut quae unius personae, aut uno in loco gesta referant. Praevalident tamen in opere ipso multifariae transformationes, ut *Metamorphosis* in multitudinis numero inscribatur opus; tum Graecorum exemplum, quos sibi Notter, concinnatis potius illorum rhapsodiis, quam completis scripturis, imitandos fuisse. Namque Panchemus poeta Chius, cujus unicus, quod scio, superest verus ab A. Gellio citatus l. 13. cap. 25. ejusdem argumenti opus inscripsi plurale. Sumi item Antoninus Liberalis *Metamorphosis* *Συναγωγὴ τῶν μεταμορφώσεων βιβλίον*. Antigonius Ἰλλυρῶν, Didymarchus *Μεταμορφώσεων βιβλίον*, Antigonius Ἀλλωῶν, Corinna Ἐπειῶν βιβλίον, Planudius denique Graecam suam poetae nostri versionem inscripsi *Μεταμορφώσεων*. Quin & MSS. quorundam mihi utiam indidit benignitas clarissimi atque eruditissimi Viri Domini Rogeri Twissen, Episcopi Aarsti & Baroneti, titulum praefecit pluralem. FARNABIUS. METAMORPHOSON LIBER PRIMUS. Nihil verius hac lecturae, quam optimus liber Berneggerianus, alter codicum splendissimi Episcopi ac Baroneti Rogerii Twissen, & Patricii Sancti Joannis in Vindobona agnoscunt, sub finem quoque voluminis ex Balthasaris Moreti V. Cl. codicibus unius, & initio libri septimi Mediceus primae novae sic exhibebant. Neque alter Graeca horum librorum *Metamorphosis* Planudae. Reliqui METAMORPHOSOS, perperam: uti Farnabius quoque jam vidit. Gemina huius poematis inscriptio extat apud Senecam patrem Epitome *Conversor. lib. iii. cap. vii.* & apud solum in Apocolocyntosi, apud Tertullianum quoque adversus Valentianum, Fulgentium libro 11. Mythologici, Servium saepe & passim apud Prudentium, quamquam apud hunc contracte nonnunquam *Metos*, vel *Metamorph.* exaratum occurrit, quomodo & his apud Probum, apud Servium lib. xii. Aeneid. mendose legitur de Apolline, *Ipse in Graecis Metamorphosis ait, Inventionem medicinae meam est*, cum *Metamorphosis* sit scribendum Graeca enuntiatione. idem ad ver. 10. *Eclog. v. sit Ovidius in Metamorphoson libro*, ubi agit de Phyllide in Amygdalum transformata, quam tamen falsam Ovidius in *Metamorphoseon* libris non est profectus. Apud Quintilianum etiam lib. iv. cap. 1. Institutionum Oratoriarum, in vulgatis exemplaribus male *Metamorphosis* pro

Metamorphosis hoc poema inscribitur. & apud D. Hieronymum Comment. in caput 11. *Jonae legant quidem libros Nasonis Metamorphosis* mendose in codicibus editis. Ad Graecorum quippe exemplum *Μεταμορφώσεων* titulum huic operi Nalo praefecit. Callisthenis *Μεταμορφώσεων* à Plutarcho citatur in Parallelis. Male apud Apollonium in *Διγενῶν περὶ οὐρα*, legitur *Καλλισθένης ἐν διγενῶν Μεταμορφώσεων*, pro *Μεταμορφώσεων*. Citat & Panchemus *Μεταμορφώσεων* Eustathius Scholis in Dionysium Periegetem; & Theodori idem Plutarchus in Parallelis cap. xxii. cum Stobaeo; Didymarchi Antoninus Liberalis narratione xxxii. qui & ipse opus suum, quod etiam extat, *Μεταμορφώσεων Συναγωγὴν* nuncupavit. Ejusdem argumenti fuerunt Nicandri *Ἐπιτροπικῆνα*, Corinnae *Ἐπειῶν βιβλίον*, Antigonii *Ἀλλωῶν*, quarum idem Antoninus alique meminerunt, ut jam ex parte à Farnabio est observatum. Sed & Apulei Mileticae *Μεταμορφώσεων* vel *Μεταμορφώσεων* titulo vetuli codices & scriptores ex antiquis nonnulli laudant. ego posterioriorem tamen trulium genuinum puto. nam quauquam una transformationum Magicarum illic praecae ceteris principatum tener, tamen compleres eo in opere recensentur. Quid quod Apulejus sibi Lucium Iatensem sibi imitandum proposuit? qui libros ejusdem argumenti *Μεταμορφώσεων Ἰδύων*, teste Phouii Bibliotheca inscripserat. HEINS. apud Quintil. lib. iv. c. in Benensi codice erat, ut *Ovidius Insitit in Metamorphosis* sol. unde frustra inde praefidium petitur.

1. *In nova sibi animus, etc.* Si uis unquam poetarum dignum factis suis encomium habuit, atque inde etiam nomen, certe hic poeta merito ingeniosus dicitur: quod ipse de se fatens non dubitavit: *Ἰσχυὸν περὶ Νάσου ποῖτα υἱοῦ*. at hunc quidam exponentes nimis ingeniosi & ipsi vident volunt: ut qui hoc loco Ovidium Graece orsum affirmant *ἰσχυὸν ποῖτα ἀνέπεσε*. Mira vero subtilitas, & quae requirit iudicantem philosophum, magis ad rem erat, quod alii admonuerunt, hypallagen hic esse, cum dicit, formas mutatas in nova corpora, pro corpora in novas formas, atque adeo allusionem esse ad nomen ipsum *Μεταμορφώσεων*. GLAREANUS. Mos est poetarum non Epicorum solum, proponere, invocare, ac narrare; sed illorum quoque, qui elegiacis versibus conscripserunt, ut videre licet in Fastis Ovidii. Ac praeterea Statius, qui cum lyrico carmine vellet ludere, Pindarum poetam, qui in hoc carminis genere vixit, invocavit. Sit enim lib. iv. Silv. vii. 5.

*Tuque regnator Lyricos cohortis,
Da mihi paulum sibi jura plectri,
Si tuas tanto Latine sacraevi
Pindare Thebas,*

Sciendum

FAB. I. ARGUMENTUM.

Chaos in Species.

Chaos, ut Hesiodus indicat volumine, quod deorum originem continet, fuit in initio quaedam rerum confusio, quae postea in suas species distributa est, in ut levissimum corporum, aether igneus, & infra hunc aer frigidus, ceteraque sidera subtilissima per-

Sciendum etiam est, à poetis non tantum Deos, Muses, & ut dixi, Poetas invocari solitos fuisse, sed Principes quoque, ac magnos viros, ad quos opus mittebant: ut ex Ovidio in eo, quod proxime nominavi, volumine, & ex Manilio, Nicandro, atque Oppiano perspicue patet. GIOVANNI.

1. *Fert animus.* Ita Lucanus: 1. 67. *Fert animus causas tantarum exprimere rerum.* CIOPIANUS. explicat Scholastes Horatii ad Epod. v. 3. per eum, ad illa verba, *Quil iste fert tantum*, haec Ovidii laudans.

1. *Mutatas formas.* Hic formas mutatas dicit: at alibi corpora ipsa mutata in formas. Hujus verba sunt:

*Dillaque sunt nobis, quamvis manus ultima coepit
Disiit, in facies corpora versa novae.*

CIOPIANUS. *Fallitur Regius*, qui ait hoc dictum esse per Hypallagen. *Corpora mutata in novas formas*, sic enim ipse 2. Trist. in *facies corpora versa novae*. Quam Hypallagen si admisisset modo, vel etiam advertisset Scalger Hypercritico. 7. c. non licenter adeo atque infeliciter operis hujus principium, ob breviteram puram ac scitam laudatum prius, locutionem deinde inusitatae damnasset, neque pro laudato hoc Ovidii casticho homo obrulisset nobis pentastichon malum & sicut (consulto & eleganter à poeta factum iudicat Ger. Vossius, ut, qui de corporum conversione esset dicitur, à verborum conversione suspicaretur.) Nec inmuti aequae censura, syllabam *non* iteratam roisset, quae compositio veteribus poetis, illic majorum gentium, usque adeo non displicuit, ut etiam in deliciis fuerit, obtinueritque inter schemata locum, Parechasis nuncupata. *Et illas*, inquit idem Scal. *ex quid aliud?* Non aliud certe, quam ab iurâ Critica impactum fugillum supercilioso Censori, qui Causalem à Copulativa non discreverit. Habet enim Coniunctio ex vim Emphaticam in Aetiologia Invocationis. q. d. *Dii (non ex i. etiam, vos mutastis illas) aspergite coepis meis.* Jamduclum explosa est ab eruditius Interpretatio ab ordine illo: *Non mutastis vos ex illas.* Quo quidem modo, inquit Raphael Regius, sensus ex eleganti insullus redditur; peiusque universâ simpliciter gratia. Ineptum utique foret & supervacuum, quando vox illa *illarum* includat etiam ipsas Deorum mutatas formas. FARNABIUS. Hypallagen esse, sed studio ab Ovidio in initio positam, quia de conversione actus eleganter etiam verborum conversionem fecit, docet Vossius lib.

11. Insit. Orat. cap. ult. in fine. sed & sine Hypallage recte explicari possit, cum *Forma* saepe pro ipso homine capitur, sic *formas* & *figuras* dici docuimus ad Quintil. Decl. xv. 2. sic Notter 1. Trist. 7.

Carmina mutatas hominum dicunt formas. & 1. Trist. 1.

Sunt quoque mutatae ter quinque volumina formae & alibi; & ita *formae deorum*, *serarum* &c. pro ipso die, feris vide D. Meinf. & Drabenh. ad Sil. Ital. xv. 86. BURMANNUS.

2. *Nam vos mutastis ex illas.* Codex Palatinus antiquissimus, & veterimae scholae Leodicenses, *non di mutastis*, concinnâ & nervosa, si quid video, repetitione. neque aliter in optimo Berneggeriano & uno Hamburgensi à manu prima fuerat exaratum. mox, pro *Auto mare ex terra*, unus Mediceus, recentior quidem ille, sed ex veteri, quod passim apparebat, descriptus, longe elegantius, *Auto mare ex tellus*, nempe unus erat vultus. eamque scripturam Carolus Vivianus in praestantissimo codice à se deprehensam fuisse assererat. sic Ant. Amator. lib. 11. 468.

Unaque orant facies sidera, terra, fretum. Fallor. lib. 1. 106.

Ignis, aquae, tellus, unus aeternus erant. ut & hic fortassis unus erant vultus sit scribendum. infra tellurem, mare, & coelum uno quoque versu est complexus, 257.

Quo mare, quo tellus, correptaque regia caeli. *Ardeat.* HEINSIUS.

Vos pro di contra mutavit Heinsius. lib. xiii. 597. *vos mutastis illas* quidam codices. Franciscus volebat, *nam vos mutastis in illa, vel namque has in illa.*

3. *Primaque ab origine mundi.* Sic & alibi: *Pausa, quibus prima surgens ab origine mundi in sua deducit tempora Caesar opus.* Virgilius lib. 11. Georg.

*Non alios prima crescentis origine mundi
Mlaxilla dicit, aliamque habuisse totorem
Crediderim.*

Lactretius lib. vii.

*Implexis ita primitiis ab origine prima
Inter se suam conferti praedicta vita.*

Et v.

Sed pariter prima concepta ab origine mundi. Ibidem:

Atque ita res mundi credere ab origine prima. Propertius lib. iiii.

Tom. II.

B

Nous

terent partem ^b universa: per quae solis splendor ac ^c lunae vagaretur: gravissima autem, levis, liqueque, in ima parte ^d subsiderent.

5 Ante, mare & tellus, &, quod tegit omnia, coelum, Unus erat toto Naturae vultus in orbe, Quem dixere Chaos; rudis indigestaque moles; Nec quidquam, nisi pondus iners; congestaque eodem

Non

Nate tibi, si qua tunc ab origine dicere prima incipiam.

Lucanus: At simul à prima descendit origine mundi Conflans serice: atque omnia fata laborant.

Cicero: 4. Perpetuum carmen. Horat. 1. Od. 7. Sine quibus unum quae est intactae Palladis arces Carmine perpetuo celebrare.

Male continentur hic quidam codices. sic perpetua oratio, historia & similia patim obvia.

4. Deducite. Vid. ad 1. Amor. xv. 7.

Argumentum. Continuis haec argumenta cum Editione. Parmentii 1496. & Lugdunensi 1518. Coloniensi. 1556. a Geberto Longolio curata, qui Micyllianam fere sequitur. & Prolomiana, live Vincentiana (caecum enim sunt) Ann. 1568. a Raenerio curata, quam semper fere Plantinus, plerumque Daniel Heinsius, praefertim a lib. iv. quia ibi deficient Gilefii emendationes, quantum quidem mihi ad manum haere, est secutus. diveria vero longe sunt Argumenta, & interpolata, quae Berthmannus praefixit. Nos Munckerianum sequimur. BURMAN.

Indicet volumine. In volumine Edd. omnes, sed antiquus ille codex a Noh. Heinsio cum editis collatus, non haec tantum, sed & crebro admodum aliis in locis praepositionem illam omittit. Ceterum in eodem codice annexa huic narrationi ista videntur: Haec terra cum omnia generata sint, naturaeque terrae mater reperitur, tam humanum genus, quod cuncta vincat, Promethicus lapere pium, ut idem Hesiodus ostendit, ex humo fuit, ut Micyllus spiritum insudit. Saecula etiam dicata Partem aucteritate vertuntur: quoniam aucteritate in deterius arguuntur, & post in aeternum, ac postea, quod Orpheum antelidit est, in ferream cessit. Sed ista gloriatoris alicujus proculdubio sunt, non Lantianii. Certè in Veneta separata à reliquis videntur. Non tam stultus est hic scriptor, ut videri possit bis idem narrasse. Quae ista lacinia continet, inventis in sequentibus multo potius relata. MUNKERIANUS. in Parmentii habetur prima pus ad spiritum insudit, praeterea erat, omniumque terrae mater, ut humanum genus cuncta vincat: deinde humanum ex humo fuit. In aliis debeat omnia haec, nisi quod Rucneriana considerit cum Argumento Fab. ii. ut mox videbimus. praeterea in Editione antiquis & Raeneriana legitur, ut Hesiodi velantem. BURMANUS.

^b In initia. Fuit multa rerum c. Micyll. quaedam dicit Heinsianae & Micyll. Ed.

^c In suas species distributa. Distincta & distributa, Micyllus.

^d Ita ut. Ita dicit antiq. Edd. & Raener.

^e Levissima corporum. Levissimum, Micyllus.

^f Infra haec. Haec infra, Colon.

^g Partem paterent. In sublimi parte paterent. Lugd. Raener.

^h Universa. Deest omnibus Edit. forte legendum, universi, per quam.

ⁱ At Lunae. At lumen, Micyllus.

^k Subsiderent. Subsiderant, Colon.

^l Ante mare. Versus Hesiodi, de quibus hic meminit Regius, sunt in Theogonia. hi videlicet. Ητοι μεν πρώτοις χάος γίνετο, ἀντάρ ἐπειτα Τῶν ἀνέσταντων πάντων ἔδος ἀσφαλές αἰεὶ.

Fuit autem haec communium antiquorum ac sapientium opinio, ut mundum initium habuisse, & à Deo creatum dicerent: non, ut Aristoteli videbatur, ab aeterno existisse. Hinc & Aristophanes comicus in Aribus, quanquam ludens, inquit: Χάος ἢ καὶ πῦρ ἤμβρις το μέλαν καὶ πῆχτηρος ἐνός.

Ἦ δ' αὖ δὲ, καὶ ὁ ἀέρας ἦν.

Ac verisimile est, semper fuisse inter Patres certas quasdam sententias, de Deo, de Creatione mundi, de Diluvio, & similibus rebus ac mutationibus gravioribus, quas à primis hominibus acceptas, posteris quasi per manus alii alii tradiderunt. Atque ita has à Judaeis primum ad Aegyptios, mox ab Aegyptiis ad Graecos, atque inde ad alias gentes permanasse. Quibus posteriora saecula & homines, quique à primis remotiores fuerunt, ita subinde alia atque alia affluerunt, donec res ipsas totas videri fabulosas, factum est. MICYLLUS.

& Unus erat toto Naturae vultus in orbe. De hoc alibi:

Prima fuit rerum confusa sine ordine moles: Unaque erat facies sidera, terra, fremitum. Max coelum impoſitum est teris, humis nequeve cuncta est: Inque suas partes cessit inane chaos.

Cicero in Scholiaste inedito Senecae Tragicæ ad Thyest. 822. qui servatur in bibliotheca Ultrajectina, legebatur, primo naturae, quod non inventum videtur. BURMANUS.

7. Quem dixere Chaos. Relativum positum inter nomina diversorum generum frequenter apud oratores

Non bene junctarum discordia femina rerum. Nullus adhuc mundo praebat lumina Titan; Nec nova crescendo reparabat cornua Phoebæ; Nec circumfuso pendebat in aëre tellus Ponderibus librata suis: nec brachia longo Margine terrarum porreixerat Amphitrite.

Quaque

tores cum sequente conformatur. Cicero, Studium, quae philosophia dicitur. Salustius, Est locus in carcere, quod Tullianum dicitur. Poeta autem videtur autem potius secutus. sonat enim nescio quomodo festivus, Quem dixere Chaos. quam si legitimus, Quod dixere Chaos. tale est Virgilio, Haec finis Priami, &, Quem das suum rex magne laborum. ut apud Aul. Gellium lib. 13. c. 20. oppido eleganter exponit Probus Valerianus. GRANAEANUS.

8. Congestaque eodem. Quidam codices, in unum. quod ex Glossa putem esse. sic apud Virg. ix. v. 689. glomerantur eodem, quidam codd. in unum, quod improbat recte Pierius. HEINSIUS.

9. Discordia. Forte, differria. vide ad Epillogam 1. Sabini. HEINSIUS.

10. Nullus. Id est, non. CROFANUS.

10. Titan. Versus Hesiodi sunt.

Θεία δ' ἠλίου το μέγαν λαμπρὸν τε σπέρρον, Ἡδὲ ἢ πρώτων ἐπιζήνοισι Φαίνοι, Μανάντες το κείας, τοὶ οὐρανὸν ἐνὶ ἔργου, Τῶν δ' ἀνεσπένδων ἰατρῶνος ἐν Φλόδων.

Ceterum alii solem, peculiari nomine, Titanom dici volunt, sive ab extendendo, quod splendorem ac lumen suum quoque versum extendit, sive etiam à trahendo, (nam utrunque verbum τείρειν Graecis significat) quoniam vapores terra excitet, sursumque trahat. MICYLLUS. Sol dictus est autem Titan, quod radios in toto terrarum orbe extendat. CROFANUS.

11. Reparabat cornua Phoebæ. In lib. Abbatis legitur non, Reparabat, sed, Renovabat. utrumque rectè. Siquidem hanc Tibullus comprobat lectionem: lib. iv. l. 113.

Centum saecula Titan renovaverat annos.

Nihil tamen mutò. Hoc idem alibi significavit huius verbis:

Luna resumebat decimo nova lumina motu. CROFANUS. In uno Ciosani erat renovabat. male. Petronius in Catalect. Scal. p. 234.

Mox Phoebus ad ortus Lustrata decessit humo, Lunaeque senectus, Et reparatus homo.

Ita lego, male, dejectus in vulgatis, lib. p. 240. Fraternalis reparat per caelum libera flammata.

Horat. iv. Od. 7.

Dumna tamen celeres reparant caelestia Lunae Avien. Deser. Orb.

Ut ter Luna prius reparat satis incrementa. Nemesian. Cyneget.

Jam cum bis deus Phoebæ reparaverit ortus, HEINSIUS. renovare posset despondi ex illis, quae habet Gronov. Diar. Stat. cap. 36. nam eodem redeunt haec duo verba, quae saepe a literatis commutantur inter se: vide. Heins. ad Claud. Bell. Get. 438. & infr. hoc lib. 363. BURMANUS.

12. Nec circumfuso pendebat in aëre tellus. Eodem propè modo loquitur poetaeum cultissimus Tibullus iv. l. 151.

Nam circumfusa consistit in aëre tellus. M. Tullius lib. ii. De Nat. Deorum: Terra circumfusa hac innabili natura, cui nomen est aer.

Idem lib. vi. de Rep. Omnis enim terra, quae colitur vobis, angusta verticibus, lateribus, parva quadam insula est, circumfusa illo mari, quod Aethiopicum, quod magnum, quod Oceanum appellatis in terris; qui tamen, tanto nomini, quam se parvus, videt. Manilius lib. 1.

Ultima subsedit glomerato pondere tellus. Ibidem:

Quod nisi librato penderet pondere tellus, Non ageret casus mundi subantibus astris Phoebus ad occasum, & nunquam remearet ad ortum.

Qua de re ipse alibi sic ait: Terra pilae similis nullo fulcimine nixa, Aëre subiecto tam grave pendet onus. Ipsa volubilitas libratam sustinet orbem, Quoque premit partes angulus omni abest. Cuiusque sit in medio rerum regione locata, Et teneat nullum plusve minusve latum: Nè convorsa foret, parti vicinior esset, Nec medium terrae mundum haberet onus.

CROFANUS.

13. Ponderibus librata suis. Ita loquitur eloquentissimus Cicero lib. v. Tulc. disput. Inde, inquit, est indagatio nata innotuit, & inquam seminum, unde essent omnia orta, generata, coacta: Quaque ejus generis vel inanimi, vel animati, vel muti, vel loquentis origo, quae vita, quis interitus: quaque ex alio in aliud vicissitudo atque mutatio; unde terra, & quibus librata ponderibus; quibus invernaria maria sustineantur, & quae sequantur. Et Livius lib. vii. Omnia librata ponderibus figerentur. IDEM. Liboranda quidam codices, sed non opus. Jul. Solinus in Catalectis. p. 246.

Refidit Ponderibus librata suis.

Liv. xx. c. 2. Cravior & ipse pondere librata.

B 2

15 Quaque fuit tellus, illic & pontus & aer:
 Sic erat instabilis tellus, immabilis unda,
 Lucis egens aer; nulli sua forma manebat.
 Oblabaturque aliis aliud: quia corpore in uno
 Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
 20 Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus.

Hanc

istis illis erat. Auctor Elegiae in obitum Maceratis:

Tellus levis esse tenet,

Pendula librato pondus et ipsa tum.

vide Schol. Statii ad Lib. III. Theb. v. 35. HEINSIUS.

14. Margine terrarum.] Riparum unius, HEINSIUS.

14. Ne brachia longo Margine terrarum torrens-
 rat Amphitrite.] Margo, inquit Regius, est incerti
 generis nomen. Carius vero lib. 1. Institut.
 Grammat. ubi hunc Ovidii locum citat, ait esse
 generis masculini. Eius verba sunt: Margo femi-
 ninus genere, ut Vago, imago, Caribago, etc. quae
 ante o biam l. Idemque & Aemilius Macei ait:

— Hic terminus marginis summa.

Et Rabinius extulit:

— Idem forma tum marginis tellae.

Inveniantur tamen ex eadem forma masculina,
 alio, & farrago. Quare apud auctores margo
 masculino quoque dicitur genere, ut apud Ovi-
 dum, *brachia longo Margine*: & frequenter Varro
 in Lib. rerum rusticarum. CROXANUS, vid. Barh.
 XVI. adv. 1.

14. Amphitrite.] Vivianus in suis, *Amphitritae*
 legi nota, in 8. v. Fall. 731. & hic plurimi
 scripsi. HEINSIUS.

15. Quaque erat & tellus.] Versus hic elemen-
 torum constitutionem primam signantes, ita con-
 sulte a plerisque omnibus explebantur, ut mihi
 non de Chao ipso loqui videretur poeta, sed in
 ipso potius Chao innungi atque obcurari. Ce-
 terum nos solliciti sentium inquirentes indagantem
 teque, hunc locum ita emendamus, Porphyrio-
 nis Horatiani interpretis clarissimi auctoritate
 adjuvanti, carmen hoc ita citantis:

Quaque fuit tellus, illic & pontus, ut aer:

Sic erat instabilis tellus, immabilis unda.

Hic enim feminis est, ex quo, priusquam elemen-
 ta digesta essent, tellus diffusa ipsatione jacebat,
 & pro libidine quaeque verum extendebatur, in-
 stabilis erat, quia in centro non quiescebat, ad
 quem ingenio suo semper cupit devolvi. Nec
 non quia in aere sedebat, aqua natari haud sane
 poterat, cum solido corpori minime adhaerere.
 Physica enim ratione natari aquae non valeret,
 nisi densa solidoque adhaerere. Hic ergo ordo
 hic: *Tellus quaeque fuit*, id est, quaeque verum
 dispersa est & diffusa, itaque pauca, ac suspen-
 dam oratio, deorum inferatur: *illic & pontus*

supple, fuit, ut pro ubi ser, erat subaudiendum;
 propter quae tellus erat instabilis, undaque inca-
 bilis. Ut ergo pro ubi hoc in loco accipiendum,
 sic enim legit Porphyrio illud Horatianum in
 tertio Odarum enamans:

Utinamque mecum vos eritis,

pro ubiqueque. Haec enim particula, ut pro ubi
 saepius apud veteres ponitur; quod etiam an-
 notavit Diomedes. Virg. in quinto Aeneid. *caesis*
in fortis juvenem. JACOB & CAUCEI. Quidam legunt,
Quaque fuit tellus. Porphyrio autem etiam, *illic*
et pontus ut aether. ut sit sentus, Illic erat pontus
 ubi aether. quoniam & apud Horatium eodem
 modo, *ut*, pro Ubi legatur, ut libro tertio carm.

Ode quarta: *Utinamque mecum, vos eritis,*

Pro, ubicunque. Sed de hac lectione alii videntur.
 Ego vero in posteriore parte versus nihil video,
 cur quicquam immutandum sit. In prioribus autem,
 quoniam copulativa &, oriose poni videtur,
 siquis fuit, magis quam erat, subla ta conjunctio
 & legendum contendat, non valde equidem re-
 pugnat. MICHELUS. Porphyrio Flacci emendator
 lib. 3. carm. Ode 4. hunc locum ita legit, *illic*
et pontus, ut aer. exponitque, ut, pro ubi. sicut
 Horatium contat dixisse.

Utinamque mecum vos eritis,

Pro ubicunque: sed mihi non placet ejus expo-
 sitio. illud &, quod praecedit *tellus*, magis tur-
 bat lectorem, cum conjunctio copulativa quae
 praecesserit. verum haec nimis anxie videri queunt.
 GLARANUS. Obertus Gitanus, vir in primis
 eruditus, qui hanc damnat lectionem, errat. lib.
 IV. Eleg. VII. Tull.

Vita praecel patria praeroganda sub axe Boreae est,

Qua maris Euxini terra sinistra jacet.

Qua autem valet qua in parte, ubi. sic & Livius
 lib. IV. *Anxur fuit, qua minus Tarracinae sunt,*
urbis praena in paludes. Sallustius, citat Nonius:
Cis Iliacum, atque inter mare nostrum, &
Oceanum, nisi qua fuit potidilus in via, perdo-
mita. CROXANUS. Mirifice hic turbant libri ve-
 teres. quorum nonnulli, *Ut qua erat & tellus*. alii
 iidem ex vetustioribus, *Quaque erat tellus*, alii
 aliter, quas lectiones piget adscribere, quod plures
 sint, nec magne rei. In quibusdam, *Ut qua erat &*
tellus: quod Gitanio ardebat ex quatuor scriptis,
 in Indice Lucretiano pag. 485. & in Suspectis Lectio-
 nibus Galpini Scioppio: non tamen mihi, qui
 sequor lectionem unius Medicei ex optimo exem-

plari;

Hanc Deus & melior litem Natura diremit:
 Nam coelo terras, & terris absceidit undas,
 Et liquidum spisso fecerit ab aere coelum.
 Quae postquam evoluit, caecoque exemit acervo,
 25 Dissociata locis concordi pace ligavit.
 Ignea convexi vis & sine pondere coeli

Emi-

plari descripti, *Quaque fuit tellus*. neque aliter ex
 Porphyrio Jacobus à Cruce. nam erat verba
 proxime sequenti nimis concinne iteraretur. ni
 scriptum fuerat a Nafone: *Quaque erat tellus*.
 HEINSIUS. Cum Porphyrio hunc locum adducat
 ad Horatii lib. III. Od. 4. ut probet a Poetis saepe
 particulam *ut* poni pro ubi, necessario hoc in ver-
 su illa legi debet, & ex ejus sententia locus ita
 constituitur:

Quaque fuit tellus illic & pontus, ut aer:

Ut Incomis à Cruce legit, & in antiquis quibus-
 dam Horatii editionibus, ut Veneta anni 1498.
 Badiana 1519. & aliis exhibetur. & certe saepe
 ut pro ubi apud Nafonem occurrit. ut II. 86. IV. 71.
 vid. Ach. Stat. ad. Catull. XI. sed quis, quaelo, inde
 sentus exister? qui talis esse deberet, quo loco fuit
 tellus, illic & mare, ubi aer. Quare puto illam
 Porphyrius notam ad aliam lectionem, quae
 in Francofurtensi & optimo quoque codice repe-
 ritur, respicere. *Ut qua erat & tellus, illic & pon-*
tus & aer. Unde Giphanius & Scioppius fecerunt.
Ut qua erat. sed & hoc durius videtur, ita ut se-
 quente *quid* poni pro ubi. praefertim cum proxi-
 mo versu sequatur *sic*, quando semper similitudinem
 infert, & quemadmodum significat. ut mox v. 45.

Ut qua erat & tellus, illic & pontus, ut aer.

Sic omni inclusum numero distinxit eodem.

yl. 370.

Ut nentum liquidas, sic jam vada nota fecantes.

yl. 404.

Ut quaedam, sic non manifesta videri,

lib. XIV. 509.

Ut non Cygnorum, sic albis proxima Cygnis,

& alibi. quare errasse Porphyriorem in explican-
 da illa particula puto, & forte legendum foret:

Ut qua fuit tellus illic, ubi pontus & aer,

Sic erat &c.

Hoc sensu, quemadmodum omnia erant inter se
 mixta, nec separata, sed ubi tellus erat, ibi &
 mare & aer, sic etiam nihil proprium cuique
 parti, nec terra stabilis, nec nabilis unda, nec
 aer lucidus, sed omnia inter se confusa. BURM.

18. Quia corpore in uno.] Quod legit Geib. lib.
 I. Crepund. cap. 6. *corpore* erat in Berneggeriano
 codice.

21. Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.]

Copulam, & expositivam puro, atque positam,
 pro id est. veteres enim Deum naturam voca-
 bant. unde Seneca, *Nihil aliud*, inquit, est na-

tura, quam Deus, & divina quaedam ratio tota
 mundo & partibus ejus inferia. GLARANUS. Quae
 ab Ovidio dicitur *melior Natura*? Lactantius Caro-
 sus Medicus ex Anatice, vir tum judicio singu-
 lari, tum ingenio praestanti, à me interrogatus
 ita respondit: *Duplex est natura, ut docet Peri-
 pletorum princeps Aristoteles II. physie. Materia &*
forma, ex quibus omnia naturalia componuntur:
Forma vero tum sit actus & perfectio rei; & ma-
teria sit potentia, atque actus ipse simpliciter sit per-
fectior potentia: Ideo forma est magis natura, &
perfectior, quam materia: licet ambae ad natura-
lium rerum constitutionem tanquam causae con-
currant. Ignis per meliorem naturam, formam,
quae perfectior & melior est natura, quam materia,
physice locum explantem intelligo. Haec vir ille in-
signiter eruditus. quae mihi probantur maxime.
 CROXANUS. *Meliorum naturam* explicare quoque
 conatus est Franc. Luitinus Pareg. lib. III. cap. 39.
 quae eadem est, qui Deus, ut deterior, quae
 principium motus & quietis in planetis, & ceteris
 animantibus. ceterum imitatus hic Ovidius vide-
 tur Apollon. lib. 1. Arg. 496. qui Orpheae ita ce-
 cinitisse dicit:

Ἴτεροι δ' αὖ γαῖα καὶ αἰθέρα, καὶ βάλασσον
 τὸ πρῶτον ἐπ' ἀλλήλοισι μὴ συνσχησάμενοι,
 Νύκτας ἔξ' ἑλασίου διακρίθην ἀμφοῖς ἑωσά.

Ubi Scholastae haec ex Empedocli disciplina
 hausta docet. BURMANNUS.

22. Absceidit.] Horat. 1. Od. 3.

Nonquamquam deus absceidit

Prudenti oceano dissociabilis

Tortus.

Ut legit celeberrimus Bentlejus, quem ibi operae
 pretium erit videre.

23. Et liquidum spisso fecerit ab aethere coelum.]
 Aristoteles lib. 1. de Coelo, Coelum affererat
 aethera dici ἀπὸ τοῦ αἰθέρος, quod perpetuo curat,
 Anaxagoram autem non recte dicere ἀπὸ τοῦ αἰ-
 θέρος, quod est ardere. quanquam primo libro
 Meteworum idem dicat, Anaxagoram aethera pro
 igne accepisse. Ceterum Ovidius caelum aliquan-
 do pro orbibus coelestibus accipit, aliquando pro
 toto illo, quod supra aquam ac terram est. ita
 aethera quoque aliquando pro igne, aliquando
 pro coelo; sicut enim veteres locutus videbat,
 ita varie ipse, ut saepe poetas nos est, loquitur.
 GLARANUS.

23. Ab aethere coelum.] Sic est in Abb. & Ayl.

Emicuit, summâque locum sibi legit in arce.
 Proximus est aër illi levitate, locoque:
 Densior his tellus, elementaque grandia traxit;
 30 Et pressa est gravitate sui. circumfluit humor
 Ultima possedit, solidumque coërcuit orbem.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Terra in varias personas.

^a Separata erat terra à ceteris elementis, sed homo nondum natus, ipsius terrae futurus calor ac dominus. Itaque Prometheus Iapeti filius terram à imbro molliuit, & ex hac hominem ad Dei similitudinem ac imaginem formavit, cui facies non prona, ut cetera animalia, esset in terram, sed coelum spectaret erecta.

Sic ubi dispositam, quisquis fuit ille Deorum,
 Congeriem secuit, sectamque in membra redexit;
 Principio terram, ne non aequalis ab omni

Parte

malè: legendum ab aëre, ex lib. mei, Fam. Em. & Capric. auctoritate & ratione. Hunc autem locum sic exprimit B. Zanchius lib. 1. De horro Sophiae. Et Deus dicitur fecerit ab aëre coelum. CIOFANUS. vil. lib. II. 531.

26. Igna cunctis vis, &c.] De hoc, more suo, luculenter alibi:
 Lucida hic aër, & quae tria corpora regant,
 Ignis, aqua, & tellus unus aërem erat.
 Ut fundi aëre terra fecisset lite suavit,
 Ignae novae acit majâ filata domus:
 Alium flamma peti: propter lecta aëra cepit.
 Sclerata nulla terra festinque loca.

27. Letum sibi legit.] Fuit Florentinus & tres alii; non male, sed vulgarem firmat locus ex lib. III. 22.
 Summaque domum sibi legit in arce.

29. Densior his tellus, &c.] Subest hic quoque sensus occultior, & quem pauci agnoscunt. per elementa grandia nos ablationem materialem intelligimus, quae hylæ Graecae dicitur, cupus Macrobius, Diogenes, & Servius meminerunt, in qua sex est elementorum omnium, id est, ignis, solidior, aër, aqua & terra, solidiora. Tellus ergo à poeta grandia elementa traxit ideo memoratur, quatenus in eam coedes & excrementa elementorum conlaverunt. cui nostrae sententiae Lucretius his versibus hauditur & adhibetur.

Sic igitur terrae concreto corpore pondus
 Conspicit, atque omnis mundi quasi limas in
 imam

Conspicit gravit, & subditis funditus, ut sex.
 Elementa ergo grandia principia corpulenta materiaeque feculis accipit, quae undique ad imam telumque graevitque deluxerunt. elementa namque pro feminibus & principis apud eundem Lucretium invenire est, ut hoc carmine:

Omnia enim magis laeae & levibus atque rotundis,
 Semilibus multoque minoribus sunt elementis.

JACOBUS A CRUCE.
 29. Elementaque grandia traxit.] Hunc locum aculeatus est Claudianus lib. 1. de Rapto Proserp. In medium graviter cadunt. Ubi ita ait Janus Parthenius: Thales Milesius orbem terrarum medium statuit: ignem Phidolam, quod si omnium aucter existit. Thaletem sequitur, & Orisidum Claudianus. Ovidius:

Densior his tellus, elementaque grandia traxit,
 Et pressa est gravitate sui.

Nam quae graviter Claud. appellat, elementa grandia dicit Ovidius. Utraque significat illa corpora, quae maxime levia sunt, & ad terrae naturam quam proximè accedant. CIOFANUS.

30. Gravitate sui.] Sui in Cantabrigiensis & Vindob. aliis. eadem varietas Fojill. XVII. Infr. II. 783. IV. 633. VI. 440. & alibi saepius.

31. Ultima.] Ultima. sic lib. v. de Mauritania loquens:

Ultima tellus Rege sub hoc, & pontus erat.
 & Caes. eodem sensu dicit, Ultima Britannia.

^a Separata.] Haec ad verum scripti ex v. postea ante verum 26. quo loco item potuerunt eadem non admodum variata Hervagius, & Birekm.

At

35 Parte foret, magni speciem glomeravit in orbis.
 Tum freta diffundi; rabidisque tumescere ventis
 Jussit, & ambrae circumdare litora terrae.
 Addidit & fontes, Immensaque stagna, lacusque;

Flumi-

 340 Contigit, & cecinit iussos inflata receptus,
 Omnibus audita est telluris & aequoris undis:
 Et quibus est undis audita, coërcuit omnes.
 Jam mare litus habet: plenos capit alveus amnes:
 Flumina subsidunt: colles exire videntur:
 345 Surgit humus: crescunt loca decrescentibus undis.
 Postque diem longam nudata cacumina silvae
 Ostendunt, limumque tenent in fronde relictum.
 Redditus orbis erat, quem postquam vidit inanem,

Et

claque tenanti unus Strozzae. & regius pro diversis lectione.

335. *Cava buccina sumitur illi.* Eodem modo Virg. v. 1. dixit, *Cavum concham.* GIOFANUS.

336. *Tortilis in latum, quae turbine crescit ab imo.* Porphyrius in his, quae in Homerum extant, quactionibus satis luculenter probat, Homerum, quoties obsecum quiddam adducit, continuo subnectere ejus dicit declarationem, ut cum Boven *ἀδύρην* appellasset, subiungit *ὡ τὸ οὐρα* ζῆλον ἰσχυρῶς ἀνῆ. ita hoc loco concham sonantem describens noster poeta, quid tortile in latum significet per verba sequentia, sane quam eleganter, descripsit. est enim concha, ut cochlea, quae ab imo ita crescit, ut & torquentur in gyrum propendunt, paulatimque fiat litior. GLANZANUS.

337. *Quae medio concepit.* In uno Vatic. & Io. D. non est in praepositiō, GIOFANUS. Tolle T in ex auctoritate codicum, & ex quatuor libris repone, *concepit ut.* HEYSSUS.

338. *Tor.* Nota *exem* hic buccinae attributam a Poeta. DOUTA. *toros* dicit omnem sonum, docet Maxim. Victor. Art. Grammat. pag. 1339. ex Virg. ii. Aeneid. 536. *Practique ad litura voces,* sic remoram sonum *toros* dicit eod. libro 669. ubi vid. Serv. & buccinae lib. vii. 516.

Tum vero ad vocem ceteris, qua buccinae signum. *Dura dedit,* ubi Servius videndus. & ita *Φωνή τῆς* ἐλάτῃς; septuaginta interpretes. Exod. xix. 16. ubi & de tonitru. vid. Diul. Quael. Ebraic. 111. S. & Gronov. 11. Obi. xvi. BURM.

338. *Sub utroque Phoebo.* In cyril. Deian. idem significavit his verbis.

Impellit meritis selsi utramque domum. GIOFAN. Duo codices, *latencia;* an *patencia?* ut passim *patere* regiones dicuntur. & huic loco hoc aptius, quia ante avus tellae, nunc patebant. BURM.

340. *Cecinit receptus.* Imo *receptus* cum secundo Palatino, codice Langii, & Berneggeriano, auge adeo cum excerptis Calandrae. sic & Trif. lib. iv. Meg. ix. ex fide optimorum codicum, *caecata* *receptus* est reponendum. Cicero. iii. Tusc. 15. *Præcogitatio ratio intueri molestias, a quibus* *lib. ii.*

em cecinit receptus, impellit & rursus intat. SAG. xi. 32.

Sed tunc miseris dedit utile signum

Suaebatque signum, & intus in castra receptus.

HEYSSUS. in dativo posuit Cicero. xii. Philip. 3. *Quis enim revocant & receptus carente senatus; propeca dimittere.* In alio Ciceronis loco ex Tullianis codices quosdam *receptum* habere viii docti notaverunt. apud Amm. Marc. lib. xix. cap. 12. *postque delatos omnes in receptum carentibus lituis,* ubi *re* in aliis desesse notat Lindenbrochius. ita & Servius ad Virgil. xi. Aeneid. 536. *receptus* pro *receptus* legi in quibusdam exemplaribus notat. *receptus* etiam Douza correxerat. glossa Leidensis codicis notabat diversam lectionem hoc modo, *vel receptus, ut aquae reciperetur.* BURM.

341. *Omnibus audita est telluris & aequoris undis.* Ita puerissimus scriptor Lucretius lib. v.

Nec sili, terraeque, nec aëris aequoris undis.

GIOFANUS.

342. *Et quibus est undis audita.* Ubi Douza Florent. Neapol. & sex alii.

343. *Plenos capit alveus amnes.* Mallem, *plenus*, est enim oppositio aquarum immixtionem cum succedentibus & plenis. certe *re* *plenus* non esse ex mente Poetae probat lib. viii. 558.

Solito dum flumina currunt

Limita, dum tenues capiat suas alveus undas.

SCHEFFERUS apud Tan. Fabr. lib. xi. Ep. 71. sed *flumina* illae aquae minime mihi placent: nam tenuis est, decrescentibus aquis, ripae eodem modo, ut litora, coeperunt posse distingui ab aquis, cum antea essent *omnia pontus*. & ita redacta quidem flumina intra ripas, tamen plena erant, non exsiccata. alio res est lib. viii. ubi de torrente agitur; Leidensis etiam unus, *plenas capit alveus undas*, etiam non male, ut alveus, licet adhuc sit plenus, non tamen exundet, sed capiat aquas. & ita Quintil. lib. ii. cap. 1. *tenuis a fonte, aspectus peccatum & histositarum viribus, pleno jam facti alveo fact.* BURMANUS.

344. *Flumina.* Malebat Heyssius, *flumina.* Col. G

Et desolatam agere alta silentia terras,
 350 Deucalion, lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis:
 O soror, o conjux, o femina sola superstes,
 Quam commune mihi genus, & patruclis origo,
 Deinde torus junxit; nunc ipsa pericula jungunt:
 Terrarum, quascumque vident occasus & ortus,
 355 Nos duo turba sumus. possedit cetera pontus.
 Nunc quoque adhuc vitæ non est fiducia nostræ
 Certa latis: terrent etiamnum nubila mentem;
 Quid tibi, si sine me fatis erepta fuisses,
 Nunc animi, miseranda, foret? quo sola timorem
 360 Ferre modo posses? quo consolante doleres?
 Namque ego (crede mihi,) si te modo pontus haberet,
 Te sequerer, conjux: & me quoque pontus haberet.

O utinam possim populos reparare paternis
 Artibus; atque animas formatae infundere terræ!
 365 Nunc genus in nobis restat mortale duobus,
 (Sic visum Superis) hominumque exempla manemus.
 Dixerat, & flebant. placuit coeleste precari
 Numen, & auxilium per sacras quaerere sortes.
 Nulla mora est; adeunt pariter Cephisidas undas,
 370 Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes.
 Inde ubi libatos irroravere liquores
 Vestibus & capiti; flectunt vestigia sanctæ
 Ad delubra Deæ: quorum fastigia turpi
 Squalebant musco; stabantque fuscæ ignibus aræ.
 375 Ut templi tetigere gradus; procumbit uterque
 Pronus humi, gelidoque pavens dedit oscula saxo.

At:

tellesque pliniani codices. mox, postque diem longum idem.

348. Redditus eritis.] Ex undis restitutus; Martial. Spect. 2. Reddita Roma sibi est. BURM. idem lib. v. 8.

Nunc est reddita dignitas quaeritur. Pomp. Met. 1. 9. de Nilo, cum se sibi reddidit. Vide Cl. Græv. ad Cic. XII. ad tam. 13. apposite Curtius lib. IX. 9. Recipere cepit mare magno: nulla aqua in suam fretum recurrentem. reddebatque terras paulo ante profundo salo mergas. Vide mox vers. 423. BURMANNUS.

348. Quæ postquam vidit atrox.] Ita in omnibus, quibus visum, lib. 1. manusc. In vulgatis est: Vult inuicem. CROFANUS. Sic aperto campis supra dixit. 286. sed recte Vivianus vindicat manum, quæ sequitur desolata.

350. Lacrimis ita Pyrrham adfatur obortis.] In vet. legitur non obortis, sed abortis, per primam vocalem. Ita quoque apud Virg. tribus in locis habent quinque vetula exemplaria. Sed in optimo illo Romano, & Longobardico perpetuo est per quartam vocalem. Verbum tamen Lacrimis in vet. omnibus scriptum est per i Latium. Quare à Græca lingua deduci non arbitror; sed Latium esse censeo. Hanc opinionem probari etiam scio vis doctis, inter quos est Muretus, & Giffinius. Præter autem illi, ut Ennius, Attius, Pacuvius, Lucilius, Plautus, ac similes alii, Lacrimis per u scripturam: quemadmodum etiam optamus, optamus; maximas, maxime, aliæque ad eundem modum. CROFANUS. lacrimis ad Pyrrham adfatur obortis MSS. Gohardi lib. 1. Crep. 12. qui ubique abortis contendit esse legendum, sed perpetuam. longe enim alia est abortis. si significatio, abortivi omnia dicuntur, quæ superveniunt, vide Barth. ad Stat. VIII. Theb. 32.

350. Pyrrham adfatur.] De Pyrrha & Deucalione Pindarus in Olymp. Oda IX. ubi ita est: Πύρρα Δευκαλιόνος Παιρραίων καταβάσσει, δέμον έβρον πρώτον έρωσ δ' έρωσ, βρόδαμον κτιστάδου Νίλον γένον. λαοί δ' ένώμαστον. Pyrrha, & Deucalion Parassio cum descendissent, sedes collocarunt primas, & absque conventu ejusdem lapideam signam compararunt. λαοί autem sunt nomina. CROFANUS.

355. Nunc ipsa pericula jungunt.] Pericula communia homines etiam ex inimicis amicis efficere docet Aristot. lib. V. De republ. cujus hæc sunt: συνάρτη γάρ και τούσ έχθρούσ ο κοινός φόβος. id est, conjungit enim etiam inimicissimos communis metus: ut mirum non sit, si eos, qui prius inter se amabant, amiciores etiam efficiat. Ovid. De Phæxo, lib. III. Vall. sub finem:

Videat ut amissa genitrix conforte perili.

Videlicet ad fraternam caritatem aliquid etiam periculorum communio adjunxerat. Hunc locum totidem propè verbis in observationibus in eodem libro enarravi. Cicero lib. XIII. famul. epist. LXXI. T. Azylus & comes meos sui illo inferrimo tempore, & omnium itinerum, navigationum, laborum, periculorum maxime fecit. Et lib. IX. epist. XVI. Ut, quasi aurum igne, sic benevolentia etiam fœdita pericula aliquo perspicui possit. CROFANUS.

355. Duo turba sumus.] Martial. XII. 89.

Qui solus inopi præstat & facit turbam. Douza. Vide ad Epist. XIX. 154. in Martiali loco a Douza laudato, nescio quid tautologice videtur præstat & facit, quare mallet:

Qui solus inopi restat, & facit turbam.

Ut plures antea habuerit, sed ad inopiam redactio unus ille superfuert. vide ad Phæc. III. Fab. 19. BURMANNUS.

356. Hæc quoque.] Nunc quoque secundus Medic. & quomodo alii.

357. Eriamnum.] Sic Neapolitanus. HEINSIUS.

358. Quis tibi visce animus. Ita in uno Vatic. & Io Dei, Abb. Br. in aliis, Quid animi. Quæ lectio mihi videtur lepidior. CROFANUS. Quid animus Volturni & unus meus cum Nangerii codice & margine editionis Gryphianæ. primus Vaticanus Quid animus. proxime verum. Epist. XI. 83.

Quid mihi tunc animi censes, germane, fuisset? Metam. v. 627.

Quid mihi tunc animi miseræ fuit? lib. VII. 383.

Quid mihi tunc animi fuit? an quod debuit esse? lib. XIV. 173.

Quid mihi tunc animi (visi si timor absidit omnem sensum animamque) fuit? Tibul. III. 5.

Quid mihi nunc animi dira regione latentis? Caëlar. lib. VII. bell. Gall. 77. Quid hominum militum LXXX. uno leo interfecit, propinquos consanguinesque vestris animi fore existimatis? Ennius VI. Sæyæ. apud Donat. in Phormionem Terentii Act. II. Scen. II. Quid censes deminis esse animi? pro Deum fidem. Cato apud A. Gell. lib. X. cap. III. Noë. Attic. quid illor magna virtute præditos quoniam animi habuisse, atque habituros dem videret. HEINSIUS. vide lib. XIII. 647.

360. Quæ consolante dolores?] In quibusdam, dolores. NAUGERIUS. recepit hanc a plurimis libris confirmatam lectionem.

361. Si te quoque pontus haberet, &c.] Hoc est, si tu in mare decidisses, ac submersa esses: ego quoque, cujus in te amor summus est, in mare præcipitum me darem. Sic Virg. lib. I. Aeneid. Et te pater optime Teucerum Pontus habet Libyæ.

366. Hæc visum est Superis.] Hinc apparet mori fuisse, ut antequam Deos precatur accederent, vestibus & capiti aquam fluvialem aut fontanam aspergerent, ne parum taciti viderentur. quo 10. spectasse etiam credo Juvenal. VI. 523.

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsi Fortibus timide caput abluet. Et Tibul. IV. 617.

Lota tibi est hodie, tibi se lacrimosa comisse. Douza.

372. Vestigia sacrae.] In lib. Abbatis, uno Vatic. Io. Dei, itemque uno meo, Vestigia sanctæ. CROFANUS.

374. Squalebant musco.] In antiq. omnib. Pallabant, IDEM. Pallabant musco constanter libri veteres.

CROFANUS. Te modo rectius nonnulli. & postea mox pro possen. HEINSIUS.

363. Reparare.] Variant vehementer codices: quidam formare, alii recreare, alii curare, sed hæc omnia a glossatoribus nata exillimo. vulgata sola vera. ita mox 397.

Generis danuam reparabile. Et 413.

Et de semine reparata est semina jacta. Vide Heinf. ad Claud. hel. Get. 438. eadem varietas sup. vers. II. BURM.

366. Sic visum est Superis.] Esi abest ab optimis libris. sic placuit Superis. Leidenfis.

370. Et nondum liquidas, sed jam.] Optimus Thuan. Ut nondum. unus Medic. sic jam. Lege, quomodo sibi quoque videri corrigendum esse ad me perscripsit eruditissimus Gronovius:

Ut nondum liquidas, sic jam vada nota secantes. HEINSIUS. Vide sup. vs. 15. plurimi etiam codices & quidam cæti, sequentes, vide Barth. ad Claud. I. Scil. 139. unde sequentes undæ aliter etiam dictæ.

372. Vestibus & capiti.] Hinc apparet mori fuisse, ut antequam Deos precatur accederent, vestibus & capiti aquam fluvialem aut fontanam aspergerent, ne parum taciti viderentur. quo 10. spectasse etiam credo Juvenal. VI. 523.

Ter matutino Tiberi mergetur, & ipsi Fortibus timide caput abluet. Et Tibul. IV. 617.

Lota tibi est hodie, tibi se lacrimosa comisse. Douza.

372. Vestigia sacrae.] In lib. Abbatis, uno Vatic. Io. Dei, itemque uno meo, Vestigia sanctæ. CROFANUS.

374. Squalebant musco.] In antiq. omnib. Pallabant, IDEM. Pallabant musco constanter libri veteres.

Atque ita, Si precibus, dixerunt, numina iustis
 Victa remollescunt, si flebitur ira Deorum;
 Dic Themis, qua generis damnum reparabile nostri
 380 Arte sit: & meritis fer opem, mitissima, rebus.
 Mota Dea est; sortemque dedit: Discedite templo;
 Et velate caput; cinctasque resolvite vestes:
 Ossaque post tergum magnae iactate parentis.
 Oblupere diu: rumpitque silentia voce
 385 Pyrrha prior; iustisque Deae parere recusat:
 Detque sibi veniam, pavido rogat ore: pavetque

Laede.

tes. Accedo tamen reponentibus, *spuallebant*, sic *spuallece sita*, & similia, sed apud Val. Flaccum lib. 1. v. 775.

Sordidus & multa pallum ferrugine taurus.
 Ubi tamen *spualles* pui moslo cenleo reponendum. HENRIS. Ita & DONA legebat, vide Heinf. ad Claud. Conf. Olybr. 212. & nos ad Quinctil. Decl. v. 19. l. 11. 760.

Nigra spualletia tabe. BENS.
 379. *Dic Themis.* Erudite Themis, ex historia dicit: Nam Minus Antiphacmi E. in eo poemate, cui titulus est Olympia, cauti initio oraculum Delphicum penes Tellurem Neptunumque fuisse; & communibus auspiciis, parique potestate ab utroque possessum. Ipsam Tellurem per se responsura fore solitam. Neptunum vero Pythona quendam ita nisse, qui vicem suam praestaret, & fortes ederet. Deinde Tellurem sua portione Themidi cessisse, foreque post Apollinem Neptuno successisse sacra perantione Pythois, id est, Delphorum, Calauriacque. Sed Ophoeus in hymnis ait ipsam Themidem post hominum memoriam primam mortalibus oraculum dementitasse; atque ex auto Delphico vaticinari solitam, ab eoque Apollinem dactitasse divinationem. Themis igitur, non Apello Dencalionem sortem dedit, ut canit Ovidius in primo Metamorphosis. In quo dicitur à Philocoro. Is enim traait Themis in ipso Dencalionis diturio, nemio bovis tergo, in Epiturn adveclam; ac loco, quo primum appulla est, *Bachera* nomen dedit: vel (ut alii codices habent) *Bachera*: quod in Epitotico Philostrophamus affumat. Hacc ex doctissimo Parthasio in Claud. lib. 2. De rapto Proserpinae. Phareus autem in lib. De malitia Herodoti ait, Apollini Thetia *ovvaypocivon*. CIOPANUS.
 380. *Meritis.* *Algoris* Cod. Menard. *masitu* unus Moreti, ut apud Claud. bel. Ger. 611. pro *miseris* *Argo* quidam codices, *meris*, & apud Nostrium in. Thil. xi. 38.

Te tamen est uno iudice missa parum.
 Alii codices, *missa parum*. BURMAN.

380. *Mitissima rebus.* Sic lib. scripti. Alii illi; qui praelo nunc subjiciuntur, habent: *Mitissima terris*. Superior est plenior. & *capita velate*, citat Nonius. Juvenalis:

*— Nec tempo putavit
 Pro cithara velate caput.* CIOPANUS.
 381. *Discedite templo, Et velate caput cinctasque resolvite vestes.* Quemadmodum religio est, facta illius manibus tractare, sic ego crediderim a diis immortalibus iustam irrogatum in mihi poemam, si haec tria excepta ex oraculo, que mystica sunt, nec sine multa sacri ritus cogitatione dicta, parvus & jejulus transmissio. Signanda ergo quamvis breviter haec sunt, primo: *Discedite templo*, dictum est ex more augurum. *Templum* enim dicitur locus manu auguris designatus in aere, postquam factum illico capiantur auguria. unde *ex templo* dictum est subito. de hoc templo mentio est apud Livium & Servium, & apud Varronem plura. & *velate caput*: hoc quoque deducitur ex more sacerdotum & augurum, qui deos caelo capite sic adorant, auctore Plutarcho, ut aut operiendo capite se humiliores redderent, aut metu, ne quid ignominiosum aut triste interpretandum alicunde auribus accideret, idcirco vestem ad aures usque attollebant. Livius ab urbe condita: *Augur*, inquit, *ad laetam sui capite velato sedem cecit*: *Cinctasque resolvite vestes*, hoc quoque ex pñica sacrificantium consuetudine derivatum est, nam, ut inquit Servius, piaculum in sacrificio est, aliquid esse religiosum. Unde Maro noster dixit:

*Unam exata sedem simul in veste recincta:
 Et albi:
 Fripai fator leto me & vincula rupi.*
 JACOBUS A CRUCE.
 382. *Et velate caput.* Titius Pataria: *Manna lacate unharis*. CIOPANUS.
 382. *Resolvite vestes.* Sic legitur in antiq. itaque legendum: non autem, ut nunc vulgo, *Resolvite*. IDEM. Unus Moreti, & duo Heinfii, *cinctasque resolvite vestes*, nescio an non rectius ex Ovidiano more, *cinctasque* quidam codices. *detingite* Patavianus, unde Gebh. 1. Crep. 2. legebat *cinctasque*

Laedere iactatis maternas ossibus umbras.
 Interea repetunt caecis obscura latebris
 Verba datae fortis secum, inter seque volutant.
 390 Inde Promethides placidis Epimethida dictis
 Mulcet; &, Aut fallax, ait, est solertia nobis:
 Aut pia sunt, nullumque nefas oracula suadent.
 Magna parens terra est: lapides in corpore terrae
 Ossa reor dici: jacere hos post terga jubemur.
 395 Conjugis augurio quamquam Titania mota est;
 Spes tamen in dubio est. adeo coelestibus ambo

Dili-

retingite vestes, de verbo *retingere*, vide ad 1. Amor. v. 9. & in. Amor. 1. 51.

386. *Pavido rogat ore proterque.* *Timido ore* Arondelianus. unus Vollianus, *timetque*. Opinor debere restari:

*Deique sibi veniam, timido rogat ore, parenti
 Laedere iactatis maternas ossibus umbras.* HENRIS. Caratque *laedere* Gronovium legere adnotaverat Francus, ut Horat. Art. Poet. 168. *commisisse carere*, & Virg. Elog. ix. 25. *occusare carere*.

387. *Laedere.* Tibul. 2. 1. 81. *Tu manes in laedere mori.* DONA.

388. *Interea repetunt caecis obscura latebris.* In uno meo, Urini & Caeseli. *caecisque*. CIOPANUS. Ita & Regius unus & Thuanus. *obscuris caeca*, tenus Regius & unus Heinfii.

389. *Datae fortis.* Accepti à Themide oraculi. CIOPANUS. *Verba datae: fortis secum inter seque volutant.* Florent. Neap. & unus Medic.

390. *Volant.* Accurate examinate. CIOPANUS. 390. *Inde Promethides placidis.* In uno meo & aliquot aliis ven. est, *Hinc Promethides*. Priscianus autem lib. 11. superiorem agnoscit lectionem; quam ego etiam multo libentius sequor, & amplector. IDEM. Atqui Priscian. pag. 384. *Promethides* agnoscit. sed codices tam Viviani, quam Heinf. plerique *Promethides* exhibent. sed respexit forte CIOPANUS tamum ad 70 inde, quod habet Priscianus, cum *hic* etiam sit in omnibus fere scriptis. Vide ad Epist. VIII. 3. BURM.

391. *Li, aut fallax ait est solertia nobis: Aut (pia sunt nullamque nefas oracula suadent.) Magna parens terra est.* Verius hi a plerisque non adhibita convenienti structura, nec interposita necessaria parentesi confute leguntur & perperam intelliguntur. nos vero suum ordinem adjuvantes, & debitam interpositionem apponentes, ita ordinamus & exponimus: & ait, supple. Dencalion, *aut solertia fallax est nobis*, hoc est, aut vos viri fallaces, qui auctiores dicimur & solertiores, juxta illud Lucretii:

*Et solertia est multo genus omne virile.
 At terra magna parens est:* Parentelis est:

(*Pia sunt nullamque nefas oracula suadent*)

Hoc est, dii enim pietate insignes nihil impium ac nefarium suaderent. JACOBUS A CRUCE. Pontanus *nobis* de utroque accipit: ambo enim frustra solertes erant, & de verarum gentium ossibus capiebant, donec Dencalioni verus aliquid occurrir, de terrae matris ossibus. pro *solertia* Vollii codex habebat, *sententia*. Gronov. *fiducia* a manu prima. *nostri* etiam pro *nobis* Basil.

394. *Magna parens terra est, lapides in corpore terrae Ossa reor dici: jacere hos post terga jubemur.* Dencalion oraculum, cui Pyrrha parere jam recitaverat, optime interpretatur. Terram autem matrem, & hic dicit poeta, & infra libro tertio, ubi ex eloquentissimi Livii libro primo locum adduxi, qui non minus hic quam illic ad rem intelligendam perrecesserunt est. Illustrat hanc locum, qui his studiis maxime illustris est, M. Antonius Murretus lib. x. Variar. Lectionum cap. 11. cuius haec sunt: *sapienter interpretatur Ovidianus Dencalion sortem sibi à Themide datam, quaeventi qua arte genus humanum aquis estantiam reparare possit: qui iussus ossa magnae matris post tergam jacere, matris nomine terram intellexit, cuius in corpore ossa lapides vocantur. Atque equestem existimus interpretatorem poetam in illo responso comprehendo, quod terram quidem matrem vocavit, sumpsitque ex historia Romana, ubi, cum regni addeificationis responsum esset, cum regnarentum Romae, qui primus matris ostendit taliffet, Brutus is, qui reges exegit, & navi extens, simulato casu, terram ostendit esse dicitur: quae autem lapides, terrae ossa, scemum esse a claritatem veteris tragici, qui & ipse illos eodem nomine affectat. Citantur enim haec a veteribus Graecis:*

*Πῶς ἑταίρου ἐπὶ πρηνὸς ἔσθαι.
 De eo qui ad lapidem ostendisset. Sic autem, & sanguinem terrae Aristoteles in quadam ad Alexandrum epistola videtur, vocasse dicitur, & vultu venas in terris dicitur, aut quibus apta conlata laet, aut è quibus metalla eruantur. CIOPANUS.*

395. *Augurio.* Auctorio Moreti. 197. TEN.

Diffidunt monitis. sed quid tentare nocebit?
Descendunt; velantque caput, tunicasque recingunt;
Et iustos lapides sua post vestigia mittunt.

400 Saxa (quis hoc credat, nisi sit pro teste vetustas?)

Ponere duritiem coepere suumque rigorem,
Mollisque morâ, mollitaque ducere formam.

Mox, ubi creverunt, naturaque mitior illis
Contigit, ut quaedam, sic non manifesta, videri

405 Forma potest hominis; sed uti de marmore coepto

Non exacta fatis, rudibusque simillima signis.
Quae tamen ex illis aliquo pars humida succo;

Et terrena fuit, versa est in corporis usum.

Quod solidum est, aethetique nequit, mutatur in ossa:

410 Quod modo vena fuit, sub eodem nomine manfit.

Inque

Inque brevi spatio, Superiorum numine, saxa
Missa viri manibus faciem traxere virilem:
Et de femineo reparata est femina jaetu.

Inde genus durum sumus experiensque laborum:
415 Et documenta damus, quâ sumus origine nati.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

* Python serpens in figuras.

Post cataclysmum factum edidit terra Pythonem serpenteum, * speciem ignotam mortales, hunc Apollo sagittis interemit: & ne ejus aboleret nomen, instituit ludos, * & certamina quaedam in his ludis ostendit. Unde etiam Apollo Pythius est appellatus, ludique Pythii.

Cete.

307. Tentare nocebat.] Nocebit meliores ut Epid. xv. 3. Quid est ista lecta nocebit. pro Diffidunt optimus Florentinus, primus Palatinus, & alii quatuor. Dependent. è templis enim per gradus descendebatur. Inf. lib. iii. 14.

Vix bene Castalio Cadmus descendit antra. Ubi tamen distinet Betnegger. HEINSIUS.

308. Tunicasque recingunt.] Vestes retolunt. hoc verbo recingunt usus est paulo supra Poeta. tale est verbum reducendi, & id, quod modo dixi, respiciunt. CIOPANUS.

400. Nisi sit pro teste vetustas.] Huc sane facit, eundem scribit M. Tullius in Orat. Habet autem ut in actibus antioritatem sanctas, sic in exortibus antiquitas: quae quidem apud nos ipsam vult plurimum. CIOPANUS. Fall. iv. 203.

Magna pro teste vetustas creditur. DOWZA.

404. Contigit ut quaedam, sic non manifesta, videri.] Ubi quaedam, quasi concedens videtur, ac petendo dictum, ut potest videri quaedam hominis forma, sic videri potest non manifesta. comparatio est in ut, & sic. & quaedam praeterea pro aliqua. GLAREANUS.

405. De marmore coepto.] Coepto primus Palatinus, quod praefat. HEINS. facta unus Medicus.

406. Signis.] Statuis. sic lib. iii.

— Ut è Pario formatum marmore signum. & iv.

— Ut dicitur si quis Signa tegor puro, vel candida illa virgo.

Sic & Cic. lib. iv. De Finibus: Phidias potest à principio insinuare signum, itaque proficere, potest ab alio inchoatum accipere, & abolerere. CIOE.

411. Inque brevi.] Inque unus Heinsii: eadem varietas lib. iii. Art. 724.

Inque pari spatio vixit & ortus erant. Lucet. 11. 77.

Inque brevi spatio mutantur secula amantum. Franciscus malebat, inde. BURM.

411. Superiorum numine.] Mutare veteres quinq. que. Silius lib. xi. 178.

Superum cum munere detur. Hinc scilicet viro dextris.

Noller lib. xiii. 650.

Imperat Argolicam celsissimamque classem. HEINS. Ergo tamen hic numine removere non ausus fui, quia certe ad rem tam miram efficiendam numine opus erat.

411. Virum.] Faciem virilem, pro virorum unus meus & unus Mediolenensis. HEINS.

412. Missa viri manibus faciem traxere virorum. Et de femineo reparata est femina jaeta.] Vide Apollodori lib. primo, qui hanc rem diligentissime persequitur, in uno Vatic. Faciem capere. Atque ita mox loquitur: Faciemque aliquam capere morando. CIOPANUS. In uno Heinsii fuisse, vel capere. sed nihil muto. eadem mox v. 421. varietas in scriptis lib. iii. 309.

Ossa formam lapidis traxisse figuram. Et 482.

Pellora traxerunt trancum percussa roborem. Lib. vii. 489. dixit:

Casside posita virgum vapare colorem. Ubi etiam capere, & fuisse codices nonnulli. sed lib. ii. 236.

Aethiopum populi virgum traxisse colorem. Sic & lib. xiv. 300. dixit:

Eandem

Attingunt faciem.

Ubi etiam codices alii, traxerunt faciem, pro faciem autem speciem Leidensis hic unus sollemni permutatione. BURMANNUS.

414. Inde genus durum sumus, experiensque laborum, Et documenta damus qua sumus origine nati.]

Hacc

Hacc duo carmina citat & interpretatur Probus lib. i. Georg. ad illa Virg.

Continuo has leges, aeternaque seclera certis Imposuit natura locis, quo tempore primùm Deucalion vacuam lapides jastravit in orbem.

Deucaliona putant Promethei fuisse filium, & habuisse in matrimonio sororem patrualem Pytham Epimethei filiam, his temporibus, quibus Juppiter innulata Graecia Cataclysmo perdidit humanum genus; qui cum perlati essent in montem Parnassum, ejustantum duo vertices eminebant, & ibi esset oraculum Themidos, intraverunt adorantes quemadmodum possent restitui homines; quibus responsum est, jaetanda his esse parentis magnae ossa post terga discinctis capibusque velatis, ossa ejus, lapides jecerunt post se, ex quibus hominum genus renatum est, cujus etiam Ovid. meminit cum ait:

Inde genus durum sumus, experiensque laborum, Et documenta damus, qua sumus origine nati.

Hinc sane facit quod de Deucalione & Pyrrha scribit Higinius, quamvis una in re ab hoc nostro differant, quod eos non Parnassum montem, sed Actaon, ubi se à diluvio incolumes fervaverunt, ascendisse narrat. Ejus verba sunt: Cataclysmum, quod nos diluvium, vel irigationem dicimus, cum factum est, omne genus hominum interit, praeter Deucalionem & Pyrrham, qui in montem Actaon, qui atrissimus in Sicilia esse dicitur, fugerunt. Hi propter similitudinem cum vivere non possent, petierunt ab Jove, ut aut homines nati, aut eos pari calamitate adhereret. Tunc Jovis iussu eos lapides post se jaetare. quos Deucalion jaetavit, viros esse iussit: quos Pyrrha, mulieres. Ob eam rem Laus dicitur: Laus enim Graecè lapis dicitur.

CIOPANUS.

414. Experiensque.] Lib. xiv. 159. Experiensque Ulixis. DOWZA. vide ad III. Pont. vii. 12.

* Python.] Ita cum MS. & Veneta in Capitulo lemnatis. sed perperam utique. Non enim Python a Nafone, sed terra narratur versa in varias animalium figuras, in quibus & Python erat. MUSKOR.

* Cataclysmum factum.] Python ignota. Colon. * Speciem ignotam.] Species ignota in margine. RAENERIUS. Atque ita edidit Micillus. MUSKOR. Ita & in Lugdun. sed in Raeneri editione non invenio, sed in Plantin.

* Aboleret.] Ita C. Hervag. Birkm. fortasse scripsit, aboleretur. solent enim in his marginum notis licetae nimisculae superscriptae, ut r in tur, n in lent, exteri & aboleri. Nisi forte originis verbum Lactantius ita usurparit, quomodo Columella lib. ii. 2. Virgil. vii. 232. & alii verbo inde dellexo abolerere uti sunt, nempe neutro modo, uti & adolerere, indolerere etc. hocque usurpatur. sed & solocismus esse patet, quales in Lactantio non paucos reperias, in V. est aboleret vastatas, quod & Raenerius agnovit, sed vereor ut sit verum. GISELIUS. sed Livium saepe abolerere ita usurpassé notant ipsa Lexica. qui & lib. i. cap. 23. dixit, donec cum re nomen quoque vastitate aboleret. Mantiniana editio legit, huius autem victoriae nomen ne vastitas aboleret.

* Et certamina quaedam in his ludis ostendit.] Sic liquide scribit V. quae verba mire respiciunt Birkm. & Hervag. Absunt vero a C. & Raener. libro. GISELIUS. Raenerius audaci, Meheciobes, exemplo, praeter et certamina, verba ista omnia omisit. At Giselius, & certamina quaedam in his ostendit. Venet. & Micyll. Ludos & certamina: quae jam in his ludis ostendit. Etiam MS. Cod. pro altera lectione, quae jam est. Ceterum causam aliam, cur Pythius Apollo dicitur sit, legas apud

Hanc Deus arcitenens, & nunquam talibus armis
 Ante, nisi in damis capreisque fugacibus, usus,
 Mille gravem telis, exhausta pene pharetrâ,
 Perdidit, effuso per vulnera nigra veneno.

445 Neve operis famam possit delere vetustas,
 Instituit sacros celebri certamine ludos,
 Pythia, de domitae serpentis nomine dictos.
 His juvenum quicumque manu, pedibusve, rotâve
 Vicerat; aesculeae capiebat frondis honorem.

450 Nondum laurus erat; longoque decencia crine
 Tempora cingebat de qualibet arbore Phoebus.

FAB.

443. *Gravem.]* Graeci Beinege, a manu prima & alii bene; Livius Andron. bene:

Prospice jam gravida crispant tibi terga pharetra.
 Silius lib. VII.

Moustrabat gravidam telis se fert pharetram.

Petron. de bello civili:

*Haec detritas lacrae Martius mudo,
 Innumerabilibus telis gravem.* HUISSVS. Ita & Zinzlingio cap. LI. Pionnolidis placuit, ex illo Horatii l. Od. 22.

Veneratis gravida sagittis pharetra,

Ego tamen non probò hanc lectionem, quae mihi aliquid scaberi sonare videtur. *ex gravi mille telis, exhausta pharetra* inconcinne jungi puto, ut & Pontanus recte notavit, praeterea Pythionem fuisse oneratum sagittis ab Apolline ultra modum, ostendit Statius lib. v. 332. quem locum recte Pontanus adduxit:

Donat tibi, Deâ, saxa

Vestis arcumque carente valere struam.

Ubi carente valere ex historia fabulosa recte dicitur: tot enim sagittis stratum esse tradunt, & inde *exertz* dicitur vult Juliano Epist. XXIV. & ita passim vulnerati graves telis, vulneribus &c. dicitur. Idem Statius lib. IX. 43.

*In vestibus graeva aera trahens, hostiamque sequentem
 Vulneribus cœca mille gravis, totisque per artus
 Sanguis.*

Livius lib. XXXVI. 20. *Ex gravibus vulneribus Alexander Aetolian, montem adversae pugnae, quem persequitur, Vellejus intercal. II. cap. 55. Pompeius gravibus vulneribus inventus, inter solimanis aerae inventus. graevi de valere, dixit Val. Place. VI. 65.*

*Datiis Aetolianis graevius de valere pugnat
 Miste in arma Duras.*

Ita vers. 381. ut recte viri docti constituant:

Ille sua coniectis sagittis lapsis.

Quis gravibus, utaque tarent externis idam.

Imitatur porro hunc Ovidii locum Statius lib. 2. 397.

Perdidit, absumptis numerosa in vulnere telis.

BURMANUS.

447. *Pythia perdomitae &c.]* Hoc quoque loco vet. omnes habent *Phytia*. CIOFANUS. rectius de domitae meliores. pro *hic* vestu proximo Neapol. & secundus Medicus cum codice Johannis Georgii Graevii viri doctissimi, *Hic*, HENSIUS.

449. *Esculeae.]* *Herculeae* habent quatuor codices, & margini Gryphii, quod nuper attulit eruditissimus Auctor dissertationis in Historiae Criticae Republ. Literariae tom. I. p. 159. de qua conjectura quid censuerit vir Amplissimus Gish. Cupeus, malo ipsius verbis, quae olim ad me perferunt, lectori narrare. Invenio in tomo I. de *Philosofie Critique de la Republique des Lettres*, dissertationem de praemio, quod olim dabatur victori ludaeum Pythiorum, & dissentit vir eruditus de loco Ovidii lib. I. *Metamorph.* ubi canit:

Hic juvenum quicumque manu, pedibusque, rotave

Vicerat. HERCULEAE capiebat frondis honorem.

praeque illam lectionem praefendam esse alteri lectioni, quae nobis pro *Herculeae*, dat *Esculeae*. idque ideo, quia Esculeus est dedicata Jovi, & ob alias rationes, quae mihi leviter ostendunt omnino videntur esse. praecipua tamen est, praeter jam memoratam, quae le poète lui fait allusion aux Jeux Olympiques institués par Hercule, longtems avant l'établissement des Jeux Pythiques. Or, ajoute-t-il, tout le monde sait, que la couronne d'Hercule, & de ceux qui deviennent vainqueurs dans les Jeux, étoit d'Olivier Sauvage. Sed mihi haec nota non tam liquida videtur, & si respiciamus primam institutionem Pythiorum, utique illi ludum Olympiense certare possent de antiquitate. Nam ex opinione Ovidii Apollo hujus celebritatis auctor, ipsa lib. I. *Metam.*

Neve operis famam possit delere vetustas.

Instituit sacros celebri certamine ludos,

Pythia perdomitae serpentis nomine dictos.

Fateor per breve tempus illas fuisse celebratos, & primum ab Amphiclyoniis renovatos Anno III. Olymp.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Daphne Penci filia in laurum.

Daphne Penci a fluminis filia, cum omnium virginum, quae in Thessalia essent, speciosissima haberetur, adeo quidem, ut Deos pulchritudine sua caperet; Apollo cum eam conspexisset, forma ejus expalluit. quam cum neque pollicitis, neque precibus adire potuisset; vim ut afferret instituit. Et illa cursu conspectum ejus effugere cupiens, patrem invocavit, ut virginitati suae, quam sibi permiserat, ferret auxilium: cujus ille

Olymp. XVIII. sed origo prima; non intermissiones & instaurationes in numerum venire debent. Quin & Herculeum ipsum in primo agone pugasse, & panceratio vicisse notant eruditi, id quod si factum fuit ante institutum certamen Olympicum, nique inde exemplum coronae non potuit desumi. Quidquid sit, non invenio diversam apud illustrem Henfium lectionem, id quod certe non favet voci *Herculeae*, cum in ipsius & aliis editionibus scribatur constanter *Esculeae*: deinde si vera notat (neque enim in locum inquirere possum) Mercurius filius, esculus in sacris Herculis, & illa a nonnullis Jovi ascribitur; id quod ultimum verum esse recte ex Plinio notat elegans dissertationis Gallicae auctor. Sed siquis *Herculeae*, sequens virum eruditum, amplecti velit, ego quidem propterea ferram recipere nohim, sed tamen nescio an *Herculeae frons* recte expicitur *Olivier Sauvage*. Scio Paulan. lib. I. narrare ab Hercule primum ex Hyperboreis oleastrum deportatum ad Graecos fuisse, & ex eo coronasse primos victores in ludis Olympicis, sed nunquam auctivum Herculi fuisse dicatum, sed Minervae; & si debellator monstrum ibi locum habere debet, ego crederem populeam coronam advocandam esse; notii illud Phacoi. III. 19.

Quercus Jovi

Et myrtus exaei placuit, Phoebo lauro,

Pinus Cade, populus celsa Herculi.

Unde & Virg. VIII. Aen. vs. 226. de *populo* loquens *Herculeam nubem* illi tribuit, cujus rei causam recinet ibi Servius, non secus ac ad v. Aen. 124. Auctor Etym. M. in v. *Azgeus*, & Schol. Theoc. ad Bialyl. 2. vs. 121. & Plinius 12. l. Phil. Nat. ita loquitur, *Arborum genera numinibus suis dicata perpetuo servantur, ut Jovi esculus, Apollini laurus, Minervae olea, Veneri myrtus, Herculi populus.* Ad quae respondi, me quoque non posse induci, ut *Herculeae frons* dicatur a Jovis ab Hercule institutis, sed quae Herculi sacra fuit, ut *Palladia olea, Phaebe laurus* &c. neque locum Phitarchi, quem adducit eruditissimus vir, aliquid habere cum Ovidio commune, cum illa verba, *nondum laurus erat*, non notent, nondum in usu erat, sed nondum in rerum natura erat; & hoc a Poeta ingeniosissimo interferri, ut

sibi aptam ad Fabulam Daphnes viam & transitionem faceret, quare cum antea Apollo ex obovia quicumque arbore cingeret comas, ante natam laurum, ita verosimile esse, dedisse esuleam coronam in certamine, quae inter glandiferas pinis mortalibus erat in summo honore. BURM.

450. *Nondum laurus erat.]* Laurus Phoebo gratia, quod Daphnen, ut viri Parthenius in volumine, quod de Amantibus composuit, Amydei filiam dilexit, quam ne per vim stupraret, Jupiter in arborem Laurum convertit: Apollo in terra Sol, sine quo fruges neque oriuntur, neque maturefcunt. Probus ecl. III. CIOFANUS. atqui Aelianus lib. III. Var. cap. I. dicit Apollinem uocato Pythone fuisse lauream coronam, sed vide ibi viri doctissimi Perizonii notas, qui docet inter caedem Pythionis & Iustitiam Apollinis, qua laurus fuit, intercessisse novem annos, eoque intervallo amasse Daphnen, & invenisse laurum. BURMANUS.

a fluminis filia.] In C. est *omnium virginum, quae in Thessalia sunt, speciosissima habebatur, adeo quoque, ut Deus pulchritudine ejus caperetur. Apollo enim cum eam vidisset.*

a Adeo quidem.] Adeo quod ex deo. COLON.

a Apollo cum eam.] Ita Edd. omnes. Sed MISS:

2. *Apollo enim cum illam.* Forte, *Apollo etiam cum &c.* MUNKER. *Apollo cum eam vidisset.* COLON.

a Vim ut afferret.] Sic legitur in MSS. 2. Videlicet eandem lectionem hinc scriptori etiam lib. II. S. IX. IO. X. 3. Hygin. Astron. II. 20. *Vim sibi pene allatam.* Cap. 18. *Eum vim sibi afferre voluisse.* Nepos Dion. cap. 10. *Dioni vim allatam.* MUNKERUS. *vim ut inferret* Parn. Laqd. Micyll. RACNER. sed *afferret* rectum est. vide ad Ovid. Epist. XVII. 27. *Vim inferre instituit, at illa cursu ex ejus conspectu fugere.* COLON. *De conspectu fugere* Phaedrus dixit lib. I. Fab. 16. BURM.

a Et illa.] At illa Micyll. Quod praefero. MUNKER.

a Quam sibi permiserat.] Sic recte cum MS. Venet. & Micylliano. peperam *permiserat* Racnerius & Gicelius. *permittere* est concedere, committere &c. Horat. lib. IV. Od. 4. *Cui Rex desertum regnum in aevi votis permisit.* & lib. I. Sat. 3.

ille auditis precibus, filiam deorum auxilio, ut vim effugeret, in laurum conversit.

Primus amor Phoebi Daphne Peneia; quem non Fors ignara dedit, sed laeva Cupidinis ira. Delius hunc nuper, victa serpente superbus, 455 Viderat adducto flecentem cornua nervo: Quidque tibi, laeive puer, cum fortibus armis? Dixerat: ista decent humeros gestamina nostros; Qui dare certa ferac, dare vulnera possumus hosti. Qui modo, pestifero tor jugera ventre prementem, 460 Stravimus innumeris, tumidum Pythona, sagittis, Tu face nescio quos esto contentus amores Irritare tua: nec laudes adfere nostras. Filius huic Veneris; figat tuus omnia, Phoebe, Te meus arcus, ait: quantoque animalia cedunt

Cumela

si tibi regnum permittant homines. Terent. Andr. Act. 1. sc. 3. Bona nostra haec tibi promitto, et tuae munda fidei. Justin. lib. 11. cap. 7. Administramus republicae annis magistratus tenuisse. Nepos Hamilcar. cap. 1. Fani rem arbitrio permittunt Hamilcaris. Sallust. Jug. cap. 103. Belli componendi licentiam ipse promittit. Senec. de Provid. cap. 6. Promissi colere, metuenda contemnere, cupienda fastidire. MURKER. permittat etiam Parm. Lugd. recte. Ovid. Epul. viii. 30.

Quam sibi permittit, genero permittat amorem. II. Met. 130.

Cumula sunt verum permittit potentia Teles.

Ubi quidam codices. vide (I. Graev. ad Cicer. pro Rosc. Comod. cap. iv. BERGMANNUS.

et Cumula ille auditis precibus, filiam &c.] Ita C. V. & meliores vulgo, solet autem hujusmodi multa Laetius de suo adspargere: quae qui viderunt cum Ovidii verbis non congruere, ausi sunt alii innotuere GISELII. Ita locum huic constituit GISELIUS. Veneta & Micillyana habent: Quam ille, auditis precibus filiae, deorum ut vim effugeret, in laurum conversit. Atque ita quoque Raenerius, nisi quod et filiae omittit. Quam vocem agnoscit tamen MS. liber, qui ceteroqui cum GISELIANO facit. Inf. lib. vi. Fab. 4. Auditis itaque precibus eius. Jupiter agricolis in speciem ranarum transformavit. lib. xii. Fab. 6. At illi auditis precibus eius &c. MURKER. cum Veneta taceant Parmensis & Lugdunensis: de deorum auxilio nihil Ovidius, & ipse Peneus, qui ut flumen numen habebat, id filiae praeficit. forte, filiam, Dei ut vim effugeret. BURMANNUS.

452. Primus amor Phoebi Daphne Peneia.] Sub Poetico figmento Daphnes, quae laurum signifi-

cat, forte alludit Poeta ad amorem constantissimum & plurimum conjugalem Augusti Caesaris & Liviae Drusillae. Quam praegnantem idem Augustus abduxit matrimonio Tiberii Neronis, illeque & probavit unice ac perseveranter, ex qua nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet, huic autem cum Augusto puella esset: Gallianus, inquit Plinius, conspiciit camboris, sedenti aquila ex alto abscit in gremium illaefam, intrepidusque miranti accessit miraculum, quoniam teneret rostro laurum ramum quollum suis lacris. conservari alitem et sobolan jussere aruspices, ramumque eum feri, ac rite custodiri, unque sylvae provenit, ex ea postea triumphans Caesar laurum in manu tenuit, coronamque in capite gessit, ac deinceps imperatores Caesaris culti. Per Daphnem igitur Liviam & hujus lauri ramum potes accipere: haec enim cum Augusto sterilis vixit, ut laurus: nec non per Phocbum Augustum, qui tum Apollinis filius voluit dici & existimari, tum magis Apollo est cietus, quod ex Tranquilli historia clarus luce perspicies. Sidorius Apollinaris inde ait:

Mactis generis Aetor Phoebigenam sese gauderet haberi. Et in bucolicis Virgil. principi dum blanditur, inquit, tuus jam regnat Apollo: per Apollinem Augustum signans, quod etiam annotavit Servius. JACOB. A. CRUCE.

453. Fors ignara dedit.] Libri mei, unus Vatican. duo Caesl. Dominic. & unus Mat. Fors ignara dedit. Rectius. CIOFANUS. Fors cum melioribus. Statius Theb. x. 72.

Tempus tamen obvia magis Fors dedit auxilium. Et Achill. II. 135.

465 Cumela tibi, tanto minor est tua gloria nostra. Dixit: & eliso percussis aere pennis Impiger umbrosa Parnasi constitit arce: Equae sagittifera promisit duo tela pharetra Diverforum operum. fugat hoc, facit illud amorem. 470 Quod facit, auratum est, & cuspide fulget acuta: Quod fugat, obtusum est, & habet sub arundine plumbum. Hoc Deus in Nymphis Peneide fixit; at illo Laetit Apollineas trajecta per ossa medullas. Protinus alter amat; figit altera nomen amantis, 475 Silvarum latebris, captivarumque ferarum Exuviis gaudens, innuptaeque acmula Phoebes. Vitta coeorcebat positos sine lege capillos. Multi illam petiere: illa averfata petentes,

Im-

Quae tibi fideris Divarum vulibus aequas Fors dedit?

Calpurn. Eclog. vii.

Nunc tibi si propius venerandum cornere nomen Fors dedit.

Ita lego, ut & Eclog. xv.

Fors et inveno, si fors dedit, nitur auro.

Inf. II. 257. & x. 619. xiv. 425. & 489. ex MSS. supra. 297. dixi fors tulit. mox victa serpente pinus & secumbis Medici, Neap. Bernegger. Thuan. & duo alii. HEINSIUS. Fors ignara ferit Berneggeri Argentinensis. praeterea serpente morte superbus Gronov.

456. Cum fortibus armis.] Cum talibus armis magis Grypsii & Beruamii; & mox, decem animi signamina vestros excerpta Menardi.

460. Tumidum Pythona.] Tumidum, opor, dicit propter venenum, CIOFANUS. Recte: & male Regius superbia elatum interpretatur. I. Trill. II. 13.

Pene decem totis aluit Pacantius annis Perfiderum tumulo vulnus ab angue datum.

Sen. v. 307.

Tumidi stat in ore veneni Spuma virent.

Ubi vide Barth. Ita lib. II. 777. pro tollera selle virent, Gronov. habebat timent, ut ibidem 38. 33. Corpus tuum omne veneno.

Gracilianus unus Sicii. & straximus innocens Florentin. & unus Thuan. BURMANNUS.

102. Irritare tua.] In uno Caesl. 10. D. & uno Mass. est, inflammare. Eadem varietas notata est ad marginem unius mei. CIOFANUS. In pleneque Viviani est, inflammare, ut & in iv. Ciof. quod probat Gebli. i. Crep. 12. vetus Epigram. inter Catalecta Pichoci pag. 3.

Ipsae schalifero Veneris puer omnia flammam, Pro sacibus proprias arte ministrat aquas.

Sic inflammare odium Stat. III. inflammare tela Liv. x. 11. Theb. 338. flammam nefas, idem Theb. xi. 305. ex MS. vulgo firmare, irritare tamen flammam dicit Noller Faltor. II. 644.

Dom fiero prima: irritat cortice flammam.

Et amoris. lib. II. Amor. iv. 9.

Non est certa meos quae forma irritat amores.

HEINSIUS. in aliis, indagare: in Baneggeriano; invitare. vide ad. d. l. Amorum II. 4.

465. Cumela Deo.] Deo olim legebam. Nunc sequor scripturam Berneggeriani codicis, quam Vossianus unus, unus item Morei pro diversa lectione agnoscunt, Cumela tibi. imitator inter alia Silius libro xv. 71.

— Mortalibus alii

Quantum caelestiae, tantumdam animalibusque Praestant cunctis. HEINSIUS.

468. Deque sagittifera.] Epico praestantior. Parnasi etiam pro Parnassi constanter veterum codices, tam apud Nasonem, quam alios scriptores Romanos. HEINSIUS. Atque sagittifera duo, jamque Vossianus. Aque Palatin. promit etiam Medicus, qui & seq. versu:

Facit hoc, fugat illud amorem.

Et ita Thuanus & Leidensis unus.

270. Et cuspide fulget acuta.] In eodem Caesl. et sequi cuspide acuta. CIOFANUS. & ita excerpta Calandrac.

472. In Nymphis Peneide fixit.] In Nymphis Peneide fixit Leidensis.

477. Positos sine lege capillos.] Mox dicit, Innotes: & alibi: Male compositos, et nonnullam dicitur. CIOFANUS. neglectos alba capillos Lovan.

478. Averfata petentes.] Averfata pliniani codices. ispernata petentes magis Grypsii.

Impatiens expersque viri, nemorum avia lustrat:
 480 Nec quid Hymen, quid Amor, quid sint connubia, curat.
 Saepe pater dixit: Generum mihi, filia, debes.
 Saepe pater dixit: Debes mihi, nata, nepotes.
 Illa, velut crimen, taedas exola jugales,
 Pulchra verecundo suffunditur ora rubore;
 485 Inque patris blandis haerens cervice lacertis,
 Da mihi perpetua, genitor carissime, dixit,
 Virginitate frui: dedit hoc pater ante Dianae.
 Ille quidem obsequitur: sed te decor ille, quod optas,
 Esse vetat; votoque tuo tua forma repugnat.
 490 Phoebus amat; visaeque cupit connubia Daphnes:
 Quaeque cupit, sperat: suaeque illum oracula fallunt.
 Utque leves stipulae demtis adoleantur arillis;
 Ut facibus sepes ardent, quas forte viator
 Vel nimis admovit, vel jam sub luce reliquit;

495 Sic Deus in flammis abiit: sic pectore toto
 Uritur, & sterilem sperando nutrit amorem.
 Spectat inornatos collo pendere capillos.
 Et, Quid? si comantur, ait. videt igne micantes,
 Sideribus similes, oculos. videt oscula; quae non
 500 Est vidisse satis. laudat digitosque, manusque,
 Brachiaque, & nudos mediâ plus parte lacertos.
 Si qua latent, meliora putat. fugit ocior aurâ
 Illa levi: neque ad haec revocantis verba resistit:
 Nympha, precor, Penêi, mane: non insequor hostis.
 505 Nympha, mane. sic agna lupum, sic cerva leonem,
 Sic aquilam pennâ fugiunt trepidante columbae;
 Hostes quaeque suos. amor est mihi causa sequendi.
 Me miserum! ne prona cadas, indignave laedi
 Crura secent fentes; & sim tibi causa doloris.
 510 Aspera, quâ properas, loca sunt. moderatius, oro,

Si

Cur-

470. *Nemora avia lustrat.*] In uno Vatic. itemque uno meo, *Nemorum avia lustrat.* Utrumque rectè. CIOFANUS. Rectius alii, *nemorum avia*, sic *nemorum secreta* non longe post, & *opaca nemorum* apud Statium Theb. primo 376. & Theb. XII. *arvata nemorum.* & Avienus Fabul. xxxvi. *Et nemorum lustrat vargas opaca seculi.*
 Sic Sen. vii. 186. rectè ex MSS. *Cytherea secreta.* & lib. v. 364. *nemorum per avia dens.* (ubi tamen malo cum vitis doctis *avra*; vide ad Val. Flacc. vi. 201. ut apud eundem lib. vi. 281.) *avia campi* apud eundem lib. x. 33. 384. *nemora tamen avia* Lucretius quoque dixit non uno loco, & Statius lib. vi. 29.
Acceptos longè nemora avia frangunt
Multiplicarent juvas. HEINSIUS.
 481. *Saepe pater dixit, generum mihi filia debes,*
Saepe pater dixit, debes mihi nata nepotes.] Infra 659.
Stipulae sunt generi mihi prima, secunda nepotum.
 CIOFANUS.
 484. *Suffundens ora rubore.*] Responde, *suffunditur* cum Bernegger. secundo Palat. primo, Gronovii, vetustiore Eritano, & duobus aliis. multi sunt in his Graecis poetæ. HEINSIUS. sed exempla, quae adduxit Gronovius in Addendis ad Diatrib. Stationam pag. 401. vulgatam tuentur.
 485. *Haerens.*] In codice Putei Junii, *pendens* ut mox. vers. 651.
Inque gementis
Cornibus, & mixtae fœdibus cervicis juvencae,
 Et Fall. II. 760.
Deque viri collo dante pendente onus.
 Quinctil. Deel. x. 3. *Ab hujus osculis, ab hujus feminae cervicis pendebat.* Propert. II. x. 22.

Pendebat collo Galla pulchra tua.
 Tibull. III. Eleg. vi. 45.
Nec vos aut captant pendente brachia collo.
 BURMANNUS.
 486. *Da mihi perpetua genitor carissime, dixit, Virginitate frui: levi hoc pater ante Dianae.*] Non dubitat Muretus, quia Ovidius hoc loco Callimachum expressit, apud quem Diana ipsa ita loquitur: *Δός μοι παρθενίῳ ἀδάμῳ ἄππιν Φυλάσσον, genitor carissime:* In uno Vatic. & utroq. meo, & Io. Dei, *Karissime* per K. Quemadmodum scriptum reperit vidimus Romae, & in Patriâ in antiquis lapidibus. CIOFANUS.
 491. *Quas forte viator*
Vel nimis admovit.
 Et sunt, & alii nonnulli, *Quaeque*, videlicet connubia. *Quaeque* quatuor non contemnendae notae. HEINSIUS.
 492. *Adoleantur.*] Neapolitanus & alius, *adoleantur*, forte rectius; *adole* tantum in sacris locum habet Virgil. IV. 407.
Adoleat nefandi
Caussa viri monumenta jubet. HEINSIUS.
 Ita & xv. Met. 872. *Nec Jovis ira nec ignis poterunt adelere.*
 493. *Quas forte viator.*] Ita constanter libi veteres, nisi quod in tribus, *saepe*. Scribendum tamen:
 — *Quas nosse viator*
Vel nimis admovit.
 Ut nosse respondeat *τῶ sub luce*. IV. Fall. 167.
Semistimque factum virginita nosse viator
 Pomet. HEINSIUS.
 Rectè: nam *nosse* iter cum facibus faciebant. vid. Caetanoni notas ad Sueton. Caes. c. xxxi. & ibi lucè in primis facientem Varronis locum, voces autem

autem *nosse*: & forte confundi a librariis videbis ad Epil. III. vers. 10. BURMANNUS.
 494. *Vidimus admovit, vel jam sub luce reliquit.*
 Non satis luculenter hunc locum efferunt commentarii, neque ego plane intelligo. consuetudo aliqua exprimitur, vulgo nota, sed nobis non admodum. GLAREANUS.
 497. *Collo.*] *Hannero* Leidensis tertius.
 498. *Et quid si comantur.*] Ita vet. omnes lib. Rectè. CIOFANUS. vide Gifan. Ind. Lucret. in *et quavis*.
 499. *Videt igne micantes.*] Francius legebat & diligebat:
Videt igne micante
Sideribus similes oculos.
 Utinam conjecerat, *sideribus similesque oculos*, in uno Leidensi era, *sideribusque oculos similes*, quod placet. Schœpp. apud Fabricum lib. II. Epil. 71. legebat, *igne micare*.
 502. *Si qua latent.*] Quinctil. VIII. 3. *Quaeque latent, cina*.
 503. *Nympha precor, Penêia mane.*] In uno meo: *Nympha mane Penêia precor.* CIOFANUS. *Penêi* optimus Florent. & Neapolitanus, sic paulo ante, *Hei Deus in Nymphâ Penêide fixit*, in Fallis lib. vi. *Doloni & Calimae* agnoscunt praestantiores libri, pro *Doloni & Calimae*. Nec diuio apud Horatium lib. I. Od. xxv. *Pimplaei deliciae* pro *Pimplae* reperti debent. Martialis lib. XI. Ep. IV.
Nova ut una mea tantum Pimplae gaudent
 Olla.
 Quamquam apud Statium Soteris Gallici non ignoto illa occurrere:
Licet euhæa vatis
Exuladat Pimpla sum.

Et Surrentino Pollii:
Si superet Pimplae sum.
 Sic & alibi, quibus locis, *exuladat*, & *superet* *Pimplae* forte scribendum. sic apud eundem ex vestigiis veterum librorum. Theb. IV. 32. 481.
Tu sepere cœtu
Elysiac Persei pios, virgine potentis
Nubilis Arcas agat.
 Apulejus lib. II. Met. *Sic in modum superbi juvenis Aonii, vel Atalae nati Pimplidis, lateratus alyce discretus domo protuber.* Ita enim locus longe vexatissimus scribendus. Penêius & Orpheus a Bacchis discreti. *Juvenis Aonii* Penêius. Adonidi locus hic non est, qui discretus non fuit. *Atalae natus Pimplidis* est Orpheus Calliopes filius. *Vates juvenis Adonii, vel melleatis pectus*, inepie scripti meliores, *Adoni vel melleatis pectus*, in perrevento Bernolli codice. *Atalae nati Pimplidis*, proxime verum. vide varias conjecturas hominum literarum in notis Elmenhorstii pag. 167. Sic *Pimplide* in Martialis loco jam adducto vetusti quidam codices. sed ad rem. haec scriptura quin vera sit, quis dubitet, qui meminerit Apulejum ludere frequenter in Epithetis. sic innoto operis, *Papyrus Aegyptia, Niloticus Calanus, Thymeris Aethiaca* sic & Epil. XVI. *Lolani pro Lolani* moniti scribendum esse, & Epil. XVIII. *Sisipulani*, pro *Sisip*. HEINSIUS. vide Henrichium Beul. ad Horat. lib. I. Od. 26. qui Henrichi correctionem probat & firmat.
 506. *Tropilante.*] Vide Gronov. ad Liv. xxvii. cap. 1. de hujus verbi usu. infra. v. 605. eadem se-re repetit verba.
 507. *Hostes quaeque suos.*] Sic legitur in quatuor lib. script. AR in uno Vatic. *Hostes quaeque suos*.
 Ye

Curre, fugamque inhihe; moderatius insequar ipse.
 Cui placeas, inquire tamen. non incola montis,
 Non ego sum pastor: non hinc armenta, gregesve
 Horridus observo. necis, temeraria, necis
 515 Quem fugias: ideoque fugis. mihi Delphica tellus,
 Et Claros, & Tenedos, Patareaque regia servit.
 Juppiter est genitor. per me, quod eritque, fuitque,
 Estque, patet: per me concordant carmina nervis.
 Certa quidem nostra est: nostrâ tamen una sagittâ
 520 Certior, in vacuo quae vulnera pectore fecit.
 Inventum medicina meum est; opiferque per orbem
 Dicor; & herbarum subiecta potentia nobis.
 Flei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis:
 Nec profunt domino, quae profunt omnibus, artes!

Plura

Totentius eodem modo in Eun. dixit *Quisquam*
 generis sem. *Quandocumque illarum neque quisquam*
quam te vocat. Vide ibi Donatum. Eodem modo
 venulillimi illi auctores *quisquis*. Livius: *Mulier*
quisquis ei, te volumus. Caecilius: *Quaeso igitur*
quisquis es mea mulier. Pacuvius:
Quisquis tu es mulier, quae me in iudicio nunc-
quisi nomine.
 Ennius:
Et quisquis illace est, quae legumini facinoris est
plena?
 Notavit haec Nonius. CLOPAXUS.
 100. *Cerna vocant fœta.* Alter liber meus &
 Abb. *Cerna fœta.* CLOPAXUS. Secundecem ex me-
 horibus. ut in illo Virgiliano GONG. III. 444.
 — *Hircini generant torpida vespes.*
 Et Fel. x. 40.
Ad tibi no traxeris glacies fact altera plantis.
 Hinc *videtur non arcam erantem* Columella dixit
 libro x. loco depravato. qui sic emendandus:
Nec manibus miteri feceras, nec trarientur aequat
Terga ruiti spumique serai palliarum acatis.
 Propert. lib. iv. Eleg. iv.
Retulisti hirsuti brachia fœta rubis.
 Ita Senec. Troad. 330.
Aut vinctis manibus
Securibus praefricta.
 Tibullus tamen libro iv. III. 10.
Caeciliâque hauritis crata nitare rubis.
 HEINSIUS.
 510. *Moderantius, oro.* In eodem meo & hie
 & in sequenti carmine legitur: *Moderatus*. quam
 lectionem confirmat ipse lib. i. Trist.
Nec silet irasit (nec enim moderatur alto)
Cum quis in adecessu fugat amavit, amat.
 Illa recte à participio deduci potest. CLOPAXUS.
Moderantius cum caligatibus membranis neque

alter CLOPAXUS. alterum enim vix Latinum est.
 Epist. XVIII. 45.
Parce precor, facilemque moere moderatus auram.
 Et Amor. lib. II. Eleg. XVII.
 — *Dum me moderatus urat.*
 Quibus locis pari modo peccabatur. Stat. x. 418.
 — *Moderatus, oro,*
Dacite. HEINSIUS.
 517. *Per me quod eritque, fuitque, Estque patet.*
 Asseverat acutissimo ingenio vir, liberalium om-
 nium disciplinarum intelligentissimus, præcæque
 probitatis exemplar rarum, Gulielmus Sicleus
 S.R.E. Cardinalis amplissimus, Ovidium hunc locum
 è libro primo Iliad. breviter & venulillimè, quam
 quisvis alius, transulibile. CLOPAXUS.
 519. *Certa quidem.* *Certa* sicut Urb. Neap.
 Med. & alius. *fatis* alius Medic.
 521. *Inventum medicina meum est.* Apollinem
 medicinae inventorem fuisse, docuit etiam lib.
 III. Fall.
Vos quoque Phœbea verborum qui fellis arte.
 Et iv. Trist.
Sic valeant homines, ars tua, Phœbe, facer.
 Et alibi:
Carminis & Medicæ Phœbe referor opis.
 Et:
Non ego, Phœbe, datas à te mihi mentiar artes.
 Item Caesar lib. vi. de Bell. Gal. ex Equitum,
 gentis ejuisdem Galliae, sententia referet. CLOP.
 521. *Opiferque per orbem Dicor.* Opiferque scri-
 bendum cum emendatis libris. ut & lib. xv. 633.
 hinc Apollo *Boedrygetes* & *Acroterus* apud Graecos.
 HEINSIUS.
 523. *Hei mihi, quod nullis amor est medicabilis*
herbis. In tribus Vatic. duobus meis, Ernaldi,
 & Dominic. legitur, *sanabilis herbis.* At Epist.
 v. 140.

525 Plura locuturum timido Peneia cursu
 Fugit; cumque ipso verba imperfecta reliquit:
 Tum quoque visa decens. nudabant corpora venti,
 Obviaque adversas vibrabant flamina vestes;
 Et levis impexos retro dabat aura capillos:
 530 Anteaque forma fugâ est. sed enim non fustinet ultra
 Perdere blanditias juvenis Deus: utque movebat
 Ipse Amor, admisso sequitur vestigia passu.
 Ut canis in vacuo leporem cum Gallicus arvo
 Vidit; & hic praedam pedibus petit, ille salutem.
 535 Alter inhaesuro similis, jam jamque tenere
 Sperat, & extento stringit vestigia rostro:
 Alter in ambiguo est, au sit depressus, & ipsi
 Moribus eripitur, tangentiaque ora relinquit.

Sic

v. 140. Fecit priorem lectionem, quo loco hunc
 locum propè verum dixerat:
Memoravi, quod amor non est medicabilis lœdibus.
 Sed neque aliena est improbanda. In meo anti-
 quiore & uno Massi legitur, *Ei mihi*, sine ad-
 ditione. Ita libro nono: *Ei mihi, quae mali*
sum, quos tu, sortita parentis. Sic enim sine ul-
 le littera habet is, quem proxime dixi, liber an-
 tiquior meus. Quo loco insci ex *Ei* fecerunt
Ei sed hac de re plura infra. Hoc quoque loco
 in lib. Ursini, Statii, Abb. & Bizanti scriptum est
Ei sine adpiratione; quemadmodum scribendum
 esse amare apertè videtur Priscianus lib. vii.
 cupis haec sunt: *Ei quæque cum rationabiliter ma-*
nyillam esse debet, cum genitrus eius sit dis-
yllatum per diaretho, à pœtia profertur invenitur
differentia causa, ne si monosyllabum sit, interjectio
esse potest. Virg. in II. *Aeneid.*
Ei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Helore?
 Nil tamen mirum, haec Priscianus. Quare quin *Ei*
 absque adpiratione scribendum sit, qui posthac
 ambiget, fore opinor neminem. CLOPAXUS.
 525. *Rapido.* Timido plerique veteres. &
 recte:
 — *Pellus timor addidit alas.*
 Inf. II. 100.
Timido pede fugit in antrum.
 & XI. 774.
Ceterumque meta ceteri urgens amora, HEINS.
 528. *Vibrabant.* Eleganter mihi lectio vide-
 tur Palatini codicis, *sumabant.* Ita inf. II. 875.
Tremulae fruantur flamine vestes.
Adversam vestem etiam Regius. quod poeticum
 magis. vide Brookh. ad Propert. II. IV. 21. BURM.
 530. *Impulsos capillos.* Impexos tertius Medicus
 & tres alii. supra enim dixit vers. 479.
 Tom. II.

Ei quid? si conantur, ait.
 Mox meliores:
Anteaque forma fugâ est. HEINSIUS.
Incultas Leidenis pro varia lectione, & nulla deo
flawona est Berneggerianus. antea via forma est
Medic. & Camabr.
 531. *Utque movebat ipse Amor.* Movebat pri-
 mae notae Regius, unus Argent. & unus Leiden-
 sis. probe.
Qui tamen insiquitur pennis adjutus Amoris
Oreos est.
 Ut paulo post noster. HEINSIUS.
 532. *Passu.* *Cursu* tertius Florentinus & unus
 Leidenis. alius *salta.* ut lib. v. 629. ex MS.
Nullus audeat dante corpore saltu.
 Et VII. 707.
Ita levi relex superabat retia saltu.
 Ubi eadem varietas, praeterea unus Heinsii *sopu-*
tor per devia. quod non sperendum. BURM.
 533. *Ut canis.* Imitatus hic est Apollon. Rhod.
 lib. II. 278. Quem & expressit Virgil lib. XII.
 749. & Stat. v. Theb. 165. vid. Inf. VII. 787.
 537. *An sit compressus.* Depressus malo cum
 aliis lib. VII. 781.
Et modo depressi, modo se subalacere ab ipso
Pulvere visa fera est.
 Trist. III. 11.
Utque fugax avidis cervens depressus ab ursa.
 v. Inf. lib. IX. 83. XI. 772. II. Fall. 799. I. Amor.
 VII. 8. & alibi non semel. Auctor Quercob: *Mallum se*
laudant, vel pugnatas seras vel fugaces bestias, aut
vestigia insiquantur, aut cubilibus depressant.
 Stat. v. 391. *Depressusque cadant volucres* lib. v.
 607.
Narratur cervus pedes inter aperta Lyci
Tollere, & emissam cursa depressante telam.
 HEINSIUS.
 I
 538. Re:

Sic Deus, & virgo est: hic spe celer, illa timore.
 540 Qui tamen insequitur, pennis adjutus Amoris
 Ocius est, & quemque negat: tergoque fugaci
 Imminet; & crimen sparsum cervicibus adflat.
 Viribus abstantis expavit illa: citaeque
 Victa labore fugae, spectans Peneidas undas,
 545 Per, pater, inquit, opem; si flumina numen habetis.
 Quia nimium placui, tellus, aut hisce, vel istam,
 Quae facit ut laedar, mutando perde figuram.
 Vix prece finita, torpor gravis adligat artus:
 Mollia cinguntur tenui praecordia libro;
 550 In frondem crines, in ramos brachia crescent:

Pes

Pes, modo tam velox, pigris radicibus haeret:
 Ora cacumen obit: remanet nitor unus in illa.
 Hanc quoque Phoebus amat: postaque in stipite dextra
 Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.
 555 Complexusque suis ramos, ut membra, lacertis,
 Oscula dat ligno: refugit tamen oscula lignum.
 Cui Deus, At conjux quoniam mea non potes esse,
 Arbor eris certe, dixit, mea. semper habebunt
 Te coma, te citharae, te nostrae, Laure, pharetrae.
 560 Tu ducibus Latinis aderis, cum laeta triumphum
 Vox canet; & longae visent Capitolia pompae.
 Possibus Augulis eadem fidissima cultos

Ante

538. *Relinquit.* Remittit Gron. & Moreti.
 541. *Quae facit.* Et Medicus elegantius.
 541. *Tergoque fugaci.* Fugati unus Licentis.
 Lege, *fugax*, atque ita Langemannianus à manu
 primâ, lib. ix. 127.

— *Fugientia terga sagittâ*
Travitiâ.
 Auctor Elegiae in obitum Maecenatis:

Militis huius fugientia terga secutus.
 Non fugientis, quod nunc legitur. Vide Notas ad
 Epil. ii. St. 93. HEINSIUS.

542. *Et crinem sparsum cervicibus adflat.* Reclâ,
cervicibus, postiore numero. Sic lib. vi. De At-
 tume:

— *Asperum quâ fert cervicibus axem.*

Contra capillos priore numero rectè item dicitur,
 in soluta praecordia oratione. CIOFARUS. Vide de
 hoc loco Bartâ. ad statii lib. vi. Theb. 604. *strep-
 sus* Florent. & unus Heinlii. vid. & inf. v. 617.

549. *Qua nimium placui, Tellus, aut hisce, vel istam.*
Qua hinc rectius multi ex antiquis. Quidam hos
 duos versus superiori praeromunt, veterimus Pa-
 latinus hunc non agnoscit. unus Gronovianus necu-
 tum habet. & certe tollendâ videtur; nisi legas
 ordine inverso:

Quae facit ut laedar, Tellus, aut hisce, vel istam,
Qua nimium placui, mutando perde figuram.

Sed ego Ovidianus esse non exillimo. inepte enim
 oratio, vix invocato patre, ad Telurem conver-
 titur. HEINSIUS. Geninus verus esse non dubito,
 sed corruptos. forte:

Qua nimium placui, Tellus aut hisce, vel istam,
Quae facit ut laedar, mutando perde figuram.

Possit & *est nimium placui ut laedar* vero re-
 pono, pro *laedar*. sic *laudata forma* Epil. xvi.
 131. & alibi. *Laudati cultus* inf. v. 59. ubi vide
 Heinlii notas. & ita saepe Netter & alii; & in qua-
 tuor scriptis erat, *quae facit ut placui*, quae est
 glossa *res laudari*: utrumque enim verbum in 10

amatoria idem fere notar, ut manifestum est ex
 lib. v. 581. & 584. Horat. i. Od. 13.

Cam tu, Lydia, Telephi
Cervicem ossam, & circa Telephi
Laedas brachia.

Similis fere locus infra. ii. 474.
Animam tibi nescio figuram,
Qua tibi, quaque places nostro, importuna, ma-
rita.

Lacti autem proprie apud Ovidium dicitur mul-
 lier pellice, & alienis viri amoribus. Inf. 608. &
 passim. quod huic loco non congruit. BURM.

548. *Occupat artus.* Alligat prius Basilienis,
 Langianus, & alter Regius. quae placet scriptura,
 nisi quod *agelat* reponi malim. id enim verbum
 passim in *alligat* depravatum nunc in viâ esse
 propemodum desit, ut in illo Lucani libro v.
 289.

— *Tum frigidus artus*
Alligat atque animum subdactis robore torpor.

Et Germanici Caesaris de Capricorno:
Pigra ministeria; & nautis tremor alligat artus.
 Ita enim vulgari libri ante Gronovianam editionem,
 & scriptus codex Pulcaneus. sic *congelare* Val. Phoc-
 eus lib. iii. 578.

— *Cui pectora nautis*
Congelat hyberni caelitus Jovis, agricolisq; fer-
acem tot inbre minax.

Perperam *ombra minax* nunc legitur. & *regelar*,
 quo verbo Columella ter quaterve est usus. Statius
 lib. v. Sylv. 1. 199.

Nunc ferream laxare cupit, nunc ardua tendit
In loca: vix retinet comites, nunc ore gelato
Incedit amissae.

Ubi *ligato*, minus bene nunc existat. idem Theb. ii.
 404. Sic *fata gelatis cultibus*. Claudian. ii. in Ruf.
 151. *Stetit ore gelato incertus*. Iuvenalis Satyra vi.
 95.

Timent pavidoque gelantur
Pectora.

Lucanus lib. vii. 339.

— *Stat corde gelato*

Attonitus.

Libro ix. 681.

— *Valensque gelassent*

Perjes acerp.

Pro signis. Statius Theb. iv. 497. *Gelat ora pavor*
gressusque transeunt. & xii. 168. *Uno vultu pallore*
gelati. Quae illic vera optimorum codicum scriptura
 est, non *mutati*. idem *Glaciare* dixit Theb. v. 616.

— *Stupet anxius alto*

Corâ metu glaciante pater.

Claudianus libro ii. in Eutropium, 164.

Cervina cana gela mirantibus extulit undis

Rhenus & exsangui glacie timor alligat Istrum.

Ubi nihil mutandum, cum *gela* praecessent. apud
 Valerium Flaccum quoque libro primo 48. *Scelus*
sisse sepe alligat artus; recte se habet. quomodo
 & Seneca Hercule Furente, 1079.

Sopor indomitos alligat artus.

Et in illo Lucani libro primo, 246.

Dirigere metus: gelidos pavor alligat artus.

Ita enim meliores libri. non *occupat*. Statius Theb.
 x. 274.

— *Ut quatenus ligatum*

Olerat tellure sapor. HEINSIUS.

549. *Libra.* Cortice. M. Tullius. De Nat. Deo-
 rum: *Armeni obducuntur libro, aut cortice, quos fat*
à frigidis & à caloribus tutiores. CIOFARUS.

550. *In frondem crines.* In uno meo, unoque
 Vatic. Capuan. & Brian. *In frondes crines.* Paullo
 rectius. CIOFARUS. Perperam; offendi enim ipse
 solus Sic vii. 280.

Nec longo tempore frondem

Induit.

Ubi etiam *frondes* MSS. aliqui. lib. vi. 457.

Aut frondem, populosque crevros succulentis herbas.
 & ibi in nonnullis, *frondes*, pro *crevros* &c. duo
 libri, *causant*. BURMANUS.

552. *Ora cacumen habent.* Obi rectius in Ber-

neggeriano, Langiano, Cantabrigiensi, & pro
 diversa lectione in primo Gronoviano. Alii non
 nulli, *habet*, verum proxime. lib. xi. 417.

— *Boxoque succulentis ora*

Pallor obit.

Lib. ix. 290.

— *Frigidus artus,*

Dum loquar, horror obit.

Ita enim ex vestigiis veterum codicum videtur esse
 scribendum. ut & lib. vii. 775.

— *Calidus vestigia pulvis obibat.*

Val. Flaccus lib. iii. 179.

— *Pro frigidus orbis*

Purpureos iam somnus obit.

Silius lib. viii. 525.

Pectora pellis obit casti venationis usi.

Lib. xvii. 492.

Fortissima quaque

Nonna obit ferro.

Id est aggreditur ferro. HEINSIUS.

555. *Ut membra.* Gen. *membra* unus Heinlii
 ut colla Lovaniensis.

560. *Tu ducibus Latinis aderis, cum laeta triumphum*
Vox canet. Vide quae dixi, lib. iv. Tril. elegia ii.
 CIOFARUS.

562. *Ducibus Latinis aderis, cum laeta triumphum*
Vox canet. Inconcinna repetitio. Scribe vel in-
 vitis praefixis exemplaribus:

Tu ducibus Latinis aderis.

Certe in optimo Florentino laeti à manu prima
 legebantur, in uno Moreti, *lectis*: triumphus enim
 proprie est Gentis Romanae, unde Statius, *Latium*
triumphantem vocat Lactrimus Harfeci. vide ad
 ii. Fall. 553. sic *Latium ductorem* idem Domi-
 tianum vocat Propempt. Celeris. & *Latium* *laetan*
 lib. iv. ad Marcell. & *Latium* *Porentem* lib. i.
 Epith. Scyllae. & Epicedio Patris lib. v. *Atroci*
Latii proceris. & ibidem, *Latii patris*: eadem di-
 versitas inf. xiv. 326. *Latii memos*, ubi codices alii
latis, & 399. *Latiae silvae*, & ibi *latae*. 422. *Latii*

Ante fores stabis; mediamque tubere queream.
 Utque meum intonsis caput est juvenile capillis;
 565 Tu quoque perpetuus semper gere frondis honores.
 Fimerat Paean. factis modo laurea ramis
 Admit: utque caput, visa est agitalle cacumen.

FAB. X. & XIII. ARGUMENTUM.

To Inachi filia in vaccam: Argus Arestoris filius in pavonem.

In Inachi amnis filia, cum aequales suis specie praecederet, ab Jove adamatam est, qui aduatis precibus, desiderium explevit: & ne puella Jovis iram incideret, à compressura in vaccam est transfigurata, cujus fallaciam Jovo cum intellexisset, peti-

Agri. Heiusus, probabilis quidem videtur Heinius emendatio, quia haec voces saepe commutantur: sic apud Claud. III. de Laud. Silei. 164. pro Latio in MSS quibdam erat, Latio. & eandem vocem Germanici Phaenomenis v. 15. reddidit Grotius:

Haec ego Jano Latius conor praedire Mafse.
 Sed & Latio triumphos dixit lib. XIII. Met. 252. Notter.

561. *Vixit longa Caputella pompa.* Malim cum duobus meis, & Scaligeri ac Jurei excerptis & Graeviano codice, *longae pompae*, nisi praecidendam, *ducit pompas* cum Barbermano. Ep. Mediceae.

— *Pompas patris, impit, Tison Ducit.*

Sed altera scriptura praestat. Heiusus in Francof. erat, & *vixit longa Caputella pompa*, etiam non male Propert. II. 1. 19. de pompa tubere:

Non vixit tua longa statuae imagine pompa.
 de verborum ordine vide Heind. ad Vellet. Patre. II. 101. & Bentl. ad Horat. I. Od. 3.

562. *Polleus Argusque eadem subigunt caecos.*
Aut tres stabis, nullamque tubere queream. Sic & infra IV. Falcorum, circa finem:

Stare Palatinae laurum, praestantque operum
Sit: domus aeternae tres habet una dies.

Unde non immerito quidam colligunt, ipsas arbores ante Palatinum plantatas fuisse. Alii autem de comens interpretantur ad fores Palatii insipientis. Quotum sententiam confirmare videtur, quod Valerius ait libro 2. cap. 3. *Ad queream*, inquit, *provae manus perquiratur, ubi ob cetera servatas coereva danda est, qua postea Angustiae domus sumptuosa gloria triumphavit.* Et quod idem Poeta in illa in Thibibus dicit:

Cur tamen opposta velatur ianua lauro?
Cingit & Angustiae arbor opaca domum?
Qua quae spectantes meruit domus ista triumphos?
 etc.

Quare, sive ad coronas, sive ad arbores ipsas lae-

locus referatur, non multum, meo quidem iudicio, peccabitur. MueLLER. vide Jacob. N. Locafis Epiphyl. lib. II. 20.

565. *Perpetuus honores.* Imitatus Martialis lib. IX. Epigr. 62.

Perpetuus sperare licet tibi frondis honores.
 Plinius lib. XV. 30. *Laurum triumphis proprie dicitur, ne gratissima domibus janitrix Caesarum Pontificumque sola & domos exornat, & ante limina exornat.* Ad Pontificum porro januas illud pertinere videtur. Vail. III. 137.

Laurea, Flaminius quae toto perstitit anno,
Tollitur, & frondes sunt in honore vocar.

Ubi tamen ex Pliniana auctoritate dubitatio fuerit, an praefectum emendari debeat, id est, praefectum fuit & quasi praefectus januae Flaminicae excubavit. Doula. *Perpetuus honorem* tert. Medic. & Barberia.

Jovis iram incidere. Ita cum Gicelino & Venet. & MS. Raenerius & Micyllus. in *Jovis iram* &c. Exilimo nihil opus esse ista praepositione. Chrysol. Serm. LVIII. *Ne incursaret de tui praesentione iustitiam.* P. Symon: *Hec quam penitenda incurrens homines circumdixit!* Victor de Perse. Vand. lib. III. *Quisquis enim aliquid praecitatis incensit, sibi impatit quod incensit.* Sallust. Jug. cap. 101. *Rebent ab latere Martis incavit.* Ver. Interp. Job. cap. v. 14. *Per diem incurrens tubere.* Interp. Abdiae Babylon. lib. 1. *Cacinatione continens male sanae mentis incurre.* Familiaris praee ceteris Tacito ista constructio; qua usum deprehendo etiam Ambror. de Tob. cap. 2. *Galenti de passerem modo aborigine cacinatione incidit.* Notter mir. Fab. I. lib. XIV. *Aurorum incidit.* Ubi plura annotamus. MueLLER. Ita Quintil. Decl. CCCXXXII. *Nemo est, qui non calumnias genus possit incidere, ubi in additum viti docti, sed postea se ibi legi, cui non e. g. p. incidere, de verborum constructione egimus ad lib. II. Metam. 205; BURMANUS.*

Petit tam à Jove velut munus sibi dari. Sic Ra-

nerius & Gicelins ediderunt. Veneta, *Petit tam à Jove, velut munus sibi daret vaccam.* MS. *Petit tam à Jove, velut munus sibi daret, vaccam quia &c.* Praescriptio, *Petit ea à Jove, velut munus sibi daret vaccam, quia &c.* Atque ita plane Micyllus, nisi quod auctus una vocula, ut *velut munus &c.* MueLLER. *Petit tam ab Jove, ut velut munus lauri vaccam.* Colon. forte, *petit ea a Jove, velut munus sibi dare vaccam.* nam appositio illa ex ipsis Ovidii verbis, *petit hanc saturnia manus* expressit. BURMANUS.

Est nemo Haemoniae, praerupta quod undique claudie
 570 Silva: vocant Tempe. per quae Peneus, ab imo
 Illius Pindo, spumosis volvitur undis:
 Deiectione gravi tenues agitantia fumos
 Nubila conducit, summasque adspergit silvas.

Raenerius & Gicelins ediderunt. Veneta, *Petit tam à Jove, velut munus sibi daret vaccam.* MS. *Petit tam à Jove, velut munus sibi daret, vaccam quia &c.* Praescriptio, *Petit ea à Jove, velut munus sibi daret vaccam, quia &c.* Atque ita plane Micyllus, nisi quod auctus una vocula, ut *velut munus &c.* MueLLER. *Petit tam ab Jove, ut velut munus lauri vaccam.* Colon. forte, *petit ea a Jove, velut munus sibi dare vaccam.* nam appositio illa ex ipsis Ovidii verbis, *petit hanc saturnia manus* expressit. BURMANUS.

Quia speciosior erat ceteris armentis, quae in Peloponneso essent. Jupiter vero, in, si negasset, proderet puellam, tribuit concessum. Jovo autem, ne amplius ejus pellex concumberet, Argum Arestoris filium, centum oculos habentem, ei praeposuit, quem Mercurius patris jussu interemit; & à casu ejus Argiphontes est cognominatus. Jovo Argum, quem ob custodiam ille occiderat, in volucrem pavonem transformavit, & receptum in suam tutelam peninis insiguit, quibus amissa lumina indicaret, ornavit.

Quem Mercurius in pastoris habitu, jussu patris interemit, in somno compassum cantu suae fistulae, dum narrat quae sit fistula ratione reperia, & a casu ejus &c. ornavit. Vigilantem autem se inventum narrabit Mercurius. Syrix, inquit, vespertinus &c. quae in argumento Fab. XII. sequuntur. Aristot. Colon.

Quem ob custodiam ille occiderat. Haec lectio est Venet. Raener. & Micyll. quam & MS. adstruit, nisi quod eo ille omittit. Gicelinus dedit, quia ob custodiam ejus occiderat. MueLLER. quia ob custodiam occiderat. Colon. forte, quem ob custodiam his occiderat.

Quibus amissa. Ita vulg. omnes. At in v. est: *transfiguratum, & receptum in suam tutelam, peninis insiguit amissa lumina exornavit.* quod quomodo modo volente, aut saltem permittente, Picaenam recipere animum, non video. in C. *transfiguravit: & receptum in suam tutelam peninis insiguit decoravit.* Transformationem autem aliquam Argi in pavonem nondum animadvertere potui in Poëtae verbis, ideoque eam, ut alia multa, Laetatio acceptam refero. Gicelin. *U. amissa.* Colon.

568. *Est nemo Haemoniae.* Lib. vet. *Haemoviae,* cum adnotatione. CLOFANUS.

569. *Per quae.* Per quae quinque codices.
 570. *Spumosis.* Saxofis unus Leidensis, *sumosis* Viviani. Ita *sumosis flexibus* vixit Fridanus Claud. VI. Conf. Honor. 176. ubi vide Heinius notas. *erratur* etiam Regius. *flexibus* Thurni u. m. s. e. M. die. *sumditur* alius. BURMANUS.

571. *Agitantia.* *Insistentis* Regius & Neapolit. quod pro *insistentis*, apud Tan. Fab. lib. II. Ep. 71. Scheppens.

Summisque agitantia sylvae insistentis. Implet Bernegger. p. Ambror. Cantabrig. Thurn. &c. que nonnulli, *summisque sylvae insistentis*, elegerunt optimus Florentinus Sardi Marci, Neapol. secundus Medicus, mus Mereti, tres quoque alii praeterea nisi quod in nonnullis, *insistentis* monent.

Argiphontes. Argiphontes Parm. Lugd. Raener. qui haec varie interpellavit, hoc modo,

Impluit; & sonitu plus quam vicina fatigat.
 Haec domus, haec fedes, haec sunt penetralia magni
 575 Annis: in hoc, residens facto de cauitibus antro,
 Undis jura dabat, Nymphisque colentibus undas.

Con-

pluere dixit Emodius Epig. ext. de fonte ex columnis erumpente:

*En sine velle fluit, sub tellis indere serena,
 Et caeli facies pura ministrat aquas.*

Ametor anonymous fabul. Aetopis. *Verba sic
 Deus impluit roe tuo.* Columella lib. II. cap. VIII.
 ex veterino codice. *Detellus quidem assererat,
 priusquam impluere (vulgo implerent) ab aetiois
 nat formis fato non infestari, dum ageris feru-
 tantibus ager arit. Idque etiam sapienter experti
 quae in vulgatis libris aliter leguntur. idem lib. IX.
 c. VII. denovo. *ut impluere (sic scribo) inore.* &
 si forte tamen *ingressi erant* (lege ex membranis,
 tamen *ingressi*) non immoveatur. *Impluere* dicuntur
 fluxus in aliam, vel in mare incidentes. de
 Tacito Gaudet. Ligu. *impluit Eridanum.* & de
 Pado. *Arctas exstant impluit undas.* & lib. V.
qua rapida prima Rhodanus mari impluit undas.
 Felus Avienus: *Qua rapidus aquor impluit Euxas* &
Trinque sua rapidus impluit agros namque aqua volentem.
 sic apud Val. Flaccum lib. IV. initio:*

*Dicit ex arcano caliditatem undae rorem
 Depulit.*

Uti scribendum puto. *Detalla* nunc legitur. Propertius libro II. Eleg. XX.

*Nec tantum Nixis his per ad iusta fuserit
 Nilivis lacrymas depulit à Stylo.*

Ita locus ille castigandus, tantum lacrymas ut apud Maronem. IV. Georg. 81.

Nec de tempesta tantum fluit illis glandis.

Debetur in veteri libro Propertii citare Palmerius telum recte fuisse autem Passerinus, qui *de-
 pluit* non alia operatur significatione sumi, quam
 cui *depluere* & *deponere* sumunt. hoc est pro
 placere debent. At Columella I. x. de Jove.

Lupe fuitis maris violente depulit indere.

Idem libro V. c. 9. *Namque depulsi haerent cae-
 cut vadibus, ut patitur frondegere.* Sic vetulus
 codex. Vell. Avien. Fab. IV.

Te gelidus nimias depulit inieci aquas.

Fluere autem cum quanto casu iunxit incipres ve-
 tus Evangelii Lucae. cap. XVII. vs. 20. *pluitur enim
 et pluitur de caelo. ἰσχυρῶς καὶ κατακλίσει ὡς
 ὕεσις.* Gaudet. lib. IV. Liguin. *in levisis iustis es
 quas fluit ante ageris.* & lib. IX. *antique ita
 fluit.* & Ex x. *fluit sunt una sagitta depulsi*
 San. Severus illius, *im cellaris aetia pluit.* &
 Theb. VII. *fortissima fuita sana fluit.* sed ut
 ad impluere redeamus. Prudentius libro II. contra
 Symmachum;

*Ulcivolum caribus mare fuditur, impluit inter,
 Aera volat tenui, exegerat nobilis aq.*
 Ita scribo. *impluit* nunc legitur. pari modo & *pe-
 pluere* habes apud Tibullum libro X. Eleg. X.

*At nobis Pax alma veni, spiritumque tenent,
 Porphyrus ex pontis caudibus ante fuit.*

Ubi *porphyr* male circumferitur in vulgatis codici-
 bus. *Complare* sic Calliodorus lib. X. cap. XXIX.
 Varar. *Lingua pedagrae inundatione complatus.* ubi
 doctissimus Priscaus notis ad Apulejum *complatu-
 tus.* complatus eleganter dixit propter arces humo-
 res pedagrae laborantium, qui imitar pluviae de-
 stillat. locus Apulei, qui virum eruditum decepit,
 exlat Met. V. Ego vero *maritum articulari* etiam
 morbo *complatum* circumscripsit, cum scri-
 bendum sit, *articulari morbo complatum.* ita
 praeter loquuntur optimi scriptores. recte igitur
 Calliodorus, *pedagrae inundatione complatus.* non
 dissimuliter Solinus c. X. *Ita Naavia prodiderunt,
 complati saepe ex illo casu indere saxatilis.* Pruden-
 tias de arboribus pomiferis Cathemerin. Hymno
 111.

*Arbor omni tremefacta suam
 Detalla graeci indere pluit.*

Ita & *glandis de illis fluit* dicti paulo ante Maroni. Columella lib. X.

*Non aliter quam de quassa fluit arboris mivens
 Vel teretis mali, vel telluris cortice glandis.* HARS:
 Helmi certissima emendationem, quam tamen
 & Gebh. lib. I. Crep. XII. iam probaverat, confir-
 mat locus Siliam lib. II. Epit. 2. *Si timbo Au-
 strum infersant, immane torgetur, ita in arborum
 omni, quae margini infundit, supercilioe aspergunt
 frajo impluit.* qui cum tertio casu conjungat, ut
 & Carmin. XXV. 131.

*Eratis julien de caribus altum
 Excultur torrens; ipsaque aspergunt tellis
 Impluit.* BURMANIUS.

375. *In his volidus.*] In hoc meliores. & *hae* solo idem paulo ante. HEINSIUS.

375. *De caribus antro.*] Facto de *capibus antro*, pi. Buiil.

377. *Popularia.*] Imitatus hoc Symmachus Epistola ad Antonium de Modella. *Ima tu dardoveri hoc iustre populari Tiberi reddidisti.*

379. *Populifer Spercheus.*] *Spercheus* & *Amphry-
 sus*, Graeca enunciazione, libri meliores, *Strat-
 zites, Spercheus, Adphus, Amphus, Haezite, Pe-
 neus, Aetios, Darcus;* non ita in antiquissimis
 Curtii exemplaribus Mediceae & Vaticanas biblio-
 thecae scribitur. *Aleghidisa, Alexandria,* quomo-
 do in veteri denatio gentis Aemiliae scribitur. (vide

ad Vellej. II. 87.) hinc *ripae Spercheides* lib. II. 200. & lib. VII. V. 231. *Spercheides undae* apud Nonium ex fide veterum exemplarum: non *Spercheides*, quod est in vulgatis. apud Virgilium quoque II. Georg. 487.

Spercheusque ex virginibus bacchata Lacarum Targia.

Veterinus ille codex Medicus exhibebat. Apud Antonium in Professoribus, carmine VIII. *Spercheus Grammaticus.* quomodo illic tam scripti, quam soliti sibi agnoscunt. Vide plura I. XII. 262. In Lucani tamen & Claudiani plerisque membranis, *Spercheus* est. apud Statium quoque lib. III. Silv. V. 87; sed vetus codex, *Spercheo nimidus servabat* *Aballes.* & Theb. IV. 838. *Spercheusque nimis.* Achil. I. 102. *Spercheus abundant.* & 247. *Tennis Spercheus aquas,* ubi forte cum MS. Tibrogae, *tenet Spercheus* legendum: nam cur *tennis* dicitur, qui ut rapidissimus describitur a Statio lib. II. Achil. 431. HEINSIUS.

379. *Et irrequietus Enipeus.*] In omnibus exemp. scriptum est *Enipeus* per Phi. De quo ita Vibius Sequester de fluminibus: *Enipeus de monte Orthy Thessaliae.* sic enim est in Aetiois. Quam lectionem stabilendam & confirmandam duco. Propterea quod haec ipsa lectione & Virg. aliorumque poetarum nonnulla loca simul corriguntur: quae, & si forte leve est, aliter tamen legenda sunt, ac vulgo nunc leguntur. Virg. IV. Georg. 368.

Et caput, unde altus primam se vixit Enipeus. Quo loco vulgati libri habent, *Enipeus*. Adhuc palat hinc lectioni Virgilius Vaticanus, qui est exaratus literis majusculis & Longobardicus, & nus factus vetus, quem habet materiterae meae filius, Aloysius Gasparius. In quinque aliis calamo notatis Vatic. eodem modo scriptum est. Pierius, vir iuniora doctrina, summaque industria & diligentia, in Observationibus, quas in Virgilium edidit, testatus est, & in Romano, & in Longobardico legi, *Enipeus* absque h. sed in aliquot aliis esse *Enipeus* per Phi. Hoc verum non esse, pae ejus dicam, animadvertet, quicumque eos evolvet. Itaque, ut dixi, in septem illis Vatic. aperte legitur *Enipeus*, per Phi. Inter quos est unus non minoris probitatis; quam ille, qui a Piero Romanus dicitur: qui in Vatic. Bibliotheca in folio quadam diligentissime asservatur. *Enipeus* Spectaco est in Propertio, Lucano, & Claudiano, quas in pressis Sebaltianus Gryphus. Remaneque ita perspicue legitur in vetustissimo quodam Lacani libro, quem Horatius Sadius, civis meus, claro loco natus, dono misit excellenti virtute

praedito, vinoque optimo, M. Antonio Mureto. De hoc fluvio, deque ejus cursu ac natra scribit Livius lib. XLV. CLOPANTIS. Quia tamen Graeci perpetuo *Enipeus* scribunt, retinui illam lectionem. altera est librorum posterioris aevi, qui etiam *Trophaem, Bosphorus* &c. scripsere. de hoc vero flumine an Thessaliae sit, an Peloponnesi, ut Muretus contendit, vide Carrion. ad Val. Flac. I. vs. 83. BURMANIUS.

[80. *Eridanusque senex.*] Sic quidem in vetulis codicibus plerique legitur, quam lectionem si probemus, de Eridano, qui prope Athenas reponitur, necesse est intelligamus, de quo Strabo his verbis meminit: *in fluviorum aggregatione ridare Callimachus inquit, si quis scribere audeat, virgines Athenenses dicit ac parvas Eridani haurire vitum, a quo pecora se abstinent, sunt autem aquae potui suavissimae fontes (ut aiunt) extra Parias, quae Diocleas appellat, iuxta Iyzeum.* Hujus etiam meminit Pausanias. Eridanum ad hoc Hyginus his verbis memorat: *Eridanum hanc alii Siliam, compluere Oceanum esse dicunt. Aratus in Caelo referat.* Uique unde digressi sumus, revertamur, ita in dubio vetustas fuit de Eridano, ut Strabo V. volumine non dubitaverit scribere haec: *Reliqua permulta salubris undata vel sola alium in modum abstrat, sicut, quae ad Phocionem & foveas Eliades in populo caverfas circa amnem Eridanum, qui multo terrarum exstitit.* Hoc adde, quod si de Attico Eridano velis intelligere, non belle neque concipie inter Thessaliae fluvios apponatur. ut igitur & nos audacter aliquid in hoc immitemus, forte sic corrigi poterit hic verus:

Appidanus, Phoenis lenisque Amphrysus & Aet.
Appidanus enim & Phoenis in Thessalia proxima a Phio conferuntur, nec non a Strabone. Hujus etiam Lucanus ita meminit. vs. 374.

Accipit Alosus cufus, Phoenisque Melalque.
 Et quia idem Lucanus VI. 373. de Appidano hoc scriptum reliquit: *in flumine rapto Appidanus: Appidanus senex* dici non poterit, qui leniter sicut secunum interpretem. ceterum si *senex* leges, ad secunum interpretem. ceterum si *senex* leges, ad secunum potius, aut ad caricem & colorem aquae referatur. JACOB. A CAUCE. In veteribus omnibus, *Epidanusque senex.* & profecto non solus est ejus nominis in Italia fluvius. sed & Eridani ejusdem Atticae fluvius Ilium influentis meminit Pausanias. mihi tamen, qui *Appidanus* ead. arant, recte videntur castigasse: cum enim dicit Ovidius, *conveniunt illic popularia flumina piavum.* & Thessaliae sit fluvius Peneas: Thessaliae profecto sunt flumina nominanda, non vel ignobiles Atticae

Moxque amnes alii, qui, quâ tulit impetus illos,
 In mare deducunt festas erroribus undas.
 Inachus unus abest: imoque reconditus antro
 Fluctibus auget aquas: natamque miserrimus Iö
 587 Luget, ut amissam, nescit vitæ fruatur,
 An sit apud manes; sed quam non invenit usquam,
 Esse putat nusquam; atque animo pejora veretur.
 Viderat à patrio redeuntem Juppiter Iö
 Flumine: &, O virgo Jove digna, tuoque beatum
 590 Nescio quem factura toro, pete, dixerat, umbras

Alto.

Altorum nemorum, (& nemorum monstraverat umbras)
 Dum calet, & medio Sol est altissimus orbe.
 Quod si sola times latebras intrare ferarum;
 Præfide tuta Deo nemorum secreta subibis:
 595 Nec de plebe Deo, sed qui coelestia magna
 Sceptra manu tenco; sed qui vaga fulmina mitto.
 Ne fuge me, fugiebat enim, jam pascua Lernæ,
 Constatque arboribus Lyrcæa reliquerat arva;
 Cum Deus inductâ latas caligine terras
 600 Occuluit, tenuitque fugam, rapuitque pudorem.

In-

trivul conquirendi. Apollonius autem accepto ad Phariabon Empo in Peneum illabitur, ut Strabo. NARGURIUS. *Eridanumque* fons quidem legitur, sed comere, ut mihi quidem videtur, cum enim propolentur fluvius popularis, Thessalicisque conventisse ad Peneum, cujus filia Daphne in laurum fuerat conversa, non video, qua ratione Eridanum Galliae Celsipinae fluvium, qui alio nomine dicitur Padus, admisceat, tamen Eridanus, in Paulanis ait, Atticæ quoque sit fluvius, qui in Ilium emittitur, apud quem Orithya capta fuisse ferunt: sed cum is quoque Peneo non sit popularis, poetæ proposito minus convenire videtur, quare *Eridanus* legatur, ne impus esse Ovidius conpinger: est enim *Eridanus* Thessaliæ fluvius, quem Mæcio poeta *jeon* appellat, eundem tantè admodum fuit, donec Eupreum admittat. RIGONI. At Cœcilius contra recte legi censet, *Eridanus*, quod hoc nomine & Italiae, & Atticæ, & etiam Thessaliæ fluvius sit, citato ad hoc teste Cæcilio quodam Minutiano, vide l. 24. cap. 12. MURETUS. Regius, ut omnes jam fecerunt, ex *Eridano* in *Iö* fecerat, *Apollonius*. Quare non injuria ab illis viris doctis hoc loco reprehensus est. Hoc præter Cœcilium Rhodiginum annotavit Bartholomæus Merula. *Eridanus* aperte legitur in xxiii. mansuetoribus: quos, si totos propter tempore angustias evolere non potui, multis tamen in locis percurri. In uno Vellei. est expositio, *jeon* *jeon*. RIGONI & Eridanum dicitur in Thessaliâ Apollodorus lib. 1. Bibliothecæ. Unde perhibere oportet Regii erroris culpam. CIOFANIUS. NARGURIUS notat in omnibus veteribus legi, *Eridanus*, sed probat tamen *Apollonius*. Vivianus autem ex omnibus suis & Plautio adducit, *Eridanus* nec dicitur xxiii. MS. Ciofani, qui *Eridanus* posuit esse in Thessaliâ ex Apollodoro. Nohi quoque omnes, *Eridanus*. Sed vulgatum tenetur Lucan. vi. 372.

Itaque ratio

Apollonius, namqueque ceteri, nisi vestra Pæ-
peis.
 Actor forte hæsit, quia & *Eridanus* a quibusdam

scribitur, ut apud Vibium Sequentem in *Atlas & Ploæis*. nisi & ibi *Apollonius* sit referendum. Vibius Sequenter: *Apollonius Thessaliæ Eupreum in-*
fluit. HEYSSUS, in Francof. erat.

Pridanumque fugas, lacryque Amphryfos.

Forte pro:

Apolloniusque fugas, lacryque Amphryfos.

[St. Max.]. Deinde, Respondet autem ad verbum *primam*. CIOFANIUS.

580. Et *seu*.] *dom* est, ut auctor est Plin. lib. iii. 23. Meminit & Livius lib. 2. de Bello Macedonico. GLAREANUS.

587. *Neque*.] Lege cum uno Mediceo, *ne sit*. HEYSSUS.

586. *An sit apud manes*.] Plaut. Merc. iii. 10. 17. *Ubi ego sum, hic, an apud manes!*

588. *Juppiter illum*.] In eo, quem modo nominavi, homo, non *illam*, sed *lo* legitur. De hac vide alibi.

Dum minimum servat castos Jovinis Iö,

Ante juas omnes occidit, illa Dea est.

Et rursus:

Silvas ex illo Jovinis permanset in,

Quo hec ex homine est, ex herce facta Dea.

Hunc postmodum versum repetit v. Pahl. quo lectionem rejicio, si hoc plenus voler cognoscere.

De hac etiam fabula sic Val. Flaccus lib. iv. 346. omi cui aliter eam narret, ad hunc tamen locum videtur respexisse, cujus hæc sunt carmina:

Illos, Nile, rari nondum Dea genibus lo

Transerat fluctus etc. CIOFANIUS.

Juppiter Iö nonnulli, HEYSSUS. Sequitur Ovidius eos, qui Iö faciunt Inachi filiam: multos tamen Jasi filiam statuere videre potes apud Munker. in Hygin. Fab. 145. & Val. Flacc. iv. 353. *Jasium*

Argivum vocat, quam paulo ante *machida* dixerat, nisi Mafærius *Jasium* Argivam interpretatur.

Jasium & Phoronea antiquos reges Argivorum fuisse docet Lutat. ad Stat. t. Theb. 541. & Schol. Euripidis ad Orest. vers. 930. Jasi & Leucæus filiam facit. Et Eusebius Chronic. ad ann. cccc. xxx.

Io Jasi plura Juppiter mixtas est. ubi Scaliger tamen monet in Græcis esse *Træge* & esse Jasi filiam.

filiam *Acetæ* sic ex eodem Eusebio docet. Idem Eusebius ad A. cccc. xxxi. Promethei filiam facit. Auctor Ætymologi M. in *Βερεγγε*; filiam Cadmi esse dicit, qui forte *Io* in mente habebat, cum hæc scriberet. Herodotus lib. 1. cap. 1. a Phoenicibus rapam in Aegyptum esse tradit. & cap. 5. illam cum gubernatore navis Phoeniciæ rem habuisse, & metu patris sponte cum Phoenicibus navigasse, cum quo facit fere Lycophron Calland. vs. 1297. ubi vide Tzetzen. Ex quibus apparet incerta fabularum fides, & fuisse confusas duas puellas, quæ utraque Iö dicta; ut Scaliger recte sentit. Apollodorus prolo. lib. ii. initio & Jasi filiam facit, & addit Hecidum & Acusilam Pirenis filiam trahere. Ister vero apud Clement. Alexandr. lib. 1. Strom. pag. 322. etiam Promethei filiam statuit. forte quia ab Æschylo in Prometheo vinelo magnas partes agens inducitur. Meursius lib. 1. de Regn. Atheniens. cap. xiv. Iö etiam *Attida* dicitur, unde Atticæ nomen habet, ex veteribus docet. ejus posterus usque ad Herculeum habet Scholiastes Æschyli Prom. vinel. 773. BURMANIUS.

391. *Aut horum aut horum nemorum & monstraverat umbras.*] Veterimus Florentin. Neap. Thuan. & antiquissimæ schedæ Leodicenses:

Altorum nemorum, & nemorum monstraverat umbras.

Quam lectionem Carolus Vivianus quoque ex pervetusto codice notavit, & ego vulgatae præferendam esse censio, secundum Palatinum mendole:

Da horum nemorum aut horum, & monstraverat umbras.

Forte: *Pete, dixerat, umbras*

Et horum nemorum, & nemorum monstraverat umbras.

Nam *Altorum* minus placet, cum *altissimus* verba proximo sequatur, similiter ea vox corrupta libro ii. vers. 691. & lib. vii. posset & legi *deserens*, vel *florum nemorum*, ut in illo Virgiliano lib. xi. 544.

— *Jura longa patet*

Silvarum nemorum, HEYSSUS.

Terc. ii.

Altorum nemorum, ego rejicere non audeo, ita enim *passivæ altæ silvæ*, vid. iii. 179. sequenti vero versu, *sil altissimus* est in Thuanco, forte, *acerrimus*. *Acer* enim sol proprie dicitur, cum vehementissimus calor est. ut Græcis *ἀκρῆ*. ita Horat. i. Sat. vi. *Sil actor*. vide Clar. Græc. lect. Method. cap. 10. Hæc autem voces confunduntur sæpe, ut Remed. Am. 651.

Viviana papæno terreni solis acris ire.

Ubi codices alii, *altius*, præterea in Mediceo uno erat, *dom calo* &c. BURMANIUS.

595. *Magna*.] *Dextra* Mang. Bertrammi. male, vide ad Eleg. in Druif. 224.

598. *Constatque arboribus Lyrcæa reliquerat arva.*] Tum ex Paulanis, tum ex vetulo exemplari nos quoque *Lyrcæa* & *correstimus* & *expolimus*, RIGONIUS. Castigandum censimus hoc carmen, & pro *Lyrcæa*, *Lyrcæa* reponendum, ne, si *Lyrcæa* legas, & sensus & syllaba, quæ prima in *Lyrcæa* corripitur, repugnent. *Lyrcæa* quoque arva iterum contendimus legendum. Inachus enim fluvius, ut ait Strabo, juxta Lemam labitur, qui oritur ex Lyrcæo ad Cincviam montem Arcadiæ. De Lyrcæo autem hoc Papius in iv. Thebaidos 711. mentionem fecit hoc carmine:

Aret Larva nocent, aret Lyrcæus, & jagas Inachus. Quem versum Priscianus pariter citat: JACOBUS A. GRUCE. *Lircæa Inachus* pri. Vatic. Val. Flaccus lib. iv. 355. in hac eadem fabula:

— *Domum Lircæa tellus*

Autraq; depressæ trevenerat confusa sylvæ.

Grævio quoque nostro *Lyrcæa* probabatur, nam locus *Lyrcæus*, unde *Lyrcæus*, HEYSSUS. Vide Mafer. ad Val. Flacc. d. I. & ita Gronovius apud Statium lib. iv. Theb. 117. recte legit. *Qui ripas, Lyrcæa, tuas, tua litora multo vocare suspendant.* cum vulgo *Lyrcæa* legatur. *Lyrcæus* & *Lyrcæus*, ut *Sprechia*. Buxi.

599. *Inductâ*.] *Inductas lata caligine terras*, duo codices. nihil muta. lib. ii. 397.

— *Unde falet latis nubes inducere terris.*

Et 395.

Nec vallis tenebras inducetur robur.

K

Interea medios Juno despexit in agros:
 Et noctis faciem nebulas fecisse volucres
 Sub nitido mirata die; non fluminis illas
 Esse, nec humenti sentit tellure remitti,
 605 Atque suos conjux, ubi sit, circumspicit; ut quae
 Depressi toties jam nollēt furta mariti.
 Quem postquam coelo non reperit; Aut ego fallor,
 Aut ego laedor, ait. delapsaque ab aethere fummo
 Confluit in terris; nebulasque recedere jussit.
 610 Conjugis adventum praesenserat, inque nitentem
 Inachidos vultus mutaverat ille juvencam.
 Bos quoque formosa est. Speciem Saturnia vaccae,
 Quamquam invita, probat: nec non & ejus, & unde,
 Quove sit armento, veri quasi nescia, quaerit.
 615 Juppiter δ̄ terrā genitam mentitur, ut auctor
 Delinat inquiri. petit hanc Saturnia munus,

Quid

In Francof. erat, *tetas*. in alio *longas*. Heinſius olim maluerat, *inductis lata caligine terris*.

602. *Noctis faciem.* *Servius* Neapolit.

603. *Atque juu.* *O*ſtendit illa vocula *atque* mallem, *januae*, quae cum illa saepe permixta fuit. v. 1. Epist. 31.

600. *Bos nescia.* *Jam nescit meliores.* HEISS. nil opus. II. AN. XVIII. 30. *si bene te novi, & alibi.*

600. *Nebulaeque recedere jussit.* Scribē hoc Junoni tribuit. Et eam Juno aēr, ergo in nebulis imperium habet. CIOFANUS.

611. *Inachidos vultus.* Iō Inachi filiam. IDEM.

611. *Ille.* Juppiter. IDEM. *Atque* est in Leidencodice.

613. *Ut auctor.* Id est Paules, qui erat ipse Juppiter. DOWDA.

617. *Additae.* *Abditae* vel *abditae* olim editi & etiam nonnulli scripti, sed meliores, *additae*, & in Florentino addita erat Glossa, *id est dare, tradere*. sic passim *additi* de iis, qui in servitutum alicui adhaeruerunt.

618. *Quasi nescia illud.* Optima quaeque exempl. manent. non habent *illud*, sed *illuc*. Omnino probabilius. CIOFANUS.

622. *Exiit omnia.* *Expulsi* Florentinus.

623. *Latia furci.* *Pro* plures codices. sed perperam. vide Epist. xx. 108.

624. *Argivaeque Argo.* De Argo & ejus genere, Pherecydes, ut quidem in comment. Euripidis in Phoculis citatur, hoc modo tradit: *Αργος δ̄ λέγεται Περσῶν, τὸν ἀνεκασσὸν θυγατέρα. τὴν δὲ γένεσιν Κίσιος τὴν δὲ γενεάν, (ἀφ' ἧς γενεαίαις πέλιος τὸ ἄργον) καὶ θεοῦ τὸ δὲ γένεσιν Ἀργεῶν, τὴν δὲ ἄργος, ἧς καὶ ἰσθμίου τὴν*

σιν ἐν τῷ ἰσθμῷ, καὶ τὸν ὄπλον ἐξαίρηται, καὶ ἐφ' ἑαυτῷ καὶ φιλακα ἀντὶ τῆς γῆς. ἔπειτα Ἐργὸς ἀντὶ κτίσας. Haec ille. Sont autem qui non unum duntaxat oculum in occipiti habuisse hunc tradunt, sed utriusque geminos. de qua re in vestis eodem loco citantur:

Καὶ δὲ ἐπιεσπῶν ἄργον ἴσι κρατερῶν τε μέγαν τε Τετράπῳ ἰσθμίου ἰσθμίου ἰσθμίου ἰσθμίου ἰσθμίου. Ἄκαματον δὲ δὲ ἴσθμιο τῆς μέγας ἀλλ' οὐ ἴσθμιο Πίπτεν ἐπὶ βλαφάρης, Φυλακῆ δ' ἔχεν ἐπιεσπῶν ἀντὶν.

Sed Ovidius Dionysium secutus videtur, qui et ibidem legitur, *ἐν δεκάτῳ τοῦ πύλου, βόρσαν ἀντὶν ἀμφιπέσαι, αἱ καὶ κάλαρ τὸ σῆμα ἔδωκεν ἀκαμάτας*. Ceterum Aretorem, Argi patrem, Pausanias Inachi generum dicit, Mycenes, à qua urbs Mycena appellata, conjugem. MICELLUS. *Legit Aristobolus.* Apollodorus lib. II. de Argo, *ἢ Ἀκαματῶν μὲν ἄρχοντος λέγειν ὄντα, φερεσίδος δὲ ἰσθμίου.* Idem tamen alibi Agenoris filium facit. HEISSUS. Et huic Argo accidisse idem, quod modo in Iō notavimus, ut confiderint cum aëro, ostendit Gronovius Diatr. Stat. 55: ubi ex Apollon. lib. I. ostendit Argum, qui navem Argo fabricavit, Aretoris filium fuisse. sed & huic Argum centoculum Aretoris filium facit Servius ad Virg. vii. 791. ubi male *Aristobolis* editur. Tractas ad Lycoph. 883. *Ἐστῆν*, pro *Aretoris*, vel *Aretoris* filium facit Argum Argi navis fabricatorem. & ipse Apollonius lib. I. Arg. 112. *Aretoriden* vocat. vide Munker. ad Hygin. 74. & Vossii Instit. Poetic. lib. I. cap. III. §. 6. sed antiquiorem esse centoculum patet ex Val. Flac. IV. 351. ubi fabulantur

Quid faciat? crudele, suos addicere amores:
 Non dare, suspectum. pudor est, qui suadeat illinc;
 Hinc dissuadet amor. victus pudor esset amore:
 620 Sed, leve si munus sociæ generisque torique
 Vacca negaretur, poterat non vacca videri.
 Pellice donatâ, non protinus exiit omnem
 Diva metum; timuitque Jovem, & fuit anxia furti;
 Donec Aretoridæ servandam tradidit Argo.
 625 Centum lumbibus cinctum caput Argus habebat:
 Inde suis vicibus capiebant bimâ quietem:
 Cetera servabant, atque in statione manebant.
 Confliterat quocumque modo; spectabat ad Iō:
 Ante oculos Iō, quamvis averſus, habebat.
 630 Luce sinit pasci: cum Sol tellure sub altâ est,
 Claudit, & indigno circumdat vincula collo.
 Frontibus arbutæis, & amarâ pascitur herbâ:

Pro

his referri ad antiquiora tempora Argonauticæ expeditione:

Videte priores

*Sæpe Jovem terat, Argivæque regna Pelasgim
 Virgins isthac blandos descendere ad ignes.*

Quin & tertium Argum, Phryxi & Chalciopes filium confudit cum fabro navis Pherecydes apud Schol. Apollon. II. 1125. quem Acutianus & Hesiodus Josphosæ filium faciunt. hic Argus duxit Perimelen, Admei filium, ex qua Magnes, & ex eo Hymenæus, Anton. Lib. c. xxxii. sunt & qui Argum centoculum conditorem urbis Argi faciunt, filium Aps, nepotem Phoronei. præterea centoculum Alene filium facit Schol. Aeschyl. Prom. vinet. vers. 570. Scholiastes vero Euripid. ad Phoen. vs. 1123. citat Aretoris filium, qui Phorbantis, illic Crati, & ille Argi, qui Jovis filius fuit, quod stemma tamen alter referretur ad Orest. 930. BURMANUS.

625. *Centum lumbibus cinctum caput Argus habebat.* Ob hanc rem Argus dicitur à Plauto *oculorum*, quos verba sunt in Aulularia III. II. 19.

Quis (coquos) si Argus seruet, qui oculorum totus fuit,

*Quem quondam Ioni Juno custodem addidit,
 In manu non seruet.* CIOFANUS.

626. *Inde suis vicibus.* In uno Vatic. *Inque fuit.* Nam magis probro. CIOFANUS. Et ego: non enim in vicibus, sed vicibus Latine dicitur. vide Barth. lib. IX. Advers. 9. sic apud Livium lib. xlv. 9. *Inde morte Alexandri distractum in multa regna, dno ad se quisque opes rapiunt lacerantes vicibus;* in quibus cum sensus commodus non esset, Cl. Gronovius conjectit, *laceratis vicibus*, quam sive ubi haesitatione conjecturam, Ctenicus in

ipsum textum recepit, quod ipse Gronovius noluit. Mihi vero placeret una syllaba mutata legere, *laceratis vicibus*, quod egregie bella illa quatuor vel quinque inter successores Alexandri probant, quibus varia sorte & vicibus bellorum quibus laceravit imperium ab Alexandro quactum. Plin. II. 47. *Omnes vici vicibus suis spiritum majore est parte.* Et ita ille saepius loqui amat. Claudian. II. in Ruf. 74.

Servanturque sunt vicibus permixta potestas. Tota autem locutio desumpta est a re castrensi; ubi milites vicibus stationes, excubias & alia munia militaria obibant. Claud. II. in Eutr. 418.

*Vicibus custodia nullis
 Advigilant velle.*

Wide & quae notavimus ad Quinell. II. Declam. 2. BURMANUS.

627. *Atque in statione manebant.* Metaphora à militibus sumpta. CIOFANUS.

628. *Quocumque loco.* *Modo* meliores. HEISS. Eadem varietas lib. VI. Fast. 118.

Et later, & nulla est invenienda modo.

& ibi loco nonnulli. & 1. Pont. I. 4.

Dimoque atque, quibus abde loco.

Ut ibi legendum, non *modo*, ut quidam codices. vide ad Eleg. in Druf. 340. BURM.

632. *Frontibus arbutæis.* *Arbutæis* Berneggerianus; aliquando rectius. Fast. VI. 155.

*Protinus arbutæa postea ter in ordine tangit
 Fronde, ter arbutæa limina fronte tegit.*

Malim etiam *amarâ vesitur herbâ*, quam *pascitur*. quod *pasci* paulo ante præcesserat. Horatius libro II. Sat. III.

At prius foliis parvas vestatur amarâ. HEISS. De voce *arbutæis* vide summa ad vs. 104. CIOFANUS.

Adeo curus Junonis descriptionem apud Homer. lib. E. 721. Quis vero dubitet nomina tanta sequi: summa vero cum ratione & judicio tanta Poetis geminanda, quia, ut notat Servius ad Virg. IV. Aeneid. 138. *Amat Poeta iterare voces, vel praecipuas, vel necessarias, vel optabiles.* & egregie hunc Plinius causam Poetarum agit, ad verba supponere & imperitiam iniquorum consuetudinem hunc Virgilius iterat eodem modo lib. 2. Aeneid. 448.

Aera cui gradibus surgebant limina, nexaque aere trales, soribus cardo stridebat aenis?

Nec infeliciter aemulans majorum gentium Poetas Claudianus Epith. Palladii 103.

Heribus infrenatus currus: juga soribus haurant:

Florea purpureas adnectunt frenas columbas:

De eum vero Solis vide Lambin. ad Horat. III.

Od. 6. Quem & auream posuisse Augustum in porticus Apollinis fastigio Propertius testatur 11. Eleg. XVIII. II.

Auro Solis erat supra fastigia currus. Ubi alii *Aerea*, male. nam ipse currus auro radiabat: currus vero auro, ut ceteri nota ferro, Petron. cap. LXX. *Venabula lato ferro* Notter Epith. IV. 83. vid. inf. II. 53. XI. 27. Si ergo in regia Solis Palatium Augusti admiravit Poeta, & hic currum illum potuit respexisse: & forte idem ille est, qui exhibetur oculis in lucerna sepulchrali a Bellonio Part. II. fig. 9. BEISSM.

109. *Per juga Chrysolithi.*] Chrysolithus lapillus est albi coloris, cujus etymologiam videtur attingit Propertius lib. II. 13. *Quoque dedit flavo lumine Chrysolithos.* CIOFANUS.

110. *Repercussio Phoebo.*] Hoc epitheton hinc accepit Lucan.

Longa repercussio nitore crepuscula Phoebo. IDEM: iusto memoriam imposuisti Ciofano: nam apud Statium Theb. I. 344 legitur:

Longa repercussio nitore crepuscula Phoebo. Nonnulli vero hic codices optimae notae habent: *radiabant, pro reddebant.* unus etiam Thuanus, *unda luminis.* BEISSMANUS.

112. *Nitido ortu.*] *Rutilo* primus Medicus & tres alii cum Notico. HEISSMUS. Ita inf. 319. *rutili capilli* & v. 440 ubi vide notas.

116. *Tam pater.*] Liber Jo. Dei. *At pater.* CIOFANUS. In optimo Florentino & Neap. est alia verus lectio. *At pater* Thuan. & sex alii. *Quae pater* primus Palatinus, excerpta Theatinorum Romana, & quinque alii. *Quae pater* Langianus, *pater* vix locum hic habet, cum mox sequatur, *Tam pater.* Forte, *Ut pariter terras mundumque subletere vidit; Tam* nuncium, quod mox subiungitur. HEISSMUS.

N 3

117. *Extre-*

Cornuaque extremæ velut evanescere Lunæ,
 Jungere equos Titan velocibus imperat Horis.
 Jussa Deæ celeres peragunt: ignemque vomentes;
 120 Ambrosiæ succo saturos, præcepibus altis
 Quadrupedes ducunt; adduntque sonantia frena.
 Tum pater ora sui sacro medicamine nati
 Contigit; & rapidæ fecit patientia flammæ.
 Impoluitque comæ radios, præfagaque luctus
 125 Pectore sollicito repetens suspiria, dixit:
 Si potes hic saltem monitis parere paternis;
 Parce, puer, stimulis; & fortius utere loris.
 Sponte suâ properant, labor est inhibere volentes:
 Nec tibi directos placeat via quinque per arcus.
 130 Sectus in obliquum est lato curvamine limes,
 Zonarumque trium contentus sine: polumque
 Effugito australem, junctamque aquilonibus Arcton.
 Hæc sit iter: manifesta rotæ vestigia cernes.
 Utque ferant æquos & coelum & terra calores,

Nec

135 Nec preme, nec summum molire per aethera currum.
 Altius egressus coelestia tecta cremabis;
 Inferius terras: medio tutissimus ibis.
 Neu te dexterior tortum declinet in anguem,
 Neve sinisterior pressam rota ducat ad aram:
 140 Inter utrumque tene. Fortunæ cetera mando;
 Quæ juvet, & melius, quam tu tibi, consulat, opto.
 Dum loquor; Hesperio positas in litore metas
 Humida nox tetigit, non est mora libera nobis:
 Poscimus, effulget tenebris Aurora fugatis.
 145 Corripe lora manu: vel, si mutabile pectus
 Est tibi, consilii, non curribus, utere nostris:
 Dum potes; & solidis etiamnum sedibus adhas;
 Dumque male optatos nondum premis inscius axes.
 Quæ tutus spectes, sine me dare lumina terris.
 150 Occupat ille levem juvenili corpore currum:
 Statque super; manibusque datas contingere habenas
 Gaudet; & invito grates agit inde parenti.

Inter-

117. Extremæ Lunæ.] Ita extrema tenuis
 dixit XVI. Met. 53. vide ad Petron. cap. xxii. vi-
 det evanescere Cantab. & quidam alii.

120. Ambrosiæ succo.] Plurimi, ambrosio; ita
 Statius IX. 741.

Ambrosio tuum spargit membra liquore,
 Spargit equum, ut quo temperare valere corpus,
 Sed idem lib. XII. 130.

Atque ipsa rigis fuerit,
 Et Noster IX. 283.

Ambrosium pro gemine habent.
 Et XIV. 66.

Et Ambrosio enim dabit vestire miora
 Cæciliæ 18.

& ita hic malo, ne forte fiat ejusdem soni ingratum
 veratio, nisi quis mallet ambrosio succo succo: ut
 in uno Heindii est, ambrosio succo succo. 120.

122. Tum pater ora sui sacro medicamine nati
 Contigit.] Parvulus ad illud Claudiani lib. III. De
 regni Proserpinæ, & arcano perfudit robora succo,
 Quæ Phœbæ vocat exiit nota ludamum
 Vellum sacro ex hoc nostro expressit. ejus ver-
 ba sunt: Quippe sacrum, sanctum idem quod
 arcanum quondam fecerunt. Sæcra: Sæcra
 licet vocata in aperta succo, inde sanctaria ut
 que sacra hæc sunt loca, quo tantum Sa-
 cerdotibus aditus est, ut nullo reclusis. Mith-
 ras medicamine oculum pulchrum placidus ignis in-
 unxit parvulo: quod pro voce religio: tri-
 buit Mæc. Phœbæ sicut & Cæciliæ illam, quod
 Ovidium: Phœbæ sicut sicut sicut sicut sicut
 sicut; sicut. Hæc non minus sicut sicut sicut

duo Aurora Caphalogue genitum. Absyrus enim
 Phœbæ dicitur esse, ut Sesthiorum secundo The-
 ologus ait Alexander Acthælis in eo, cui titulus
 fecit dicit, canit in monte vere gramen apud inphi-
 lectorum nasci, quo Sol ejus paget equos, ut in-
 optato cursu non rancantur. hoc illud esse gramen,
 quo gustato Glaucus in mare deplacuit. hic ad Ovid.
 carmen alludit in II. Metam. de Phœbæ:

Tum pater ora sui sacro medicamine nati
 Contigit, & rapidæ fecit patientia flammæ.

Cioranus, Sacrum medicamen est, quod nec
 erat vulgatum, sed Diis solis in manu & una ve-
 de illi arcanum, ut recte Parvulus, vocat in
 paribus ad Val. Flac. IV. 15. & VI. 477. obse-
 demus. vide etiam supra ad Epist. IX. 47.
 BORMANNUS.

123. Contigit.] Lucret. I. 937.

Contingunt dicit melle siveque liquore. Dicitur
 ita passim Lucretius & alii. Noster XIV. 107.
 Tangere hoc sensu videmus ad Epist. XII. 2. BORN.
 126. Hæc saltem monitis parere paternis.] Po-
 ternis Bernegger. Thuan. & quatuor alii. Scilicet:

Si potes hic saltem monitis parere paternis.

HEINSIUS. Recte hic Heindius reliquit. vid. ad
 Phœbæ lib. I. Pab. 10.

127. Parce puer.] Leidenensis & Gronovii unus-
 quæque, sollemni abena line. eadem enim varietas
 I. Pab. 450. & II. Pab. VIII. 25. sed sicut
 Francos. & fortiter Medicus & Bonon. BORN.
 ut fortiter. BORN.

128. Inhibere volentes.] Volentes plurimi vete-
 rum. sic apud Virgil. I. III. Georg. 119.

ista autem matie tenuant armenta volentes.

Ita præstantissimus liber Medicus. Apulej. Met.
 VI. Cui ut dorum quidem, quamquam volentium,
 percerui prodesse suffragia. lib. VII. Virum magna-
 minae creaturæ volentem, volentes accipite. lib. IX.
 Qui amoris languidi desidia tuos volentes amplexus
 deserunt. Martial. VIII. Ep. XXI. ad Phosphorum:
 Quis capidum Titana tenes? jam Xanthus &
 Aethon

Frena volent, vigilat Memnonis alana pareus.
 Sat. libro. I. 186.

Ubi fama volentem
 Ingratis Phrygiis humeris subisse molares.

Et Theb. III. 432.

Qualis ubi Aclio dimissis carcere venis
 Trux præ se Neptunus agit, magnoque volentes
 Inpitt. At. 210.

Ita præstantiores scripsi. nisi quod Trux pro Dux
 ex conjectura scripsimus. Theb. IV. 692.

te volentes, ite in aperta soli.

Theb. VI. 34.

Extremo famulos premis hortaturque volentes
 Orbi Pareus.

Theb. VII. 387.

Vocare volentes
 Ausine papali.
 & 665.

Moria in hæc altero scopuli venerit volentes.
 & Achil. II. 125. eoqueque volentem. plura congef-
 sinus ad Sil. Italic. lib. XI. vs. 445. & ad. V. Aeneid.
 Marciannæ vs. 119. pro vulgata lectione facti
 Silius. XVI. 321.

Magnaque volantibus idem

Vocare loquuntur equis.

Et Stat. Theb. VII. 82.

Sicut ambulabant, juncto sudore volentes
 Mars impellit equos.

Properant etiam unus meus. HEINSIUS. vide ad
 Velje. Pater. II. 62. Francus volēbat, veloci.

130. Sectus.] Sextus Genevensis & unus Basil.

132. Polumque Effugit Australem.] Effugio est
 reponendum ex primo & secundo Palamio, pri-
 mo Basilicensi, & aliis tribus. Mox, ita fit iter,
 Noricus, non fit. HEINS. vide lib. IV. 43. ubi
 eadem varietas

136. Signa crenabis.] In uno Vatic. Regna. In
 alio, a quo uno meo, Tecta crenabis. Sed signa
 magis placet: vel potius duæ illæ alie varietates
 penitus sunt rejiciendæ, ut absurde, nihilque ad
 rem, de qua poeta loquitur, pertinentes. CIOFAN.

138. Ad anguem.] In anguem Twisseni codex
 alter. HEINSIUS.

140. Inter utrumque tene.] Alibi de Icaro:
 Inter utrumque volat. CIOFANUS. utrumque Moreti
 primus. vid. ad lib. I. 50.

143. Mora libera.] Quinet. XII. 3. Nec libera ad
 descendam mora est.

144. Et fulget.] Effulget recte primus Grono-
 vianus pro diversâ lectione. pollet &, et fulget BORN.
 HEINSIUS.

147. Etiamnum.] Sic optimus Thuanus. HEINS.

152. Et invito grates agit ille parenti.] Libri
 mei, & unus Vatic. i. illi, & Brianii, inde pa-
 renti: placet. Grates dixit etiam Curtius, M. Tul-
 lius.

Interea volucres Pyroëis, Eous, & Aethon,
 Solis equi, quartusque Phlegon, hinnitus auras
 155 Flammiteris implent, pedibusque repagula pulsant
 Quae postquam Tethys, farorum ignara nepotis,
 Repulit; & facta est immensi copia mundi,
 Corripuere viam, pedibusque per aëra motis
 Oblantes findunt nebulas, pennisque levati
 160 Praetereunt ortos isdem de paribus Euros.
 Sed leve pondus erat; nec quod cognoscere possent
 Solis equi: solitaque jugum gravitate carebat.
 Utque labant curvae iusto sine pondere naves,
 Perque mare, inflabiles nimia levitate, feruntur;

Sic

ius, & T. Livius. CIOFANUS. inde Douza explicat propter illas.

153. *Interea volucres Pyroëis.* Pyroëis aperte legitur in duobus Vatic. uno Massici, uno meo, & uno Caelsti. Hocum equorum nomina ponit & Hyginus in fabulis. cap. cxxxviii. ubi Ovidium nominat. CIOFANUS. Et Toss Cantabrig. & quatuor alii. quomodo & Scholiales Statii ad lib. iii. 403. manu veterima exaratus Vaticanæ bibliothecæ agnoscit. HEISSIUS. alia nomina dat Scholiales ad Germanic. Proemolica p. 144. *Pyroëis, Aethon, Lameus & Phlegon.* quem locum a Munkero ad Hygin. d. l. castigatum vide.

155. *Flammiteris.* Ita in eodem meo. In altero, itemque in tribus Vatic. *Flammiteris.* In alio Vatic. *Flammitis.* CIOFANUS. illud *flammitis* non temere abiciendum, quod & in Timaeo codice & Leidensi pro variatione erat; nam *flammiter* vel *flammitis* sere de caelo vel similibus dicti solent. Inf. vii. 114.

Flammiteris locum singulis impleret. Statius vi. Theb. 307.

Impulsi manent obstare postea. *Claustaque compressae transiunt volubilis irae.* Ita & *sumantes taurus* dixit Valer. Flacc. vii. 283. *se flammis & flammis* itaque permutata videbitur ad lib. xiii. 421. & *flammae equi terga* lib. xiv. 302. BORMANNUS.

157. *Copia caeli.* In utroque meo, uno Vatic. utroque Caelsti. non *caeli*, sed *mundi*, legitur. Aeque bene utroque modo. Fuit enim veterum opinio, ut & caelum, & a mundum pro eadem re indifferenter dicerent. Cicero in Timaeo: *Omnia legitur caelum, sive mundus, sive quo alio vocabulo gaudet, hoc à nobis nuncupatum sit.* CIOFANUS. *Mundi* cum plerisque veter. sic *manu mundi* quod Lucretianum sere pro caelo. Graecis etiam *κόσμος* vel *κόσμος* eundem non raro significations. aene ita poetæ Latini passim. Solinus de Macedonia cap. xv. *Adriaticæ Pilegræ, alii nuncupant* ni-

litiam mundi dimicantissimè cum Gigantibus. *Mundus* pro caelesti militia dixit. HEISSIUS.

158. *Corripuere viam.* Virg. lib. i. Aeneid. 48. *Corripuere etiam interea, quam sonita monstrat.* Valerius Flaccus lib. v. 328.

Inte viam, quæ Ciofaxi plaga proxima campis Corripunt. CIOFANUS.

160. *Obscuras findunt nebulas.* Primus Rega & unus Timan. *findunt.* sic lib. iv. 748.

Ita ceteri solum praeter per inane volata.

Quomodo ex vestigiis veterum librorum scribendum. HEISSIUS. *Caclant* Leidensis a manu prima, quod illi Luciani iv. 43. *caclant ensi cæcis*, pollicetur man. sed ibi alia prolium ratio est. quare *findunt* veritas. Ita Plinius lib. x. 23. *findentes aëra mors.* Non iter. 666. *Et liquidam motu talarentis aëra findit* ita *scire aëra prorsus* Virg. l. Georg. 400. *solum talarentis aërae* Propert. iii. xxiii. 57. *Scitari aëra* esse Quinet. xi. lullii 13. BORMANUS.

160. *De partibus Euros.* De *partibus* Basilien. ut in alia locutione haec nomina commutata videmus Ep. xvii. 67. sic & iii. Trist. iii. 3.

Aëre in extremis ignati partibus orbis.

Ubi HEISSIUS. *partibus*, & ponit sic *partibus*, & *regiones caeli*, ut vocat Gellius. ii. 22. *partibus* nomine notare. sic idem Gellius. ab *aëre* & *partibus* orientis meta venire ventum subleclantur dixit: & mox, *Japygiae partibus*, *prolestantes* *partibus* *Apuli* eodem nomine *Japygiae* dicunt. ut male illud *quasi* *partibus* eiecit. nullum ego, *partibus* *partibus*, id est limite, regione sua. sed & *partibus* *partibus* coeli dixit, ut & Plin. ii. 47. *partibus* vero *Euros* quati proverbialiter de colentino solani dictum: vid. Rutgers. Lect. Venetum. cap. vi. BORMANUS.

162. *Solitaque jugum gravitate carebat.* Dicitur *gam* curru & Q. Curtius lib. iii. *Jugumque* *Darum* *celebant* *equi* *centis* *basili*, & *liber* *se* *ferant*, *jugum* *quater*, & *regem* *curru* *escant* *ce* *prant.* CIOFANUS.

165. si

165 Sic onere adfucto vacuos dat in aëra saltus,
 Sucentiturque alte, familisque est currus inani.
 Quod simul ac sensere, ruunt, tritumque relinquunt
 Quadrijugi spatium, nec, quo prius, ordine currunt.
 Ipse pavet; nec quæ commissas fleelat habenas,
 170 Nec scit, quæ sit iter: nec, si sciat, imperet illis.
 Tum primum radiis gelidi caluere Triones,
 Et vetito frustra tentarunt aequore tingui.
 Quacque polo posita est glaciali proxima serpens,
 Frigore pigra prius, nec formidabilis ulli,
 175 Incaluit: sumisitque novas fervoribus iras.
 Te quoque turbatum memorant fugisse, Boöte,

Quam-

165. *Sic onere adfucto vacuos dat in aëre saltus.* In aëra nonnulli ex melioribus. deinde, *onere* quoque *adfucto* Florentinus Sancti Marci, primus Vaticanus, Cantabrig. secundus Palat. Urbini. & duo in tres alii. *onere adfucto vacui saltus* eleganter dicuntur. nisi maxis reponi, *onere adfucto vacuos dat aërem curru.* Stat. vi. Theb. 519.

Cum dantur vacuos prodiret Arion. *Yxcellent enim equitem.* Senec. Hippol. 140.

Talis per auras, non sumo *Agrigenti equis, Phocienta curruis decio excaffit* polo. HEISSIUS.

166. *Sucentitur.* Sic currus aut equos *succassato* dixit Ennius. Douza.

168. *Quadrijuges.* Meliores, *quadrijugi.* Inf. x. 271. iv. Trist. ii. 54. HEISSIUS.

169. *Quæ.* Per quem locum. CIOFANUS.

170. *Imperet.* In ambobus meis, *imperat*, indicantur moti. CIOFANUS. *imperat* citum plurimi scripti.

172. *Et vetito frustra tentarunt aequore tingui.* In uno meo, eadem manu, & atramento, est ad marginem. *Id.* *Atqui.* Sed melior est superior lectio. i. Trist. iv. 1.

Ungitur Oceano iussus Erymanthidos ursae. Et Virg. l. Georg. 246.

Arctos Oceani metuentes aequore tingui. IDEM. Inf. 529. xv. 419. i. Trist. iii. 109. Hygin. fab. 177. l. Ant. 410.

172. *Vetito aequore.* Hoc epitheton usurpavit Claudianus lib. ii. De Raptu Proser. 180. *vetito se* *proleat* *Arctos* *Aequore.* Et Seneca in Medea 758. verbum *vetitum*.

Et vitatum mare tetigisset ursae.

His autem ursas ait Medeam cogentem è caelo devocasse; secitque, ut eae mare attingerent. In hac prope sententia Claudian. in Gigant. ii. *Oceanum* *scit* *Arctos*, *incolitque* *Triones* *Oceanum* *volare* *partibus*. CIOFANUS. Anachronismus Propertius; si fabulam advertas, qua Juno pellicem

Tera. ii.

Callisto cum filio in altra reatos indignata, hoc ab Oceano impetabil, infra vs. 530. si veritatem, quia polo elevato vicina haec altra, Helice & Cynosura. PARNAS. Seneca. Herc. Oct. 1582.

Ante descendet glacialis Ursae *Sideris, & ponto vetito fructur.*

Ut autem absolvat Anachronismi Ovidius, credebatur Ampl. Cupernis haec ita concilianda, ut, cum septem miones conati sint se mergere aequore vel occidere, Juno verita, ne id aliquando fieret, rogaverit Tethyn & Oceanum, ne illud nunquam permitterent. postea & *vetito* capi, scilicet postea ad preces Junonis, cum revera jam olim non mergerentur: ut ita Juno a Poëta inducatur id peccari, quod tamen fieri non poterat, licet vetitum non esset; sed ut secuta esset Dea, ne aliquando leges illae solverentur, addidisse Tethyn promissa. BORMANNUS.

176. *Te quoque turbatum memorant fugisse, Boöte; Quamvis tardus eras, & te tua plangra tacebat.* Sic Seneca in Med. 314.

stetisque senex Arctica tardus plangra Boötes. *Segnum* vocat Propertius lib. iii. iii. 57. Claud. vero *pigrum*, cujus haec sunt lib. ii. Rapt. 190. *Praecipitat pigrum formido Boötes.* Quem locum exponens Parrhasius haec scitu digna ibi collegit. *Boötes, ut in Dierum Natura scribit Cicero, Arctophylax etiam dicitur, quod Manlius aliam, & Avicenis hoc verum:*

Arctophylax, sive, ut veteres ceclimere, Boötes.

Arctophylax appellatur, quod adhibitis, ut quidam cullos urinae videatur. Boötes, quod in modum bubulci plautrum sequitur. Megus sideris ambitus alius ad leatum, nonnulli ad Arcadem Jovis ex Callisto filium referentibus, unde Arcadia dicta sit, ut ait Paulianus. Sed Durs de rebus Macedoniae quinto decimo tradit Arcadem, qui nomen Arcadiae dedit, Orchomeni filium fuisse ejus, à quo Orchomenus civitas appellata: scitu sit.

O

12

Quamvis tardus eras, & te tua plaustra tenebant.
 Ut vero summo deipexit ab aethere terras
 Infelix Phaëthon, penitus penitusque jacentes;
 180 Palluit, & subito genua intremuere timore:
 Suntque oculis tenebrae per tantum lumen obortae.
 Et jam mallet equos nunquam tetigisse paternos:
 Jamque agnosce genus piget, & valuisse rogando:
 Jam Meropis dici cupiens: ita fertur, ut acta
 185 Praecipiti pinus Boreâ, cui victa remisit
 Frena suus rector, quam Dis votisque reliquit.
 Quid faciat? multum coeli post terga relictum:
 Ante oculos plus est, animo metitur utrumque.
 Et modo, quos illi fato contingere non est,
 190 Prospicit oceanus: interdum respicit ortus.

Quid.

De Hœ Hyginus fabulosa persequitur, quamvis ex historia videntur. *Pigram*, Juvenalis. *Ss. 23.*

Frigida circumstanti pigri Sacrata Bœtiae.
Boves tardi sunt. Ovid. ad Aurora. l. Amov. xiii. 16.

Prima vocas tardos suo iuga panda boves.
Tibullus. l. 10.

Aut simuldo carlos interpassi boves.
Inde tardus epitheton Bubulci proprium est. *Ving. Ecl. x. 10. tardi vocare bubulci.* Est & ratio Mathematica, cui Arctophylax piger appellatur. Nam adeo carum junctus est, ut nunquam totus occidat, ac opinione prospectantium, in eisdem velligis stare existimetur. CIOFANUS.

177. *Tendebant.*] *Trabebant* scripti nonnulli: optime hoc verbo tarditatem Bœtiae exprimit, qui non infidebat plaustro, sed sequebatur. Ut Senec. Medea. 314.

Non quae lemitur, hostisque feras
Arctica tardus plaustra Bœtiae.
Claudian. l. de Rap. 202.

Non sine supremo
Torquentes transit geminas, brumaeque parentis
Fidat, & aeterno confringit frigore telas.

Ubi potuisset junctis dicere aut quid simile, sed maluit *transit*, quia *torquentes* dixerat. HEINSIUS.

170. *Pinus praecipiti jacens.*] *Patentes* Sancti Mancii Florentinus, Thuan. Cantabrig. secundus Pal. soc. Medicus. & duo alii. Fall. iv. 713.

Proxima tunc conit terras visjora parentis
Memoris in vestri laeta mater equis.
Nihil tamen mutò. Sic apud *Ving. l. 223.*

Deficiens mare reliquam terraque jacentes.
Ad Notas lib. viii. Met. 708. 750. HEINSIUS.

180. *Intremuere timore*] In uno meo, *Intremuere tremore.* CIOFANUS. Ita & Cantabrigiensis, quod si in Palatinis codicibus reperiret Gebhar-

duis, quam acide amplexus fuisset? utpote q. apud Propert. lib. i. eleg. xxv. 13. potuit praedire sanae lectioni:

Stultus quod stulto saepe tremare tremo.
Sed quam recte, docebat magnus Poëticorum numerorum arbiter Broudhofus, qui cum *miris res Poëticae habuisse*, hand absurdo joco dixit, quare & hic vulgatum retineo, quamvis Mezer codex etiam non inepte, *rigore*, & alii nonnulli *perore*, exhibeant. BURMANNS.

182. *Et jam mallet.*] *Dammaret votum Phaëton si videret, & qui Optavit sulco, tangere mallet equos.*

DOUZA.
183. *Jam cognosce.*] Meliores, *jamque agnosce* ut inf. iv. 291.

— *In quo materque paterque Agnosci possit.*
Fall. iii. 65.

Animas pater agnitus auget.
Epith. xvi. 90.

Regis agnoscor per rata signa pater.
HEINSIUS.

185. *Causta remisit frenâ.*] Sunt codices, qui *victa frenâ* retineant, utrumque recte, sed tum elegantius, *victa*, a venis scilicet, superata & fracta gubernacula, tum ex eodem Ovidio iii. Fall. 297.

Vincitur ars cento, nec jam moderatè laqueis
Uitur.
Sed & in l. Trist. iii. 13.

Nosita confusus gelida pallere timorem
Jam signatur vitium, non regit arte ratum
Seneca in Hippol. 183.

Et victa pinus praecipiti anfortur vado.
Claudian. Bell. Gildon. 219.

Sic cum praecipites artem vitare procellas.
Ita enim legi debet, non *artem*, ex Ovidio 8.

Quidque agat ignarus, stupet: & nec frenâ remittit,
 Nec retinere valet: nec nomina novit equorum.
 Sparsa quoque in vario passim miracula coelo,
 Vastarumque videt trepidus simulacra ferarum.
 195 Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus
 Scorpios; & caudâ flexisque utrimque laceris
 Porrigit in spatium signorum membra duorum.
 Hunc puer ut nigri madidum sudore veneni
 Vulnere curvatâ minitantem cuspide vidit;
 200 Mentis inops, gelidâ formidine lora remisit.
 Quae postquam summum tetigere jacentia tergum,
 Exspantantur equi: nulloque inhihente per auras
 Ignotae regionis eunt; quaque impetus egit,
 Ilac sine lege ruunt: altoque sub aethere fixis

205 Incur-

MS. codice. MARIANO. Accursus in diatribis. iede. Stat. vi. Theb. 453.

Nullam possit castros artem.
Vid. ad Epith. xii. 183.

186. *Dis votisque relinquit.*] Barth. ad Stat. x. Theb. 14. legebat, *venisque*, sed idem ad lib. v. Theb. 188. *fatigue* praeferebat. plurimi codices hic, *venisque* exhibent. Ita iii. Fall. 597.

Ventose ratem committit & undis.
Et Claud. ii. in Rufin. 22. *venis frenâ remittere*, sed *practa voti*, quod Heinsius multis probabat similibus aetiorum locis. Noller l. Trist. ii. 1.

Di mari & caeli, (quid enim nisi vota supersenti)
Solvete quassatae parcite membra ratu.
Stat. vi. Theb. 53.

Quam tuncis laevi vabius clamantia ponto
Vota circum.
German. Arat. p. 64. Ed. Grot.

Aerisunque ratem, votis damnatus ab ore
Perlegit.
Senec. Agamem. 510.

In vota missos ultimus cogit timor.
BURMANNS.

187. *Multum coeli post terga relictum.*] Relicti si per libros veteres liceat. Certe unus meus, *relinquit*. Regius unus, *relinquit*. HEINSIUS.

189. *Fatum contingere non est.*] In nonnullis, *fat* tum contingere non est. mihi *fatum* magis placet. NAUGERIUS. In tribus Vatic. Ur. atque aliis rectius legitur: *Quos illi fatum*. In Abb. *quos illi fatum* contingere fas est. CIOFANUS. Diu est quod *fat* vidi legendum, ut Graecinus sit *oza zeri*, non licet, eam postea lectionem ab optimo Berneggeriano confirmatam deprehendi. sic lib. ix. Met. ex velligis veterum librorum scribo vers. 385.

Et quoniam fato non est inmembere coeli.
Plur. de hoc loquendi modo congettimus lib. ii.

Artis Anatomiae, non longe ab inito. HEINSIUS, vid. sup. vers. 57. quosdam libros *fat* habere notat Besimannus, forte pro *fat*.

191. *Quidque agat ignarus, stupet, & nec frenâ remittit.*] In uno Vatic. *Ignarusque stupet quid agat, nec frenâ remittit*. probo. CIOFANUS.

195. *Geminos arcus.*] Duplices, duos. CIOFANUS.

195. *Est locus, in geminos ubi brachia concavat arcus Scorpis, & caudâ, flexisque utrimque laceris Porrigit in spatium signorum membra duorum.*] Haec carmina citat & interpretatur Probus lib. primo Geogr. ad illa:

— *Iste sibi jam brachia contrahit ardens*
Scorpis, & caeli iusta plus parte reliquit.

Ubi ita scribit: *A Scorpione, quia Scorpis laevum signorum spatium tenet, in cuius brachiis duobus iusta statera, signum Librae, quam Graeci Geogr. vocant: hoc enim spatium ab eo detinetur, & testatur Ovidius: Est locus in geminos ubi brachia etc.* CIOFANUS.

196. *Scorpis.*] *Scorpis* meliores. & ita citat Probus ad Virgil. Geogr. l. 35. HEINSIUS. vid. ad eum locum Pierium. & ita in codice Vossiano apud Martial. xv. 44.

Nec sic Scorpis improbus timetur.
Et plurimi MSS. apud Lucanum ix. 536:

Nec Taurus Scorpis exit. BURM.

197. *Porrigit in spatium.*] *Porrigitur in spatium* unum Heinlii, qui deletò in volebat, *porrigitur spatium*; sed in *spatium* recte pro in longum spatium, longitudinem. Sic lib. vii. 788. *In spatiumque fugit* xi. 176. *sed trahit in spatium*. Ita cepit etiam Heinsius illa Propertii l. 13.

Tota erat in spatium Praem digressa columba.
vid. ad iii. Fall. 529. BURMANNS.

201. *Summo tetigere jacentia tergo.*] Recta lectio. sed & recte nonnulli legunt, *scorpis jacentia tergo*.

205 Incurfant stellis, rapiuntque per avia curram.
 Et modo summa petunt, modo per decliva, viaeque
 Praecipites spatio terrae propiore feruntur.
 Inferiusque suis fraternos currere Luna
 Admiratur equos: ambustaque nebula fumant.
 210 Corripitur flammis, ut quaeque altissima, tellus;
 Fissaque agit rimas, & succis aret ademptis.
 Pabula canescunt: cum frondibus uritur arbor:
 Materiamque suo praebet seges arida damno.
 Parva queror; magnae pereunt cum moenibus urbes:
 215 Cumque suis totas populis incendia gentes
 In cinerem vertunt, silvae cum montibus ardent.

Ardet

Ardet Athos, Taurusque Cilix, & Tmolus, & Oete;
 Et nunc sicca, prius celeberrima fontibus, Ide;
 Virgineusque Helicon, & nondum Ocagrius Haemos.
 220 Ardet in immensum geminatis ignibus Aetne,
 Parnasusque biceps, & Eryx, & Cynthus, & Othrys,
 Et tandem Rhodope nivibus caritura, Mimasque,
 Dindymaque, & Mycale, natufque ad sacra Cithaeron.
 Nec profunt Scythiae sua frigora: Caucasus ardet,
 225 Ossaque cum Pindo, majorque ambobus Olympus:
 Aëriaque Alpes, & nubifer Apenninus.
 Tunc vero Phaëthon cum cæcis è partibus orbem
 Adspicit accensum: nec tantos sustinet aëtus:

Fer

NAVIGERTUS. Alii *taigoi*, nempe reponendum, *sum-
 mum tergo tergan* ex Neapolitano & Urbinate.
 Claudian. II. de Rapt. 197.

*Mov ubi pulsato senserunt verbera tergo,
 Et solum illucere pati.* HEINSIUS.

205. *Fixis incurfant stellis.* *Fixas inc. stellis*
 Palatin. secundus, pro diversâ lectione, quod eleg-
 gantius videbatur Heinſio. Ita apud Sallust. Jugur.
 101. *radicus à latere Mamon incurrit*, ut emenda-
 tiores codices habent. & in siagu. lib. VI. *aque*
eos à tergo incurverunt. vid. Inſic. Walli. ita ad
 Tertull. de Cult. Fem. 11. 13. notavit Pame-
 lius illum saepius dixisse *incurrare feminam*, pro
 opprimere. vide Munker. ad Argum. Lactantii lib. 1.
 fab. x. Livine lib. xxvi. 25. *incurrare ea gens Ma-
 cedoniam solita erat.* BURMANNUS.

208. *Fraternos equos.* Eorum sequitur opi-
 nionem Ovidius, qui aiant Lunam Solis socorem
 esse. Euripides vero in Phoenissis Lunam Solis
 filiam dicit. CIOFANUS.

209. *Combustaque.* In veteribus, *ambustaque*.
 NAVIGERTUS. lege, *ambusti* idem libris auctoribus,
 CIOFANUS. *Ambustaque* nulla, non *combustaque*
 meliores. HEINSIUS. In Catalectis Pith. p. 142.

Silent arboris corpore.
 Horat. IV. Od. 11.

*Terret ambustus Phaëton araras
 Spes*

Inf. XI. 174.
Ambustusque sonant aëvi.

215. *Cumque suis totas populis incendia gentes.*
 Sic utique huc ineptissime lectum est. Emendand-
 dum autem est, ut repperi in ambobus Caesell. &
 uno meo: *Cumque suis totas populis incendia terras*,
 terras est etiam in ora lib. Urſ. & Capran. Quam
 lectionem habet & Briantii exemplar. Germanissi-
 mus locus est Seneca in Oedipo. vers. 110. *O-
 tidis Calmî generea prole Urbe cum tota.* Unum
 & idem eum *gentes cum populis*. Quare ea, quam
 in vet. lib. esse diximus, lectio omnino melior

est. CIOFANUS. Ineptissime *gentes* legi pronuntia-
 Ciofanus, cum *gentes* & *populi* idem sint. silem
 etiam appellat veterum codicum. mei tamen MSS.
gentes habent. FARNAB. Immo vero recta & mi-
 ce vera est lectio, *gentes*. *gens* enim laus patet,
 & *populus* sub se comprehendit; & *gentes* etiam po-
 teris vel regionibus poni, pueris hodie notum
 post ea, quae docuit Celeb. Gronov. ad Liv. 1.
 34. Virgil. x. 202.

Gens illi triplex, populi sub gente quaterni.
 Plinio nihil est frequentius, quam inter *gentes* &
populos distinguere. vid. lib. VI. cap. 17. & passim.
 Vide etiam supra lib. 1. vers. 249. & nomina *popu-
 lorum* pro *ipsis* regionibus poni infra videbimus
 ad lib. IV. 668. BURMANNUS.

217. *Ardet Athos.* Athos, inquit Regius, *mons
 est Thraciae altissimus.* Quod, opinor, sumpti à
 Pomponio Mela; qui cum in Thraciae descrip-
 tione collocat. Solius vero videtur innuere eum esse
 in Macedonia. Cujus haec sunt cap. XXI. *Præter
 epistolam Myrinae, in cujus foris mons Athos à
 Macedonia umbram facit: Quid non frustra into-
 miracula notarunt, cum Athos à Lemno sex &
 octoginta millibus passuum separatur. Ipsi sunt Athos
 sublimis adeo, ut alius aestimetur, quam unde im-
 bes cadunt. Quae opinio eo silem concepit, quod
 in aris, quas caeruleo sustinet, nunquam venti
 eluantur, nec quidquam ex aggeribus suis perdat,
 sed quo relicti fuerint, cumulo permanent. Idem
 supra cap. XIV. ubi de Macedonia loquitur. Ve-
 rum, ut sileam, aut Rhodopem Myzodanum *mon-
 tem*, aut Athos classibus praefectis navigatum, conti-
 nentique abscissam velle quatuordecim passuum lon-
 gitudine, simul de auri venis, & argenti, quae
 optima in agris Macedoniae & pluviae veniunt,
 Orosiſten. hanc. De hoc etiam sic scribit Iulianus
 Athos, inquit, est mons Macedoniae, & ipse alius
 nullo, tamque sublimis, ut in Lemnum aëream
 pertendat, quo ab eo septuaginta sex millibus se-
 paratur. CIOFANUS.*

218. E.

218. *Et tunc sicca.* *Nunc sicca.* Urbin. & tres alii.
 H188. Vid. 1 Met. 321. pro *celeberrima* multi
 codices *crederrima*; frustra. vide ad lib. IV. 89. &
 ita saepe haec voces commutatae. vide 111. Am.
 v. 3. & VI. Am. 165. & Zanzeri. Promiss. cap.
 XI. BURMANNUS.

219. *Ocagrius Athos.* *Hemus*, cum adspira-
 tione, lib. veteres. CIOFANUS. *Haemos* Barberin.
 ut alibi.

220. *Geminatis.* *Duplicatis.* *Geminatis* dicit,
 quod ignis, ut fertur, ibi est perpetuo: alterum
 annuit contraxisse ex Phaëthonis incendio. Hujus
 montis incendii causam explicat Justinus lib. IV. De
 quo etiam multa Lucretius VI. quae deridet atque
 exagitat D. August. CIOFANUS. Pro *Aetna* etiam
Aetna meliores. Silius XIV. 578. & Met.

Et ardua rupibus Aetnae.
 Et apud Claud. II. Rapt. 389.

Quis nec una protulit Aetnae.
 Ita passim quoque apud nostrum. vid. XIII. 868.
 BURMANNUS.

220. *Ignibus.* In uno Thuanco erat, *viribus*,
 quod elegantius, quam ut a librario profectum
 fuerit. eadem diversitas de eodem Aetna libro
 XIII. 868.

*Cumque suis videtur translatae viribus
 Aetnae.*

Sic & *vires igni* dat Noster Inf. 280.

*Licet periturae viribus ignis
 igne ferre suo.*

VII. 81.

Et in veteres agitata resurgere vires.

XX. 330.

Sive lituminae rapiunt incendia vires.

III. Pall. 145.

Vires flamma resecta capis.

IV. 708.
Damnosa vires ignibus aura dabit.
 Remed. 117.

*Aut nota, si possis, solare incendia tentis:
 Aut ubi per vires proclucere solet.*

BURMANNUS.
 224. *Nec profunt.* Manil. III. 629.
Nec Seythiam descendit hiems. DOUZA.

225. *Majorque ambobus Olympus.* Ex quo O-
 lympi mentio frequens est, tum apud Historicos,
 tum apud Poëtas, ne quispiam hujus nominis
 multiforini significancia distinetur distorquetur-
 que, semel assitam vocem hanc exponamus.
 Quatuor Olympos memorat Strabo, *Olympum in
 Thessalia*, quia Theophrasto *Pierus* nuncupatur,
 in *Asyia*, cujus & idem & Herodotus memine-
 runt, in *Lyca*, nec non in *Phrygia*, de qui-
 bus plura apud Plinium & eundem Strabo-
 nem invenies: Xenophon vero in aequivo-
 cis, *Olympus*, inquit, *plura significat.* Nam omnis *mons
 regniis alior, Olympus à Graecis dicitur, unde
 & plures Olympi quasi toti hyssipi: à barbaris
 etiam omne spatium circulare hyssipi dicitur; O-
 lympus etiam arca interior est, unde Cato in Origi-
 nibus sancti Olympum fossamque sacratam cum ait,
 ambitum & interiorem aëream intelligimus. Sa-
 criterium & pomerium Olympus est. hac & voce caelum
 significatur, tunc quoque Olympus dicitur est, ut ait Prif-
 cianus, quasi *sololampus*, id est, totus lucens. JACO-
 BUS A CRUCE.*

226. *Serieaeque Alpes.* Sic Virg. lib. III.
 Georg. 474. *Tum scint aëriae Alpes.* CIO-
 FANUS.

226. *Nubifer Apenninus.* *Nivalis* dicitur à Clau-
 dian. IDEM.

228. *Adspicit accensum.* In uno meo, *Accendi*,
 superior lectio magis placet. veteres etiam, *no-
 tantes* sustinet *asus.* IDEM.

3 239. De

Ferventesque auras, velut è fornace profundà,
 230 Ore trahit, currusque suos candescere sentit.
 Et neque jam cineres eiecitatanque favillam
 Ferre potest: calidoque involvitur undique fumo.
 Quoque eat, aut ubi sit, piceà caligine tectus
 Nescit; & arbitrio volucrum raptatur equorum.
 235 Sanguine tum credunt in corpora summa vocato,
 Aethiopum populos nigrum traxisse colorem.
 Tum facta est Libye, raptis humoribus aestu,
 Arida; tum Nymphae pallis fontesque lacusque

De

230. *Defecere comis.*] Libet Statii, Urini, nec aliique veteres omnes hanc habent lectionem. Quare nihil mutandum censo. CIOFAN. Quod eruditè sic interpretantur, quasi *defecere* idem esset, quod *feri cogerentur*, aut *deserant*. DAN. HIRSIUS.

230. *Quaritur Bœotia Diraen.*] *Quaritur* optimus Florentin. Ubi. & decem aut duodecim alii. Ut respondeat præcedenti *defecere*, ita enim codices vetuli, quotquot vidi: Facillat igitur quod vulgatas superius sacculi cationes inest, *deflexere*, *deflexere* ridicule. Gifanus Ind. Laeret. in *stere* interpretantur pro, *stere deserant*. Torrent. ad lib. 1. Od. xii. Horatii pro *diffusare* peperam caput, & *deflexe* cum Gifano male interpretatur, quod quam inceptum su patet ex xlii. 689. ubi *stere* & *quirit* conjunguntur, ut hinc *deserit* & *quirit*.

--- *Nympha quoque stere videtur*
Sicet quoque quirit fontes.
 Similis diversitas lectionis est Fad. iv. 460.
 Et *quiritur factus per nomen quirit factus*, ut ibi codices. ubi vide quae notamus. H. 1. 85. Mibi tamen *quiritur* admodum blanditur, quod & præfere optimus elegantiam abiter Broudh. ad Tibul. ii. 111. 26. quae enim absumt proprie *quiritur*. Horat. 111. Od. 23.

Virtutem inestum clamor,
Sollatam ex oculis quiritur invili.
 IV. Od. 3.
Quaritur patria Casarem,
 Statius 11. Achil. 210. *Pellia vixit Quaritur*, ubi vid. Barth. & ad VIII. Theb. 307. & 311. 278. Idem VIII. Theb. 129.

Fusus nulli nullaque fugatus Quaritur,
 Et lib. v. Theb. 705.

Amore quaritur ornamenta natator,
 Claudian. III. de Rapt. 433.

Sic Vocem quiritur deserta Diva.

Et ita alii passim scriptores; vid. comment. ad Flor. 1. 16. Et ad Epiced. in Dionium 348. & ad Quinti. xii. Initi. Orat. 11. Buxm.

240. *Ephyre Pirendes.*] Vt utior meus, & Hian. Nephre. CIOFAN.

242. *Mellis Tanais (Tanacis in undis.)*] Tanais Scythiae fluvius: quem Caucaji jugis findunt, ut ait Dionysius, per patentes Scythiae campos magno aequum auctu diffunditur, inde Tanais ab effectu Graeci nominis dictus est, ut placet Eustathio: Syllis, laxareos, & Amelinos ab indigenis appellatur. Quippe nonnulla locorum barbara nomina ad Graecum rationem reducuntur, ut docet Nicanor. hanc dividit ab Europa. Rheinnius Fanianus in eodem ambitu:

Euryten Asiae Tanais digungit ab oris.
 Quaque Moxardi committitur ejusdem nominis habet oppidum, quod alio verbo emporium dicitur. ejus Alexander Polyhistor meminit. Hudobertandum *Tanaidis* effertur genitivum à Varro antiquitatum humanarum xlii. nec aliter esse & censum Plinius autumat, errareque eos, qui *Tanais* in paterno casu declinant, ut Tibetis. Haec ex Parrhasio. CIOFAN.

243. *Peneusque senex.*] *Peneus*que, & *mox*, *Mander* pro *Mander*, & *Alpheus* pro *Alpheus* cognationes, & *Taenarius Eurotas*, non *Taenarus Tanais*; Graecis, *Alpheus* quoque apud Senecam Medea, & bis Thyeste scriptum in optimis nostris extat. HEISSIUS.

243. *Teuthranteusque.*] Phtarch. de Flum. in Caico montem Teuthramem, qui huic fluvio adjacet, memorat. alii ab urbe volunt dictum. Sed ubi *Teuthramia* dicta. rex vero Myriae Teuthis unde *Teuthranteus*; sed & *Teuthranteus*; Graecis in usum fuisse ex hoc loco colligit Hoffmannus ad Stephan. in *Teuthraia*. BURMANNUS.

244. *Et celer Ismenos.*] &c. Erymanthi flumini etiam Callimachus meminit hymno in Jovem. Sed hunc inter Arcadicos recenset, non Phocicos, his verbis:

Αλλ' ἔτι τῶν Ἀδίων μέγας ἕρπον, εἰδ' Ἐρμανθὶ Λευκίππεος ποταμῶν, &c.

Quo pacto & Pausanias, & Stephanus, & Plinius item de eodem meminere. Oritur autem ex monte ejusdem nominis Erymantho, & in Ad-

Dellevre comis. quarit Bœotia Diraen,
 240 Argos Amymonen, Ephyre Pirendas undas.
 Nec sortita loco distantes flumina ripas
 Tuta manent: mediis Tanais sumavit in undis,
 Peneosque senex, Teuthranteusque Caicus,
 Et celer Ismenos, cum Phocaico Erymantho,
 245 Arsurusque iterum Xanthus, flavusque Lycormas,
 Quique recurvatis ludit Macandros in undis;
 Mygdonisque Melas, & Taenarius Eurotas.
 Arlit & Euphrates Babylonius, arlit Orontes.

Ther-

pem exaeratur, praeterlabiturque Psofidem utriusque à Psophide Erymanthi nepote, ut quibusdam placet. (Nam alii à Psophide Eriacia filia vulunt nominatam.) Qua de causis sunt, qui hoc loco pro *Phocico*, *Psophico* legendum putant, quod Phocis extra Peloponnesum sit, Psophis autem Erymantho vicina, & quasi cognata. Quam lectionem & ipse probarem, si eodem modo *Psophicem*, ut *Phocicem* diceretur. Quid igitur? relinquendum huic locum poëtae judicio censo, qui hostilis alia ratione, quam quae à loco vel gente sumitur, Erymanthum Phocaicum dixit. Nam sique eo sic, etiam *Parrhasio*, pro *Phocico*, legi poterat, neque versu, neque ipsa voce repugnante: Aut etiam *Phageo*, quando eadem vis, quae Phocis postea, Phagea antea dicta fuit, à Phageo Phoronei fratre, ut Stephanus auctor est, & Erymanthum eodem nomine cum fluvio. Vide Arcadiae Pausan. MICELLUS. Erymanthus Arcadiae mons, ex quo fluvius ejusdem nominis in Alpheum exoneratur, Auctoribus Strab. lib. VIII. & Plin. IV. 6. REGIUS. Phocis autem extra Peloponnesum regio est, quapropter id Ephyrei locum hic non habet, puto itaque legendum, *Erymantho Psophico*: Psophis enim ipsam auctoribus Arcadiae vis est, apud quam nascitur Erymanthos, à qua *Psophicem*, ut à *Phocis Phocaicum*. GLAREANUS. Palmer. ad Pausan. Arc. pag. 419. legit, *cum Psophico Erymantho*, qui tamen in eo scribitur, quod primam in *Phocis* produci negat, cum passim in soleant Poëtae & Noster lib. 1. 113. producat. vide porro quae notamus infra vers. 679.

245. *Arsurusque iterum Xanthus.*] Bene *iterum*: cum his auctor, primum cum in eum Vulcanus magnum ignis vim iniecit: deinde cum Phaëtonis est eorum incendium. CIOFANUS.

245. *Flavusque Lycormas.*] Seneca in Herc. Octavo, *Flavus rapidus fonte Lycormas*. IOHM.

246. *Quique recurvatis ludit Macandros in undis.*] In ambobus meis, *Macandros*. De quo dicemus in IX. IOHM. *Macandros* sex scripti. Vid. Ep. IX. 55.

247. *Mygdalios Melas.*] Mygdonia Phrygiae majoris pars fuit, à Mygdone quodam appellata. Fuit & Macedoniae pars, ut Stephanus & Plinius meminere. Melas autem multorum fluviorum nomen est. Nam & Bœotiae fluvius Melas dicitur, cujus aqua pota nigras oves efficit: & Thraciae, à quo sinus Melas nomen accepit: & Ciliciae, qui antiquitus Ciliciae fluvius fuit, ut Plinius ait. Et Ponti, ejus videlicet regionis, quae Themisera alio nomine dicta fuit. Sed de Cilicio hic intelligi puto. Nam is finitimus Phrygiis, eorumque locorum, quae olim cum Phrygiis juncta fuerat, ut apud Strabonem patet lib. 14. MICELLUS. Puto *Melas*, qui Smyrniam praefluit, unde Homerus *Melaniades* dicitur, quod prope Meletem progenitus esset, restibus Herodoto & Plutarcho. Sed & *Melaniades* *Ζεφύρος*, Musas Homeri inde Meleager in epigrammate deluxit. Et *Meleteles charax* pro Homericis scriptis Tibullus IV. 1. 200. *Poste Meleteles me mollem mittere chartas*, quamquam Meletis fluvium faciunt sive fluminis Smyrnaei, sive civis Colophonii. *Præcipuum inter Asiatice flumina amnem meletem* vocat Solinus cap. XL. ubi etiam codices vetuli constanter *Melas* pro *Melas*. *Smyrna amne Melete gaudens*: Plin. lib. V. c. 29. Statius Genethliaco Lucani:

Nunc tollat restibus in astra fontes
Grain nobilior Melete Bacis.
 Idem de quo Lactymis Baruci:
Smyrna tibi gentile solum, postisque verendo
Fonte Meles, Hæmæque vadum, quod Lydius intrat
Bacis.

Ubi etiam *Melasin* nonnullis scriptis exemplaribus est invenire. Fuit & Smyrnaeus Bion hircococi carminis poëta suavisissimus. unde Moschus in ejus epicedio Meletem *παραπρὸν ἀργυροπύργου* dixit:

Τοῦτο, ὃ παραπρὸν ἀργυροπύργου, ἀδύροτον ἄλγος,
Τοῦτο, Μέλη, νέου ἄλγος, ἀπὸ τοῦ πρώτου τοῦ ὄρους.

Certe extant etiamnum veteres nomini, qui Homerum collunt ab una parte, ab altera Meletem fluvium lyra instructum, cum hac inscriptione: *ΑΜΑΚΤΡΙΑΝΩΝ ΜΕΛΗΧ*. Cujus partem perveterem ubi visum non est apud Ful-

Thermodonque citus, Gangesque, & Phasis, & Ister.
 250 Aestuat Alpheos: ripae Spercheïdes ardent:
 Quodque suo Tagus anne vehit, fluit ignibus, aurum.
 Et quae Maconias celebrant carmine ripas,
 Flumineae volucres medio caluere Caystro.
 Nilus in extremum fugit perterritus orbem,
 255 Occulitque caput, quod adhuc latet. ostia septem
 Pulverulenta vacant, septem sine flumine valles.
 Fors eadem Issarios Hebrum cum Strymone siccant,
 Hesperiosque amnes, Rhenum, Rhodanumque, Padumque,
 Cuique fuit rerum promissa potentia Thybrim.
 260 Dissilit omne solum; penetratque in Tartara rimis

Lumen,

viam Urinum vir discretissimus Marcus Antonius Muretus Var. Lecl. libro xii. cap. xv. quem Urinus ipse inter imagines Virorum Illustrium ab se publicas editionis Romanae curavit exprimentum. Non dissimili modo Nilus in nominis Hadriani Augusti solum quatuor, ob Isiaci sacri Aegyptii proprii ac sollemnis religionem. Fuit & Q. Calaber, patria Smyrnaeus, sed longe Homero & Bione recentior. fuit & Apollonius Smyrnaeus, cuius epigrammata complura in Anthologiae volumine exhibentur, ut & Agathias. Vide Avilius Oratorem de Smyrna. Videtur tamen & Atlas dictus fluvius. Certe Amobius libro iv. *Quis mensuras in Arallo tribus & Iacon vincunt? Nonne Atlas feminis filius*, hoc est Homerus. de Mant autem est sermo. HEINSIUS.

247. *Et Taenarus Eurotas.* Fluvius est Laconiae juxta Taenarum promontorium in mare exitus. *Taenariensis* autem est legendum, ut quatuor syllabarum sit, & in diphthongo desinat, ne jambus (quem non admittit versus heroicus) in quarta sede positus esse videatur. Frustra curiosus est hoc loco Regius. Nam & *Taenarus* abique diphthongo recte legitur, & verum brevis syllaba non sumit, cum sit in arsi & tone. Nam eodem modo & illa defenduntur. *Suffina*, *acuat*, *Torone*que canit *lyonaeus*. Et, *ille litus nitenti molli solum hyacintho*. Item *Livina*que, *lur*que *dei*, & similia. Unde & Pontanus *ripae*que, tamen & *lyonaeus*que, inter caeteras refert. Est vero Taenarus & promontorium & urbs & portus Laconiae à Taenaro Scari filio dictus, sive à Taenaro Geracii fratris ac Jovis filii, qui una cum Calabeo sacrae templum Neptuno apud Taenarum ipsum aedificavit, quod Taenarum vocatur. MURETUS.

248. *Expulcras Babylonis.* Distinguendum post *Babylonis*, non ante, ut intelligamus Lypharacem dictam Poetae Babylonem, quippe qui ipsam urbem medium fecit, non Orientem, qui Syriac

fluvius est, cui Antiochia adiacet, ubi primum nostrae religionis viri Christiani appellati, longe ab Euphrate fluvio. GIAREAN.

249. *Thermodonque citus.* JMemendavi ex vet. lib. *Thermodon* per simplex o, de quo infra. CIOFANUS. Legendum, *Thermodonque*: est enim o magnum in secunda syllaba, quod in Virgilio quoque nominibus. nisi putes Dorica mutatione a i o mutatum: & sic ejan *Thermodon* per legi potest, non obstante metro. BERSMAN. Scribe, *Thermodonque*, ut est in nonnullis antiquis. *Θερμοδων* nam *Θερμοδων* legi carminis hexametri repugnat. HEINSIUS.

250. *Ripae Spercheïdes ardent.* *Spercheïdes* constanter in vetustioribus, & recte. Vide quae notavi supra ad lib. i. v. 579. Sic & apud Statium II. Achil.

Nec minus egressae thalamos Syprides ibant. Non *Syprides*, ut recte animadvertit Gronovius ad illum locum. IDEM.

252. *Celebrabant carmine ripas.* *Celebrabant*, vel *celebrabant* in melioribus. IDEM.

255. *Occulitque caput.* Sic Tibullus: l. E. leg. 7.

*Nil: pater, quantum passum te dicere caussa,
 Aut quibus in terris occulitque caput.*

CIOFANUS.

256. *Pulverulenta vacant.* In duobus Vatic. uno meo, unoque Caesl. *vacant*, non *vacant*. IORN. *Vacant* probat Burth. ad Stat. viii. 360. n. le. ita lib. v. Theob. 523.

Vacis fluviorum in vallibus errant. Et lib. iv. 707.

Fonant desertae gurgite vallis,
 Passim vero Poetae *vallis* vocat alveos fluviorum, quia inter duas ripas vallium speciem habent. Apud eundem Stat. lib. ix. 351.

*At generis caetera claustrum cincta serarum
 Protinus ista malo vitrea de caepe salustis
 Exsilit juribunda canis.*

Lumen, & infernum terret cum conjuge Regem.
 Et mare contrahitur: siccaeque est campus arenae,
 Quod modo pontus erat. quosque altum texerat aequor,
 Exsistunt montes, & sparsas Cycladas augent.
 265 Ima petunt pisces: nec se super aequora curvi
 Tollere consuetas audent delphines in auras.
 Corpora phocarum fummo resupina profundo
 Exanimata jacent. ipsum quoque Nerca fama est,
 Doridaque, & Natas, tepidis latuisse sub antris.
 270 Ter Neptunus aquis cum torvo brachia vultu
 Exserere ausus erat: ter non tulit aëris aëthus.
 Alma tamen Tellus, ut erat circumdata ponto,

Inter

MISS. nonnulli, *vitrea de valle*, & ita edidit Gevartius apud Valer. Fl. quoque lib. vii. 391. haec vocem restituendam puto. Vulgo legitur:

Cumque suis averti collibus amnes.

Diuin vero est & innotitum, cum fluminibus colles averti arte magica, quae passim ad fontes suos agi Poetae cum: legerem itaque, *cumque suis averti vallibus amnes*, quam lectionem ad ipsum Valerium stabilimus aliquando. BURMANNUS.

257. *Sors eadem.* Libertheus, Aldinus, & Caesl. *Sors eadem*. CIOFANUS.

257. *Hebrum.* *Hebrum* pro diversa lectione veteribus Neapolitanis, & *Thybrim* Regius primae notae. HEINSIUS.

259. *Quae fuit rerum promissa potentia, Tybrim* sic lib. vi. Fast. 359. de Roma:

Hae est, cui fuerat promissa potentia verum.

CIOFANUS. *Pemissa* Regius, & *Vivianus* ex suis, & ita ediderunt nonnulli. vid. ad Argum. lib. i. fab. 9.

263. *Quosque altum texerat.* complexum erat: circumdabat. CIOFANUS. & *quos modo texerat*. MISS. BERSMANI & unus Leidensis.

264. *Exsistunt montes.* In meo antiquiore, *Apparuit montes*. In uno Vatic. *Exsistunt montes*. IORN. *Exsistunt* in uno Leidensi, & uno Ciotani. sed ad *Dissilit* praecesserat. alius Leidensis, *Emergunt*. In nonnullis, *Apparent*. Silius libro primo 582.

Perculsi ponto coepere existere colles. HEINSIUS. Ingens diversitas lectionum in codicibus, quarum nulla, quae non similibus veterum Poetarum locis adjuvat possit. Sed sine dubio elegantior & verior est, *exsistunt*. *existere* enim proprie illa dicuntur, quae oculata emergunt, & in oculos incurruunt. Noster lib. iii. 109.

*Mox innuere, pectusque, onerataque brachia telis
 Exsistunt.*

lib. xv. 274.

Exsistit procul hinc, alioque renascitur or.

Tom. II.

Silius XII. 12.

Si unne exsisteret alma

Carthago ante oculos turrita celsa figura.

Cicero. i. in Ver. II. *hoc vero oculum intestinum ac domesticum malum, non modo non exsistit, verum etiam opprimit, antequam proficere atque explorare poterit.* Jul. Caesar. libro III. Belli Civ. vi. 105. *Palma per eos dies in testis, inter commenta lapidum, ex proximo exsistisse ostendebatur.* Auctor Belli Africani cap. 7. *Latent enim in insidiis cum equis inter corvales, et subito existunt, ubi perperam alii existunt, vel exsunt.* idem cap. 69. *Labianus Afranicusque cum omni equitatu ex insidiis adorti, agmini ejus extremo sese offerunt, atque ex collibus primis existunt.* ubi recte Glandorpus. Vide Gronov. ad Liv. xxv. 21. & Palliopar. ad Cicero. pro Quinct. c. 26. BURMANNUS.

268. *Exanimata jacent.* In amb. Caesl. Briant. & Abb. *natant* legitur. CIOFAN. *Natant* meliores, & *mor*, *tepidis antris* pro *undis*. nec dubita, quam vere. HEINSIUS. Ego *jacenti* revocavi. qui enim

natant possunt dici, ubi mare est, *siccae campis arenae* ut dixit vs. 262. & *summam profundum*, id est non aquis testum, sed siccam: & praeterea *jacere* proprie de cadaveribus, quae in terra abjecta sine sepultura conspiciuntur, dicitur. Obsequ. cap. 127. *Gravi pestilentia hominum hominumque cadavera non sufficiente Libitina cum jacerent.* cap. LXXXI. *Tanta fuit Lamenfibus pestilentia, ut jacentibus in publicum passim cadaveribus, qui sumerent desurrerint.* Petron. 111. *pueri mortui jacent*, & de ceteris a mari hoc verbum etiam proprie dici notavit A-brah. ad Cicero. pro Sextio c. 3. *Antris vero probro* ita inf. III. 315. v. 289. v. 28. & 541. Manil. v. 429.

— *ipsumque sub antris*

Nerca et aequoreas conatur visere Nymphas. Catal. Scal. p. 246. *Quaeque sub assistit Theti lacrima continet auris.* quae loca fere adscripta libro suo Heinsius. BORN.

269. *Sub undis.* In iisdem lib. *sub antris*. CIOF.

Tom. II.

Inter aquas pelagi, contractos undique fontes,
 Qui se considerant in opacae viscera matris;
 275 Sussulit omniferos collo tenus arida vultus:
 Opposuitque manum fronti: magnoque tremore
 Omnia concutiens paulum subsedit; & infra,
 Quam solet esse, fuit: siccaque ita voce locuta est:
 Si placet hoc, meruique, quid ò tua fulmina cessant,
 280 Summe Deum? liceat periturae viribus ignis,
 Igne perire tuo; clademque auctore levare.
 Vix equidem fauces haec ipsa in verba resolvo.
 (Praeserat ora vapor) tollos en aspice crines?
 Inque oculis tantum, tantum super ora favillae.
 285 Hofne mihi fructus, hunc fertilitatis honorem
 Officiumque refers; quod adunci vulnera aratri,
 Ralstrorumque fero, totoque exerceor anno?
 Quod pecori frondes, alimenta que mitia, fruges,
 Humano generi, vobis quod tura ministro?
 290 Sed tamen exitum fac me meruisse: quid undae,
 Quid meruit frater? cur illi tradita sorte
 Aequora decrescunt, & ab aethere longius absunt?

Quod

271. *Aëris ignis.*] *Aestas* quatuor antiqui, mox pro *contractisque*, in melioribus, *contractis*, ut aquas pelagi innat constare ex fontibus undique contractis. HEINSIUS.

275. *Sussulit omniferos vultus.*] *Omniferus* ex scriptis Cyprianus indice Lucretiano in voce *omniparens*, & sic Langianus. *oppositus* Florentinus S. Marci, Thuanus, *omniparens*, ut terra *omniparens* Lucretio non semel diela, *παρομοιωσις* sic *omniparens olympi* Virgilio, & apud Val. Flaccum, *omniparens Sol*, duo alii, *omniferos*, fonte, *omniparens vultus*, sic *gemellipara* Dica Met. vi. *frangipari factus* apud Lucretium initio lib. vi. quomodo illic optimi duo Vossiani codices; & *frangipari* ver. Antonio in Ilysiis. ita *γαλα παρρηγοισα* in oraculis Sibyllinis. Nonnio *παρρηγοισα*, *ἀμαλλοισα*, *ζωισα*, *τελεσοισα*, & similia. Tres veteres, *heriferos*, an, *heriferos*, vel, *heriparos*; sic *heriferi* ellis initio lib. xiv. Zulichemianus, *amiferos*, primus & secundus Palatinus cum primo Vaticano, Neap. aliisque nonnullis, *igniferos*. Cogitabam aliquando, *amiferos vultus*, ut Cicero:

Insipit antiferas lastravi lumine terras. HEINSIUS.
 276. *Opposuitque.*] *Opposuit* Thuanus & tres alii, sollemni permutatione, ut & inf. xii. 380. sed praestat vulgata. ut. Vall. 46.
Virgines oculis opposuisse manus.
 Vid. ad II. An. 574. BURMANNIUS.
 278. *Saturaque ita voce praeserat.*] In omnibus

scriptis libris, *Vox locuta est*. Quae lectio probabilior mihi videtur. In illo Abb. est *Sicca*, non *tera*, quod non prorsus damno. CIOFANUS. Sicque Urbinas & unus Ciofani; eleganter. HEINSIUS.

279. *Si placet hoc, meruique, &c.*] Oratio Terrae ad Jovem, significans, ut si igne sibi precandum sit, potius suo fulmine, quam incendio illo Phaethontis conflagrari, conficique permittat rogantique eum, ut iam sibi, ne tali casu peccet, velit ignoscere. Siquidem inter alia, quae cunctis animantibus quotidie praestat, ipsi curat tura, quae in sacrificio adhibentur suo, immolat. CIOFANUS.

281. *Clademque levare.*] Id est, extinguat hunc ignem, quo omnia comburuntur. Idem Perperam. est tolerabiliorum mihi facere; quia & auctore inferit clades. sic Ep. xvii. 49.

Ille bene irascit, vitiumque auctore redemit.
 Sic saepe Poetae inducunt morientes solam mortis in eo ponere, quod à magnis & illustribus viris cadant. laepta vero Gebhard. lib. i. Crept. qui hic *Aetere* praestat, ut & multis aliis locis quod si quis probat, omnibus fere, non Ovidii modo, sed plerorumque scriptorum locis est utitur. *Aetere* pro quo fere semper in MSS legitur *aetere* quod paucis convenit locis. vid. ad I. vii. 1. 97. Gronov. l. Ob. g. ex MSS. *pernamque auctore* & *care* producitur. BURMANNIUS.

284. *Inque oculis tantum: tantum super ora favillae.*] Mirus hic de quo scriptorum exemplarum

Quod si nec fratris, nec te mea gratia tangit;
 At coeli miserere tui. circumspice utrumque;
 295 Pumat uterque polus: quos si vitaverit ignis,
 Atria vestra ruent. Atlas en ipse laborat:
 Vixque suis humeris candentem suffinet axem.
 Si freta, si terrae pereunt, si regia coeli;
 In chaos antiquum confundimur. cripe flammis,
 300 Si quid adhuc superest: & rerum consule summae.
 Dixerat haec Tellus: neque enim tolerare vaporem
 Uterius potuit, nec dicere plura: sumque
 Retulit os in se, propioraque manibus antra.
 At pater omnipotens Superos testatus, & ipsum,
 305 Qui dederat currus, nisi opem ferat, omnia fato
 Interitura gravi; summam petit arduus arcem;
 Unde solet latis nubes inducere terris:
 Unde movet tonitrus, vibrataque fulmina jactat.
 Sed neque, quas possit terris inducere, nubes
 310 Tunc habuit: nec, quos coelo dimitteret, imbres.
 Intonat: & dextrâ libratum fulmen ab aure
 Misit in aurigam: pariterque animaque rotisque

Expu-

dissentus, quem accuratius piget recensere. Vultuosiores tamen,

Inque oculis tantum, tantum super ora favillae. quod placet, nisi meminissem T3 ora mox praecellibile nonnulli:

Inque oculis tantum, volitant super ora favillae. vel, *volitantque per ora*, unus meus:

Inque oculis sumi tantum, super ora favillae. Scribe:

Inque oculis sumi tantum, tantumque favillae. T3 tantum neglexerat repetere librarius, solenni errore, ut alibi monuimus. hinc versui succiendoci tot lectiones enatae. HEINSIUS.

286. *Quod adunci.*] *Curvi* codices multi, ut saepe Noiler & alii coecepto utuntur. vid. lib. iii. 21. & v. 341. ubi tamen alii codices, *antium aratrum*, ut & lib. vii. 210. ubi etiam in scriptis, *adunci aratri*, *Veneris obunco*, Claudiano restituit HEINSIUS lib. i. in Rufin. 383. *Vultus aratri* etiam Bemeggerianus. BURMANNIUS.

289. *Vobis quoque tura ministro.*] *Quod tura*, omnino concinnius in uno Patavino. HEINSIUS.

292. *Sed tamen exitum.*] Paulo sup. *Cladem dixit*. CIOFANUS.

296. *Fui me.*] Alio modo dicitur, *Finge*, *Pote*. IDEM.

291. *Tradita sorte.*] *Credita* Berneg. & unus Henlii.

292. *Et ab aethere longius absunt.*] *Ταυτολογία*. CIOFANUS.

294. *At caeli miserere tui.*] In uno Caeli. *At caeli miserere tui*. Quod non displicet. Statius a. Theb. 282. *Et generis miserere tui*. Hoc etiam verbo unus est elegantissimus poetarum Catullus: LXIV. 138.

Invite ut nostri vellet miserere peccati. Nihil propterea mutandum censco. IDEM.

294. *Circumspice utrumque.*] *Utrumque* meliores, nempe polum, & vitaverit pro vitaverit. HEINSIUS. mallet in distinguere & legere, *Circumspice utrumque*, (*Vinam utrumque*) polum. BURMANNIUS.

297. *Candentem*] *Flammantem* Palatinus unus & unus Gronovii. ita codices aliqui lib. xiii. 44. *flammantia tela*. ubi vide. IDEM.

300. *Et summam rerum.*] Sic eloquentiss. Livius lib. i. *Itaque rem inter se centum patris, decem decuriis factis, singulisque in singulis decuriis creatis, qui summae rerum praesentent, consociant*. Idem III. *Venissetque in periculum summa rerum*, ut T. *Quintilius peregrinis copiis cum Latino, Hernoque exercitu subvenisset*. Dicitur & rei in num. sing. *Tactus* lib. xx. *Crebris interim motibus Valentium monuerunt, ne summae rei periculum faceret*. dicitur & *summa* temporum. Caesari lib. vii. CIOFANUS.

Vid. ad Epist. vii. 12.

302. *Summae retulit os in se.*] Translatum a serpente. CIOFANUS.

310. *Dimitteret.*] *Dimitteret* scripti. HEINSIUS.

v. sup. l. 261.

311. *Dextra libratum fulmen ab aere.*] Notat Iulia.

Expulit, & faevis compefcuit ignibus ignes.
 Confternantur equi: & saltu in contraria facto
 315 Colla iugo eripiunt, abruptaque lora relinquunt.
 Illic frena jacent, illic temone revulfus
 Axis: in hac radii fractarum parte rotarum:
 Sparfaque sunt late laceri vefigia currus.
 At Phaethon, rutilos flamma populante capillos,
 320 Volvitur in praeceps, longoque per aera tractu
 Fertur; ut interdum de coelo ftella fereno,
 Etfti non cecidit, potuit cecidiffe videri.

Quem

Quem procul à patriâ diverfo maximus orbe
 Excipit Eridanus, fpumantiaque abluit ora.

FAB. II. & III. ARGUMENTUM.

* Sorores Phaethontis in arbores pupulos. Lacrimae earum in Electrum.

Sorores Phaethontis Phaethusa, Lampetie, Pheobe, caftum fratris dum de-
 fcendit, deorum c' mifericordia in arbores pupulos mutatae funt. Lacrimae earum, ut
 Hesiodus & Euripides indicant, in electrum funt converfae.

Naiides

Eustathius in Homerum, triplicem jaculanti mo-
 dum, πρὸς ἀριστερά, πρὸς τὸ δεξιὸν ὄριον, πρὸς ἑσπέρην.
 A sinistra, a dextra aure, & ab humero. addit
 Propertius & ab fanoie (fed hoc equitantium pro-
 prium,) si tamen integer est Propertii locus lib.
 IV. x. 43.

illi erigatis jaculanti ex igitone bractis,
 Tereatis ab iucija decitbit uoca gula.
 Sic fctendum videtur. Illi jaculantis ab agmine
 cathabatur magnus Schaiger. ut ἄρξωνας dictum sit
 illi pro illis. Sed ignoat mili genius viri incom-
 parabilis; non opinor Acciano aut Pacuviano mo-
 re locum Propertium. Perius Satyr. v. dixit:
 Vulnera jca Parthi darentis ab igitone feram.
 at vero hoc de enie Parthorum aptius intelligatur
 contra mentem interpretum. HEINS. Servius ad
 Virg. IX. 417. duos gestus dicit, ab aure, aut a
 latere. vide ibi Cerdan.

312. Reclique exiit.] In tribus Vatic. utroque
 meo, alioque manus. non Exiit, sed Expulsi,
 legitur. Quod gravius & significantius videtur.
 CIOFANUS. Editio Gryphi & Aldi, exiit; quod &
 in plurimis concibus extat. lib. xii. 770.

Digna animam tota congeffit exiit serm.
 HEINSIUS. Eadem diversitas lectionis supra lib. I.
 621. Stat. x. Theb. 043.

Sed membra circum terrena relinquunt;
 Exiitque animas.
 ubi legendum esse, animam, docet Latinius, qui
 ita agnoscit, non exiit, quia anima exiit corpore,
 ideo metamorphosin a velleis posuit. non tamen hic
 movere expulsi, quod majoris est impetus & vio-
 lentiae. sic etiam expellere animam, dixit Nofter
 lib. vi. 618. BURMANNUS.

313. Et faevis compefcuit ignibus ignes.] In uno
 Caef. & Farnes. Et faevis: ut ad Phaethontis in-
 cendium referant. Hac de re sic quoque alibi:
 Nec quia rex mundi compefcuit ignibus ignes,
 Ille jca Phaethon impendit las erat. CIOFAN.

Saevis quoque unus Thibani, sed male; faevi ignes
 enim sunt fulmina. ut saepe Nofter. 11. Trif.
 144.

Quae fuerat saeco fulmine tacta Jovis.

1. Trif. vii. 21.
 Saeva nec admittit metuenti si fulmina, quos
 ignibus aditari proxima quaque solent.
 IV. III. 60.

Saevis ego sum Jovis ignibus ictus. BURM.
 314. Confternantur equi.] Sunt qui hoc loco
 bentius legant, Confternantur. Quo modo est in
 utroque Maffei, Capran. & Farnes. idque Suetii
 probatur. In duobus meis & uno Vat. In te-
 trarius verso. CIOFANUS. Confternantur cum an-
 quioribus. Status Theb. vii. 129.

Hofteque propinquas
 Adjuvat, turmalque in tu confternat inani.
 Ita optime vetustissimus codex, male vulgo, con-
 fternit. Nec aliter agnoscit Eutyches Gramma-
 ricus, qui hunc versum Statii citat. ipse Ovid. v.
 Pall. 310.

Cum confternatis diriperis equis.
 Et jca saepe Lavinus confternatos equos dixit, ut lib.
 VIII. c. 39. XXI. 33. & Silius XIII. 134.

praedique petebat
 Confternata fuga positas ad noenia campos.
 Flor. I. c. 18. Confternati equi fugam stragonyctat
 dedarant. lib. IV. cap. 11. Equis illephanti bellorum
 vides, & imper a silva, confternati subito clunza
 Scribo, & nateri a silva, confternari. Nateri po-
 recentes. Sallust. Hist. I. Equi sine relloribus re-
 terenti aut sancti confternantur. Vide Notas lib. I.
 vers. 621. & saltu facta, non verso. HEINS.

115. Colla iugo eripiunt.] Sic quidem insulle
 huc legitur. Tu vero, ex omnibus, uno excepto
 Maff. Abb. Farnes. & Briantii, qui non sunt admo-
 dum veteres, scriptis exemp. lege: Colla iugo exa-
 riant. quae lectio multo est elegantior, atque hinc
 loco aptior. CAOZ. Colla iugo exariant MSS. de
 ganitus per hypallagen, quam quod vulgo legi-
 tur, eripiunt. FARNAB. lege, colla iugo exariant,
 non eripiunt. Fortius illud enim. Curus lib. III.
 Tanque qui Darinu volabant equi, confiffi lapsis
 dolore offerati, jugum quatere, & regem curru exa-
 tere coeperant. Idem lib. IV. 15. Equi treera jactu-
 tione cervicem non jugum modo exarant, sed
 atium curru exarant, & lib. VIII. c. 14. per la-

bricae metis immiffi curru exarant eos, a qui-
 bus reguntur. HEINS. Nullam ego elegantiam
 vides in lectione. quam vix Latini puto, ne-
 que Hypallagen istam, aliud quam asylum Gram-
 maticorum, ubi rem aliter expedit non possunt,
 esse credo. exempla quoque ab Heinsio adducta
 docent quidem recte dici, equos exarere aliquem
 curru, & ipsum jugum, sed non recte dici, ex-
 arere colla iugo, cum dicendum foret, collis ju-
 ga exarant. Quare eripiunt retinui, quam ve-
 ram lectionem nunc praehabit Seneca Hippolyto
 184.

Tem vero pavida sonipes mente exteri
 Impria solvant, saepe luctantur iugo
 Erigere.
 qui paulo post dicit, Phaethontia curru devio ex-
 casti vela. Paulus JCIus in I. 43. ff. de Aedilitio
 Edicto. Jumenta, quae sine colla turbantur, &
 semel ipsa eripiunt, ubi turbantur, idem est quod
 hic confternantur. BURM.

318. Late lateri.] Offendit ille sonus, qui mi-
 gatur aliquantum, si cum nonnullis scriptis legas,
 lateri late. sed in Lovan. erat, late celeris. BURM.
 320. Volvitur in praeceps.] Hoc est in caput ca-
 di. REGIUS. Vid. ad Phaedr. lib. v. 7.

321. Ut interdum de caelo ftella sereno, Et si non
 cecidit, potuit cecidisse videri.] Lucret. I. 209. Non
 cadere in terram stellas & sidera tenent? Et si non
 cecidit: Duo Vatican. & unus meus habent: Qua
 si non cecidit. CIOFAN. ita etiam plurimi scripti.

323. Quem (Phaethontem) procul à patriâ di-
 verfo maximus orbe Excipit Eridanus.] Apollonius
 lib. IV. 597. de Eridano loquens:

Εἴτα τὸν ἀλλὰ δένει τῆς πρὸς εἴρα κεραιῶν,
 ἠὲ καὶ φαῖβον πρὸς ἄρματα ἠελίου,
 ἠὲ καὶ περὶ πρὸς ἠελίου, &c.
 Ut ardenti ictus secundum pectora subivne semi-
 tactus Phaethon cecidit de curru solis, paludis in
 aequum caput agrorum, &c. CIOFAN. Plurimus
 est Vossii proximus duo alii.

324. Spumantiaque abluit ora.] Spumantia corpo-
 ra denovo habes verum proximo. quare Spumantia
 ora cum primo Mediceo referibatur, ut de equis
 intelligamus lib. VI. 226.

— dim certum flectit in orbem
 Quadrupes curfus, spumantiaque ora coëctat.
 lib. VIII. 33.

— stratis insignia pletis
 Terga prebebat equi, spumantiaque ora regebat.
 Virgil. lib. XII. 372.

— spumantia dextra
 Ora citatorum dextra coniorfit equorum.
 certe Noricus, spumantia flamma corpora verfo
 proximo agnoscit. Similiter peccatum lib. IV. 303.
 & v. Pall. 510. HEINSIUS.

a Sorores.] Bellades sorores, Argie, Lampetie, Phae-
 tusa, Pheobe, in arbores pupulos. Parmenf.

b Lampetie.] Lampetie. Colon.

c Phaebe.] Addit Racernius, quam quidam Lam-
 pethiam appellant (addunt nonnulli quartam de-
 gen.)

d Dum desunt.] Desunt. Colon.

e Mifericordia.] Miferatione. Giclin. Marg.

f Arbores pupulos.] Arbores pupulos Venet. Mi-
 ceyll. & Racner. Sed alterum rectum puto. Vibius
 Sequetiv: Eridanus Galliae Cisalpinæ, qui & Pa-
 dus, ubi Heliades mutantur in pupulos arbores. Ad-
 de quae notavi ad Hygin. Mythol. cap. 140. MUNC-
 KER. pupulos Parmenf. Lugd.

g Mutatae.] Commutatae. Colon.

h Sunt converfae.] Addit Veneta, ac fuisse di-
 cunt. Racernius, quod ex illis arboribus, in quas
 mutatae servantur, succre dicitur. Sed illa sapunt
 ejus interpolationem. Miccyllus, ac fuisse dicuntur
 ejus interpolationem. Miccyllus, ac fuisse dicuntur.
 MS. ac fuisse dicunt. Sed verba illa collo-
 cat post τὸ mutatae sunt. Et recte quidem. Nam
 quae sequuntur, Lacrymae earum &c. novum si-
 ciunt argumentum. Lego ergo, mutatae succina
 fuisse dicuntur. Lacrymae earum &c. Quibus ver-
 bis novum, ut dicebam modo, inchoatur argu-
 mentum, quod in MS. collocatum erat ante ver-
 sum illum poetae, inde sunt lacrymae &c. U-
 mendationem meam adstruunt non parum illa
 Servii ad Ecl. vi. 62. Sorores Phaethontis succina
 fuisse dicuntur. Adde not. ad Fulg. Lib. I. cap.
 15. MUNCER. ac fuisse dicunt. Parmenf. ac fuisse
 dicunt. Lugd. Giclini margo notat a V. illa, lacry-
 mae & reliqua abesse.

325 **N**Aides Hesperiae trifida fumantia flamma
Corpora dant tumulo: signantque hoc carmine saxum,
Hic situs est Phaëthon, currus auriga paterni:
Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.
Nam pater obductos, luctu miserabilis aegro,
330 Condiderat vultus: & si modo credimus, unum
Ille diem sine Sole ferunt. incendia lumen
Præbebant; aliquisque malo fuit usus in illo.
At Clymene postquam dixit, quaecumque fuerunt
In tantis dicenda malis; lugubris & amens,
335 Et laniata sinus totum percussit orbem:
Exanimisque artus primo, mox ossa requirens,
Reperit ossa tamen peregrina condita ripa,
Incubuitque loco: nomenque in marmore lectum
Perfudit lacrimis, & aperto pectore fovit.
340 Nec minus Heliades fletus, & inania morti
Munera, dant lacrimas: & caesae pectora palmis
Non auditrum miseræ Phaëthonta querelas
Noëte dieque vocant: adsternunturque sepulcro.
Luna quater junctis implerat cornibus orbem:

Illa

345 Illae more suo (nam morem fecerat usus)
Plangorem dederant. è quibus Phaëthusa fororum
Maxima, cum vellet terrae procumbere, quæsa est
Diriguisse pedes: ad quam conata venire
Candida Lampetie, subita radice retenta est.
350 Tertia, cum crinem manibus laniare pararet,
Avellit frondes. hæc stipite crura teneri,
Illa dolet fieri longos sua brachia ramos.
Dumque ea mirantur; complectitur inguina cortex:
Perque gradus uterum, pectusque, humerosque
355 Ambit: & exstant tantum ora vocantia matrem.
Quid faciat mater? nisi, quo trahat impetus illam,
Huc eat, atque illuc? & dum licet, oscula jungat?
Non satis est. truncis avellere corpora tentat;
Et teneros manibus ramos abrumpere: at inde
360 Sanguinae manant, tamquam de vulnere, guttae.
Parce, precor, mater, quaecumque est faucia, clamat:
Parce, precor: nostrum laniatur in arbore corpus.
Jamque vale. cortex in verba novissima venit.
Inde fluunt lacrimae: stillataque sole rigescunt

De

326. Signant quoque carmine factum.] Signant-
que hoc carmine saxum cum duobus Latidensibus.
alii multi ex mellionibus, signant quoque saxum.
proxime verum. lib. viii. 340.

Affusaque latent tumulo, signataque saxo
Nominis complexæ lacrymas in nomina funant.
sic & *anai nomine signare* Trist. i. El. i. vs. 90.
Lucanus libro viii. 771. de Pompei bello:
Intacta parvo signomni lictera saxo.
Lactantius, Elegia de Phœnice:

Proxime exciditque sacro in marmore formam,
Et signant tumulo remota dieque novo.
infra lib. xii. 23. MSS. quoque habent,

Et lapsa, & signat seculenti imagine saxum. HEINS.
327. Hic situs est Phaëthon.] Siti qui dicuntur
docet M. Tullius lib. 11. De legibus, ubi ita est:
Declarat eorum Ennius de Africana:

Ille est ille situs.
Vide. nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt, nec
tamen erant ante sepeliturum est, quam iusta sceleris,
& corpus intantum est. Ergo apposite dicitur situs
Phaëthon, qui & combustus erat, & tumulatus.
CROFANUS. Siti proprie mortui & sepulti diceban-
tur. Hinc *siticos* dicit, quod apud vita iunctos
canere essent soliti. Gellius Noct. Attic. libro xx.
cap. 11. apud Lucanum: viii. 793.

Ille situs est Magnus, placet hic, Fortuna, se-
pulerum. HEINSIUS.

328. Quem si non tenuit.] Variant scripti, mul-

ti, resit; sed nihil muta. Ex Pont. lib. iii.
eleg. 1.

Utque ea non tenuit, tuta repulsa tua est.
Livius iii. 39. Sed quia duo exercitus alerant, et
quid ferretur ad populum, Patres tenere. in quibus
tenere est idem, quod obtinere, vide Mamul.
Cicer. 1. ad Famil. Maxime firmat Senec. Via
Beat. 21. a Clotiano & aliis adductus, unde hoc
hic legendum, Qui, si non tenuit. BURMANNUS.

328. Magnis tamen excidit ausis.] Hoc hemi-
stichium citat, atque ad rem suam inolevit Sæ-
ca De vita beata cap. xvi. ubi verbum excidit, in
exider detorfit. ejus verba sunt: Qui hoc sunt
propinet, volit, tentabit, ad Deos iter facit, et
ille etiam si non tenuerit, magnis tamen excidit
sui. Ita enim legendum. CROFANUS.

330. At pater obductos.] Nam pater verbi-
res. & recte sequitur enim, At Clymene. sic &
bro vi. 271. Nam pater Amphion. & l. xiv. 74.
Nam pater occiderat. plurimi alii huc etiam alle-
dunt, in quibus, Jam pater. HEINSIUS.

330. Condiderat.] Abdiderat unus Mos-
cens.
333. Postquam dixit.] Horat. 1. Ep. vii. 2.
Dicenda tacenda lectatu. DOZZA.

335. Laniata sinus.] Comas quatuor scripti.

337. Ripa.] Terra plurimi scripti. mox incidunt
que solo quinque Codices. in carmine lectum etiam
Regius. in margine Gronovianus.

330. Apert

330. Aperto pectore fovit.] Fovere nomen, fri-
gide admodum dici puto; cum vulnera vel ipsa
membra fovere, passim in hac re occurrat. crede-
musne ergo pectore nudo nomen in marmore
lectum caelestis Clymenen? absit. elegantem potius
Gronoviani codicis lectionem amplectamur,
& aperto pectore fovit, id est unguibus laceravit
pectus matrem: sic lib. iii. Amor. ix. 10.

Pectoraque infesta tendit aperta manu.

Apertum est nudum, iii. Act. 667.

Quid aperto pectore in hostem
Nitor.

iii. Pall. 15.

Ventusque atque aperto
Follit.

& passim. Lib. quoque xi. 683. pro *scindit, fœvit* in
MSS. ubi vide. ita mox 390. *simulante domans* &
verberare fœvit. posset & legi, & aperto in pectore *fœ-
vit*. Vid. inf. lib. xiv. 193. BORM.

340. Nec minus Heliades lugent.] Fleus scri-
bentium cum Urbinati, tertio Mediceo, primo
Palatino, utroque Hamburgensi, priori Erluta-
no, & aliis undecim. HEINSIUS.

342. Miseras Phaëthonta querelas.] Miseras Ph.
operulis nœle dieque vocant magno numero codi-
ces. in interpretare querelis Valer. Flaccus 433.
BURMANNUS.

346. Phaëthusa.] Fulgentius lib. v. Myth. c. 15.
Arcthusam vocat. ubi recte viri docti *Phaëtusam*
reponere. HEINSIUS.

347. Terræ procumbere.] Alii codices, *terra*:
vid. ad iii. Amor. ii. 25.

349. Candida Lampetie.] Vide Parthasium lib.
11. De Raptu Proserpine in Claud. CROFANUS.

356. Nisi quo trahit.] Trahat meliores. HEINSIUS.

359. Teneros ramos abrumpit.] In omnibus an-
tiquis, & teneros. CROFANUS. *Abrumpere* rectius Ur-
binas, Barberinianus, & unus Moreti. IDEM.

360. Tamquam de vulnere guttae.] Unus Vati-
cane. & antiquior meus: *de corpore guttae*. CROFANUS.

362. Lacerator.] Laniatur Heinsius reposuit ex
MSS. quæ verba fere semper considerunt libra-
rii. *pectus* etiam duo scripti.

363. Venit.] Urbinas a manu prima, & sec.
Mediceus, *venit*. ita etiam infra vs. 827. *versat*. in
eodem codice Mediceo; forte legendum, *repi* vel
serpit, quod ibi Strozææ codex unus exhibet.
HEINSIUS.

364. Inde fluunt lacrymæ, stillataque sole rigescunt.]
De electro loquitur, quod Latine *suscinnum*, de
quo sylvam opinionum ridet Plin. lib. ult. c. 2.
Veritatem autem rei vide c. 3. ejusdem oppido
elegantem explicatam. De melle nihil hoc in loco
poeta. GLAREANUS.

364. Stellataque sole rigescunt.] In Palatino &
antiquis

365 De ramis electra novis: quae lucidus annis
Excipit, & muribus mittit gestanda Latinis.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

Cygnus Sthenelai filius in avem sui nominis.

Cygnus Sthenelai filius, materno genere Phaethonti proximus, cum Liguriam ir-
veleret, & in ripa Eridani amnis, quem quidam Padum vocant, cum vidisset corpus
Phaethontis à fororibus ejus ablati, pari calamitate est concussus. Plus enim jussu de-
scendo propinque interitum, deorum voluntate in volucrum cygnem abiit, qui per
coelestem ignem, paludes ac flumina, quibus infensaveret, est secutus. Phanocles in Ca-
pitolibus auctor.

ADhuc huic monstro proles Sthenelæia Cygnus,
Qui tibi materno quamvis à sanguine junctus,
Mente tamen, Phaethon, propior fuit. ille relicto
370 (Nam Ligurum populos, & magnas rexerat urbes)
Imperio ripas virides, amnemque querelis
Eridanum impleat, silvamque fororibus auctam:

Cum

antiquis editionibus legi, *silvataque Sole rigebant*,
annotaverunt Gronovius, DAN. HEINS.

365. *Lucidas annis.*] Eridanus: est autem Ta-
pinois. CROXAS. *Laridan* Vossii codex. sic apud
Claudian. II. Rapt. II. quidam codices *Lucida*
causis, alii, *larida*. Noller III. Art. amand. 254.
Lucidas Cygnus. ita Græcis *λεωξ*. vid. Vulcan. ad
Callim. in Jovem. 10. HENSE. Quinct. XII. Inst.
Orat. 10. *Et lucidas annis*, & *viridibus utrius-*
que silvis invelatas.

366. *Mittit gestanda.*] Scio mittere proprie de
mercibus peregrinis dici. (vid. ad III. Ant. 213.)
sed in uno codice repertis, *mittit*, ut etiam apud
Virg. I. Geor. 57. nonnulli:

Mittit gestanda.
Et x. Aen. 351.

Et tres quos Idae pater, & patria Iphigæa nutrit.
Apud Claud. conf. Mallei 300.

Quidquid monstriferis nutrit Gerulia campis.
ubi etiam *mittit* quidam scripti. Sedulius prolog.
Carminis Paschalis:

Ille invenia quidquid mare nutrit edendum.
ubi Heinsius, teste Cellario, malebat, *mittit*. nil
tamen tuto propter præcedens *nutrit*. *gestan-*
da quinque alii. *Mittit gestanda* unus Mopert.
BERMANN.

366. *Latinis.*] Succinus olim in delictis femina-
rum maxime. Plin. xxxvii. 2.

Argumentum.] *Cygnus Sthenelai filium Ligurum*
rex in avem sui nominis. Parmen. *Sthenelæ* etiam
Veneta, Micyll. & Raener. & Colonienf. Quod

idem est, ut & *Sthenelæ*, & *Sthenelans*. Vide in-
mi viri J. F. Gronovii Observat. lib. IV. cap. 15.

Genere.] *Sanguine* Gicelin. marg.
Cum vidisset.] Non recte *vid* cum expulserit
Micyllus & Gicelinus. Vide, quae dixi ad Lib. I.
fab. 12. MUSEKERUS. Cum eiecit Colon. Gicel. &
Heinsius.

Calam. est coactus.] *Calamitas*
concussus descendo pr. Colon. Heinf. Gicel. ejus in
marg. V. *Plus descendendo*, unde vulgo *plus jussu*.

Coelestem ignem.] Ita scripti ex Beckm. cum in
V. esset *caeleste signam*. At in C. est, *caelestem*
Gicelin. *Coelestem ignem* etiam Colon. & Heinf.

Phanocles in Capitolibus.] Phanocles in Ep-
o laudatur etiam à Clemente in Proreptat
MUSEKERUS. *Hæc Fanoles in Cap. auctor.* Par-
menf. Lugd. & Raener. sed qui non habent in
auctor. desunt hæc Colon. & Gicel. in marg. no-
tar abesse a C.

367. *Cygnus.*] Recentiores quidam, more Græ-
co, *Cygnus*, per tertiam litteram imprimendam
curarunt. In antiquis vero libb. perpetuo *cyg-*
gnus, per G. CROXAS.

371. *Annunciat.*] Lege, *annunciat*, in quo mi-
hi assensuros esse doctos arbitror, & qui Genium
a Poëtica aversum non habent. ita in lib. III.
170. *Solitisque salutibus omne implere veritas*.
Et ita sibi centies, neque positionis scriptoris et
aliter loqui. dicam hic obiter fortasse quod so-
lebit. Apud Virgilium vulgo legitur, lib. 30.

376. *Cygnus.*] Recentiores quidam, more Græ-
co, *Cygnus*, per tertiam litteram imprimendam
curarunt. In antiquis vero libb. perpetuo *cyg-*
gnus, per G. CROXAS.

377. *Annunciat.*] Lege, *annunciat*, in quo mi-
hi assensuros esse doctos arbitror, & qui Genium
a Poëtica aversum non habent. ita in lib. III.
170. *Solitisque salutibus omne implere veritas*.
Et ita sibi centies, neque positionis scriptoris et
aliter loqui. dicam hic obiter fortasse quod so-
lebit. Apud Virgilium vulgo legitur, lib. 30.

378. *Credit.*] Tradit multi codices, sed perpetuam
ita lib. IV. 626. *Peritus se credere nocti*, ubi
etiam *caelo* quidam. Vid. ad lib. I. Ant. Am. 411.

379. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
379. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

380. *Arcade in sidera.*] *Arcade* à *Jove* in *sidera*. Par-
menf.
380. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
380. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

Cum vox est tenuata viro: canaque capillos
Dissimulant plumae: collumque à pectore longum
375 Porrigitur, digitosque ligat junctura rubentes:
Penna latus vestit; tenet os sine acumine rostrum:
Fit nova Cygnus avis. nec se coeloque, Jovique
Credidit, ut injuste missi memor ignis ab illo.
Stagna petit, patulosque lacus: ignemque perofus,
380 Quae colat, elegit contraria flumina flammis.

FAB. V. & VI. ARGUMENTUM.

Calisto Lycæonis filia in ursam. Eadem cum filio à Arcæde in sidera.

Jupiter cum reliquias torrentis ignis persequeretur, ut laborantibus opem ferret mor-
talibus, cum circa Nonacrium montem Arcadiæ, in quo genitus existimatur, vaga-
retur, in Callistis Lycæonis filiae incidit amorem: cui cura preces de expleto desi-
derii sui admocisset, frustrataque voces suas intellexisset, astu eam subivit. In Dianæ
namque sexum se reject, ac fatigatae ornatus phætreæ sagittisque, velut Diana, oc-
currit;

Amis & Adriacas retro fugit Auspulus undas.
Ithac amnis Auspulus mihi segnius & ignavius est,
hoc quidem loco, quam ut id Virgilianum pos-
sum credere. Legendum itaque putem:

Amis & Adriacas retro fugit Appulus undas.
Nihil addam; neque enim pueris hæc aut magis-
tris inciemus. TAN. FABER. lib. II. Epist. 69.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

372. *Suorum aulam.*] Gebhard. I. Crep. 12.
422am ex Ius, & ita unus Heinf. alii *astam*, vel
astam etiam exhibent. nihil muta, Germanicus
Aur. 370.

379. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
379. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

380. *Arcade in sidera.*] *Arcade* à *Jove* in *sidera*. Par-
menf.

380. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
380. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

380. *Arcade in sidera.*] *Arcade* à *Jove* in *sidera*. Par-
menf.

380. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
380. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

380. *Arcade in sidera.*] *Arcade* à *Jove* in *sidera*. Par-
menf.

380. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
380. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

Et ibide:
Desinat esse prius contrarius ignibus humor.
CROXAS.

380. *Arcade in sidera.*] *Arcade* à *Jove* in *sidera*. Par-
menf.

380. *Stagna colat.*] *Peris* olim editi & scripti sunt
omnes, & sequitur *mox colat*.
380. *Ignemque perofus.*] Id est, odium habens in
ignem. CROXAS.

380. *Elegit contraria flumina flammis.*] Ita
in 1. *Canque si ignis aquae pugnat.* & lib. III.
Undis contrarius ignis.

currit; ac esse pariter posita, Jovem virgo experta est. Neque ideo immerenti delictum remissum est. Nam confesim pellicata ejus accusa, ne amplius peccatitudo conjugem caperet, in usum eam transfiguravit. Quae à Jove cum Arcaide filio, quem erat emisa, inter sacra collocatur. A Graecis autem Helice, à nostris Septentrio nuncupatur: & à Terby & Oceano ob Jovis iram inter cetera sidera hujus non tingitur, ut Hesiodus indicat. Hinc illud: Sed haec in astris Callisto, reor, quae suos sine fastibus ignes. Ipse autem Atlas in coelum translatus, Aetopias astitit.

Qualidus interea genitor Phaëthontis, & expers
 Ipsæ sui decoris, qualis, cum deficit orbem,
 Esse solet: lucemque odit, seque ipse, diemque:
 Datque animum in luctus; & luctibus adjicit iram:
 385 Officiumque negat mundo. Satis, inquit, ab ævi
 Sors mea principis fuit irrequieta: pigetque
 Actorum sine fine mihi, sine honore, laborum.
 Quilibet alter agat portantes lumina currus.

Virgo. Non habet Raener.
 Neque ideo. Ita ead. omnes. MS. tamen, neque ideo. Sed alterum rectum putem. Phaëdr. lib. 11. cap. 0.
 Frontem habulim astitit, nec ideo eilet. Muxox. Neque ideo à Jovis iram. Parm. Lugd. Raen. Gisel. Heinf. Micell. neque enim à Jovis, Colon.
 Nam confesim. Hanc confesim Colon. & mox eam omittit, & transfiguravit, & cum Arcaide filio, q. t. e. intra f. collocata est.
 Atlas. Intra Parm. Lugd. Heinf. Plan. Frellon. Micell. deest, pmo, Jovis.
 Transfiguravit. Hic desinit in V. hujus tabulae argumentum, quod totum abel à C. Nam quod adfertur in eodem V. A Graecis autem Helice; à nostris Septentrio vocatur: nescio quo debeat referre: valdeque dubito, an de eo sit annotationum genere, quales plurimas vet. librorum oras possederunt. Quae deinceps in vulg. lib. sequuntur, in V. adposita reperio venni 304. hoc modo: Callisto servatitiam cum filio Arcaide. GISEL. 118.
 Helice. Micell. in marg. al. huzza. Hama. xa Colon. Gisel. Mang.
 Et Oceano. Et ab Oceano praeter cetera 7. aetere proceduntur, at astitit est Hesiodus, ubi fuit ang. Colon.
 Luctibus. Loquere emendaveat in MS. manus secundæ. Muxox. havori Parm.
 Hinc illud. Ita Giselinus cum Raenerio. Sed MS. & Vener. vel alii. Micellus neutrum habet. & foris lacrima Glosiatoris est. IDEM. vel alii Parm. Lugd.
 Ipse autem. Parmen. Lugd. novum argumentum fabulae vi. ita concipiunt ante vs. 304.

Callisto servatitiam cum filio Arcaide in folio a Jove translatus per. recte translatus De qua coganti locutione Vid. ad Nason. lib. 1. Met. p. Micellus haec ultima omittit.
 Sui decoris. sui iras. MSS. Bernan. 382. Cum deficit orbem. Occulus intelligit CIOFANUS. Orbem recte Florentinus S. Man. & unus ex meis, cum priore Hamburgensi. alii in magno numero. Ad Notæ Amor lib. 1. Ep. vii. v. 93. apud Tibullum quoque libro in. Ep. iv. videtur scribendum de Iommo, jellitit h. cir ille domos. aut domos nunc circumferunt. & apud Silium l. x. v. 192. non hata vides, ut h. per caps. cum contra mentem ejus circumferuntur. Sense. Here. Oct. 46. Tera deli gealam. Ubi male geala substitutum, & m. etiam desinit, ut editio Commelin. Hirsors. Desinit esse posse capi de defectu solis, cum orbis vel totus, vel parte sua obscuratur. desinit. Id est mundum, vero si quis praeterat, non de occatu, sed Eclipsi intelligerem, quæ decoris sui maxime expers est. Aliter desinit. Isolem, cum cadat, novi a Propertio in. 64. 117. 49. Qua venit exortus, qua desinit. Bern. 384. Datque animum in luctus. Inget. CIOFAN. 384. Et luctibus adjicit iram. Legendum exaudescit. In uno meo antea legebatur. Et luctibus adjicit iram. Quo modo locus est in. Minus adhibet iram. IDEM.
 Officiumque negat mundo. Intelligit officium dicere, ejus beneficio universis obstruitur. IDEM. Propert. II. XIV. 10.
 Inestum et teris praestitit officium. Douz. malum negotii. HEINSIUS.

Si nemo est, omnesque Dei non posse fatentur;
 Ipse agat: ut saltem, dum nostras tentat habenas,
 390 Orbatura patres aliquando fulmina ponat.
 Tum sciet, ignipedum vires expertus equorum,
 Non meruisse necem, qui non bene rexerit illos.
 Talia dicentem circumstant omnia Solem
 395 Numina: neve velit tenebras inducere rebus,
 Supplice voce rogant. missos quoque Juppiter ignes
 Exensat, precibusque minas regaliter addit.
 Colligit amentes, & adhuc terrore paventes,
 Phoebus equos: stimuloque domans & verberare, facit:
 400 Saevit enim, natumque objectat, & imputat illis.
 At pater omnipotens ingentia moenia caeli
 Circuit: &, ne quid labefactum viribus ignis
 Corruat, explorat. quae postquam firma, fuitque
 Roboris esse videt: terras, hominumque labores

Perspicit.

Ab ævi Principis sors mea satis irrequieta fuit. Hic est verborum ordo. Significat autem Apollo, ut simul natus est, vitam, conditionemque suam nunquam acquiescisse. CIOFAN.
 Quilibet alter. Quidam hoc loco tenere voluerunt, Quilibet autem. IDEM.
 Agat. Id est ducat, trahat. IDEM.
 Ignipedum equorum. Ignipedes equi nescio an recte dicantur, quare fuit cum acipedium referri debere censent. quale mendium & ex Martialis saturnus, Nois ad Epist. vi. vs. 32. Sed Statius inio Thebaidos de Phoebo:
 — ignipedum frenator equorum.
 Prudentius tamen libro 1. contra Symmachum §. 350. de Solis equis:
 Cernat ora saevæ barbatus & oscula figit
 Curibus acipedium, si fas est credere, equorum.
 quomodo illic constanter editi ac scripti codices. nisi quod acipedium in nonnullis, quoniam illic de Solis statua agitur acnea. Vide Notæ ad Epist. vi. vs. 32. quidam tamen scripti meliores, quos inter Florentinus S. Marci, Neap. Thuan. Bernegg. igniferam. Simili modo lib. vii. & 556. igni erat exaratum pro aegre. HEINSIUS. Alipedum Lovaniensis, quod magis placeret, nisi repetitum ex vert. 18. videretur. Sic in Catalectis vetus Poëta de equis Phoebi:
 Nos tamen alipedum gemmantia lora rigeant.
 Avien. Delect. Orbis 12. 44.
 Sed quare alipedum sola semper cursus equorum.
 Noller in. Fast. 476.
 Phoebo, & alatis aethera carpit equis.

Ita ita passim. BURMANNUS.
 395. Numina, neve velit tenebras inducerentur. Hoc carmen in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus, corrupte legitur. Velit cum prima longatur, quae correpta est apud omnes, nec facile diximus quo pacto restituendum. Neve pro neve quadraret, quod ad quantitatis rationem attinet, sed ad significationem non admodum fortassis legendum, Ne velit. GLAREAN.
 Ne velit. Sic male est in Aldino. legendum ex o. l. f. & ratione, neve velit. CIOFAN.
 395. Tenebras inducere rebus. Sunt qui legant, Terris, non Rebus. Priore modo lib. vet. IDEM. Vide Gebli. 1. Crisp. 12.
 397. Regaliter. Regalibus duo libri & Bernmanni MSS.
 398. Colligit amentes. Mihi trium horum versuum fides nonnulli est suspecta, utrius imprimis, pro dolere alter Regis domans duo. alii furas. HEINSIUS. Recte domans, quod Gronovio impense placebat Diarib. Stat. cap. LXI. Virg. vii. 163.
 Exercent equis, domitantque in pulvere curvus. Vide Barth. ad Stat. vi. Theb. 104. Verberare caedit est in Mediceo & duobus aliis, forte etiam legi possit:
 Stimuloque furcæ, & verberare, caedit:
 Saevit enim.
 Sic enso furæ, de quo Heinf. ad Val. Flac. l. 144. BURMANNUS.
 401. Ingentia. Ingentis moenia caeli Mediceus, ut supra 157. immensi copia mundi, ita longosa coelum, longus Olympus & similia passim apud Poëtas.
 Q 2 457. Per-

405 Perspicit. Arcadiae tamen est impensior illi
 Cura suae. fontesque, & nondum audentia labi
 Flumina restituit. dat terrae gramina, frondes
 Arboribus; laetasque jubet revirescere silvas.
 Dum redit, itque frequens; in virgine Nonacrina
 410 Haesit, & accepti caluere sub ossibus ignes.
 Non erat hujus opus lanam mollire trahendo;
 Nec positi variare comas. ubi fibula vestem,
 Vitta coëreuerat neglectos alba capillos,
 Et modo leve manu jaculum, modo sumperat arcum,
 415 Miles erat Phoebes; nec Maenalon attigit ulla
 Gravior hac Triviae. sed nulla potentia longa est.
 Uterius medio spatium Sol altus habebat;
 Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas.
 Exiit hic humero pharetram, lentosque retendit.
 420 Arcus: inque solo, quod texerat herba, jacebat.
 Et pictam posita pharetram cervice premebat.
 Juppiter ut vidit fessam, & custode vacantem;

Hoc

Hoc certe conjux furtum mea nesciet, inquit:
 Aut si rescierit; sunt o, sunt jurgia tanti.
 425 Protinus induitur faciem cultumque Dianae:
 Atque ait, O comitum, virgo, pars una mearum,
 In quibus es venata jugis? de cespite virgo
 Se levat: &, Salve numen, me iudice, dixit,
 Audiat ipse licet, majus Jove. ridet, & audit;
 430 Et sibi praeferrere se gaudet, & oscula jungit,
 Nec moderata fatis, nec sic à virgine danda.
 Quà venata foret silvâ narrare parantem
 Impedit amplexu: nec se sine crimine prodit.
 Illa quidem contra, quantum modo femina possit,
 435 (Adspiceres utinam, Saturnia, mitior esses!)
 Illa quidem pugnat: sed quae superare puella,
 Quisve Jovem poterat? superum petit aethera victor
 Juppiter: huic odio nemus est, & conscia silva.
 Unde, pedem referens, pene est oblita pharetram
 440 Tollere cum telis, &, quem suspenderat, arcum.

Ecce

405. Perspicit.] Forte, prospicit. Douza. et ita multi codices. nonnulli, respicit.

405. Arcadiae tamen est impensior illi, Cura suae.] Arcadiam Jovis propterea nominat Poëta, quod Profelens dieli ceteris praestare venustate sese jactabant, quasi vel cum Jove aetate compares, vel potius ante Jovem fuissent, utpote qui cum Creteisibus contendant de alimentis ac Jovis infantia, quod imprimis Azanes atque Parrhasii facere solebant, qui se antiquitate universam Graeciam excellere auctore Strabene jactabant, de quibus ita Papinius in quarto Theb. loquitur:

Venit et illis ululantes annulus Azan
 Parrhasiiu dacti, JACOBUS A CAUCE.

Suar, quia sibi natum Jovem multi tradidere. vide Stephanum, Pricil. & Spanhem. ad Callim. Hym. in Jov. §. 4. & ante eos Parrhasi ad Claud. Rapt. II. 18. BURMANNUS.

406. Audentia labi flumina.] Audacia labi unus Vossianus sic apud Horatium, 1. od. 3.

— audax omnia positi fallax
 Jactati genus.

& apud Senecam Hercule Furem, 547.

Audax, ut vias irremediabiles.

& audax standere fluvius Statio Thebidos lib. II. ut ibi recte meliores Codd. & Edd. male Lucretius, angus. sed Lucretius MS. audax. Silius lib. I. 400.

Audax in fluvio lateras captare carinas,
 & III. 321.

Audax naufragia & praedas avertere pontis.

ut ibi legendum; vulgo, accellere: Pedito illi novamus de Romanis:

Per non concessa audaces ire tendens. HEINS.

407. Gramina.] Gramina, Medicus unum.

408. Et accepti.] Scheyperus apud Tanag. Fabrum. lib. II. Epit. 71. & accepti, vel accepti m. lebat.

411. Lanam mollire trahendo.] Epit. II. 75.

Nos humiles, famulaeque tuae data pensa to-
 homis.

Et nimicae plenas flamina nostra colat.

CIOFANUS.

411. Nec positi variare comas.] Decipimus, qui positi, non positi parant esse legendum, cui & in vetulis exemplaribus positas scriptum esse videmus, nec positi variantur comae. Sed ac insertis stolis, aut retento, aut vitta verticillat. REGIUS. In meo vetust. aperte legitur, positi, hoc est ornati: Atque ita in elegia de Med. Pici. CIOFAN. Positi comas Basilicensis & quatuor Medicus, ut esset hiatus, vid. inf. 758. qui evitari possit, si cum plerisque scriptis legamus, cui fibula, ut edidit Vivianus: sed fibula in Neapolitano crasae veteri lectioni superscriptum, ut & in secundo Mediceo, qui & ut agnoscat, pro-
 terea in eodem codice & decem aliis verum auctore hic locus erat:

Ubi fibula vestem

Strinxerat, cinxit corpus juvenis decore.

Positi vero praefero, nam male Regius negat
 positi variati comas, cum id discrete tradat Ovidius

lib. III. Art. 151. ubi variis positis tradit. vid. & Gebhard. i. Crepund. 12. BURMANN.

411. Ubi fibula vestem.] Cui in multis veterum, ali non pauci, sed. novem, hinc. nil muto. HEINS.

413. Vitta coëreuerat.] Sic legitur in eodem lib. meo. Alii habent, Coërebat. CIOFANUS. Positi sine lege caestros decem scripti, quod repetitur ex lib. I. 477.

416. Nulla potentia longa est.] Priscianus lib. VI. p. 650. citat:

Sed nulla potentia formae

Longa est.

417. Sed altus habebat.] Agebat unus Leidenis & alius, forte recte. ita apud Rutil. I. Itin. 372. libenter legemur:

Quamquam vix medium Phoebus agebat iter.

Et Nollet lib. VIII. 225. & lib. II. Art. 84.

Alius agit iter.

inf. vers. 714.

iter non agit in restium.

Sic agere cursum III. Am. VI. 95. & similia. BURMANNUS.

418. Cum subit illa nemus, quod nulla ceciderat aetas.] Idem dicit sub principium lib. III.

Sed vix stabat nulli violata securi.

II. 118.

Sed frequens trabibus, quam nulla ceciderat aetas.

II. 118.

Sed vix stabat, nullaque diu violata securi. Siebat.

CIOFANUS. Nulla exciderat Cantabr. Regius unus & Thimaeus. reciderat Berneg. incidere. Orbidas a m. f.

419. Hic.] Haec vel hic quidam codices. hinc Bersmanni.

419. Lentosque retendit. Codex Stroz-
 zac & Neapol. pro diversa lectione, & sec. Medicus.

421. Pharetram cervice premebat.] Aemulatus hoc Statius lib. IV. 432.

Itic laie jaculis circum undique fixis

Effusam pharetra cervicem excepto quiescit.

Vid. ad lib. I. Amor. IX. 26. BURM.

422. Ut custode vacantem.] In meo prohiore ac praechiore, Jo. Joci, duobusque Vatic. Custode carentem. Quod mihi videtur plenus & significanti. CIOFAN. Frustra Ciofanus carentem praefert. vide ad lib. III. Amor. III. 24.

424. Sunt o sunt jurgia tanti.] Sunt o tua jurgia tanti, Berneg. duo alii, sua jurgia. in qua locutione multus est Nollet. HEINS. Sunt o mihi jurgia Sartav. & Menard. & duo alii, & Viviani.

425. Faciem cultumque.] Faciem cultumque Leidenensis unus, Gronov. & Florentin. Cicet. pro Cicerent. 26. recordamini faciem, atque illos ejus sileto simulatoque vultu. Lucan. VII. 798.

Vultus ex quo faciesque jacentium Agnoscat.

Et ita passim alii, sed dubiam scripturam facit: similis locus lib. III. 609. Specto cultum, faciemque, gradumque. ubi etiam vultum quidam codices. BURMANNUS.

437. Superum petit aethera victor.] Superum aethera. Silius libro VIII.

Itaque postquam in tristes Italiam Saturnia pugnas

Hortata est, ceteri superum petit aethera curas.

Ita

Ecce, suo comitata choro Dielyna per altum
 Maenalon ingrediens, & caecae superba ferarum,
 Adspicit hanc, vitamque vocat: clamata refugit,
 Et timuit primò, ne Juppiter esset in illa.

445 Sed postquam pariter Nymphas incedere vidit,
 Sensit abesse dolos: numerumque accessit ad harum.
 Heu quam difficile est, crimen non prodere vultu!
 Vix oculos attollit humo: nec, ut ante solebat,
 Juncta Deae lateri, nec toto est agmine prima:
 450 Sed filet; & laesi dat signa rubore pudoris.

Ei

In *Ennius superum lumen*, apud Macrobi. lib. vi. cap. 1. & Lucretius notante Columa pag. 95. HEINSIUS. Quod & imitatus Virgil. vi. 688. Ita Val. H. l. 1. 3671.

Ut *superum sic flaret opus*. Ita *superat auras*, Virgil. vi. 128. & Val. Flac. vii. 230. & aliis. Paulinus carmine iv.

Raptus quabridgo penetrat superum aethera curru.

ubi male, *super aethera* legitur. BURM. 438. *Nemus est*.] In Ambrosiano & uno Heinsii, *Venus est*: ne his idem dicat. sed & alibi haec duo, ut diversâ, ponit: lib. vii. 75.

Quis nemus unctrosam, secretaque silva tegelant. & III. AN. VI. 84.

Sed nemora & silvae crimina vestra regunt. Supr. lib. 1. 568.

Est nemus Haemoniae, praerupta quod undique cingit, Silva

Inf. III. 175. distinguit *nemus* a *lucus*. vid. & III. AN. 689. eadem porro varietas est in Codice Virgiliano v. 76.

Et nemus & secunda Palae.

Nam ibi codices quidam, *Venus*. BURMANNUS.

447. *Ecce*.] Haec particula, *Ecce* subito aliquid, repentinumque malum apud Ciceroem Virgiliumque significat. apud alios etiam bonum aliquando designat. REGIUS. Quod hoc loco de particula *Ecce*, Regius ait, falsum est. Auctoritates, quibus id probatur, apud Virgilium, & apud Ciceroem in lib. De Orat. & in oratione De harusp. responsis, alitque in locis tibi integrum est legere. Hujus particulae vis ex ea, qua vulgò nimir, lingua satis etiam perspicui potest. Itaque inapte vi neque boni neque mali quid indicat. CIOFANUS. Vis est vocis *Ecce*, ut repentinum quid & improviu notet. v. Alcon. Ped. ad Cicer. 1. Acti. in Verr. 6. & Donati haec observatio est, quod de malo repentino ponatur, ad Ter. Adel. 3v. 5. & Servii & Donati ad Virgil. II. Aeneid. 57.

& certe ita saepe occurrunt. vide ad Petron. 139. Ad Virg. lib. II. 270. simpliciter aliquid repentinum indicare notatur, jungi vero saepe haec duo, *Ecce autem* docuit Gronov. ad Livii lib. II. c. 33. BURMANNUS.

447. *Comitata*.] *Comitata*, *παρρηχός*, sic lib. VII. dixit, *Incomitata*. *Fortasse vagos mactat* *perosa silentia noctis incomitata gradus*. Et Lucr. lib. ult. *Incomitata rapi certabant funera castra*. & sic in lib. Eleg. *Ipsi licet venias Musi comitatae mernu*, *Si nihil atteritis illis* *Homeri Iona*. De Dielyna ita literis consignavit Lutatius: *Dielyna ob id dicitur Dielyna Diana: Brito Maesia, virgo Crutense Dianae. reilbus pignatata, quae Graece dicitur nominatur, à quibus ista corpus inventum extractam est: Insula tamen Oeta pesselutia laboravit, quam excedere penitus inquitisset, nisi templum Dianae instituisset, quoque Dielynam vocasset à reitona. CIOFAN. VII. ad Stat. ix. 632. perperam enim exlerbit. GOS.*

443. *Clamata refugit*.] Non hoc verbo uti, quia, ne vocata diceret, metricae leges obstant: hoc enim pauperis & jejinae venae loci obijciatur; sed abest ad Ovidio; qui summo cuiusque & eleganti utitur hac voce, ut in ceteritate hac sermonis, quae propria est Ovidio, pà subintelligatur, quam exprimitur. Videt Dea Nympham, mox leni voce vocat, cum illa tegeret se non audire, intendit vocem, & ita clamata, id est saepius magna voce vocata, cum pà dissimulare amplius non posset, refugit. sic lib. VI. 523.

Frustra clamato saepe parente, Saepe serore sua, inquit super omnia dixit. Et, XIV. 397.

Interea comites clamatis saepe per agros Nequiquam Pico. Propert. II. XV. 6.

Nec tibi clamatae somnus amarus erit. Stat. IX. 433.

Ille ego clamatus sacris insularibus annis.

Ubi Barthius ex Propertio aliud exemplum habet.

Et (nisi quod virgo est) poterat sentire Diana
 Mille notis culpam. Nymphae sensitse feruntur.
 Orbe refurgebant Lunaria cornua nono;
 Cum Dea venatrix, fraternis languida flammis,
 455 Naeta nemus gelidum, de quo cum murmure habens
 Ibat, & attritas versabat rivus arenas.
 Ut loca laudavit, fummas pede contigit undas:
 His quoque laudatis, Procul est, ait, arbiter omnis:
 Nuda superfusis tinguamus corpora lymphis.
 460 Parrhaisis erubuit. cunctae velamina ponunt:

Una

Caes. Germanicus Phoen. 294.

Molens clamatos frustra spectaveris ortus.

Ei haec vim verbis clamare esse jam olim ad Petron. c. 46. & 58. adnotatum est. & plura dabit Gronovius ad Stat. v. 762. haec adnotare vis operae pretium foret, nisi Doctissimus Verburgius ad lib. I. Trul. 7. Ovidio hic controversiam immo movisset. BURMANNUS.

446. *Nemurumque accessit ad harum*.] *Nemurumque* Florentinus S. Marci. sic in Amoris, lib. III. 9.

Ausisti venetos ceste Tibulle pio.

Vide Notas ad Epist. VIII. v. 24. HEINSIUS.

447. *Conam non prodere vultu*.] Hoc idem, ut opinor, dixit Caesar lib. I. de Bello Gall. *Uivulter fugere non poterant*. CIOFANUS.

440. *Toto est agmine*.] Malebat Heinsius, *toto est agmine prima*.

452. *Nymphae sensitse feruntur*.] Quasi illae melius scirent Venereis mysteria, quam Diana membrae castitatis Virgo. utique sere Ovidius obliqua oratione perstringit Nymphas, ut libidinosis, & quae plus virgine scirent. sic Epist. IV. 173.

Sic tibi dem Nymphae (quarvis odisse puellas Dicitis) arcumque quae levei unda sitim.

ubi etiam nequior subest sensus. sic III. Pastor. 469.

Amstel innotum Saryris Nymphaque creatum.

Ut legendum ex scriptis, non *Saryro*, ut vagos concubus Nymphae illi exprobrat. libro III. Met. 442. Nymphas quoque tangit:

Equi, si silvae, crudellus, inquit, amavit? Scitis enim, & multis latebra opportuna fuisset.

Et eodem lib. 10. 345.

Nymphis jam nunc qui posset amari. BURM.

454. *Con Dea venatu*.] Sic quidem sere legitur, sed in vetusto exemplari, *venatrix* rectius mihi scriptum esse videtur, ut sit Dianae periphra-

phras. REGIUS. Haec lectio rejicitur à Regio, inique, ut puto: cum sit legendum esse *Venatrix*: ut sit Dianae periphra. Bis enim superius de ea mentionem fecit. Quare superfluum ac supervacuum videri potest tertio epitheton ponere. *Venatrix* abest à vet. libris: neque est, quod dicat mihi, legi in uno: cum, ut dixi, abest à libris, quotquot vidi; quot autem viderim, eundem alibi dixi. Huic accessit ratio, quae est pro sexcentis libris, si eodem modo in eis omnibus legeretur. Prisci illi auctores multis nominibus utebantur, quae nunc paene ex usu recesserant. Haec vero, quoniam ex Grammaticis nota sunt, omittunt. Tantum dicam, Veteres usurpasse pari usu & *Venatum*, & *Venationem* pro eodem. *Venatu* nonnulli putarunt supinum, ut loquuntur Grammatici. Perperam. Latine enim rectissime dicitur *Venatus*, *tus*, *tus*. Quae vox, ut dixi, *venationem* significat. Hic notiter:

Haec ignara viri, vacuque offensa cubili, Venatu & silvis primos affueverat annos.

M. Tullius lib. v. Tusc. Disp. *Labor*, inquit, in *venatu*. Plautus in Rudente: *Hinc qui tibi in venatu meo*. Idem: *Reclit obsonatu*. *Et in Stichu: Accersit tuo venio hic*. M. Cato de Re Rust. cap. v. *Primum cubiti surgat, postremus cubitu est*. Piget plura concervare & colligere. Verborum sensustalis est. Cum Dea venatu, hoc est propter venationem, languida fraternis flammis. Venatio autem consecrata est Saturno. Tertullianus, CIOFANUS. *Venatrix* rectius in nonnullis antiquis. Minucius Octavio: *Diana est interim alte succincta venatrix*. Sic puella *venatrix* Juven. Sat. XIII. 80.

Per calamas venatricis pharetramque puellae.

Hinc *ἄγρεται ἀγροτέρη*. HEINSIUS. 453. *Languida*.] Id est debilis effecta nimio solis calore. Talis est, qui diu in longo itinere, aestivo praesertim tempore, soli se committit. CIOFANUS.

450. *Tinguamus corpora*.] Opinor Nasonem scripsisse, *tinguntur*. quales Graecismos in delicis is passim habet. vid. inf. 822. HEINSIUS.

Una moras quaerit. dubitanti vestis adempta est:
 Quam posita nudo patuit cum corpore crimen.
 Attonitae, manibusque uterum celare volenti,
 I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes,
 465 Cynthia: deque suo iussit secedere coetu.
 Senserat hoc olim magni matrona tonantis,
 Dissuleratque graves in idonea tempora poenas.
 Causa morae nulla est: & jam puer Areas (id ipsum
 Indoluit Juno) fuerat de pellice natus.
 470 Quo simul obvertit saevam cum lumine mentem;
 Scilicet hoc unum restabat, adultera, dixit,
 Ut secunda fores: fieretque injuria partu

Nota:

461. Una moras quaerit. *Dubitanti vestis adempta est.* Quidam *conclanti*, quod ne Latinum quidem est verbum. Neque enim *conclor*, sed *conter* recte scribitur, in vetustis codicibus suis melius legi possunt. Ego vero *dubitanti* ab Ovidio scriptum esse contenderim, & ita in vetusto legitur exemplari. Rectius. Vivianus etiam *conclanti* ex suo codice. *Dubitare* vero pro *conclanti* & deliberare poni docuit Gronov. ad Senec. ad Thyell. 715. & inde forte glossator quis diversam lectionem formavit. *conclanti* defendi etiam potest ex lib. iv. 631. Sed mihi neutrum verbum placet, neque efficax satis, ne conveniens repugnanti puellae, ne vestes adimerentur, videtur. quare forte, *lactanti* scribendum; ita lib. x. 262. pro:
Cunctantem longaeva manu deducit.
 Nonnulli codices, *lactantem*. Notter Epist. xvii. *Oscula lactanti tantummodo parva protervus abstulit.*
 Ita saepe alibi hac voce qui amat Statius iv. Theb. 189.
Sed hinc manu lactanti iuvenat arma streptos.
 Ita codex Anglicus, quem Heinshius vidit, vulgo *conclanti*. inf. lib. iv. 361.
Denique nitentem contra, abaliquo volentem.
Implicat, ubi lactantem multi codices, vid. lib. viii. 7. & xiv. 701. BURMANNS.
 462. *I procul hinc, dixit, nec sacros pollue fontes. Cynthia.* Haec eadem sententia legitur lib. ii. Fast. 135. ubi hanc ipsam rem longo carmine prosequitur poeta: quae ad hunc locum illustrandum mirifice facit. Adversibem locum ipsum, ut studiosius laborem minuat:

*Esi videtur, utroque magis periculis amnis,
 Fons sacer, hunc multi nomen habere putant.*
 Et iii. Amor. 1. 3.
Fons sacer in medio, speluncaque pumice pulchra.
 Seneca in Medea:
Alphesque fater lavat.
 Horat. Ode i. lib. i.
 — *Nam ad aquae laeae caput sacrae.*
 Hic Notter lib. v. 369.
 — *Delatijam gurgite sacro.*
 Et viii. 396.
 — *Quo sacri curvamus amnes.* CIOFANUS.
 Heinshius enim coniecerat, *casos*, ut lib. ii. Fast. 174. sed sequor scriptos codices.
 468. *Et jam.] Nam jam fuer* Lovanienfis.
 470. *Obvertit.] Adversit* Neapol. & alius, qui eadem diversitas est lib. iii. 676. & defendi potest ex exemplis ab Heinshio ad lib. vi. 180. adductis. Sed malo nihil mutare. lib. v. 231.
Ad quam se trepido Phineus obvertat ore.
 Ubi etiam quidam codices, *adverserat*. vid. & lib. xii. 467. & Epist. xix. 191. BURMANNS.
 471. *Scilicet hoc etiam.]* In uno meo, *Abd. & Caelest.* *Scilicet hoc unum.* Eadem varietas notata quoque est in altero meo. quod improbandum non videtur. CIOFANUS. *Hoc unum* multi alii Regius, *hoc unum restabat adultera*, *nobis nam* *id dicit* mox denuo sequitur. deinde *adimam tibi nempe*, pro *namque* meliores. HEINSHIUS. Formula Terentio usitatissima, *hoc vel id restat* & quam ita extulit Phor. v. v. *nam una res tua etiam restat.* Flor. iii. 21. *Hec unum dicitur P. B. natis.* Notter iii. 208. *conspicit; id dicitur*, & *psim.* BURMANNS.
 474. *Adimam tibi nempe figuram.]* In eodem Caelest. & aliorum alius, *Adimam tibi nempe figuram.* Si haec legatur, sensus videtur paulo elegantior & aptior. Hunc autem locum intelligi Germanicus in Comment. in Arati Phaenomena & Caillione in usum mutata, ubi Ovidium aucto-

Nota, Jovisque mei testatum dedecus esset.
 Haud impune feres: adimam tibi nempe figuram;
 475 Qui tibi, quaque places nostro, importuna, marito.
 Dixit: &, adversa pressis a fronte capillis,
 Stravit humi pronam, tendebat brachia supplex;
 Brachia coeperunt nigris horrescere villis,
 Curvarique manus, & aduncos crescere in ungues,
 480 Officioque pedum fungi: laudataque quondam
 Ora Jovi, lato fieri deformia rictu.
 Neve preces animos, & verba potentia flectant,
 Possit loqui eripitur. vox iracunda, minaxque,
 Plenaque terroris rauco de gutture fertur.

Mens

tem laudat. Cuius verba (cum ipsius libri passim inventantur) huc adferenda non censui, locum indicare contentus. *Adimam figuram.* Sic Plautus in Amphitryone dixit: *Inde mihi formam adimam?* Alio modo Virg. lib. ix. *Mortalem eripiam formam.* Illo prior modo infra hic Notter: *Adimamque figuram.* CIOFANUS. *Nempe* hic melius quam *namque*: est enim affirmantis, & item notat quod certo. sed simul est minantis & Romacianus inf. iv. 194.
*Nempe, tuis omnes qui terrae ignibus uris,
 Ueris igne veris.*
 LICIUS XXV. 5. *Nempe aurum matronae contulerant.* Cuius x. 2. *In Europam properatis, rege deserto, cum stercibus vestrum deserturum viatorum fuerit, ut uti aliam luisse, nempe in Asia* *proceda*: ubi vid. Preinsheimium irridendo saepe etiam intervi, ut xii. Met. 93. 178. 338. Val. Flac. vi. 282. & alibi. BURMANNS.
 476. *Adversa pressis a fronte capillis.]* Merique veteres, *arripam* vel *adversam*. Florentinus S. Marci, *arripam*. duo alii ex melioribus, *arripam*. Lego, *arripam adversa fronte capillis.* lib. iv. 538.
Huius ut arripam laniabat vertice crinem.
 ubi *MAVIS*, *arripam pressis a fronte capillis.* ut lib. ix. 117.
 — *Presumptaque ipsa dei saeva capillis Traxit.*
 HEINSHIUS. Nihil mutem: dabat enim virgo vultu in Dianam verso, (ita enim centies *adversus* ponitur a Poeta, de qua voce vide ad i. Amor. ix. 11.) cum eam arripere comis: sic Claud. iii. Rap. 303.
*Presumpsit asarum adversa fronte cupressus
 Fandibus injectis.*
 ubi v. Heinshium. jam vero in hac re Poetae utroque modo solent esse locutionem, *presumere capillos*, vel *arripere* & *presumere capillis* utriusque. vi. 552.
*Arripamque comis, flexis post terga lateris
 Vincula pari cogit.*
 Tem. II.

ubi & variant scripti. lib. xii. 223.
Rapturamque comis per vim nova nupta preboscit
 xii. 410.
Tractata comis antistita Phoebi.
 Val. Mac. ii. 24.
*Presumpsit ipse comis Neptunus in altum
 Abstrulit.*
 vi. 189.
*Cassius Aeacum correpto crine Monefen
 Abstrulit.*
 vi. 616.
*Correpto crine redolentem
 Occupat.*
 Apulej. 131. *Met. illico manibus ambabus capillo arreptum* (ita scribit, non *abreptum*) *lapide effigere gessit.* Sic apud Phaedr. Fab. ultima, pro *arripuit aurem*, malebat *arre* Heinshius. Homerus Iliad. A. 197. *Ἐαυτὸς δὲ κέρας ἔτε ἠρπάσσα.* BUCH.
 482. *Neve preces animos & verba precantia flectant.]* Non video quid inter *preces* & *verba* interit *precantia*. Quare censio scribendum,
Neve truces animos per verba precantia flectat.
 Ars Amat. 11.
Prima truces animos fertur mollesse voluptas.
 Statius Theb. 21.
Ita truces animas, sanctaeque Tartara laeae.
Plebsere ferat animos dixit similiter Notter Epistola Phaedrae. in Cataleptis Pithoei de Ratione Tabulae, pag. 46.
Flecte truces animos; ut veris ludere possit.
 Perperam *Plebsere* illic legitur. in uno tamen meo, *verba superflua dicant.* Poete, *verba superflua dicant.* HEINSHIUS. Recte Heinshius vidit *preces*, & *verba precantia* non posse uno & eodem in versu tolerari. nec satisfacit Scheppenus apud Fabium, qui lib. ii. Ep. 71. *verba rogantia* vel *orantia* legit. quid enim illa a precibus distant? ex illa lectione, *verba superflua* videor mihi veram scripturam posse excipere; nam scripserat Ovidius, & *verba potentia*; glossator interpretatus erat *super-*

R

485 Mens antiqua tamen facta quoque mansit in urfa;
 Adfidoque suos gemitu testata dolores,
 Qualescumque manus ad coelum & sidera tollit:
 Ingratumque Jovem, nequeat cum dicere, sentit.
 Ah, quoties, sola non ausa quiescere silva,
 490 Ante domum, quondamque suis erravit in agris!
 Ah quoties per saxa canum latratibus acta est!
 Venatrixque metu venantum territa fugit!
 Saepe feris latuit visis, oblita quid esset;
 Urfaque conspectos in montibus horruit urfos:

Per.

ta, unde illud *superflua* fuit, quod metro satisfaciebat. *potentia* vero verba egregie dixit, quibus apud Jovem (non Junonem, ut videtur Heinli emendatio velle) valere rogando posset: ita XII. Amor. xi. 31.

Deque blanditas & verba potentia quondam
Perdere.

ubi plura codices, *verba potentia*. *potentibus* vero verbis eleganter opposuit in hac voce *venantibus* & *minas*. item peccantur librarii inf. lib. xv. 105.

Constitit illa preces, & verba precantia dicit. ubi recte Heinlius, *verba venata* ex MSS. reposuit. ponit & fieri, ut cum aliis locis recte *verba precantia* dixerit, ut lib. vi. 164. vii. 540. ix. 179. inde librarius repetitit, quod centies in Ovidio factum jam notavimus, ex Nolro illa etiam Sodalus expressit lib. 111. 107.

Vix verba precantia fieri
Singula quacitate vult.

Et lib. v. 217.

Ita adnotat per verba precantia Christi. BERAM. 485. *Antiqua manus* in vetustis exemplariis non *manus*, sed *tamen* recte scriptum esse videtur. Quare *tamen* loco illius verbi *manus* & nos reposuimus, ut est in antiquo codice scriptum. REGIUS.

491. *Ab quoties.* Optimi quique libri, quibus in hoc opere emendando usus sum, perspicue habent, *Ha quotiens*. In Virg. Vatic. qui grandaeulculis est exaratus literis, perpetuo scribitur *A*. In aliis vero, qui in Bibliotheca Vatic. aservantur, modo est *Ha*. modo *Ab*. Item in meo Terentio manuscripto. In nro, qui fuit clarissimi viri, Petri Beuteri, in loco quodam Flamuchii relictus est Gabriel Isidorus legi *Ab*. Quo loco impressi habent *Ab*. Isidem in illo opt. Vatic. legitur, *Ha*. Ita enim antea legebatur: deinde prior adspiratio est deleta. Itaque nunc in eo est, *Ab*. Locus vero Terentii hic est: *Ab, quid agis? tunc.* Homines erunt sibi liberare sequantur Virgilii scripturam, cujus mentionem feci. quorum opinio mihi non improbat. Neque ideo damno scribi *Ha*: ut ab

A praepositione differat, quod plerumque non facile discernere licebit, si *A* scribitur. Et, ut hoc magis sequar ac probem, facit *Pro* interjectio admirantis, quae antea infusae & imprimebantur & pronunciabatur *Prob* cum aspiratione in fine. Haec in antiquis exemplaribus scripta invenitur *Pro abque h*. Nunc hac, quam exposui, sententia mota, eam sequor scripturam, quam reperire dixi in Virg. Vaticano; Probi, & Prisciani adductis etiam. Probus enim hoc Virgilii ponit exemplum: *A virgo infelix*: quo modo etiam penultima legitur in lib. Longobardico Bibliothecae Vaticanae. Priscianus lib. xv. hoc eisdem Poetae: *A silice in nuda convixa relinquit*. Idem in eodem lib. hoc aliud: *A tibi ne teneras glacies fecit sphaerant plantae*. Et mox subdit haec: *A quoque & postpositio est, & interpositio, & nomen, praepositio, ut a summo ad imum. Interpositio, ut praepositivum in Boticis esse posuit. Nomen istud litterae.* Verum his Diomedes refragatur: qui libro II. Iul. Grammaticae, ut *Ab* supposita adnotatione scribitur, praecipit. Quibus otium est, hanc dirimant controversiam. Ego ad alia propero. CIOFANUS. Nullum fere vidi codicem *Ab* in quo non librarii confuderint, *A*, *Ab* & *Ha*. quae in tentibus his observationibus vix operae portionem est haerere. idem tamen & fecit Gebhard. II. Crepund. 2. BURMANNUS.

495. *Perimiturque lupos, quarevis pater ista illi.* Qua ratione Callistus pater erat inter lupos, si ex diluvio lupi cum ceteris animalibus perierit? respondeo Poetam nostram temporum ordinem non servare in fabulis explicandis, sed ad id toto animo intendere, ut fabulam fabulet cum gratia atque arte conjungat. COSSERUS. HEINSIUS. An ideo versus hic suspensus cum Herodo fuerit, nescio, certe in codice suo notaverat sic ita videri, & in secundo Mediceo à manu prima fuisse deletum. sed cum Ovidius post diluvium tradiderit reparationem generis humani per Deionem, nusquam vero animalium, similes scilicet si moveri possent, ubicumque animalia includi, quae aqua peritisse ante tradit. Quare fingendae

495 Perimiturque lupos; quamvis pater esset in illis.
 Ecce Lyeoniae proles, ignara parentis,
 Arcas adest, ter quinque ferè natalibus actis.
 Dumque feras sequitur; dum saltus eligit aptos,
 Nexilibusque plagis silvas Erymanthidas ambit;
 500 Incidit in matrem. quae resistit Arcade viso,
 Et cognoscenti similis fuit. ille refugit;
 Immososque oculos in se sine fine tenentem
 Nescius extimuit: propiusque accedere aventi
 Valnifico fuerat fixurus pectora telo:

Ar.

est, cum non narret Noster, animalia quoque post diluvium reparata esse. ad quos enim scopum sufficiebat humani generis renovationem narrasse, quia acturus erat de Metamorphosis hominum, non bestiarum; adeoque illarum restitutionem neglexit, vel animalia in summos montes refugisse, credendum, unde post diluvium descendunt. BURMANNUS.

496. *Ignara parenti.* Cum Langermanniano, Barberino, & duobus aliis, *parenti pro parentis* restituendum. lib. VII. 494.

Quaque adorat Trojus proles ignara parenti.

HEINSIUS. *Parenti* editiones fere omnes & magna pars scriptorum, nec causam video, cur *parenti* Heinsio placuerit, neque elegantius, *adest parenti*, ubi puto, quam simpliciter, *Arcas adest*, id est apparet, ut cenies Notker & alii in repentino advenit, lib. II. 102.

Eae tui santra superas delapsa per auras

Pallas adest.

Ibid. vs. 518.

Uter adest.

Ibid. vs. 602.

Mater adest.

v. 40.

Bellica Pallas adest.

& milles. ita & Virg. III. 687.

Eae autem Boreas, angusta ab sede Pelovi

Missus, adest.

VII. 578.

Taurus adest.

sed actimo, *ignara* autem non pro *ignota*, ut alibi saepe poni solet, sed pro quae ignoraret parentem, capiendum. nam mater agnoverat Arcada, non ille matrem, sic sup. 146.

Fasorum ignara nequit. BURMANNUS.

497. *Ter quinque ferè natalibus annos.* *Fere natalibus actis* prior Erfurtanus, Cantabrig. Langermann. & Calandrac excerpta, quod probum est. itaque in suis Constantinus Parentis quoque invenitur, vide ad Epist. XVII. 59. vulgatum an satis Latinum sit dubito. Sic Scaligero non immerito circumscribetur in Chronico Eusebiano ad Ann. MDC. *disjunctis* XVIII. *generis aetatis annum.* Fast. II.

183, in hac fabula:

Jam tria lustra puer furto conceptus agebat.

inf. VIII. 242. *natalibus actis bisseis.* & XIII. 753. *et actibus iterum natalibus actis.* HEINSIUS. Heinlii emendationem secuti sumus, quia veterem credimus, quam & Francofurtensis codex confirmat: non tamen *ferre*, vel *gerere annos* extra Latium proferendum credimus. vindicavit eam egregie celeberrimus Graevius ad Ciceron. lib. IV. ad Famil. Epist. 5. & ita Val. Plac. VI. 795.

Improbemque genus sterilitatem juvenum.

vide & ad Petron. c. 43. de locutione illa, *annos fecum ferre.* BURMANNUS.

498. *Aptos.* *Aptos* duco Medicei, quod huic loco non convenit. sic Epist. v. 17.

Quis tibi monstrabat saltus venantibus aptos.

& I. Art. 253.

Quid tibi semines coctus venantibus aptos?

In uno etiam Mediceo, *exigi pro digni*, forte pro *exenti*, ut eae voces permutantur. IX. 745. nisi distulit sit, *exigere saltus*, pro *esagitare*, ut ita *salus agitare* dixit Sil. II. 92. & alii, sed de quo alibi. BURMANNUS.

499. *Erymanthidas ambit.* *Erymanthidas* magno numero scripti, & editi: perperam. sic *Erymanthi urfa*. I. Trist. 3. *Peneides undae* lib. I. 544. & similia passim. *angit* etiam Mediceus. BURMANNUS.

503. *Extimuit.* *Intimuit* ex Palatinis duobus codicibus profert Gebh. II. Crep. 5. quod verbum & lib. VIII. 605. ex eisdem probat. sed certiore opus est auctoritate, ut recipiatur hoc verbum in civitatem Romanam. BURM.

503. *Propiusque accedere fugit.* *Accedere avanti* bene Cantabrig. secundus Palat. primus Mediceus, Urbini. prior. Erfur. & sex alii. ut cum sequentibus haec cohaerent. verbum id Lucretio similiter. apud Horatium lib. II. Sat. VI.

— *urbis aventes.*

Maenia nocturni subrepere. HEINSIUS.

vid. Cl. Bentl. ad Horat. I. Epist. 9.

505 Arcuit omnipotens. pariterque ipfosque nefasque
 Sustulit; & celeri raptos per inania vento
 Impofuit coelo, vicinaque sidera fecit:
 Intumuit Juno, postquam inter sidera pellex
 Fulfit: & ad canam descendit in aequora Tethyn,
 510 Oceanumque senem; quorum reverentia movit
 Saepe Deos: caulamque viae scitantis inuit:
 Quacritis, aetheriis quare regina Deorum
 Sedibus huc adsum? pro me tenet altera coelum.
 Mentiar, obscurum nisi nox cum fecerit orbem,
 515 Nuper honoratas summo, mea vulnera, coelo
 Videritis stellas illic, ubi circulus axem

Uti

505. Arcuit.] Arcuit in omnibus: nos Arcuit legendum diximus. NAUGERIUS. In uno meo Arcuit, per tertiam litteram. Recte. CIOPARIUS. In Cantabrigiensi erat, affuit, etiam non male, nisi praecedisset, arguit & arcuit etiam confiderum librarii lib. ix. 310. & x. 73. BORN.

507. Arguit omnipotentem.] Rursum Plautinus tradit Callisto venaticem fuisse, & ab ira devorantam, quam cum comites ipsius ad lustrum urvae vidissent, posteaque desiderant, in urvam conversam dicunt. Sunt autem geminae urvae in caelo, quarum alteram Nauplius, alteram Thales Milesius invenisse traditur. Majorem, quae Callisto fuit, *Alcyon* vocant, secundum quam Graeci navigant. Unde & *Heliocpa* ab Homero idem dicitur a quibusdam creduntur, *ae raioures*; *ae* *Di-ses* *rae* *arae*. Minor autem, in quam Arcas mutatus est, cynosura dicitur, quam Phoenices navigando observant, ut idem Poeta alibi testatur, iniquens:

Magna, minorque ferat, quarum regis altera Graias.

Altera Sidonias, utraque facta, rates.

Αραξ autem sive plautium vocantur Graeci, à figura, posteaque, quod simile plauti fidus hoc videtur, ut ait Gellius. Unde & veteres Latini à hibus junctis, *septentriones* appellatur, quod è septem stellis, his quae clariores apparent, quales quidam *triones*, hoc est, boves figurantur. MICHELUS.

508. *Et celeri raptos per inania vento.*] In uno Vatic. *et pariter raptos per inania vento*. Quod mihi vehementer probatur. CIOPARIUS. pariter ventuliores plerique. Heinlius conjecerat, *parili*, sed fuisseque inest illi ex superiori versu.

510. *Situmulus inuit.*] In eodem lib. Abb. io. Dei, & uno Malleti, *Insi*. CIOPARIUS. *Seruantibus* Regus unus, *in* *si* enim quatuor scripti.

512. *Quacritis, aetheriis quare regina Deorum Sedibus huc adsum? pro me tenet altera caelum.*] Hunc

locum imitatus est Seneca initio *Thraecodiar*, quae inscribitur Hercules Furens, cuius haec sunt:

Sonar Tonantis (hoc enim solum mihi Nomen reliquum est) semper altissimam Jovem, At templa summi vidua deserat aetheris: Lacrimis caelo pulsa pellentes dedit.

Tellus talanda est: pellices caelum tenent.

CIOPARIUS. *Deorum* duo Medicei & unus Tinnica pro diversâ lectione; non male: ut enim Juno Deorum, ita Juno Deorum regina. *plauram* duo codices. BORN.

513. *Sedibus huc adsum.*] *Huc adsum* rectius nonnulli cum interrogationis nota, mox *Mentiar* poete Lovanientis liber, pro *Mentior*, vide de hac locutione, quae infra libro iii. v. 271. notamus. HEINSIUS. Sed Symmach. ii. Ep. 20. *Mentior*, *mihi ad praestandum desse tempus allegor.* ubi *de* *Jurejurantis*. Terull. de Anima: *Mentior, si non sum in istis ut cogita vitam salutaris, hoc tempus se seipse testatur.* Quint. Decl. v. 3. *Mentior*, *maluit esse cum matre.* Senec. Ep. 100. *Mentior, nisi ex parte alium illud, corpora sunt.* sed Hom. *Ilad.* K. 534. *Πραξαυα δ' ἀρραγοσ έρα.* BORN.

515. *Mea vulnura.*] *Nova lumina* MSS. Bernicani.

516. *Circulus axem lege, Axis extremum.* Dicitur

517. *Spatioque brevissimus ambit.*] *Exit* Bernigerianus, Rottendorphi, Thyfi codices, & fragmentum Cantabrig. veniunt. cum quarto casu Virgilius etiam posuit non semel. Statius *Theb.* vi. 399. — *evincemur elidit et exit*

Sponte ruens.

& lib. ii. 138.

— *adhora tarda.*

Lacifer exit equo.

Ibid. 731.

Troilias abestis Athelous: Ethinadas exit.

Pulgentius Astronomico, *metam* *Sol* *emima* *est*

Virgil. lib. v. 438.

Corpore tela modo atque oculis vigilantibus exit

viii. 65.

Ultimus extremum, spatioque brevissimus, ambit.
 Est vero, cur quis Junonem laedere nolit,
 Offensamque tremat, quae prosum sola nocendo?
 520 *En ego quantum egi!* quam vassa potentia nostra est!
 Esse hominem vetui: facta est Dea. sic ego poenas
 Sontibus impono: sic est mea magna potestas.
 Vindicet antiquam faciem, vultusque serenos
 Detrahat; Argolica quod & ante Phoronide fecit.
 525 *Cur non & pulsa ducat Junone, meoque*
Collocet in thalamo, focerumque Lycæona sumat?
 At vos si laefae contentus tangit alumnae,
 Gurgite caeruleo septem prohibete Triones:

Side

ibi mihi magna domus celsi caput nebulae exit.

520. *En ego quantum egi.* HEINSIUS. Apulej. *Met.* iii. non *estis* *caelum* *demoveatis*, *estis* *asumum*, *et* *in* *non* *caelum* *restitis*. lib. ix. *auti* *tamen* *splendor* *faciens* *oculis* *ipsis* *estire* *potuit*. Noller lib. x. 51.

Dicit Aeternus Exitat valles.

ix. 38. *Imago exit et intrat saepe fores.* vide lib. iii. 36. & x. 269. Sic *egredi*, *et* *excedere* cum quarto casu Noller & alii passim, sed pro vulgata *ante* *faci* *locus* *lib.* *iv.* *Thil.* *iii.* *ubi* *cingere* *hic* *idem* *circulus* *axem* *dicitur*. BORN.

Et non tu quis Junonem laedere nolit.] Qui contentus calligatis legi in vetustis codicibus: *Est ali-* *quid* *ex* *quo*, *falluntur* *in* *re* *aperitissima*, non ammirationis illam indignatae Junonis ironiam poete, si *aliquid* *legatur*. Quare antiqui illi codices, qui ab his citantur & depravati sunt, & indigni, quibus quicquam fidei adhibetur. In meo eodem, *Est vero cur quis*, rectissime legitur, nec aliter quam Poeta scribit. REGIUS. Esti verum illud sit, (quod nonnulli dicunt) ut antiqui quidam codices aliter habeant, non mutandam tamen lectionem hujusmodi cenico, quum Poetae Oratorumque frequentissima est. CONSTANT. FAXES. Eiusdem vir Germanus Valens ad illud Virgili lib. i. *et quisquam unquam Jovis aliam?* haec notat: De Junone & Euripides *trion* *et* *Θησ* *νικ* *η* *πρω* *ε* *γ* *α* *ρ* *ο*. Hunc locum est imitatus Nido lib. iii. *Amorum: Et quisquam pia tua seis inponere curat?* & ii. *Metamorph.* *Est vero.* & CIOPARIUS. Multi veterum *Est aliquid*. *Veniunt*, *Estis aliquid*. Florentinus S. Marci, *Est vero quis qui*. Verie, *Estne ergo quis qui*. Sed nil videri mutandum. Lactantius libro primo de falsa religione c. xix. *est vero, cur quisquam dolo-* *loquitur* *cum*, *est* *terram* *cum* *animantibus*, *coelum* *cum* *ignis* *et* *humantibus* *excusos* *est*, *ut* *eum* *ven-* *erant*, *quae* *telum* *deest* *ordiri*. Ita scripti codices; ubi *interaverunt*, *est* *vero* *causa*. mox *prosum* *re-*

ctius, quam *prosum* Rostendorph. HEINSIUS. Egi-mus de hac locutione olim ad Petron. cap. cxxvi.

520. *O ego quantum egi.*] *Est ego* tres antiqui, unus Mediceus, *ergo*, unus Patavinus, *En ego*. Forte *Ena* *ego*, vel *Euge* *ego*, nisi quod tres alii, *En ego*, recte, in fallor, *ε* *γ* *ω* *ν* *α* *ν* *α* *ν* *α*, HEINSIUS. *O* *ego* *hic* *damna* *Hemius*, & tamen in his codicibus voluit obstrudere Epil. vi. 17. Stat. iii. *Theb.* 367.

O ego divis

Invisis.

ubi etiam, *et ego* in codice uno repertus. BORN.

524. *Quod in ante Phoronide.*] Dicitur volumi pro *ante* *in* *Phoronide*; sed ab illa scabietas ab nitidissimo Poeta, quam & Propertio detraxit cultissimus Broudh. lib. ii. eleg. ii. 52. Argentoratensis, Moreti unus & Thyfi, *quod et ante Phoronide*, quam lectionem receperimus, sic passim elegantiores loquuntur, Ter. *And.* v. 3. *Nec quid me fatium scio*, sic apud Quint. i. *Inst.* *Orat.* 4. recte restituisse nos putamus, *me* *hoc* *fecit*, & sic nosler alibi, *Quid me fiet*, ut Plautus, & alii saepe locuti fuere, vide Manut. ad Cicer. i. *Ver.* 16. & Belotium lib. ii. Apophor. 17. *et ante* *autem* *Nostro* *cauti-* *liare*, sic lib. viii. 255.

Nomen, quod et ante, remanisset.

ix. 323.

Nostraque domos, ut et ante, frequentat.

xiii. 557.

Omne fore illius quod das, quod et ante dedisti.

Francius conjecerat,

Demat, in Argolica quod et ante Phoronide fecit. Sed nos libros scriptos sequimur, vide etiam quae adnotavit celeberrimus Drakenborchius ad Sil. vi. 580. nec poenitebit operae. BORN.

525. *Et pulsa.*] *Expulsa* plerique illi, sed nihil in via, vid. Epul. ix. 131. & xii. 135.

526. *Socerumque Lycæona sumit.*] *Sumit* plerique veteres, & tum scribitur cum quatuor, *al-* *ter*, & *decat* *pro* *dicit* *cum* *tribus* *aliis*. HEINSIUS.

Sideraque in caelo, stupri mercede, recepta
530 Pellite; ne puro tinguatur in aequore pellex.

FAB. VII. ARGUMENTUM.

Corvus candidus in nigrum.

Corvus coloris in initio naturae candidus pennis plumatus fuit, sed quia Coronide
Coronae filiam indicerebat Apollini in adulterio morari; illa propter acerbissimum in-
dicium flagrantis Dei se itus confixa, niger ex candido factus est. Ex hac ergo & A-
polline nascitur Asclepius, quem pater excisam utero matris, cum ea rogo esset impo-

529. Sideraque in caelo.] Opusculo caelo egre-
gus Thuanus bibliothecae colex, cum secundo
Mediceo, Neapolitano, Urbino, & duobus al-
iis est autem per appositionem dictum, *caelum*,
stupri merces. Pont. lib. III. Eleg. 111.
Pro quibus caelum nigrum mihi reddita merces.
Plurimus est in hoc loquendi modo Noster. Dictus
Cretensis libro II. 18. nam Polydorus Priami
filium, quem rex recens natum clam omnes homines
aleam transierat, merces patris ab eo traditur.
ita ventulus colex, qui penes me extat a vul-
gatis abest clam omnes; quod perquam elegans.
lib. I. 22. quibus venallis sedata laes, in superge ac-
sivi temporis refectum (lege ex V. C. *sermone*,
tum.) est caelum, ceterum viximus Achilles at-
que hi qui sacris (V. C. sacerdotis; rectius, nam
praecelsam) praefere clam omnes Regi Scytharum,
qui eo tempore aetat, commendare. ubi idem
ventulus colex, clam omnes, cum T3 clam &
sexum & quantum casum regat. vid. inf. 701. 111.
623. & ita saepe etiam Vellejus Paternus. vide
notas ad Epist. VI. 146. HALLIUS. In caelo recte,
ita Epist. VI. 20.

In mihi promissi parte recepta tui.
ubi vide.
530. Ne puro.] Atqui huic rei jam provisa
erat: nam supra N. 172.
Et vestro fragra tentatur aequore mergi.

Si vero post Phaethontis demum casum septem
Triones existerunt, qua specie jam antea eorum
mentionem facere potuit? an immemorem sui &
abruptum Poetam dicemus? sed vide quae ibi
adnotata sunt. BURM.

Corvus.] Corvus coloris in initio candidus,
dehinc niger. PARNESIUS.
Initio.] In initio Colon. ut saepe solet. qui &
naturae omittit. ut & Micyll. sed dictum est, ut
fructus ceruus Justini. I. I. & alibi.
Coronide.] Haec ita, ut expressimus, liqui-
de & plane erant in C. tantum verbum nobis a-
liquoque suspicatum, morari, quod in C. desidera-
batur, invenimus ex U. qui liber haec etiam
non multo aliter scribit. Idem eventus verbo absta-

tu, quod è vulgaris retinimus: quia reipà eam
effemus in hujusmodi adnotationibus veterum li-
brorum multas relictas esse lacunas à liberis, qui
storum autographorum margines minuscule o-
lamo exaratas, & usi deinde obliteratas, ac ex-
tremis oculis assequi nequiverunt, atque hanc cas-
sam puto, cur in V. irreperit illa incondita &
falsa scriptura: quem pater excidit de utero matris.
& cum ea rogo esset imposita; is ad Chirona à pa-
tre in Pelion, etc. De eo autem, quod Coro-
nis haec Theofila Coronae filia statuatur, nescio
an librari sit erratum, an Lactantii opinio, non
Phlegyaee filiam esse testis Servius ad illud Aeneid.
6. Phlegyasque miserimus omnes etc. & Hesiod.

Ὁ τ' Ἰσχυρὸς γῆρας Κρονίδης
Πλασίδης φλογέας διαγυρεύει θυγατρῆς.

Raenium vero suo more è Lexicis vulgibus,
praeter Phlegyam, etiam Leucisppum & Helia
huc accessisse, uno ore loquuntur veteres libi,
& Birken. ac Hervag. editiones non aspernanda.
GISELTIUS. Coronidem Veneta. nec spreverim. vi-
de supra lib. I. fab. 12. Etiam infra fab. I. lib. II.
Aspida, Doinda, aliaque id genus, nominam
casu dicta invenies. MÜLLER.

Coronae filiam.] Fallum hoc. Coronis illa,
quae ab Apolline adamata est, non Coronae, sed
Phlegyae filia erat, ut praeter alios referunt etiam
Hyginus Myth. cap. 202. & Antonius Liberalis
cap. 20. Coronoe nata fuit altera illa, quae in
cornicem cessit. MÜLLER. Coronidem Phlegya
filiam, aut (ut alii voluit) Leucisppi, indicere apollini
cum Flati filio, cui nomen Iphys erat, contu-
luisse, flagrantis d. f. c. est, qui post facti peccata
torrens inditem ex candido merum fecit. Ex hac
ergo & Apolline natus est Asclepius, qui & Aspi-
lapius est. Raener. filiam pari lege indicere
A. I. a. moranti. niger ex candido factus est. Colon.
Ceterum Hesiodi verba a Gisellino adducta ex
Scheinfelde Pindari, inter eius fragmenta etiam col-
locavit Clericus; an vero intellexerit, verbo e-
jus indicabit. ita enim reddidit, Ithys duxisse Cro-
donem Ithiden, Phlegya Diogneti filiam. Diogneta
certe viii proprium nomen esse credidit. Ithys &
Poi-

fla, absolut. Is ad Chironem à patre in Pelion perlatus montem est, ut ab eo in-
veniret, simulque scientiam acciperet medendi.

DI maris adnuerant. habili Saturnia curru
Ingreditur liquidum pavonibus aëra pictis:
Tam nuper pictis caeso pavonibus Argo;
Quam tu nuper eras, cum candidus ante fuisses,
535 Corve loquax, subito nigrantes versus in alas.
Nam fuit haec quondam niveis argentea pennis
Ales, ut acquaret totas sine labe columbas,
Nec servaturis vigili Capitolia voce

Ce:

Phlegya etiam libris transcribit. vid. ad yf. 542.
Illa propter.] Haec lectio est a Gisellino, quam
sanam esse praellare non ausim: MS. & Veneta:
Itaque propter acerbissimum indicium flagrantis Dei
sagittis confixa est. Ergo ille niger ex candido factus.
Quo prope accessit Micylliana: Itaque propter a-
cerbissimum indicium flagrantis Dei sagittis confixa
fuit, ex eo ille niger ex candido factus. Sensum ista
sane commodam, nec orationem huiusmodi effi-
cunt. sed T3 itaque non vulgariter heic denuo
positum mouere non sustineam: diffeos ex illis,
quae dixi ad lib. I. fab. 7. Raenerius intolerabili
aularia omnem hanc fabulam ita interpolavit,
at non Lactantii, sed ipsius videatur. MÜLLER.
Cum Veneta fecit Parnus. Confixa est: Ex eo
ille etc. Lugd.

Ex hac ergo.] Ex hac Coronide & Apolline.
Colon.
Aspilius.] Asculapius Micyll. Colon. Heinf.
Excisam utero.] Sic Giselinus. sed editiones
reliquae. cum MS. exciso utero. MÜLLER.
Absolut.] Ab igne eripuit. Colon.
Ad Chironem.] Chirona Heinf. Chironem
Centaurum. Micyll. Colon.

Perlatus.] Delatus Parn. Lugd. Raener. Gi-
selin. Heinf.
Simul & jaraque sensum acciperet,
omisso T3 medendi. Colon. simulque perisiam a-
medendi. Codex Giselin.

Habili Saturnia curru.] Scribe, agili; quic-
quid membranae veteres dissentiant. Ponticus, lib.
II. 10.

Effusa nos agili sive talera rota.
Vetus curru saepe alibi dixit. Seneca Medea, 787.
Vide Trivinae curru agiles.

Haec jam scriptam typographo traditurus, cum
in codice membranaceo Graevii nostri, agili curru,
exaratum offendit. HERNIUS. Ita & Zinzert Pro-
nal. c. 30. ego vero nihil mutò. habilis enim
curru idem est, qui levit, ut sup. vers. 150. lib.

x. 717. & passim dicitur. habilis etiam potest esse
aptus Junoni. sic Cicero. I. de Orat. 54. Calei habi-
les & apti ad pedem. Pomp. Mela. lib. I. cap. 4. dicit
Parnam Antaei superesse, nulli nunc habilem.
lib. III. 7. Elephantis etiam, sicut nos equis, facile
atque habiliter utuntur. Lucan. III. 553.

Sed Graji habiles, pugnamque latefferis pinnis
Et tentare fugam.

Sic ense habilem & arcum habilem Virgilius dixit;
Senec. III. de Ira 7. Expedita & habilia negotia.
Noster II. Art. 661. sic habilem quascumque brevis,
in uno quoque Mediceo erat, Hilaris Saturnia.
voti nempe compos. etiam non male. BURMANN.

Pavonibus pictis.] Quidam, junctis, etiam
non male. x. 708. junctisque per aëria cygnis Car-
pi iter. XIV. 597. Perque levis auras junctis involta
columbis. junctis olivibus Horat. III. od. 28. jun-
ctis jumentis vestium. Com. Nep. Timol. Virgil.
Aeneid. 111.

Ut juncti currum dominae subire leones. HERNIUS.
Repetita statim vox pictis, adicit vulgatam. sic
Hor. II. Sat. II. 26.

Picta pandat spectacula cauda:

aëra etiam optimi codices, pro aethera. vid. lib.
I. 23. quamquam ubique fere ambigua sit lectio.
vid. lib. IV. 661. XI. 194. Virgil. VI. 202. VII. 65.
& alibi. BURMANNUS.

Nigrantes versus in alas.] Nigras versus
in alas MSS. Bernmanni.

Nec servaturis vigili Capitolia voce Cederet
anseribus.] Indicat his verbis Poëta noster Cor-
vum nigrum effectum esse, antequam Roma à
Gallis Senonibus obsidione cingeretur. Tunc enim
cognita est mira Anserum sagacitas. De qua sic
Lucret. IV. 686.

— Et humanum longe praesentis odorem
Romaliarum aëris servatur candidus Anser.

Vide etiam extremo lib. V. ubi pluribus hoc re-
censet. CAOPAR.

Cederet auferibus, nec amanti flumina cyeno.
 540 Lingua fuit damno: lingua faciente loquaci,
 Cui color albus erat, nunc est contrarius albo.
 Pulchrior in tota, quam Larissaea Coronis,
 Non fuit Haemonia. placuit tibi, Delphice, certe,
 Dum vel casta fuit, vel inobservata. sed ales
 545 Senit adulterium Phoebeus: utque latentem
 Detegeret culpam non exorabilis index,
 Ad dominum tendebat iter: quem garrula motis
 Consequitur pennis, scitetur ut omnia, cornix.
 Auditaque viae causa, Non utile carpis,
 550 Inquit, iter: ne sperne meae praefugia linguae.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

Coronis in Cornicem.

^b Coronis Coronae filia refertur Corvo, ut iudicium Apollini faceret. ^c Cum enim Myrrha Esichthonium ^d Vulcani filium, ^e qui de complexu sui in terram ceciderat, fecisset.

541. Qui color.] Cui Thyli & Lovaniensis appellatus inde corvini color Apulejo & aliis vid. Salmas. ad Terent. Pallium pag. 215. & hinc Graecis sicut est albas, teste Schol. Homer. Iliad. A. 170. unde etiam corvus teste Etymologici Magni Auctore. BURMANNS.

542. Larissaea Coronis.] Phlegya filia, ut Pindarus Pyth. od. III. Homerus hymno in Aesculapium, Antonius Liberalis Metamorphosi. xx. ex Boei Oranthogonia, oraculum Apollinis apud Pambaniam Corinth. lib. II. Apollodorus, Hyginus, fab. CXXI. & cetera, adhibentur. ut foris Ixionis filium, qui etiam Phlegya hoc natus, teste Servio ad Aen. VI. HESSE.

543. Placuit illi Delphice.] Apollitrophe ad Apollinem, qui Delphicus dictus est a Delphis, ubi colebatur, & oracula dabat. CIOPANUS.

544. Dum vel casta fuit, vel etc. elegantius: ut, V. ubi sit in principio period. IDEM. Vel dum in decem coniunctis erat.

545. Tendebat iter.] Versabat Puteaneus & alii, de quo vid. supr. ad vers. 21. sed frustra. Virg. 2. Aen. 656. Iter ad naves tendebat Aethates. sic Laetant. in Argum. lib. XIV. fab. 6. Aeneas iter in Troiam tendens, vid. Sancti Minerv. III. cap. 3. pag. 388. & IV. 4. pag. 661. lib. que Cl. Peizon. sic Carsum, fugam etc. tendere. vid. Heinf. ad Claud. VI. Conf. Hon. 201. Silus 15. 210.

Ex alic unde in Capitula carsum. & ita apud Virgil. II. 311. in quibusdam MSS. legitur.

Causamque mens ad litora tendi. vulgo, carsumque: quod nihilo peius puto. in lib. intelligatur iter. vid. ad Vellej. Patere. II. 2. BURMANNS.

547. Garrula.] Hinc proverbium, ααλις κωπηξ ex Anacreonte Carm. IX. & loquax nota coronis II. Fall. 89. BURMAN.

^a Argum.] Coronis Coronae filia in avem Corin. Parmens.

^b Coronis.] Coronis Coronae Phocidis regis filia corvum movet, ut Apollini iudicium de Coronis Larissaea Phlegyae filiae adulterio faciat. Raener. Coronis etc. f. Colon.

^c Cum enim.] Ita Giselinus & Micillus. Veneta autem & MS. cum igitur. Raenerius, cum, inquit, Myrrha. Postlime & contra orationis nexum, nisi quis cum ipso non Laetantium, sed Coronida haec inducet narrantem. Muxck. Cum igitur. Parm. Lugd.

^d Vulcani filium.] Non habet Giselin. ut Heinf. ex femine Vulcani, quod in terram decidit, cum se invitam complecti vellet, genitorem. Raener. Vulcani filium, ex eo quod ex complexu ipsius in terram ceciderat natum Vulcani filium fecisset. Micyll. Fall. f. qui ex complexu sui. Colon. & Qui de complexu.] V. id est quod a c. Mus. Giselin.

^e In terram.] In terra. G. Heinf.

^f Pandora.] Pandora. Parmens.

^g Ne quis omnino id conspiceret.] Ita cum MS. Veneta & Raeneriana. sed Gisel. omnino id ut inspiceret. Micyll. ne quis omnino id, quod intus esset, inspiceret. MUXCK. V. ne quis id omnino

fecisset, & omnibus suis. Pandora & Hersae, Aglaurum Cecropis siliabus ⁱ cistula custodiam tradidisset, moniisque ^h ne quis omnino id conspiceret: Cornix insulam custodiam tradidisset, Veneta ^k custodiam lascivam cistulam & inspectam, cum inspecta, nobilissima virginum, ^l custodiam lascivam cistulam & inspectam, cum insulam reperisset, divulgavit. quomobrem Dea ^m com a se alienavit. Quae cum somnium in litore ⁿ oblectaretur; Neptunus ^o procul conspecta, venero ejus incaluit. cui ^p eia adferret; ab eadem Dea propter virginitatem tenaciter custodiam in avem ^q cornicem ^r conversa est, ^s ita ut templo Deae submoveretur.

Quid fuerim, quid simque, vide; meritumque require:
 Invenies nocuisse fidem. nam tempore quodam
 Pallas Erichthonium, prolem sine matre creatam,
 Clauferat Actaeo texta de vimine cista:

Vir-

conversa. Raener. quae c. f. litoris delatarent. Colon. ⁿ Procul conspecta, venero ejus incaluit.] Ita & Veneta cum Giselino. Debebat scripsisse, ejus procul conspecta venero etc. vel, ut Micillus edidit, procul ea conspecta venero ejus. MUXCK. Ita & Colon. ^o Vin afferret.] inferret Giselinus. Nulla causa erat, cum alterum illud & MS. & reliquae omnes editiones agnoscant. vide supra lib. I. fab. 9. MUNCKER.

^p Conversa est.] Et haec continenter exscripta ex C. & V. nisi quod ille addat: ita ut in templo Deae submoveretur: quod etiam omittit Raenerius, est reliqua apud eundem quandam pati Metamorphosia videntur. GRAL.

^q Ita ut templo Deae submoveretur.] Sic habuit MS. Veneta, admoveatur. Peperam. Rectius, amoveatur. Micillus. Raener. & Giselinus verba ista omittunt. MUNCKER. admoveatur. Parm. Lugd. ita tamen ut a templo Deae submoveretur Micyll. & Colon.

553. Pallas Erichthonium.] Quia breviter perstrinxit hanc fabulam Nolter, sit interpretis loco Laetantius libro de Falsa Religione cap. XVI. Cum Vulcanus Diis arma fecisset, eoque Juppiter opinionem dedisset praenit, quod vellet, postulandi, jurastique, ut solebat, per infernam palatum, se nihil negaturum; tum siber claudus Minerve nuptias postulat. Sic Juppiter opinio Maximus tantis religione constitutus abnere non potuit: Minerva tamen monuit repugnare, paucitiamque defendere: (vultu, repugnaret pudicitiamque defendere) Tum in illa colloquutione Vulcanum in terram postulasse ajunt semen, unde sit Erichthonius natus: idque illi nomen imposuit ante eius epide, nam 2. hodie, id est ex certamine atque humo. Cui igitur virgo eum partem cum dracone consensum & designatum trilis virginibus Cecropidis commendarit? evidens, puto, incertum, quod nullo modo posse colorari. HEINSIUS.

553. Prolem sine matre creatam.] Ita infra 756. Cum sine matre creatam vidit. CIOPAN.

554. Texta de vimine cista.] In uno Vatic. Folia. CIOPAN. Male. IV. Fall. 435. Calathus e vimine textor. ubi vile Heinf. notat.

555. Gt.

555. Gt.

555. Gt.

555. Gt.

555 Virginitibusque tribus, gemino de Cecrope natis,
 Hanc legem dederat, sua ne secreta viderent.
 Abdita fronde levi densa specular ab ulmo,
 Quid facerent. commissa duae sine fraude tuentur,
 Pandrosos atque Hercul. timidas vocat una forores
 560 Aglauros: nodosque manu diducit. at intus
 Infantemque vident, adporrectumque draconem.
 Acta Deae refero. pro quo mihi gratia talis
 Redditur, ut dicar tutela pulsa Minervae;
 Et ponar post noctis avem. mea poena volucres
 565 Admonuisse potest; ne voce pericula quaerant.
 At puto, non ultro, nec quidquam tale rogantem
 Me petiit. ipsa licet hoc à Pallade quaeras:
 Quamvis irata est, non hoc irata negabit.

Nam

555. *Gemini de Cecrope nati.* Non potuit con-
 sequere rō gemino Capolentens, varisque con-
 conjunctis locum exagitant. Atqui Cecrops Aeghōs co-
 munito dicitur, quod Ovidius exprimit rō ge-
 mino Cecrope. quomodo infra, *geminique nati Chlo-
 rois in antro.* D. Hieronymus Chronico Pa-
 schiano ad annum eccles. *Primus in Aethiā regna-
 vit Cecrops, qui et Diphys.* mox addit, *duobus
 autem Diphys, sive et longitudinem corporis, sive
 hinc, quod cum esset Aegyptius utramque lin-
 guam sciebat.* ubi vide annotata a Magno Scali-
 gero, et Mentium de Regno Aethiā. alii alias
 hujus nominis causas protulerunt. Statius propem-
 pto Merit Celeris,

*Hinc multa virens, geminoque hinc corpore Triton
 Praenat.* HEINSIUS.

Vid. Meur. Reg. Aeth. 1. 6. & seq. Antigon.
 Hist. Mirab. c. 96. Anonym. de incredibilib. Alla-
 tū. p. 27.

560. *Servandam dederat, sed intentiffa quid ef-
 fet.* Tametsi hic versus monosyllabae illius par-
 ticulae *sed* ratione potest à trochaeo detondi, ego
 tamen ex vetusto exemplari ita correxi, *sed enim in-
 confessā quid esset.* Quidam vero, auidaciores, ex
 cecrobo inveniunt. *Sed non confessā quid esset.* Qua
 compositione nihil asperiusungi potest. REGIUS. Sic
 in veteribus sed rectus fortare nonnulli, *sed enim in-
 confessā.* legitur etiam, *sed non confessā.* NAUGER. *Ser-
 vandam* probe meliores. praeterea nonnulli, *sed non
 confessā.* Bernegger tamen *inconfessā deo, nec eis confes-
 sē.* alii, *sed enim inconfessā.* ceterum à priore Regio,
 priore Frutiano, & aliis duobus abest hic ver-
 sus. & est profecto tollendus, quod aditunt pri-
 mus Vaticanus, Urbianus, & sex alii, in quibus
 verū proximo, *Hanc legem dederat, pro Et legem
 dederat,* scriptum occurrit. Si verū hunc ad-
 mitis, proximo legendum, *Et legem addiderat,*
 ne quaerent offensat. odiosa repetitio *sed dederat,*

sed praestat omnino deleri versum, quem dicit
 HEINSIUS.

560. *Et legem dederat.* Alii, *Hanc legem do-
 dedit.* CIOVAKUS.

560. *Aglauros.* Variè quidem ab antiquis
 Graecis hujus puellae nomen scribitur. Nam Pausa-
 nias in Aethiā descriptione, nisi mendum in-
 est, *Aglauron*, ut Latini, illam vocat. Alii vero
 Graeci, quos quidem ego viderim, *Aglauroi*
 itaque correxi, quamvis Hellenicum, qui in ca-
 ditionis ostentationem à quibusdam citatur, cum
 nusquam extet, nondum legerim. REGIUS. Imo
 Suidas & Pausanias *Aglauroi* vocant. Significā
 autem *Aglauroi*, splendidi ac pulchri, quia
Aglauros *Aglauros* *Aglauros*, quemadmodum & Nicias
 interpretis ait. Proinde puto Aglauron hanc vel
 forma appellatam, vel a contrario, quasi quis
 tribus & invidiosa fuerit, id quod in iocosa
 bulam maxime quadam. Aut etiam a privativa
 particula, & *Aglauros*, quod Graecis idem quod
Aglauros significat; quasi, quae parum *Aglauros*,
 est, venerans & religiosa erga Palladem hinc, &
 mox erga Mercurium fuerit. Nam in agris dicitur
 latam esse filiam regis, consentaneum non est
 praefertim quando infra etiam à Mercurio in aere
 deprehendam & compellam Poeta dicit. MISTRI-
 560. *Nodosque manu diducit.* In vet. aduenit
 perspicue legitur, *Delatū* per B in prima syllaba.
 Quod Regius rectè est interpretatus. CIORAKUS.
Deditur veteres plerique, an *secessit*? mox, *si
 tunc*, non est, Junianus. HEINSIUS. sed *deditur*
dos est apud Virgilium lib. 11. Aeneid. 210. Noli
 xiii. 264. *responde* *manu diducit.* vid. infra ad lib.
 24. 372. *dissilem* Gronovianus. BURMANIUS.

561. *Infantumque vident.* Videt legi Schep-
 perus apud Tanaq. Fabr. lib. 11. Epil. 71. quod
 tantum de una agitur. sed advocasse Aglauros
 reliquas forores ad spectaculum, postquam illa

Nam me Phocaeicà clarus tellure Coronaeus
 570 (Nota loquor) genuit. fueramque ego regia virgo:
 Divitibusque proeis (ne me contemne) petebar.
 Forma mihi nocuit. nam dum per litora lentis
 Passibus, ut soleo, summà spatiarer arenà,
 Vidit, & incaluit pelagi Deus: utque precando
 575 Tempora cum blandis consumpsit inania verbis;
 Vim parat, & sequitur. fugio, densumque relinquo
 Latus, & in molli nequicquam lassor arenà.
 Inde Deos, hominesque voco: nec contigit ullum
 Vox mea mortalem. mota est pro virgine virgo,
 580 Auxiliumque tulit. tendebam brachia coelo;
 Brachia coeperunt levibus nigrescere pennis.
 Rejicere ex humeris vestem molibar; at illa

Plu-

in nodos diducere, intelligendum. BURM.

565. *Ne voce pericula quaerant.* Conjecerat o-
 len Hembus, *puella*, quas voces confundunt fac-
 te librari, ut lib. xv. 155. & apud Claud. 1. in
 Eur. 430. & 11. 596. Valer. Flac. 11. 563. vid.
 ad Phaedr. iv. fab. ult. nihil tamen hic nuto:
puella enim sunt res noxiae, damnosae. ut lib.
 vii. 196.

Quaerunt sua se tractare pericula.
 & 311.

Curiositate suam reperire pericula.
 & Senec. Controv. x. ex ipsius Nasonis Declama-
 tione: *Quaerunt pericula sua, quo pene caruit
 hic, qui amare tante jubet.* Stat. vi. 22.

Atque ipsa pericula discent.

ubi vide Buth. & nos ad Petron. cap. lxx. BURM.

566. *At puto, non ultro.* Occurrit tacite ob-
 jectioni curia. Postest enim quis dicere, idcirco
 fuisse repulsa, quia Minervae nunquam fuisse gra-
 ta. Se igitur ita Minervae placuisse ait, ut spon-
 te fuerit ab ipsa comes penna. Interrogative cum
 quodam objectione legitur, quam ita solvit, ut
 dicat id ex ipsa Minerva quæri posse. REGIUS.
 Vid. Prati Leopold. 111. Emendat. 6.

566. *Ete rogantem.* Volentem legit Marius ad
 111. An. vii. 1.

567. *Ne petiit. ipsa licet hoc ex Pallade quaer-
 ent.* Hic denus mirifice turbant libri veteres.
 Pigei diversas lectiones adscribere, quod constet
 vulgatum esse incorruptam. Non potuerunt nimi-
 rum ferre, producti postremam in *petiit* syllabam,
 infensi librarij. hoc errori ansam dedit. Atqui ni-
 hil magis usitatum optimis poetis esse, atque ad-
 co Nasoni ipsi, jam supra ostendimus L. i. vers. 114.
 HEINSIUS.

569. *Coronaeus.* Noster Coronae filiam facit
 Coronidā. sed Servius ad Virg. vi. 618. Phleggyam
 parentem dicit fuisse Ixionis & Coronidis, quam

Apollo vitavit, unde suscepit Aesculapium, quare
 Phleggyas templum Delphicum incendit. & ita a-
 lii. vide Muncker. ad Hygin. cxxi. quibus adde
 Anton. liber. c. xx. Schol. Pindari Pyth. 111. 14.
 hunc autem Phleggyam Martis filium facit Lati-
 nus ad Stat. lib. 1. 713. BURMANIUS.

572. *Nam cum.* Dum reposuit Heinsius au-
 thoribus libris, Mediceo & duobus Moreti.

573. *Absumpti.* Plurimi codices, *consumpsit*,
 rectius, ut puto. vi. 166.

Consumpsit praecipuus violentam transiit in iram.
 vid. ad Petron. cap. 33. *cum vanis* etiam unus Hein-
 sii. BURMANIUS.

581. *Levibus nigrescere.* Variant codices, *ni-
 quis nigrescere villis*, Thuanus. sed Leidensis, *nigris
 horrescere*, & horrescere quoque agnoscit Vatica-
 nus, quod placeret; nisi repetitum esse ex vers.
 478. videretur. horrescere enim proprie de pilis
 & planis. vide ad Petron. c. xxx. BURM.

582. *Rejicere.* Multi codices, *deijcere*, quae sol-
420. Spectat.] Ordo est enim. Spectat lumina, id est, oculos, cum geminum signum: qua similitudine pulcherrimos Narciso oculos fuisse Poeta demonstrat. REGIUS. Raphael ordinem ait, *scilicet* *est lumina cum geminum signum*; quod utique intelligibilis est; sed videtur coactum. poterat enim esse hypallage, hinc Poetae supra modum familiaris: sed idem casus quibuscumque impeditur videtur. GLARYAN. *Cum lumina signum majore ex parte veteres.* Behovius in Apophoreti legit, *geminum sua signa lumina*, ut excerpta Langemanni. Ego, si quid mutandum sit, referribam, *geminum sua lumina signa*. HEINSIUS. Vide ad II. Amor. XVI. 22. ego mallem cum Zinzerlingo, in dicitur potestate, legere, *geminum, cum signa, lumina*, nam in uno Leidensi erat, *cum signa, signa*, ita III. Amor. III. 9.

Radiant, ut signa, cecili.

Et passim fidibus oculi formosorum & puellarum conferuntur, ut multis ibi Zinzerlingus. BURM.

421. Et dignos Baccho dignos, & Apolline crines.] Depravatus est omnino hic versus, qui ita restituendus, *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines*. Hoc enim modo legitur in utroque meo & Caesalino. In uno Madri est *lumina* in verbo, *Dignos*, ut facile apparcat in eo prius legi, *dignos* Reinet & verne lectionis vestigia liber Farnesianus, in quo est, *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines*. Capuan. etiam, *Et dignos Baccho, dignos etc.* Io. Dei, *Et dignos Baccho dignos etc.* Constat enim ipsam, quam in vers. illi lib. repperi, lectionem Ovidius ipse lib. I. Amor. Eleg. XIV. ubi Apollinem & Bacchum ob pulchram capillum his verbis laudat:

*Formosae proterea ornatae, quas videt Apollo,
 Quas videt capiti Bacchus inesse suo.*

Idem lib. II. De Ponto:

Nec dabit intonsis ignulam caper hostia Baccho.

Tibullus lib. I. Eleg. IV.

*Solis aeterna est Phoebus, Bacchoque juvenas;
 Nam dicit intonsas crines utraque Deum.*

Et Heliodus Bacchum ob capillum commentatur in Theogonia, cuius verba potui lib. 118. Saecula in Hippol. 732. de Baccho ipso:

Intonsa juvenis perpetuum coma.

Et in Oedipo:

Spargere effusa suae legi crines. CROFANUS.

Fortasse praecedendum, quod Gotani & alii codices suggerunt. *Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines*. Notum illud, *Solis aeterna est Phoebus Bacchoque juvenas: Nam dicit intonsas crines utraque Deum*. Sed & paulo post, melius, *in medias quoties visum captantia collum brachia merfit aquas*. DAN. HEINSIUS. Nota est Poetae *ἄδωρος* vsz. De Bacchi dignis meris negans liberii formis. Repono igitur ex fide Florentini optimi, Thivanei, Neap. primi Palat. primi Vatican. utriusque Laurentiani, Arond. & niam aliorum, ut parenti meo reponendum videbatur, quodque ex suis codicibus Vivianis & Clovis jam monuerunt:

Et dignos Baccho, dignos & Apolline crines.

De Bacchi comis passim Poetae. hinc, *ἄδωρος* dictus & *ἄδωρος* Graecis. HEINSIUS. Metu recepta lectio. Martial. IV. Ep. 43.

*Perpetuo sic flore micat; sic denique non fuit
 Tam longa Bromis, quam tui, Phoebe, coma.*

Catal. Scaligeri pag. 204. de puero formato:

*O sacros cultus Baccho, vel Apolline dignos,
 Quos vir, qui tuto senectus nulla videt.*

Vide hymnos duos in Bacchum & Apollinem in Anthol. lib. I. cap. 38. in fine. ubi uterque carolis & forma laudatur. & in carmine illo Horatii de Qualitate Vitae, quod Weitzius notis illustravit:

Sic Apollo, deinde Liber sic videtur ignifer,

421

Atque oculos idem, qui decipit, incitat error.
 Creditur, quid frustra simulacra fugacia captas?
 Quod petis, est nusquam: quod amas, avertere, perdes.
 Illa reperentia, quam cernis, imaginis umbra est.
 435 Nil habet ista sui. tecumque venique, manetque:
 Tecum discedat; si tu discedere possis.
 Non illum Cereris, non illum cura quietis
 Abstrahere inde potest. sed opaca fufus in herbâ
 Spectat inexplerto mendacem lumine formam:
 440 Perque oculos perit ipse suos; paulumque levatus,
 Ad circumstantes tendens sua brachia silvas,
 Ecquis, io silvae, crudelius, inquit, amavit?

Sci-

*Idolo sunt somnis creati, profatque ex ignibus,
 Idolo de oculis calorem & radios conferunt.*

Ubi vid. Weitzium. Statius quoque lib. III. Silv. I. contra Etruriam laudans ait:

*Aurige Lindatus, juvenis Phoebeus, crines,
 Quos tibi Cossanus donat puer, accipe lactus,
 Insuper optato patri, sine dotes nitentes
 Compota, atque dia fratris putet esse Lyaei.*

Quae Morchus hoc Ovidii loco illustravit. eodem vero modo Lucian. in Dialogis deorum Jovis & Cereris, Apollinem demisso crine & mitra ornatum deinde. nihil jam dicam Apollinem & Bacchum habum pro eodem numine, de quo Calab. de Nat. Poet. pag. 74. Barth. ad Claud. I. Rav. & Tritan. tom. II. Comment. pag. 646. & alii. Sed licet Graeci & Latini Baccho intonsam comam, Arabes tamen circumtonsam doctus docet Salmasius de Coma pag. 52. Formosissimum vero fuisse Bacchum, & nepte venturum & obetam fingi, egregie docuit Janus Roush. ad Theod. II. III. 35. BURM.

435. Quibus est mirabilis ipse.] Distinguendum praesens:

*Cometaque miratur, quibus est mirabilis; ipse
 Se casu imprudens, & qui probat ille probatur.*

Ubi et ex regio codicis, posset & legi, *miratur* continua oratione:

*Cometaque miratur, quibus est mirabilis; ipse
 Se capis.*

Ubi Gero placuisse notavit Heinsius. BURM.

440. Pariterque accendit.] In iisdem meis, *Incendit, & ardet*. Quod magis probo. CROF. *Incendit* plerumque veteres. & mox, *in medias aquas*, non *medias aquas*. HEINSIUS.

442. Irrita fallaci quoties dedit oscula fonti, in medias quoties visum etc.] Emenda ex utroque meo, & aliis, *irrita fallaci quoties dedit oscula fonti, in medias toties visum etc.* CROFAN.

445. Sed quod videt, miratur illo.] Io. Dei liber, tom. II.

essat illo, posset in praep. addita, factumque in illo: legendum fort. *essatnat*. CROF. *Videtur in illo est* multi codices: *quod spectatur in illo est* Palat. secund.

433. Avertere.] *Jam avertere*, hoc est verte te; MSS. BURM.

435. Tecum venique.] *Tecumque venique* GROVNIANUS.

436. Discedat.] *Discedat* unus meus. HEINSIUS.

437. Cirra quietis.] *Salvus* Cantabrig. & Lovan. coniecerat olim Heinsius, *cirra Lyaei*.

438. Abstrahere.] *Abstrahere* plurimi codices.

438. Opaca fufus in herbâ.] *Vorte, opaca fufus in umbra*. HEINSIUS. Plurimi codices. *opacas fufus in herbâ*. sed alteram praestat. Valer. Flacc. I. 252.

Malli fundantur in alga.

Et Sil. III. 57.

Et fufi in transfris exspectant aegora natae.
 Ut Heinsius & Drakenborchius conlulerunt locum illum. mox vers. 502. ex MSS.

Ille capis viciidi fufum submisit in herba.

opaca vero herba, hic est, quam opaca silva. ita opacas terras dicit lib. XI. 637. & opacum mundum lib. V. 577. opaca Tartara. X. 20. opaca astra XIII. 777. vulgarius est arboris & silvas opacas vocare, ut saepe Nolter. BURM.

440. Levatus.] *Levata* Neapolitanus; scilicet brachia; quod non displicet. HEINSIUS. Sed & vulgata potest retineri. sic lib. XI. 621.

Cubitoque levatus.

Ut tamen rotundior sit sententia, puto legendum:

paulumque levatus

*Ad circumstantes tendit sua brachia silvas,
 Et quis, io silvae, crudelius, inquit, amavit.*

Tendit est in uno Heinsii & tertio Leidensi. Et quis in eodem Leidensi & duobus regis. & hoc probat Gifan. Ind. Lucret. in *Et quantis*. vid. lib. I. Met. 498. *en quis* in duobus aliis, *heu quis* in totidem. BURM.

Scitis enim, & multis latebra opportuna fuillis.
 Ecquem, cum vestrac tot agantur secula vitae,
 445 Qui sic tabuerit, longo meministis in aevo?
 Et placet, & video: sed quod videoque, placetque,
 Non tamen invenio. tantus tenet error amantem.
 Quoque magis doceam; nec nos mare separat ingens,
 Nec via, nec montes, nec clausis moenia portis.
 450 Exigua prohibemur aqua. cupit ipse teneri:
 Nam quoties liquidis porreximus oscula lymphis;
 Hic toties ad me resupino nititur ore.
 Possè putes tangi. minimum est, quod amantibus obstat.
 Quisquis es, huc exi. quid me, puer unice, fallis?

455 Que

443. Latebra opportuna fuillis.] Proccacitatem nympharum tangit. vid. ad lib. II. 452.

445. Longo in aevo.] Longam in aevum Neapol. Medic. fec. & Lovan. longos in aevum Moreti u. nus.

446. Et placet & video.] Gobbi. lib. II. Cap. II. Et placet, et video. pro carnis, multus citat Vincent. Bellor. Specul. Hill. lib. VI. cap. 116.

449. Ne via, nec montes, nec clausis moenia portis.] Lege, ut aliquot vet. habent, inter quos mei: Non via, non montes, non clausis moenia portis. Ita enim suavius est. CIOFAN.

451. Nam quoties, &c.] Et hic & ubique lib. scripti, quoties, & toties habent. CIOF.

452. Nimirum.] Fortitur Thuan.

453. Minimum est quod amantibus obstat.] T3 est multi veteres non agnoscunt. Forte:

Minimum quod amantibus obstat. HEISS.

454. Quid me, puer unice, fallis.] Eleganter in aliis codicibus, Quid me, puer invidie, fallit DAS. HEISSIUS. Invidie unus Pala. unus Argent. Thyril cod. quod elegans sane, mi & parenti meo videbatur. unus Moreti, quid me pulcherrime fallis. sed vulgata lectio ipsius Nasonis est, & longe elegantissima. nimirum, qui parent non habet, sive ad somnam & pulcherrimum, ut hoc loco, sive ad alias dotes referatur. aut quem quis proe ceteris amat. Juvenalis Sat. IV. 61.

Invidet ei, cum pueris, sit. sed pueri clamant, Puer: sed appellat puer unice, ut Polyphemus Danae mat. per quam sellari et ipse Ulysses.

Sed illic sumi potest, de puero, qui domino suo unicus est & solus. Plautus Afnar. Act. IV. Sc. 1.

Nam tu Pelta est ad eam rem unicus.

Captivus Act. I. Sc. II.

Alitius cum sua incommodum tam aegre ferat, Quid me parum par fatore, tot ille est unicus? Verba Megaron sunt, qui tamen duos filios habet. Bacchid. Act. III. Sc. III.

Phi. Quo dicitur me? Ly. Ad illam, quae tuam

Perdidi, pessimulisti tibi filium uni unicus. Catullus ad Caesarem Carn. XXVIII.

Eova nomine, Imperator unice, Socr. generique perdidisti omnia?

Africanus, Quis tam ingenuus est unice et corde ingenuus. Paterculus lib. II. 7. in malam partem ponit. Ita atrocitati adjectam seculi unicum. & Vestus, ad insuper, Rex Assyriorum unicee lasciviam. Catullus, Carin. LXI. 228.

Qualis unice ab optima Matre Telamacho mater Emma Pedeletio.

Propertius ad Cynthia libro I. El. 2.

Cum tibi precationem Posebes sua carmina daret, Antonique libere Calliopea byram; Unica nec desit juvenis gratia distis.

Ita enim scripti quidam, non verbis. & lib. II. El. 19.

Unica nata meo pulcherrima cara doleri.

Hinc emendandus Apulejus Florid. Eto 1. hoc vexatissimo. Alexander illi, longe olim excellentissimo Regi, cui ex rebis actis & auctis regnumque Magno (p. ed. Marum. puto, Magni) indolebat, ne usque unicum gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur. Ilmenovicius edidit, in quo est, placuit, ne iste unum eam gloriam a. s. l. 1. 1. partim ex Colvii, partim ex Wouwenii conjectura, malo me hercules exemplo. optime prima editio, ne vir unicum gloriam adeptus, sine laude unquam nominaretur. scribe, Alexandri illius longe olim excellentissimi Regi, cui ex rebis actis & auctis regnumque Magno indolebat est, ne unicum gloriam adeptus sine laude unquam nominaretur. quae omnia jam plana sunt & per se ex illo enim cui ex rebis actis &c. ubique et veris, cui igitur Alexandri, quae inferuntur parentibus si fuerit includenda. initio Metamorph. T3 (nam illic originis materuae nostrae fundamens & Plutarcho illo incho, ac max. sexto Polyphilo) est: pote ejus, proclia gloriam motis factis) cum Te-filiam ex voto prebiam. & sic saepe idem Apulejus sed quando non solū Nasoni castigando huc de

455 Quove petitus abis? certe nec forma, nec actas
 Est mea, quam fugias; & amarunt me quoque Nymphae.
 Spem mihi nescio quam vultu promittis amico:
 Cumque ego porrexi tibi brachia, porrigis ultro:
 Cum risi, adrides. lacrimas quoque saepe notavi
 460 Me lacrimante, tuas. niectu quoque signa remittis:
 Et, quantum motu formosi suspicor oris,
 Verba refers, aures non pervenientia nostras.
 In te ego sum, sensi: nec me mea fallit imago.
 Uror amore mei. flammam moveoque feroque.
 465 Quid faciam? roget, anne rogem? quid deinde rogabo?
 Quod cupio mecum est, inopem me copia fecit.

O

orationes a nobis dantur, ejusdem Apuleji pulcherrimum fragmentum, quod Alexandri Magni laudibus datum est, tribus quatuorve naevis libertatis, quod sequitur metuo ut sit factum: Nam solus a cunctis aevo, quantum hominum memoria capit, insuperabilis imperio orbis auctus. quoniam modo enim insuperabilis imperio auctus? quod hinc ab excessu ejus ditatum ac profligatum sit? Forte scribendum, solus a condito aevo, auctus hominum memoria restat, inextinguibilis imperio orbis auctus. Imperio auctus, cui nemo alius simile aut par obtulit. sed ut hoc pro certo non attinet, ita certum est ex veteri libello mori reponi debere, ne qui effugiam regi temere asseruerit. pro eo, qui saepe solus cum opinor ferendum esse, quippe solus eam. nam in veteri codice est, qui ipse. De Polyeto autem lupus memoria est, cum Lycippo alii scriptores suo consensu id tribuant. Praeter hoc tres, si quis regem requireret imagini regis matrum admittit, hanc fecit in eam, quam in sacilegum vindictam. parum Latine si quid video. prima editio, vindictam. Lego, vindictam iri. Et igitur omni meo factum, solus Alexander ut ubique innotuit finimus est. ubique simillimus esset codex Florentinus. Puto, ut ubique imaginem sui simillimum. nisi mavis, suus esset, hoc est sibi constaret, se referret. pro eo quod sequitur, idem ingentem maximi honoris, reponendum, maximi honoris. Nunc ad Nasonem revertamur. HEISSIUS.

456. Et amarunt me quoque Nymphae.] Argumentum à minori secundum Aristotelem: at secundum Ciceronem, à majori. CIOFANUS.

461. Et quantum motu.] Et hic nutu quidam codices repetunt. sed codex Junianus habebat, nictu, quod elegans & amantium nutibus conveniens puto. ita Plautus saepe in amantium tantis colloquiis, quae per signa fiunt, nutare & nictare conjungit. ut nutare ad caput totum, nictare ad motum oculorum, sive oris (ut hic: nam

& subridendo sit) referatur. Afnar. IV. I. 39. Neque illa ulli homini nutet, nictet, anonet. Mo-naoch. IV. 111. 39. Non hercle ego quidem usquam quinquam nuto neque nictet tibi. Merc. II. 111. 72. contemplant, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibi-lent. Festus, nictare & oculorum & aliorum membrorum nicta saepe aliquando conari dictam est ab antiquis. sic & lib. I. Art. Am. 138. in MSS. nec tibi per nictus accipienda nota est. lib. I. Falt. 418. ex MSS.

Signaque dat nictu, sollicitaque nutu.

Et ita hunc Ovidii locum Heinisus jam correxerat ad Claudiani Conf. Mall. 312. ubi idem verbum illi Poetae restituit. BORN.

462. Non pervenientia nostras.] Codex Sixi, non pervenientia contra. quod ex lib. IV. 80. repetitur: credebatur enim librum non recte dici, pervenire aures, pro ad aures. sic Virg. II. Aeneid. 781. Et terram Uesperiam venis. vid. Sandii Minerv. lib. IV. cap. 6. & ibi Cl. Perizon. non peringentia unus Medicus, & hoc ex eodem vitio fluxit. BORN.

463. Ille ego sum.] In veteribus, ipse ego sum. CIOFANUS. Alii, ipse. sed primus Medicus argute, in te ego sum. HEISSIUS.

465. Quid deinde negabo.] Quidam post deinde, distinguunt, ut sit sensus, quid deinde faciam? negabo. Sed alii pro negabo, rogabo, legunt, quod verbum rectius est, & sententiam planiorem facit. Dabitur enim utrum roget, an non. Deinde si roget, quidnam roget. RAGNUS. Finis hujus carminis oppido obscuro est. quidam etiam post deinde interrogationis punctum ponunt; sed non multum adjuvant sensum. GUAREAN. Corrige, auctoribus vetustis exemplaribus, quid deinde rogabo? CIOFANUS.

466. Quid cupio mecum est.] De Narcisso, qui sui amore captus erat, ita Aulonius: Epigr. 91.

Si caperes alium, posses Narcisso potius, Nunc tibi amoris adest copia, fructus abest.

Idem de eodem 98.

Quid non ex hujus forma pateretur amator, Ipse suam qui sic deperit effugem? CIOFANUS.

O utinam nostro secedere corpore possim!
 Votum in amante novum; vellem, quod amamus, abesset,
 Jamque dolor vires adimit: nec tempora vitae
 470 Longa meae superant: primoque extinguior in aevo.
 Nec mihi mors gravis est, posituro morte dolores.
 Hic, qui diligitur, vellem diuturnior esset.
 Nunc duo concordēs animā moriemur in unā.
 Dixit, & ad faciem rediit male sanus eandem;
 475 Et lacrimis turbavit aquas: obscuraque moto
 Reddita forma laeti est. quam cum vidisset abire,
 Quo fugis? o remane; nec me, crudelis, amantem
 Desere, clamavit, liceat, quod tangere non est,
 Adspicere: & misero praebere alimenta furori.
 480 Dumque dolet, summā vestem deduxit ab orā,

Nu.

467. *Outinam à nostro.* Tolle rō d, & ver-
 su proximo rō dī ex file opimorum codicum.
 HARTSUS. *Recede etiam in tercio Leideni, nam*
re in compulsiis producti Heinſius saepe ostendit,
vid. ad Epist. xiv. 46. & i. Amor. vii. 62. & ita
dictum esset, in Epist. xvi. 153.

Ante vestigia caput hoc cervicē crecuta.
 Sed *secedere* retinendum potamus. BURM.

477. *Quo fugis? remane.* Primus Palat. *Quo*
er fugi. unus Vossian. Quo fugis? o remane. qua-
 tuor, *Quo fugis? remane.* Scribo, *Quo fugis? o*
mane. Deinde. *Nec me crudelis amantem Desere,*
 ut primus Basil. tertius Medicus, prior Regius,
 alique multi. Vide Notas Ant. Am. lib. ii. §. 725.
 HEINS. Ego Vossianū codicē scripturnam recepi,
 quia utinam in ore ab Ovidio producti solere vi-
 deo, quamquam corripī posse non negem, ut
 apud Statium Theb. viii. 63.

Ora, minus sicut atque creta renales.
 Sed Ovidianum morem nos considerare decet, &
 apud Statium quoque ora testinū Gevatius, &
 ita MSS. sepe habent. BURM.

480. *Summa vestemque deduxit ab ora.* Cum
summa ab ore in omnibus, nos ita legendum cre-
 didimus. NANGERIUS. *Ab ore summa* quidem le-
 gitur; sed *ab ora summa* forsitan ab Ovidio fuit
 scriptum, ut in superiore extremitate vestem suis-
 se diductam intelligamus. Nam ora uniuscujusque
 rei (non solum terrarum) extremitas appellatur.
 REICHS. Raphael putat pro *summo ore*, legi pos-
 se, *summa ora*. quod ora cuiusque rei, non solum
 terrarum, extremitas vocetur, sed & or non
 solum de facie dicitur, quin etiam de tota, quae
 cernitur, specie, iudicat lector, quod exhiatet.
 GLAREANUS. Non sane video, quare Regius à le-
 ctione, quam reverteret, recesserit. Tu hoc mo-
 do lege, adiuvantibus optimis libris scriptis: *Sum-*
ma vestem deduxit ab ore. in duobus Caesii. Abb.

& Brianti, & Io. Dei, *summa vestemque rediit*
ab ore. *Ab ore*, hoc loco, valet à pectore, unde
 vestis incipit: vel, quoniam loquitur de nudo, à
 ore, hoc est à mento vel collo. Or enim apud
 Latinos pro tota facie ponitur. Quin etiam pro
 tota illa, quae cernitur, parte. *Deduxit*, hic si-
 gnificat, hiecitavit. Ut apud huic ipsum Poeta
 Allibi:

Aut tunicum summa delatere turpiter ora?
 Et inf. lib. v.

Summa vestem lamaret ab ora.

Quod fortasse Regium, ut ita legeret, decepi-
 Periculosum, & temerarium saepe est, ab antiquis
 libris discere. CIOSIUS. Simplicius alii codices
Dumque dolet, summa vestem, vel, vestem sum-
ma deduxit ab ore, Nudaque marmoreis percussa pe-
ctora palmis. DAN. HEINSIUS. *Vestem deduxit* ante
 ti veteres, primus Gronovianus, & cum Bala-
 niano quatuor aut quinque alii, *summa vestem*
deduxit ab ora. recte. lib. v. 300. ut *summa ve-*
stem lamaret ab ora. sic contra, *tunicas ora sub-*
ere ab ima in re obsoleta lib. ii. Fallor. 34. &
 rat enim duplex in toga ora, summa & ima,
 unde duplex ora Quinctilianus lib. xi. Indit. Orat.
 3. *suave brachium eo usque alloxandano est, ut*
quasi normalem illum angulum efficiat, super quo
ora ex toga duplex aequaliter festinat, nudataque pe-
ctus deducenda erat vestis. lib. xiii. Met. 201.

— *Vestemque manu deduxit, & hanc fuit*
Pectora semper, ait, vestris exercita rebat
 Ubi *deduxit male* nunc legitur. Seneca Hercules
 Ollaeo 1068.

— *Mater in Iuliam furens*
Deduxit avidum pectus, atque utro tenuis
Exerta vastos ubera in plangitū ferit.
 Sic probe veterimus codex. Phara notavimus
 Amor. l. i. Eleg. vii. §. 48. HEINSIUS.
 481. *Marmoreis palmis.* Id est, candidis. U.

Nudaque marmoreis percussit pectora palmis.
 Pectora traxerunt tenuem percussa ruborem;
 Non aliter, quam poma solent; quae candida parte,
 Parte rubent: aut ut variis solet uva racemis
 485 Ducere purpureum, nondum matura, colorem.
 Quae simul adspexit liquefacta rursus in unda;
 Non tulit ulterius; sed, ut intabescere flavae
 Igne levi ceræ, matutinaeve pruinæ
 Sole tepente solent, sic attenuatus amore
 490 Liquitur; & caeco paulatim carpitur igni.
 Et neque jam color est mixto candore rubori;
 Nec vigor, & vires, & quae modo visa placebant,
 Nec corpus remanet, quondam quod amaverat Echo.
 Quae tamen ut vidit, quamvis irata memorque,

495 Indo.

libi: *Luce: marmoreis respiciunt demite collo.*

Lactus, citat Nonius:
hic corpus solum invenies, hic stare papillas,
pectus marmoream.

Nacius lib. i.
Collum marmoreum torquis gemmata coronat.

CIOPIAN. Vid. ii. Amor. xi. 15.

481. *Tenuem percussa ruborem.* *Ruborem*
 Flavum & Marci, primus Vaticanus & duo
 alii HERTSUS.

485. *Liquefacta rursus in unda.* Cera liquefa-
 cta dici potest, de unda non opinor. Nec libri
 tamen veteres opuluntur. Censeo nihilominus
 sciendum, *loquens unda.* est enim prima syllaba
 ha communis, quod ignoratum incertis libroris
 scripturae genuinae mutandae causam dedit. sic
liquida flumina apud Virgilium prima syllaba pro-
 ducta. Vide Notas Pont. lib. i. Eleg. ii. §. 57. Proprius
 tamen accedit ad vulgaram scripturam *si liquet un-*
da reponas. de qua diximus Remed. Amor. §.
 177. HEINS. Non tantum mihi sumere audeo
 contra libros scriptos: cum enim Ovidius in his
 libris multis vocabulis aliter usus sit, atque alii
 tempora, & nova etiam, praefertim composita,
 fixera sibi, inter singularia Ovidii & hanc vo-
 cabi huius significationem reponerem, ut *liquefa-*
cta rursus unda, sit pro *liquida*, pura facta, quam
 antea lacrimis suis turbaverat Narcissus; sup. 475.
 & ita sentit Amplif. Cuperus Apotheol. Homer.
 Pp. 163. BURM.

488. *Matutinaeve pruinæ.* Pontanus hoc epi-
 theton utriusque: *Unde cadunt imbres, & matuti-*
na pruina. Quare matutinam pruinam vocet, dixi
 infra lib. viii. Est autem pruina gelidus & con-
 cretor ros, à perurendo dictus. Auctor Venius.
 CIOSIAN.

490. *Et tello paulatim carpitur igni.* Longe
 rectius, *caeco igni* tertius Medicus & quinque a-

li. sex pro diversa lectione id ipsum quoque ex-
 hibent. Notum hoc Maronis iv. Aeneid.

Vultus alii venis, & caeco carpitur igni.
 Notiter libro viii. 516. de Meleagro:

— *Caecis torrens viscera sentit*
ignibus.

Lucretius lib. iv. 926.

Possit ut ex igni caeco consurgere flamma.
 Pall. ii. 760. *caeco captus amore.* Prist. ii. 383. *caecis*
flamma noceret. inf. lib. ix. 174. *caeca tabes.* &
 Pall. ii. 822. *caecus metus.* Senec. Agamem. 118.
caecus amor. caecum pectus Pall. vi. 135. ex MSS.
caeca vulnera inf. vii. 312. Epist. Phaedrae, *caecum*
vulnera pectus habent. sic Silius vi. 7. *destructio-*
que in vulnera caeco haesere. ut ad eum locum le-
 gendum ostendimus. HEINS.

492. *Nec vigor & vires.* Non adverbium sub-
 audatur, ut intelligamus, & vires non reman-
 dent: est enim Hypozoenigma. REGIUS. Raphael
 hoc in loco Hypozoenigma esse ait, intelligitque
 adverbium non. Verum hic locus exemplum esse
 poterat negationem in priore quoque nonnu-
 quam referri. id fortasse plus ledorem torserit,
 quo pacto Echo in lapidem mutata Narcissum
 videre potuit. nam quod cum eo locuta, id
 videre potuit, quando vox manserat, sed in sa-
 minus mirum, quando vox manserat, sed in sa-
 minus rationem dare fortassis nimium curiosum
 videri poterit. GLAREANUS. Codices hic nihil va-
 riant, sed omnes & vires habent, quare pu-
 to Glareanum recte sentire, saepe post nos loqui &
 neque semper opus esse aut, sive vel loqui, licet ita
 velint Grammatici, & nuper celeberrimus Bent-
 lejus, ad Horatium Epod. xvi. 6. & Serm. i. vi.
 80. magno opere contendit, etiam in locis, ubi ipse
 fateatur omnes codices, ac, & vel que habere,
 & fatetur quidem plerumque ita solere, praeter-
 tum ubi duae negativae praecedunt; ut Bentlejus
 multis exemplis probat. sed tamen contrarium la-
 te

195 Indoluit: quotiesque puer miserabilis, Eheu,
 Dixerat; haec resonis iterabat vocibus, Eheu.
 Cumque suos manibus percussisset ille lacertos,
 Haec quoque reddebat sonitum plangoris eundem.
 Ultima vox solitam fuit haec spectantis in undam:
 500 Heu frustra dilecte puer! totidemque remisit
 Verba lacus: disetoque Vale, Vale inquit & Echo.
 Ille caput viridi fessum submisit in herbâ.
 Lumina nox claudit, domini mirantia formam.
 Tum quoque se, postquam est infernâ sede receptus,
 505 In Stygiâ spectabat aquâ. plauxere sorores
 Naides: & seelos fratri posuere capillos.

Planxere

pe in Oratio observamus, quamquam etiam ubi
 codices addunt, Grammaticorum sententiam
 laepe sent. reponimus disjunctivas particulas, in-
 finiti laboris esse omnia loca adducere, sed ex-
 pressiora quaedam eligemus, lib. 1. Art. 621.

*Ne faciem, ne te fixat laudare capillos,
 Et terreo digitos, exiguamque pedem.*

Ubi ratio etiam conjunctivas exigit, & codices
 omnes exhibent. lib. 1. Pall. 205.

*Ne puer in stipula fluitantem cepisse quietem,
 Et fecerit capiti, quod fessum fuit.*

Ubi nec Heinſius malebat, iv. Trist. l. 65. ut in
 omnibus codicibus:

*Uque nec insulas, capitiſque pericula narum.
 Lib. 11. Met. 379.*

*Nec se caeloque Jovisque
 Crebit.*

Ita omnes etiam lib. & ita apud Horatium lib.
 III. Od. l. 44. post ter positum nec, sequitur A-
 dhaerentibus est ceterum, quod pro auctoritate mit-
 tit Bentlejus in Aethiopianica, ita lib. 1. Od.
 35. 23.

*Nec fessas
 Pueri celsi, liquidamque thaliam.*

Lambertum, ut in Ciceroe laepe quantam, &
 conjunctivas particulas in disjunctivas mutantem,
 sine codicum auctoritate egregie tentavit Petrus
 Faber in commentario ad Cicerois Academic.
 Quaeſt. pag. 30. & Virgilio exemplis adhibuit,
 ut lib. 11. 236.

*Ne puerum Argoniam, & Latina restitit arva.
 Sed qd. ab his: sunt enim leviore, ad alteram,
 quod Caremus movet, Echo mutatam in lapi-
 dem, non recte vitulle Narcissi dolores dicit; in
 promptu est quod respondeam; nec hoc inco-
 gnitae Poetae, & prosperam calamo facile ad-
 versandam: excusari enim posset hoc modo:
 quod metamorphosin Ecbus, licet, antea narra-
 verit, simul accedente statim, & eodem
 tempore, quo Narcissi, Quod Antonius videtur
 insuisse, cum dixerit:*

Commoritur Narcisse tui resonabilis Echo.

Sed neque illud vult placet, quare rectius Ovi-
 dum mentione facta Ecbus, eius metamorpha-
 sin quidem ante Narcissi mortem, quia non ne-
 cam poterat subungere Narcissi laborem, & fessum
 continuare Tiresiae historiam, quare ipse, ne in
 eulham, quam ipsi attingit Glareanus, incidere
 sibi praecevit, illis verbis, v. 339. corpus adhaerit
 non vox erat, quae si usque ad v. 370. quae in
 parentesi posita capiantur, cohaerent omnia re-
 tilissime inter se. Burm.

501. *Lenit.*] Et hic laeus legebat Heinſius in
 vl. 412. & 470.

502. *Ille caput viridi fessum submisit in herbâ.*
 Aliquot vet. lib.

Viridem fessum submisit in herbam.
 Ut idem sit cum illo, quod superius dixi. vl. 25.

Veneratque laeus submisit in herbat. Cioſasses.
 Nihil mirandum esse supra monuimus ad vl. 438.
 & hic unus Heinſii habebat, caput fessum, ven-
 sine sine, apud Virgilium eadem in codicibus et
 discrepantia; lib. vi. 504.

*Atque fama suprema
 Noctis tulit, fessum vassa te caede Pelasgum
 Procidisse super confusus stragis aeternum.*

Ubi codex Zaltichemianus, fessum habet: fessum
 recte, si cum aliis codicibus, ut Servius & Don-
 tus agnoscunt, vassa de caede legas; & sequenti
 versu confusus cum alio codice, quem codicum
 Heinſius, hoc modo,

*Fessum, vassa de caede Pelasgum,
 Procidisse super confusus stragis aeternum.*

Sed haec alias accuratius expendenda. Burm.

503. *Lumina mors claudit.*] Mox Cantabrigiae &
 tres alii, claudit etiam meliores. Scribe, *nox clau-
 dit*, quod pro diversa lectione in uno Tinnano &
 uno Basilicensi extabat, nox pro morte. sic & e-
 pud Propertium videtur legendum lib. 11. El. 511.
*Quandocumque igitur nox nox claudit oculos.
 In aeternam clauditur lumina noctem* Virgilio 2.

Planxere & Dryades. plangentibus adsonat Echo.
 Jamque rogam, quassasque faces, feretrumque parabant:
 Nusquam corpus erat. croceum pro corpore florem
 510 Inveniunt, foliis medium cingentibus albis.

FAB. VII. ARGUMENTUM.

Liber pater Semelae & Jovis filius in Acoeten.

*Pentheus Echionis & Agaveos filius in contemptum a trahens b praedicata Tiresiae
 aegris, ut in adventu Liberi c Thebani hedera redimiti procederet, ac sacra susci-
 perent, d prohibet suos parere monitis; quod negaret ex Semelae e deum proditum. Con-
 fessim*

746. Tacanus lib. 11. 735. de Argi patre mori-
 bundo:
Nos subit, atque oculos vassas obduxere tenebrae.

Hicinus. Vid. inf. 695.

514. *Postquam est inferna sede receptus.*] De E-
 cho, dolente propter Narcissi mortem, legitur Au-
 tum Tetrastichon:

*Commoritur Narcisse tui resonabilis Echo,
 Vasa ad exteros examinata modos.*

*Et veniens adhuc genitum, reserata querellis,
 Ultima voce etiam verba loquentis amat.*

Cioſasses
 etc. Spectabat.] Spectabat Bononiensis, pro quo
 Heinſius olim spectatur reponchat. unus Medici-
 cus, miratur, quod fortasse a librario posterioris
 aevi profectum, quo mirari, pro in speculo se
 insensu dixerunt, unde Galli suum mirer, & mi-
 rari nascunt, vide Salmat. ad Treb. Poll. Gal-
 len. cap. 9. & Du Cange Gloss. Latin. in mi-
 rari praeter in fessis spectabat aquas unus Mo-
 net. fessis aquam Thyai. ut vl. 499. Burm.

517. *Planxere Dryades.*] Planxere primus
 Moret. prior. Hamburg. & quinque alii. Repo-
 nit, Planxere & Dryades, praecedenti versu pro,
 pueri plangere primus Gronovianus, prior Er-
 tmanus, & duo alii, pssuere, quod aridet, nam
 quomodo fieri imponeret capillos, qui nul-
 quam erat? Statius Theb. vi. 515.

— *Te plangeret Argos,
 Te Nona, tibi Lerna comas, Larissaque sopples
 Fessis.*

lib. v. Silv. III. 166.

Puer super insulas & magni sumus alumnus.
 Hicinus. Similis error inf. vl. 240.

Evem psuere labori.

Ubi insuere vulgati, in codice Gronoviano erat
 fessis psuere, quod si, fessis psuere? per quem
 scilicet Narcissus perierat, & quasi ejus bullum
 fuerat, solebant enim tumulis imponi capilli, ut
 locum est. vid. Barth. ad Stat. vi. Theb. 194. &
 quos ibi plurimos laudat. ponere vero ideo praec-
 tendendum, quia hoc verbo in consecrationibus se-

re utuntur; & genus erat consecrationis, capillos
 ponere. sic licet alia occasione, Silius lib. 11. 202.

*Oreusbit Sarmentis, flavam qui ponere vult
 Caesariem erinaceum tibi, Gradive, vocat.* Burm.

508. *Quassasque faces.*] Quassas quatuor Medici,
 & duo Cantabrigienses, & unus Heinſii. eadem
 varietas v. Pall. 508.

Et profert quassas comminuitque faces.
 Et inf. xv. 399.

Quassasque cum sulva substravit cinnama myrrha.
 Ubi vide. quassas faces interpretari liceret, quae reseda
 ab arbore, succo suo carent, & aridae sunt. vid.
 & ad Quinſt. Inst. xi. 3. & Gronov. ad Senec.
 de Brevit. vitae cap. x. ex ejus interpretatione quassas
 faces fragiles possemus capere. eligat leciot:
 nobis parum interesse videtur. Burm.

509. *Croceum pro corpore florem.*] Intelligendum
 de calice five interiore parte floris, unde apocryph.
 Dioscoridi dicitur. & Plinius lib. XXI. 19. *Narcissi
 duo genera. unum purpureo flore, & alterum her-
 baceum.* Ubi Salm. Excurs. Plin. pag. 72. *herba-
 ceum*, rescribi jubet, quod repulit Harduinus.

ut & lib. XXI. cap. 5. *calix lacteus.* ubi & di-
 scinguit, *Narcissum calice purpureo.* qualis ab Virgi-
 lio Eclog. v. 38. *purpureus Narcissus* dicitur. ubi
 Servius pro specioso five pulchro capit. Urbianus
 codex hic *niveum florem* habet. sed solis est can-
 didis, calice croceo, ut Salmatius docet. Burm.

— *Trahens.*] *Ducens* Mar. Gileſii.

Praedicata Tiresiae.] Venet. Micyll. & Raener.
Praedicata Tiresiae aegris, cum in Ec. Muscker.
 Ita & Parm. Lugd. Raener. in contemptam praedi-
 cantis Tiresiae. Colon.

Praedicata Tiresiae aegris, ut in etc.] Sic
 scripsi ex V. C. Mirum quos in modos haec mu-
 tent alii, qd. ut pendet a, praedicata, ut fit,
 contemnens ea verba, quibus praedicatum erat a
 Tiresia, obviam eundem esse Libero &c. Gt. 11.

Thebani.] Thebani hedera redimitus procederet a.
f. susciperet p. suis p. m. eo quod. Colon.

Prohibet suos.] Auctus cum MS. Veneta &
 Micyll. *Prohibet suos Pentheus* &c. Mercator. Et
 Parm.

sciam itaque sanctis imperat, ut in conspectum suum Liberam vinculum attraheret. At ille, ut exsanctum eladeret, corrus in devent, ducitur vinculus, & claudatur.

Cognita res meritam vati per Achaidas urbes
Attulerat famam: nomenque erat auguris ingens.
Spernit Echionides ramen hunc, ex omnibus unus
Contentor Superum, Pentheus: praefagaque ridet
575 Verba senis; tenebrasque & cladem lucis ademtiae
Objicit. ille movens albentia tempora canis,
Quam felix esses, si tu quoque luminis hujus
Orbus, ait, fieres, ne Bacchia sacra videres!
Jamque dies aderit, jamque haud procul auguror esse;
520 Quam novus huc veniat, proles Semeleia, Liber.

Quam

Quem nisi templorum fueris dignatus honore;
Mille laeae spargere locis: & sanguine silvas
Foedabis, matremque tuam, matrisque sorores.
Evenient. neque enim dignabere numen honore:
525 Meque sub his tenebris nimium vidisse quereris.
Talia dicentem proturbat Echione natus.
Dieta fides sequitur; responsaque vatis aguntur.
Liber adeit: testisque fremunt ululatus agri:
Turba ruunt: mixtaeque viris matresque nurusque,
530 Vulgusque, proceresque, ignota ad sacra feruntur.
Quis furor, anguigenae, proles Mavortia, veltras
Attonuit mentes? Pentheus ait. acrane tantum
Aere repulsa valent? & adunco tibia cornu?
Et magicae fraudes? ut quos non belliger ensis,

Non

Fam. Lugd. facit in proclat, quod. Raener.
Deum proclat. Bacchus Deum pr. Parm.
Lugd. Micyl. Bacchus Deum proclat. Raener. ab-
tusi Colon. quae vera confata vitium jam i.
Amor. 1. 2. & illi.

Imperat. Insuperat ut in conspectu suo l. v.
attrahat. Colon. vid. ad Phaedr. v. 1.

Attraheret. Attrahat Parm. Lugd. Micyl.
Raener.

Vinculum. Insuperat Colon.

Veni in devent. Id est Poetae verbis non
constat. ubique enim simulam sacrorum Bacchi,
& Tythoneum eum nominat. Quod autem illi
caucibus inclato fores sponte putarent, id nu-
mine absentis Bacchi conferti potuit, neque ob
id necesse fuit Bacchum in Acoetem transforma-
ri. GUSTAV.

Ducitur. Ducitur vinculus, ut in conspectu clau-
ditur. Colon. quae continat seq. Arg. Acoetis
itaque.

511. Fatis. Fati ex scriptis. HEINS.

511. Achaidas. Achaidas legendum, non
Achaidas, & patronymicum pro possessivo, &
pro Graeco manichae potatum, ut saepe in his
seri solet. GLAKTAN. Achaidas praedamatum co-
dices.

512. Considerat. Libri scripti, attulerat. CROF.
Dixerat unus Medicus. Peralderat editio Jan-
soni contra scriptos.

515. Tenebras & cladem. Ex nihil, tenebras-
que. HEINS.

516. Tempora canis. Zimmerman. Prom. t. c.
51. ex MSS. legit, vitis. Sat. III. Theb. 407.

Nixis orati tempora vitis.
Init. v. 110.

Alleat vitatus tempora vitis.
Et XIII. 643.

Hoc Anus nixis circumdata tempora vitis

Continenti.
XV. 676.

Excitatus citta crems albente fateri.
vid. ad Fat. III. 801. HEINS.

517. Bacchata sacra. Bacchia pri. Vatic. p.
Erunt. pri. & sec. Medic. sec. Palat. Cantab.
alique plurimi. sic Trist. lib. 1. Eleg. vi.

Bacchia jerta, in scriptis. HEINS. Ita apud
tiam lib. 12. Theb. 470. MSS. habent:

Cum Bacchia magi

Bacchi.
Et II. Achil. 4.

A tergo detressit Bacchia naves. HEINS.

519. Nuncque dies aderit, quam non proclat
gover esse. Scripti vetuliores, quam jam est
tracal, vel, quam iam proclat. & Jamque dacti-
li, quam haud, vel, iam haud. Scribe:

Jamque dies aderit, jamque haud proclat
esse

Sanus Theb. VIII. 206.

Jamque erit ille dies, quo te proque ex
Tumla colant.

Sedulus lib. v.

Jamque dies aderit nocturna moerit
Horat. I. Sat. v.

Jamque dies aderat.

Deinde repono, veniat pro veniet ex
HEINS. Val. Placc. II. 189.

Jamque dies aderat.

Vid. ad I. Art. 213. Similis augurantis Hamo-
oratio apud Sil. XI. 572.

520. Quam novus huc veniat proles Semeleia, li-
ber.) Inimit Poeta alium quoque Bacchum et-
terem, & antiquum fuisse. nam, ut scribit Da-
dorus, quidam unum duntaxat, alii tres Diony-
sos, & Bacchos fuisse putarunt, sua cuique
sua attribuentes, ac primum Indum fuisse qui
cum exercitu orbem peragravit, & viciniam
lat.

ter, & ex una vitam torculari exprimere omnium
vitis montes decuit, pluraque alia ad usum
humanum excogitata elicerent, ut pro deo co-
lerentur. secundum ex Jove, & Proserpina, vel,
ut alii sentiant, ex Cerere genitum ferunt, qui
primus Joves ad arandum junxisse narratur, quam-
vis cum illis suis comua apponebantur. tertium
ex Jove, & Semele Cadmi filia natum ajunt, qui
saepe deceret inter mulierum choreas summa
cum voluptate nutritus fuit, atque educatus. Post-
modum deinde, quos Thyris armavit, exercitu
congregato, orbem terrarum peragravit, eos qui
pa, inloque viverent, sacra, mysteriaque do-
centes. Saepe praeterea ubique dies publice celebra-
ri, chorosque agi, & musicam exerceri artem
institit. Postremo sedatis inter omnes nationes
victorque dilectis, bellisque ubique sublatis, pa-
cem omnibus largitus est. Quosdam vero ob su-
perbiam, impietatemque ipsam contemnentem,
actantemque Bacchos propter incontinentiam, &
libidinem ab ipso circumlaci: caerimonia vero,
ac austeritate ad corruptelam externarum mulierum
adventu, merita poena affecti. quorum in pri-
mis fuit Pentheus. Haec & multo plura Diode-
orus de Baccho. Ovidius vero, quae ab aliis duobus
quoque gesta fuere, Baccho soli, Jovis, & Se-
meles filio, attribuit videtur. RIGIUS. Tres,
quosdam fuisse Bacchos, sex septem Hercules fuisse
vel pueri norma. sed Ovidius Bacchum unum
cognoscit, neque praeterea alium. Quamobrem
legendum:

Quam novus huc veniat, proles Semeleia, Divus.

Ad illam autem vocem Divus additum fuit Glo-
ssam Liber, quod deinde in textum ipsum ad-
missum est, non sine causa. Nam apud Ovidium nec
Bacchos novus est, nec prius. Dein cum vates
locutus, non debuit Liberum appellare, sed Se-
meles filium, qui novus Divus esset, ita in lib. IV.
Theb. II.

Magnasque noci matertera vites Narent ubique Dei.
Itaque novus Deus, unus Divus. TAN. PAND.
Lib. II. Ep. 69. vid. ad Heroid. Epist. XVI. 322.
Franciscus explicat novus, nobis incognitus, ita ut
emendatione Libi non opus esset.

522. Mille laeae spargere locis. Citat haec ver-
ba Flavii Sospiter Carilius, pag. 109. CROFAN.

522. Et sanguine silvas foedabis. Id est, tuo
sanguine foedas redde. Ita Virg. II. Aeneid. 539.

Patrius foedasti sanguine vultus. CROFAN.

424. Eveniet. Venit exemplaria, Et veniet.
Reclius; quo discipule Bacchum non venera-
tum. CROFANUS. Multi veterum, Et veniet. Lego,
Evenient. In libe 126.

Evenient. dedit ipse mihi modo signa suavi
Phobus.

Vide Notas Fast. IV. VI. 775. & Tibul. I. El. VIII.
HEINS. Tibul. I. VI. 21.

Evenient: Dat signa Deu.

525. Sub his tenebris. In uno meo, sub his la-
tebris. HEINSIUS.

529. Turba ruunt. Ruunt reclius nonnulli. HEINS.

530. Et vulgus proceresque. In meo antiquiore,
& utro Caesellino, Vulgusque, Proceresque. Quod
magis mihi probatur. Vide, quae dixi lib. I. ad
illum locum: Sunt mihi semides, sine rustica nu-
mina, Nymphas, Faunisque, Satyrique et monti-
colae silvanum. Proceres, ut ex Varonis sententia
refert Servius, principes civitatis dicuntur, quia
eminent in ea, sicut in aedificis mutuli quidam, hoc
est capita trahunt, quae proceres nominantur. CROF.

532. Attonit mentes. Lege Attonit, ex Statiano
interprete ad vii. Th. unde attonitus. CORR. PAN.
Attonit Naugeriani codices. optime, quam lectio-
nem Neapolitanus & Urbinas ex nobis agnoscunt,
& sec. Medicus, & excerpta Calandrea. agnoscit
& Scholiales Statio ad lib. VII. Theb. 164. Noster
saepe hoc verbo utitur. Phaedrae Epist. IV. 49.

E c

535 Non tuba terruerint, non striclis agmina telis;
 Femineae voces, & mota infania vino,
 Obscaenique greges, & inania tympana vincant?
 Vosne, fenes, mirer? qui longa per aequora vecli
 Hac Tyron, hac profugos posuistis sede Penates;
 540 Nunc finitis sine Marte capi? vosne, acrior aetas,
 O juvenes, propiorque meae; quos arma tenere,
 Non thyrſos; geleaque regi, non fronde decebat?
 Ille, precor, memores, qua sitis ſtirpe creati:
 Illiusque animos, qui multos perdidit unus,
 545 Sumite serpentis. pro fontibus ille lacuque
 Interiit: at vos pro fama vincite veſtra.
 Ille dedit leto fortes: vos pellite molles,
 Et patrium revocate decus. ſi fata vetabant
 Stare diu Thebas; utinam tormenta virique
 550 Moenia diruerent: ferrumque ignisque ſonarent!

E.

Edemus miseri sine crimine: forsque querenda,
 Non celanda foret: lacrimaeque pudore carerent.
 At nunc a puero Thebae capientur inermi:
 Quem neque bella juvant, nec tela, nec usus equorum;
 555 Sed madidus myrrhae criminis, mollesque coronae,
 Purpuraque, & pietis intextum vestibus aurum.
 Quem quidem ego actutum (modo vos abſiſtite) cogam
 Adſumtumque patrem, commentaque ſacra fateri.
 An ſatis Acrifio eſt animi, contemnere vanum
 560 Numen, & Argolicas venienti claudere portas;
 Penſtea terrebit cum totis advena Thebis?
 Ite citi, (ſamulis hoc imperat) ite, ducemque
 Attrahite huc vincſtum. juſtis mora ſegnſ abeſto.
 I hunc Avus, hunc Athamas, hunc cetera turba fuorum
 565 Corripunt diſcis: fruſtraque inhibere laborant.
 Acrior admonitu eſt; irritaturque retenta,

Et

Et quas ſimulacra Dryades Fauniqua biberent
 Nuncie contactas attonere ſuo.

Maecenas apud Senec. Ep. xix.

532. Aerae tantum Aere reſpiſa valent.] Non

intellexit haec Regius, qui aerea vaſa baculis ſer-
 reis ſaepe perculla explicat. rectius puto capi de
 cymbalis, quae inter ſe concutiebantur, & quae
 sonantem aera vocat lib. iv. 30. recte autem
 adhibe aduſus tibiae cornu; ut Phrygiam intelligat,
 cum aliae eſſent rectae. unde Tibul. ii. l. 86.

Phrygia tibia curua ſono.

Qua utebantur & in ſacris Deum Martis. i. Pont. i.

Ante Deum Martem cornu tibiſum aduſco

Cum canit.

Et inde Berytina. lib. iv. Faſt. 181.

Primitus inſerto Berytina tibia cornu

Flatur, & Iliaea ſeſſa parentis erunt.

Hae etiam in ſacris Bacchi uſos docet Virgilius
 xi. 737.

Uti curua choros inuſit tibia Bacchi.

Ubi Servius πλῆγῶδες & Latinis uſuſam Tibiam
 dictam ait: de qua vide Bartholinum de Tibis,
 lib. i. cap. 6. & Gronov. i. Obſerv. 17. BURM.

534. Bellius cuſis.] Magis placet, quod primus
 Gronovianus pro diverſa lectione exhibebat, belliger
 cuſis. Barber. bellifer. ſic apud Martialem lib. v.
 Epigr. 25. Hares belliger ſuperbus haſta. pro fran-
 des magicae optimus Cantabrig. frandes. argue. ut
 ad thyrſos alludatur. Pro terrerit etiam terrerunt
 multi ex melioribus. HEINS. Illud frondes blandi-
 tur. ut mox 542.

Geleaque regi non fronde decebat.

538. Veſte ſeris miſeri.] Non mirer, & Statiſmi in-
 ſcriptis auſonitate, ac ſyllabae ratione ita poſſente,

& codicis mei teſtimonio, CONSTANT. FANEN.
 Intelligi ſocios Cadmi Regis, qui e Phoenice
 cum eo venerunt. ſed hos initio libri a ſcriptis
 interſectos Noller narravit, ut & omnes ex ſer-
 tibus ſerpentis natos, praeter quinque, qui in
 hoc tempore ſuperſuerunt, ſorte quidem ſerpi-
 ſſe video, ſed illos profugos nominari poſſe na-
 puto. an incogitantiae Poetae luxuriantem acco-
 ſabimus? vident acutiores & doctiores; ut
 perierunt aliqui, non occiſi a ſerpente. ceterum
 Scholiſtae Stati legi, veſte ſeris miſeri. cum
 faciunt Mediceus, Gronov. & excerpta Caluani
 BURMANNIUS.

539. Hac Tyron ac profugos.] Sic legendum et
 vetuſtiſſimis exemplaribus, cum prior lectio, in
 Tyro hac profugos, repugnante ſyllaba claudat.
 imitatus eſt autem Virgiliſ carmen ex primo Ae-
 neid. 68.

Ilum in Italiam portans victoſque penates.

Quia Ovidius Epit. vii. 731.

Ilum in Tyriam tranſer ſelictus urben. NARR.

Hae profugos poſuiſſis ſede penates. eſt etiam ſic
 dictum, ut illud Maronis,

Ilum in Italiam portans, victoſque penates.

CONST. FANENX. A Tyro hac habent manuceſſe. lib.
 itaque legendum pro comperto arbitror. Quia
 Fanentis ſonnet, anſorum ſit iudicium. A Regis
 lib. mihi non placet tranſferri, ut ajunt, de-
 tum diſcedere. Intelligo autem, cum locus
 eſt corruptus, & ſenſus recte percipi poceſt. De
 Tyro ſic Q. Curtius lib. iv. Tyros ſepimo magi-
 quam oppugnari coepta eſt, capta eſt: Urbs & in-
 tuſſate originis, & creora. Fortunae varietate
 memoriam poſteritatis inſignis, condita eſt ab Agri-
 re, diu mare non vicinam modo, ſed quocumque

enſiderant, diuini ſute fecit: Et, ſi ſamae li-
 bra uelut, hae gens litteras prima aut docuit
 ſe ſubſit. De hac etiam Marcellinus lib. xiv.
 Poſt hanc aduſis Libano monti Phoenice regio pla-
 na palatium & tranſſat, uelibus decorata mo-
 ſe & palatium in oſibus amoenitate celebrataque
 ueniam Tyris extellit, Sidon & Berytus, iſdem
 tano Tynſa & Damafcus, ſacculis conditae preſit.
 Et Ovidius lib. iii. cap. xvi. loquens de Alexan-
 dro: Tyronem antiſſimum & ſtrentiſſimum,
 ſibia Caſtaginienſium cognatorum ſibi obſſen-
 tes eſſe & cepi. Juſtinus lib. xviii. Diſcem
 Penates ſiam uocari: poſt multos deinde annos
 a Regi Aſſoniam expugnati, nauibus appoſi,
 Tyris uenit ante animum Trojanae cladis condole-
 re. Dioſorus lib. xvii. ait captam fuiſſe Olym-
 pide cum Croſaxus. Multi veterum, A Tyro
 hac profugos, quod Vivianum, Cioſanum, ac
 Grotium Indice Lucretiano, in o non extrinſum,
 appoſitores inueni. alii aliter codices. Iſto illos
 ſequor, qui Hac Tyron, hac profugos exhibent,
 quod cum quoque lectionem a Schoiaſte Stati
 Theb. vii. uideam agnoſci. dictum ut illud Vir-
 giliſ:

Ilum in Italiam tranſer victoſque penates.

ſius libro iv.

Uſum hinc genitor Tynſi decus, aequore longo

Montem quendam in Latias adueſerit oras.

libro i. 42.

Intulit Latio ſpeta me, Troius, inquit,

Epul Dardanium, & bis numina uicta penates!

Noller lib. iv. Faſt. 251.

Cum Trojam Aeneas italo portaret in agros. HEINS.

812. Veſte acrior aetas.] Supple quod ſupra

Edum eſt, eſſis miſeri. CONST. FANENX.

543. Qua ſitis ſtirpe.] Qua ſonit Stroziae &
 Leident. qua ſitis origine nati Baſileenſis, quod
 repetitur ex lib. i. 415.

545. Pro fontibus illo.] Secundus Palatinus, pro
 fonte ſuo ille lacuſque. quod placebat Heinſio.

547. Vincite molles.] Poſſite ex optimis ſcriptis:
 nam vincite veſtu primo praecederat. HEINSIOS:
 Perdite unus Palatinus. quod melius conuenit 74
 dedit leto.

548. Et patrium retinete decus.] Revocate pro
 diuerſa lectione prim. Gronov. & unus Palatinus.
 ut apud Silium xi. 82.

Revocate in peſtora Caenus. HEINS.

548. Si fata vetabant.] Meus codex, vetabant.
 CONST. FANENX. Primum Gronovianus pro diuer-
 ſa lectione, negabant. ſorte, ſi fata negabant stare
 diu Thebis. HEINSIOS.

550. Ferrumque igniſque ſonarent.] Conſecerat
 Heinſius in ora codicis ſui, donarent.

552. Pudore carerent.] Errore duo libri. mal-
 bat Heinſius, rubore.

555. Sed madidi myrrhae criminis, mollesque coro-
 nae.] In meo uetuloſiore, Joannis Capran. Urſ.
 Brian. Abb. Farnol. & Ald. Sed madidus myrrha
 criminis, &c. In uno Caſteſt. Dominic. & aliis qui-
 buſdam. Sed madidus myrrha criminis, mollesque co-
 rona. CROV. Madidus criminis ſcripti. HEINS.

557. Modo vos abſiſtite.] Plurimi abſiſtite, quod
 eſſet, iurate. ſed nihil mirum. Silius lib. vii. 394.

Auribus aut rapidis (modo puzna abſiſtite) tra-
 dant. HEINS.

558. Aſſumantque.] Mediceus & alii quidam, of-
 ſumantque. ſorte, adſumantque. nam adſumantque
 erat in Moreti. HEINS. Nil multa. vid. ad lib. xi. 87.

564. Strozem.] Lauguet hoc aliquantum. in
 E. 2

Can.

Et crescit rabies: remoraminaque ipsa nocebant.
Sic ego torrentem, qua mi oblabat eunti,
Lenius, & modico strepitu decurrere vidi.

570 At, quaecumque trabes obstructaque saxa tenebant,
Spumeus, & fervens, & ab obijce factior ibat.
Ecce eruentati redeunt; &, Bacchus ubi esset,
Quaerenti domino, Bacchum vidisse negarunt.
Hunc, dixere, tamen comitem, famulumque sacrorum
575 Cepimus: & tradunt manibus post terga ligatis,
Sacra Dei quondam Tyrrhenâ gente secutum.

F A I

Cantabrigiensi erat, sequens venale sata. nisi quis mali speraverat.
566. *Retenta.* Berneggeri codex, *et erit a monita* eleganter. sic statim 571. *et ab obijce factior ibat.* a monita. postquam meminerunt. sic supra 273. *scire ab his.* & IV. 320. *Nati ab his tacuit.* Livius III. 61. *scire ab re bene gesta.* Val. inf. VI. 631. & ad Epil. II. 86. & II. Amor. XII. 20. *VERM.*

566. *Retenta.* Remota Leidensis & Junianus.
567. *Moderamineque ipsa nocebant.* Remoramina Mediceas chartaceus ex optimo codice descriptus, prim. Basil. prim. Regius, alique nonnulli, atque ita veteribus S. Maci Florentinus ac priores Hamburgensis & Erfurtanus pro diversa lectione. prim. Palat. *remoramina* mendote. *remoraminaque.* duo *hermannique.* unus Baron. *remoraminaque.* non male. vide Notas Epil. XIII. VI. 133. *HEUS.*

566. *Decurrere.* Diocorri excerpta Cantabrigiensi, *concurrere* Taurini unus & Leidensis male. proprium de fluvio verbum *decurrere.* vide ad Phaedi. I. fab. 1.

570. *Obstructaque saxa tenebant.* Omnes lib. *f. tenebant.* In lib. tamen Capr. antea em. *tenebant.* postea nescio quid sit substitutum. *Choraxus.* *Tenebant* scripti poene omnes, & recte. deinde *obstructaque saxa* mali Gebhardus Crespind. libro I. cap. XVI. & membranarum Palatinarum, quod & a me repertum est in duobus scriptis exemplariis, & a Freinshemio ad Curtium v. l. 30. videtur approbati. tres ab codice, *obstructaque saxa*, unus Mediceus, *obstructaque*, alius, *obstructaque*, alius item, *obstructaque.* hoc est *obstructaque.* quo alludit unum Morea, in quo, *obstructaque.* primus Gronovianus, *obstructaque.* *obstructaque saxa.* Quincellianus dixit simili comparatione libro 18. Iustin. Orat. cap. 4. *Obstructaque saxa.* verbo parum usitato, sed convenienti tamen. Apulejus Apologia, *mulierem modo nam natorum misera parva dicitur & obstructa.* Ubi nihil necesse contra libros veteres reponi, nisi Suetoniana eo inviant, *substantiam suam alteri subsecrare.* *obstructaque* verbum intel-

 Lib. XI. 680.
Percutit ora manu.
 Ita codices antiqui. apud Lucretium initio libri primi, *percussae corda tua vi.* ut tres vetustissimi

Miscuit: & gelidis in vultibus oscula figens,
 Pyrame, clamavit, quis te mihi casus ademit?
 Pyrame, responde. tua te, carissime, Thisbe
 Nominat. exaudi, vultusque attolle jacentes.
 145 Ad nomen Thisbes oculos, jam morte gravatos,
 Pyramus erexit, visaque recondidit illa.
 Quae postquam vestemque suam cognovit, & ense
 Vidit ebur vacuum; Tua te manus, inquit, amorque
 Perdidit, infelix. est & mihi fortis in unum
 150 Hoc manus: est & amor, dabit hic in vulnera vires.

Per-

codices, quos inscripsi. vulgati *percussae.* & postea idem codices de ore, *lacte mero mentis percussa* *mentis.* quoniam *percussa* illis locis praestiterit, si auctoritate membranarum nitatur. nam ut *percussus* pro *percussis*, ita *percussus* pro *percussis* apud Poetas nonnunquam ponitur. ut ad Maronem Aeneid. I. 413. & aliis locis demonstramus. Cicero apud Gellium lib. XV. cap. 6.
Quamquam Meliorum percussus comidit ense.
 Rutilius lineat. de Nerone & Stilichone particeps:
Ille innumeralem, mortalem percussit ille,
Hic mundi matrem percussit, ille suam.
 Hæretum. Mihi neutiquam hoc, & similibus locis *percussit* probari potest, licet librarii semper forte apud Poetas hæc duas voces confuderint. *percussus* enim hæc vocis *percussere* est significatio, ut notes in terram dare, evectere, sternere, quod in locis, ubi planguntur pectora, locum habere nequit. sic Cicero cum *adfigere* conjungi pro *caedere* & pro *domo* cap. XI. *Hispani machinis* *percutit* *ne resistant posse labefactari,* quibus autem *percutitur*. Virgil. V. 374.
Percutit et sulca moribundam extendit arena.
 Ut etiam *percutit* alii codices. sic quod Sueton. Theophr. IV. & Nerone. XXXV. vocat *percellere*, idem in Tiber. II. dicit *adfigere.* & ita ubicumque forte in pugna res geritur, & aliquis prostratur, malim *percutit*. ut lib. V. 18. 58. & 98. XIII. 312. & hoc mille exemplis adhiberi poterat. *percussus* vero est verberare, plangere. vide sup. III. 330. & infinitis apud nostrum locis. quia vero Hæretus se ad Virgilium hæc pluribus demonstraturum pronoverat, caeque viri illustrissimi notae perierunt, & hic in curis secundis a priore sententia discessisse videntur, nos uno aut altero exemplo ostendimus perieram etiam sæpe *percussus* pro *percussis* exhiberi. sic in vehementioribus animi adfectionibus ego malim uti verbo *percussus*, quam *percussis*, ut recte Pierius ad illum Virgilii locum I. 513. & lib. VI. 475.
Ne minus Aeneas casu percussis acerbo.
 Ut addit idem, mortales tot actibus neglexisse differentiam inter *percussum* & *percussis*, lib. VIII.

122. *Obstupuit tanto percussis nomine Pallas.*
 Lucan. V. 595.
Mens dubitis percussa pavore.
 I. 487.
Nec solum vulgus inani
Percussam ferore pavet.
 V. 737.
Percussaque volare caeco.
 Et ita passim. ratio autem cur in his omnibus *percussis* proferri debeat, est quia transito aperta est a vulnere corporis ad mentem, quam manifeste Cicero ostendit III. ad Att. 12. *Percussisti autem me etiam de oratione prolata, cui volueri ut serbis, medere, si quid potes.* non patitur notandum ratio hæc pluribus hic agere, & ostendere, quam male Barch. ad Stat. II. 260. *percutere* rusticum magis verbum confestat. vide plura apud Praesantissimum Drakenborch. ad Silii lib. II. 213. BURMANNUS.
 130. *Corpus amatum.*] *Amantem* multae editiones & Lovaniensis. *complexaque* etiam tres scripti.
 141. *Oscula figens.*] Prim. & sec. Thom. alique multi, *figens.* similis diversitas veterum librorum apud Lucanum libro VI. VI. 567.
Thessalis incubat membris, atque oscula figens,
Truacavitque caput, compressaque dentibus ora
Laxavit.
 De *figendi* verbo vide quae ad Aconii Epistolam notamus. Temere tamen nihil hoc loco mutandum. Epiciclio Drusi 95.
At miscenda parcas suprema neque oscula fuit.
 Virgil. Ceiri:
Dulcia deinde genis rorantibus oscula figens.
 HEINSIUS. Vide ad Epist. XI. 117.
 143. *Carissima.*] *Carissimus* Balliolensis & Regius sectandus, quod merito Heinsius amplexus est.
 145. *Oculos in morte gravatos.*] In utroque meo, *Jam morte gravatos.* Quod magis videtur quadrare. CROFANUS. *Jam gravatos* rectius veterum nonnulli. videntur Vivianus & Ciofanus. ita Statius Silv. III. ad Uxorem,
Oculos jam morte cadentes. HEINSIUS.
 148. *Inquit amorque.*] *Et error* Basileensis, sed tunc repetitionis vitia perit. IDEM.

Persequar exstinctum: letique miserrima dicar
 Causa, comesque tui: quinque à me morte revelli
 Heu sola poteris, poteris nec morte revelli.
 Hoc tamen arborum verbis estote rogati,
 855 O multum miseri, meus illiusque, parentes,
 Ut, quos certus amor, quos hora novissima junxit,
 Componi tumulo non invidetis eodem.
 At tu, quae ramis arbor miserabile corpus
 Nunc tegis unius, mox es tectura duorum;
 860 Signa tene caedis: pullosque, & luctibus aptos
 Semper habe foetus, gemini monumenta cruoris.
 Dixit: & aprato pectus mucrone sub imum
 Incubuit ferro, quod adhuc à caede tepebat.
 Vota tamen tetigere Deos, tetigere parentes:
 865 Nam color in pomo est, ubi permaturuit, ater:
 Quodque rogis superest, una requiescit in urna.

FAB. V. ARGUMENTUM.

Leucothoë in virgam turcam.

Sol praefatam Leucothoën ex Eurynome & Orebaso Achæmeniae principe, & virginem.

129. *Est et mihi fortis in usum Haec manus.*]
 in manu scripti omnes. nisi quod Jurati excerpta,
 in vitam. Lege, in manu sic manus. atque ita
 primus Vaticanus, & quinque aut sex alii. possit
 etiam legi, *fortis in manu de manu.* HEINSIUS.
 Ego tamen praefertem,
Est et mihi fortis in usum Haec manus.
 Sic vers. 524.
Hec usus praefert tibi, dixit, alumnae.
 SCHLUDERUS apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.
 Virgacius in usum haec volebat.
 130. *In vulnere.*] In vulnere Lovaniensis & u-
 nus Heinsii. vid. ad lib. I. Amor. 1. 5.
 131. *Persequar.*] *Persequar* Sixii codex. forte
 melius. id est, comitabor, ut Lipsii. XI. 119.
 132. *Quoque infantes cum vulnere prosequar un-*
bram.
 Ut infra. 330. ubi eadem varietas, & saepe alibi
 apud Nosteram. *Te sequar* magis Bertrami. BURZ.
 134. *His tamen arborum verbis.*] In meo anti-
 quiore, *locanis*, & uno Caesell. *Hoc tamen.* Hoc
 sequendi genere vident etiam Eleg. III. lib. 1. Trist.
 135. *Est solutis tempus in omni vili.* C109.
Hec tamen ex scriptis. vel *Hoc.* quomodo nonnulli
 nec male GRAYNIUS, *Vos tamen.* HEINSIUS.
ambrosia pectus Vossian. *lucris* unus Heinsii.
 non male.
 136. *Miserique mei illisque parentes.*] *Misri-*
quæ illisque parentes vetustiores plerique. IDEM.
 136. *Hæc nequissima.*] *Hæc* brevissima unus

Melicæus. ut quos *serus* amor etiam Moreti unus
 157. *Fodit.*] In uno MS. Bertrami.
 160. *Pullosque.*] *Nigrosque* Bæliol. & Bernec.
nigros & Leidens. & Gronov. *pullos* Vossian.
 161. *Dixit et.*] *Dixit*; *aptato* codex Menar-
 di & Heinsii, ut milles alibi.
 162. *Sub imum.*] *Sub ipsum* Medic. & Bæli.
 quod *phœvit* olim Heinsio.
 163. *Incubuit ferro.*] Ita Seneca in Hippolyto.
Laqueo non vitam finiam, an ferro incubuit?
 Et ipse lib. XIV.
incubuit ferro.
 Lucius lib. XXV.
Suspendat se, an in gladium incumbat, ne cat-
lum videat. CROTANUS.
 164. *Vota tamen tetigere Deos.*] Heinsius olim
 corrigebat, *suos tetigere Deos*, ut inf. 373. *vult*
suos habuere Deos.
 a *Leucothoë.*] *Leucothoë* Oceanis regis filia in vir-
 gam turcam Parm.
 b *Eurynome.*] *Eurynome* Colon.
 c *Achæmeniae princeps.*] MS. *Achæmenide.* Un-
 de levi mutatione fieri posset *Achæmenide*, vel
Achæmenide, ut Veneta exhibet. sed praefertam
 vulgatam. MÜNCKER. *Achæmenide* Parm. *Achæ-*
menide Lugd.
 d *Origine.*] *Ab origine* Raeren. Heins. *origines*
belli gentium. Colon.
 e *Clymenae ac Rhodo.*] Ita non dabitur referri-
 bere, cum *Arctodis* exhiberet MS. certe rectius

que *Belli gentium*, e *Clymenae ac Rhodo*, *Circos Matri*, & *Clytiae*, quarum palebri-
 tudine ante sollicitum animum egerat, dilexit. f *His cupiens*, ut in antedictis, h *cupi-*
ditatem sedare in speciem suavis *paellas Eurynomes conversus*, *virginem deceptam do-*
lo vitaverit. i *Cujus adulterio Clytie incensa*, qua nundum satiatus erat Sol, k *parenti*
paellas indicavit. Quam ille cum l *terrae desodisset*, m *vitator admissi* n *miserordiam*
exhibuit, o *diducto solo*, cui *subiecta fuerat*, pro ea *virgem* p *inclinam* uelare, qua
 gratissima *Diis bonitibusque esset*, exulit: quae *turca* appellatur. q *Hoc* Hesiodus indicat.

Dixerat: mediumque fuit breve tempus; & orsa est
 Dicere Leucothoë, vocem tenuere sorores.
 Hunc quoque, fidereâ qui temperat omnia luce,
 170 Cepit amor Solem. Solis referemus amores.
 Primus adulterium Veneris cum Marte putatur
 Hic vidisse Deus. videt hic Deus omnia primus.
 Indoluit factis: Junonigenaeque marito
 Furta tori, furtique locum monstravit. at illi
 175 Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat,
 Excidit. extemplo graciles ex aere catenas,
 Retiaque, & laqueos, quae lumina fallere possint,
 Elimat. non illud opus tenuissima vincant

Sta-

181. *quam Arctodis*, quod Raerenius; vel *Archa-*
di quod Veneta repraesentat. Nicellus dedit,
Clymenae Rhodope, item *Circos Matri ac Clytiae*.
 MÜNCKER. *Arctodi* *Circos Matri* & *Clytiae* Parm.
Arctodi *Circos* Lugd. Raeren. Heins. *Clymenae* *Rho-*
dope ac Matri *Circos* & *Clytie*, pro *quarum*
 Colon.
 f *Aut sollicitum animum.*] Sic cum MS. Ve-
 neta quoque & Nicylliana. non potuit hoc con-
 coquere Raerenius itaque reuinxit, *cupi sollicitus*
seru animus fuerat. At homini prudenti sufficien-
 ter vix egerat mutare in *egesserat*. MÜNCKER. Ne-
 scio an egerat damnandum temere. ita enim *spes*
agra *insolent* dicitur Claudiano Consul. Olyor.
 66. & terror Val. Flacc. II. 361.
 g *Et cupiens.*] *Et ita cum cupiens* Colon.
 h *Cupiditatem sedare.*] Hoc est amorem. inf.
 lib. v. lib. 4. *Ne cupiditatem ejus excederet.*
 MÜNCKER. *Sedare* Parmens. *solat*: *Nano* & c. Raer-
 ner. Heins.
 i *Cujus adulterio.*] *Clytie* autem, qua nundum. *in sui*
facinus erat, et *adulterio incensa* parenti &c. Heins.
 Raeren. *Cuius* *facinus fuerat* sol Nicyll. *cui an-*
te sol facinus erat Colon. *incensata* hoc utrum no-
 tare docet Barth. XXII. Adv. II. ut apud Teren-
 tium Heeyr. IV. 1. 47. Phorm. I. IV. 9. & alius.
 k *Parenti.*] *Patri* Colon.
 l *Terrae desodisset.*] Vid. Not. ad Hyg. Myth.
 OP. 15. *Rustia*. praefat. ad Chromat. *protulit* *pa-*
 182 *Arctodis* *reos* *liti* *parus*. MUXE.

m *Vitator admissi.*] Barth. d. I. *viti* *actior* *ad-*
missi *tentabat*.
 n *Miserordiam.*] *Misum* Colon.
 o *Diducto solo.*] *Diducto* Parm. Lugd. Nicyl.
 Raeren. Colon.
 p *Inclinam.*] *Illisum* Colon.
 q *Appellatur.*] *Vocatur* Colon.
 r *Hoc Hesiodus.*] *Et hoc* H. Parm. Lugd. Heins.
 Nicyll. Colon.
 168. *Leucothoë.*] Sic est legendum ex vet. li-
 bris. Fallo est in quibusdam impressis, *Leucothoë*.
 C109. Cantabr. Bernegg. Spremsis, Thuan. prim.
 Reg. prim. Gronov. Arondel. alicui nonnulli
Leucothoë. recte. memini jam supra. de *Leucothoë*.
Leucothoën paulo post narratam audimus. sic
 variant apud Horatium lib. I. Od. II. codices.
 mox *referemus*, pro *referamus* meliores paulo
 ante uno Leidensis pro diversa lectione, *mediam-*
que subit breve tempus, non *fuit*. quod parum
 adest quin amplectar. HEINSIUS. Inf. 399. *tempusque*
subibat. sic apud Martialis lib. X. 23.
 Nulla *(lux) fuit*, *cujus non meminisse velis*.
 Gruterus & Scribnerius, *subit* legunt. BOUM.
 174. *Furtique locum.*] *Furtique torum* Francof.
 177. *Et laqueos, quos lumina fallere possunt*, *El-*
imat.] De hoc secundo De Art. 577.
Mulcibus obtusos, lectum turtaque, sequepso
Disponit laqueos, lumina fallit opus. C109. v.
 In multis codicibus, *qui lumina*. insolentius scri-
 bet videbatur libris, pronomen hoc non respon-

- Stamina, non fammo quae pendet aranea tigno.
 180 Utque leves tactus, momentaque parva sequantur,
 Efficit: & lecto circumdata collocat aptè.
 Ut venere torum conjux & adulter in unum;
 Arte viri, vincisque novâ ratione paratis,
 In mediis ambo deprenti amplexibus haerent.
 185 Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas:
 Admisitque Deos. illi jacuere ligati
 Turpiter. atque aliquis de Dis non trifibus optet
 Sic fieri turpis. Superi risere: diuque
 Haec fuit in toto notissima fabula caelo.
 190 Exigit indicii memorem Cythereia poenam:
 Inque vices illum, tectos qui laesit amores,
 Laedit amore pari. quid nunc, Hyperione mate,

For.

dece proxime praecedenti verbo laqueos. sed sic sepe veteres. Cicero x. ad Fam. 24. *Amor meus ut judicium de me, utrum mihi plus dignitatis in persequam, an voluptatis quotidie sit allaturus non facile discerni.* tui Corraeus dubitare non debuerat, an allatum reponendum esset. Idem lib. i. de Legibus cap. 1. *Lucus ille, & haec Arpinium quercus, agnoscentur saepe a me lectus in Mario.* Quinctilian. lib. viii. 3. *Quoniam Orationis tam ornatus, quam perspicuitas, aut in singulis verbis, aut in pluribus positus.* Hirtius Bell. Afric. 25. *noctes dissequi oculos mentemque ad mare dispersos directisque haberet.* in quibus omnibus masculinum genus prevalet. sed contra femininum apud Livium lib. xlii. cap. 28. *Naves & praefectum insularum dimisit.* & lib. iv. 42. *me pietas quatuor tribunorum, quam Hortensii placabile ingenium plebi Patribusque gratior fuit.* BURM.

178. *Elincat.* Ad lib. i. Amor. xiv. 7. dubitabamus, an *elincat* esset reiciendum; sed nec *elincat* facile movendum esse putamus, ut fabro ferrario convenientius.

179. *Nai fammo.* Net Douza.

181. *Et lecto circumdata collocat aptè.* Arte plerique vetustiores. Forte, *lecto alio*, quod verius puto. nam unus Vossianus, *alte*, lib. x. 462.

— *Et alio*

Adnotam lecto cum traderet, accipie, dixit. Sic & *alio toris* yalium. HEINS. Eadem diversitas lib. ii. Pall. 647.

182. *Coniux.* Coniuxque Patavinus.

184. *Amplexibus.* Nexilas Strozzeae liber.

287. *Aliquis de Dis non trifibus optet.* Optet unum Noreni, Puto,

— *Atqui aliquis de Dis non trifibus optet.*

HEINS. Ita certe Apollo hoc optat apud Lucian. Dial. Deor. Apollinis & Mercurii. *Optet Gebhard.* n. Crep. ii. pro *terpis* etiam *trifibus* Ambros. & unus Moreti.

189. *Haec fuit in toto notissima fabula caelo.* Eodem lib. 567.

Fabula narratur toto notissima caelo,

Muliebri capiti Marsique Venusque deli.

Ubi hanc ipsam rem longo carmine persequitur. CIOFANUS. Fabula haec celeberrima. sed alii addunt, Gallum militem a Marte, quoties ad Venereum iret, positum ante thalami portas, ut quoties Solem Orientem videret, moneret Martem; illum autem aliquando somno correptum jacuisse, & ita Solem deprehendisse adulteros. vid. Lucian. in Gallo & Libanii Narrat. cap. 20. refertur etiam a Servio ad Virgil. vi. 14. & Hygin. 148. vide & Lutatium & Barch. ad Stat. iii. Theb. 274. & vii. 62. & i. Achil. 192. Allegoriam ex Astrologia tradit Lucianus in Astrologia, ut notavit Farnabius BURMANUS.

190. *Exigit indicii.* Conjecerat olim, *indictus*, vel, *indictus* Heinius, quia *exigere alicui poenam* dici probaverat ad Claudian. vi. Conf. Honor. 113. sed nihil tuto. si jam enim illa constructio est admittenda, debet subintelligi, *foli*, cui exigat poenam indicii memorem. *meritam* etiam *psuam* Vossianus. BURMANUS.

192. *Hyperione nate.* Hujus & Emphytaeae filium solem facit Homerus Hymno in Solem. alii ex Aethra vel Thia v. Barch. ad Stat. xii. Theb. 41. Hyperion vero fuit unus ex Titanibus, ut ipse Sol, qui solus bello contra Jovem abstinuit, Serv. ad Virg. Aeneid. iv. 119. & vi. 583. Arnobius vero lib. iv. pag. 135. & 137. recensens quinque Soles, secundum Jovis & Hyperionae filium ait. ad quem locum vide Steuch. Lutatius ad Stat. iii. Theb. 35. refellit varietatem hujus commenti, & Solem *Hyperionem* dictum, quia *saper omnia secula* est. aliam etymologiam habet Schol. Pindari Od. Olym. vii. vers. 72. idem Lutatius vero ad lib. viii. 47. 177.

- Forma, calorque tibi, radiataque lumina profunt?
 Nempe tuis omnes qui terras ignibus uris,
 195 Urens igne novo: quique omnia cernere debes;
 Leucotheen spectas: & virgine figis in unâ,
 Quos mundo debes, oculos. modo surgis Eöo
 Temperius coelo: modo serius incidis undis;
 Spectandique morâ brutales porrigit horas.
 200 Deficis interdum: vitiumque in lumina mentis
 Transfit; & obscurus mortalia pectora terres.
 Nec, tibi quod Lunae terris propioris imago
 Obliterit, palles. facit hunc amor iste colorem.
 Diligis hanc unam: nec te Clymeneve, Rhodosve,
 205 Nec tenet Aeaëae genetrix pulcherrima Circes,
 Quaeque tuos Clytie, quamvis despecta, petebat

Con-

perion filis equum esse dicit. ita vix constat inter fabularum scriptores. BURM.

193. *Forma calorque tibi?* Colorque primus Mevens & Nonius. quod sequentia videntur confirmare. HEINUS.

194. *Leucotheen.* Non variant in hoc nomine codices, quos Heinius inspicit. sed *Leucotheen* vocandum esse post alios docuit Broukhusius ad Prop. ii. xx. 10. Munckerus tamen ad Anton. Liber. cap. 15. diversa facit *Leucothoam*, quae mox vers. 52. memoratur ab hac *Leucothoe*, a Sole amata. sed diversa quidem dea est, ejusdem tamen nominis. & ubique apud Poetas *Leucothea* vel *Leucothoe* meliores codices exhibent. nam dictam voluit quasi *Αεωθύ βέαν*, vel a *Αεωθύ βέαν* & *Μεγάλη*, & a *βέαν*, & *εγ* & *δρα*. Schol. Homer. Odyf. E. 334. unde male apud Virgil. in Circe vers. 396. *Leucothoe* legitur. eorum tertiam *Leucothoem* memorat Plutarch. de banibus in Paetolo, quem dicit esse *Εἰώδης* (quod nomen corruptum puto) *καὶ Αεωθύβης* *πύλας*. hujus vero *Leucothoes* & Solis filius Therfanon Argonauta Hygino dicitur cap. 14. qui a solo Hygino inter Argonautas cum memoratur, Munckerus ex cap. 161. illum eundem esse, qui Philommon dicitur, credidit, quem Noster lib. xi. 715. Apollinis & Chiones filium facit. quae cum esset filia Daedalionis, Luciferi filii, puto in Hygino mendum esse, & hanc Philommona longe diversam esse a Therfanone. sed de his ad lib. xi. agemus. hujus vero fabulae de Leucothea meminit & Valerius ad Rufinum, ne uxorem ducat, qui libellus Hieronymi scriptis subjungitur, ut adnotaverat Heinius. BURM.

198. *Atlo surgis Eöo Temperius, etc.* Seneca de Solis amore, multis omisit versibus, ita loquitur:
 Net suam tempus tenuere nolle,

Et dies tardo remeavit ortu.

Quibus sanè verbis videtur ad hunc nostri Poetae locum respexisse. CIOFANUS. In plerisque scriptis est, *temperius*. & ita olim locutus esse, postea *temperius*, docet Manutius ad Cicer. lib. ix. Epist. 16. & ex eo Taubm. ad Plaut. Perf. v. 1. 26. sic quoque antiquissimus codex S. Germani, apud Collinell. lib. ii. cap. 18. *omnes longius exportari submititque pro natura locorum, aut temperius, aut serius.* ita enim legendum, & ex eodem codice, *salicibus noxia*, pro vulgato *obnoxia* rescriptum. *obnoxia* enim salicibus sunt, herbae cae, quae secari debent, *noxia*, quae aciem salicis retundunt. apud eundem etiam lib. viii. 84. *Temperius* idem codex habet. utitur & Apulej. Metam. lib. ix. & Palladius in Februar. tu. xxi. *si rosam temperius habere volueris.* BURM.

199. *Porrigit horas.* Umbrat sec. Medic. & Neapoli.

203. *Palles: facit hunc amor iste colorem.* Pallare proprie amantem est. i. Art. 729.

Pallens omnis amans, est hic color aptus amanti: Hoc decet, hoc multum non valuisse putari. CIOF.

207. *Ipse.* Amor ipse cum melioribus. HEINS.

204. *Rhodos.* Insula est Lyciae adiacens, Soli adeo grata, ut semper (quamvis nebulofo aëre) aliqua diei hora ejus radii videantur, ut scribit Plinius. *Rhodos* autem *ἄρα τῶν Ἰσθμῶν*, hoc est, à roâ, propter pulchritudinem (ut quidam scribunt) fuit appellata. Nam prius & *Ophiosia*, & à serenitate *Aethera* vocabatur. Diod. vero ait Rhodon insulam à Rhodo puella Neptuni filia ex quadam Telclinum sorore, qui primi insulam tenuerant, fuisse appellatam. RAGNUS. Non de Rhodo insula, sed de Rhodo puella amata a Sole Poeta intelligit. Diodorus in sexto scribit, Neptunum ex quadam Tel-

Net suam tempus tenuere nolle,

Tel-

Concubitus; ipsoque illo grave vulnus habebat
 Tempore. Leucothee multarum oblivia fecit.
 Gentis odoriferæ quam formosissima partu
 210 Edidit Eurynome; sed postquam filia crevit,
 Quam mater cunctas, tam matrem filia vincit.
 Rexit Achaemenias urbes pater Orchamus: isque
 Septimus à prisca numeratur origine Beli.
 Axe sub Hesperio sunt pascua Solis equorum:
 215 Ambrosiam pro gramine habent. ea fœcia diurnis
 Membra ministeris nutrit, reparatque labori.

Dum-

Telchinionum sorore, qui maris filii credebantur, sex liberos naves, & foemellam unam, Rhodon nomine, genuisse, a pulchritudine, ut puto, sic appellatam; *Rhodon* enim neutro genere rosam significat, eamque a Sole dilectam ex ejus compressu septem filios Heliades a patris nomine nuncupatos genuisse. *Hæc* enim Sollicitur. Eustathius autem, & Pherecydes a Diodoro multum dissentiunt. tradunt enim Rhodon, Asopi fuisse filiam, & Phæthontem, Aeglen, Lampetien, & Lampetiam Apollini peperisse. sed ut in ceteris dissideant, in hoc tamen conveniunt, Rhodon puellam quandam fuisse amatam ab Apolline. de qua ut intellegendam sit, ratio hæc facit, quod mulieres a sole dilectas, non autem loca Poeta enumerat. **COXII. FAXES.** In Commentariis Pindari, Ode septima Olympia, Herophyso autor legitur, Rhodon Neptuni & Veneris filiam fuisse. Solem autem amasse Rhodon, & ex ea septem genuisse filios, Océanum, Cercapium, Actinem, Triopan, Macareum, Tenagen, & Phæthontem, vel ut alii, Tenagen, Phæthontem, qui natu minimus fuit, Actinem, Macareum, Triopan, Chayssipum & Candalum, & de hac Rhodo, puella videlicet, hoc loco intelligendum. **MICELIUS.** *Tzetzes* Chil. iv. 137. enumerans Solis conjuges, inter eam ponit Rhodon quoque Neptuni filiam, ex qua Cercapius & Triopos nati. vide *Meurs.* de Rhod. lib. 2. cap. iv. Heliodes vero in Theogonia inter filios Tetayos & Oceani memorat *Chymenem*, & *Ithodiam*, & præterea *Chlytem*, cuius mox apud Nostrum mentio. deinde etiam, *Perphala*, quæ fœte Mater Græcæ. ita ut hæc omnes amicæ Solis fuerint, sorores, & Nymphæ Nephelæ. *Chymenæ* & *Rhodyse* vero est in codice *Menardi.* **BURN.**

que nimis alter Rogerii Twissiani. *ipsoque* hoc iter scribitur. unus Medicus pro omni est lectione, *ipsoque*. Locus mendæ omnino suspectus. **HIERONIMUS.** Puto de Clytie adhuc loqui, & legendum,
 Quæque illo grave vulnus habebat
 Tempore.
 210. *Eurynome.* Eurynome, ut scribit in Theogonia Heliodes, nympha fuit Oceani & Tetayos filia, uxore Orchami, Achaemeniorum reginera fuit Apollinis filia, quæ Ithadioni nupto Adrastum, Argivorum regem, atque Eriphyen peperit. **RUGIUS.** Non admodum variant cœtes, quorum quidam, *Eurynome*, alii, *Eurymme*, unus, *Eurymme*, alter, *Eurimome*. sed vulgata rectè, quamvis Græcorum nomen uxori regis Achaemeniæ tribuere non debuisset videri possit. ejusdem nominis alia Doryclæ filia apud Valer. Placc. ii. 136. tenia Adraiti Mater, Iphiti filia Hygin. fab. 69. & 70. alia adhuc Nyfi filia, Agenoris & Bellerophonis ex Neptuno Mater. Hygin. 157. quæ ab aliis *Eurymede*. alia præterea Ponti & Maris filia, eidem in præfatione. quam nostram esse voluit interpretes. & ab Heliodes in Theogonia ut videtur a Libanio in Diegematiis cap. 1. memorari. **BURN.**
 211. *Filia vicit.* Vicit meliores, & mox, *prisci* *Beli* in quibusdam, vel *prisca* *Beli*, pro *prisco* *Beli*. **HEINS.** *Antiquum* *Belam* vocavit etiam Statius lib. vi. 61. ut rectè Gronovii editio pro vulgato *Bello* restituit. Ita & Scaliger aliam Claudiani eodem modo corruptum locum sanavit lib. 1. *Laud.* Stil. 61. & Silii lib. xv. 750. Heinsius, qui & in Arveni Desic. Olibis 1198. legebat:
 Stat maxima Beli

Aula quorum arguta, domus tudo dente nitescit. Ubi vulgo, *Belli*. cum autem diversi fuerint *Beli*, ut Erucianissimus Petronius in Originibus Babylo-nis ostendit, an sit ille, qui præcipue dicitur *Beli* dicitur *Delio* lib. xiii. 3. non dubitavit. *Periz.* cap. 7. Antiquitatem *Beli* ejus ante Trojana tempora etiam Lactantius lib. 1. cap. 23. ostendit. Epipheto autem illo *prisci*, vel *antiqui* sæpe

Dumque ibi quadrupes coelestia pabula carpunt;
 Noxque vicem peragit; thalamos Deus intrat amatos
 Versus in Eurynomes faciem genetricis: & inter
 220 Bis sex Leucotheën famulas ad lumina cernit
 Levia versato ducentem flamina fuso.
 Ergo ubi, ceu mater, caræ dedit oscula natae;
 Res, ait, arcana est: famulae, discedite: neve
 Adripite arbitrium matri, secreta loquenti.
 225 Paruerunt: thalamoque, Deus, sine teste relicto,
 Ille ego sum, dixit, qui longum metior annum,

Omnia

sæpe solent Poetæ ornare eos, qui primi auctores & conditores gentis vel regni habentur. ut ita *Priscum* *basilium* [orat. lib. 11. Od. 3. vocavit. **BURN.**
 217. *Castissima pabula carpunt.*] Ita vet. libri, *imome* legendum. **CIOFAN.** *Grazina* MSS. *Berminiani*. quæ voces sæpe in MSS. confusæ: sed *pabula* *carpere* dixit & 111. *Amor.* v. 28. & 14. *Sal.* 750. **BURN.**

220. *Adlumina.*] Caligant qui obtundunt lectorem, ad lumina. Neque vident lumina noctibus ancillis convenire. quod nostro solenne est. 2. *Fab.* 743. *Lumina* ad exiguum famulae (Lucretiæ) data *pena* *trahunt.* Quod de *Famulis* ad lumina *morunt* *Danqueus* ad Sil. Ital. 1. vi. 66. non hæc facit. **PARNABIUS.** Rectè *Famabius*, ad lumina enim debet conjugii cum ducentem flamina. vide ad *Petr.* c. 111.

221. *Stamina fuso.*] Hic quoque ex *fuso* fecerunt *filio*. *Peperam.* Annotant præterea, hoc loco *fuso* esse generis neutrius. Idque falsissimum est. Non enim liquido intelligi potest ex hoc loco, cuius sit generis. Mox vero id, quiquid est, perspicue apparebit. **CIOFANUS.**

221. *Lævia versato ducentem flamina fuso.*] Sic propè alibi:

Tortaque versato ducentes flamina fuso. **CIOFANUS.** Veteres plerique è castigationibus, *Tania*. unde suspicio laboratur, *Tania* Nasonem scripsisse. certe non minus, *Tania*. *Virgil.* 1. *Georg.* 397. *Tania* *nes* *lanæ* *per* *coelam* *vellera* *ferri*. cuiusmodi proceleumaticos illi Statioque admodum familiares esse scimus. *Claudius* lib. 11. in *Rufinum* 128. ex veteribus membranis:

*Illic Armenio vulvaris criminibus alae
 Tannia collectas facili volamina nodæ.*
 Vide *Gron.* ad *Stat.* 14. *Theb.* 697. *Lucretius* lib. 2. 874. ex tribus veteribus codicibus,
Lampitar *hic* *quædam* *latitandi* *copiæ* *tennis.*

Nunc legitur, *tennis* *latitandi* *copiæ* *quædam*. *Latonia* tamen *filia* in re simili & *Catullus* in *Argonauticis* dixit, & auctor *Elegiæ* in obitum *Maecenatis* v. 74. *Heins.* *Mollia* *Gronovianus*, ut *et* *Malaxæ* intelligat, ut *Hofychius* & *Poll.* x. 1. §. 12. verant. ita v. *Meta.* 594.

Tou II.

Molliaque impono salicæ velamina curvas. *Apulej.* *Florid.* 111. *Vestis* *tennis* *textu*, *tailla* *molli.* *Virgil.* 14. *Georg.* 338.

Dum sustis mollia pensa

Devolutus. *Lucretius* de *Saltat.* principio, *Avpupes* *spân* *vellet* *μελαντιέ*. *Euang.* *Lucæ* 111. 25. & passim. ita *mellie* *lanam* 111. *Ep.* 70. & alibi. hoc certe præterea placeret, si quid esset mutandum. **BURN.**

224. *Eripite.*] *Lege* ex *side* *optimorum* *veterum*, *abripite* *CIOFAN.* *Veteres* *maxima* *ex* *parte*, *Arripite* *vel* *Abripita*. pro *matri* *secreta* *loquenti*, *Florentinus*, *S. Marci*, & *Urbanus*, *loquenti*. Scribendum fortasse:

Arripite arbitrium matri in secreta loquenti. *Vel*, *arripite* *arbitrium* *matri* *secreta* *loquenti*. *Arripere* *arbitrium*, quo significatu passim apud auctores, *remotus* *ab* *omni* *arbitrio* *locus*. & apud *Nostrum* lib. 11. 458.

— *Procul est, ait, arbiter omnis.* *Nuda* *superfusa* *tingamus* *corpore* *lymphæ*. *Senec.* *Hippol.* vi. 598.

Commodus *paslum*, *presor* *Secretus* *aure*: *si* *quis* *est*, *absat*, *conet*. *En* *locus* *ab* *omni* *liber* *arbitrio* *vacat*. *Hercule* *Oetaco* 484.

Hipp. *En* *locus* *ab* *omni* *tenus* *arbitrio* *vacat*. *Symmach.* *Ep.* 111. lib. 1. *Bajis* *remotus* *arbitrio* *otio*. *In* *secreta*, pro loco secreto. *Met.* 1111. 555. *In* *secreta* *venit*, de *Polymnestore* *Hecubam* *ad* *colloquium* *secretum* *admittente*. *Phædrus* lib. 111. *fab.* 10. *Sodullus* *in* *secretum* *a* *liberto* *suo*. *Auctor* *Octaviae* 690.

Quæ *tristida* *gressum* *conjugis* *thalami* *tuis* *Fifera* *alumna*, *quodve* *secretum* *petis?* *Plinius* *Secundus* lib. 1. *Ep.* v. *Panco* *post* *dies* *ipse* *me* *Regulus* *convenit* *in* *officio* *praetoris*, *illus* *persecutus* *secretum* *petit*. **HEINSIUS.**

225. *Paruerunt.*] *Paruerunt* *probe* *primus* *Mediceus* *cum* *Norico*, dictum alibi. *mox*, *thalamo* *relicto* *veteres* *plerique*. **HEINSIUS.** *Rolico* *etiam* *Douza* *volebat*.

226. *Metior.*] *Emator* *Medic.* *pr.* & *tres* *alii*. *sed* *vulgata* *defenditur* *lib.* *viii.* 504.

K l

228 Mon-

Omnia qui video; per quem videt omnia tellus:
 Mundi oculus. mihi, crede, places. pavet illa: metuque,
 Et colus, & fufus digitis cecidere remiffis.
 230 Ipfe timor decuit. nec longius ille moratus,
 In veram rediit faciem folitumque nitorem.
 At virgo, quamvis inopino territa vifu,
 Victa nitore Dei, pofita vim paffa querela est.
 Invidit Clytie, (neque enim moderatus in illa
 235 Solis amor fuerat) fimulataque pellicis ira
 Vulgat adulterium: diffamatumque parenti
 Indicat. ille ferox immanifectusque precantem,
 Tendentemque manus ad lumina Solis, &, Ille
 Vim tulit invitae, dicentem, defodit alta
 240 Crudus humo: tumulumque super gravis addit arenae.
 Diffipat hunc radiis Hyperione natus: iterque
 Dat tibi, quo poffis defoffos promere vitus.
 Nec tu jam poteras enefum pondere terrae
 Tollere, Nympha, caput: corpusque exfanguie jacebas.
 245 Nil illo fertur volucrum moderator equorum
 Poff Phaethontecos vidiffie dolentius ignes.

Ille

Ille quidem gelidos radiorum viribus artus,
 Si queat, in vivum tentet revocare calorem.
 Sed, quoniam tantis fatum conatibus obstat,
 250 Nectare odorato fpargit corpusque locumque,
 Multaque praecueftus, Tanges tamen aethera, dixit.
 Protinus imbutum coelefti nectare corpus
 Delicuit, terramque fuo madefecit odore:
 Virgaque per glebas fenfim radicibus actis
 255 Turca furrexit; tumulumque cacumine rupit.

FAB. VI. ARGUMENTUM.

* Clytie Nympha conjux in herbam heliotropium.

¹ Clytie Nympha fupra dicta, ob injuriam ab amatore deferta, in tenuem viferibus est, ut in herbam converteretur, ² quae primum confervans ³ amorem Dei, Heliotropium diceretur, cursumque fervaret ejusdem Dei.

AT Clytien (quamvis amor excufare dolorem,
 Indiciumque dolor poterat) non amplius auctor
 Lucis adit: Venerisque modum fibi fecit in illa.
 Tabuit ex illo, dementer amoribus ufa,

260 Nym-

228. Mundi oculus.] Conjecerat Heinſius. mundi oculus, mihi crede, places. id est meis oculis, qui funt mundi oculi. eleganter vero hoc illustratur loco Macrobii lib. 1. Satur. cap. 21. Oſirin Aegyptii ut Solem eſſe adferant, quoties hieroglyphicis literis fui experire volunt, inſculpunt ſecutum, inque eo ſpeciem oculi expriment, & hoc ſigno Oſiri monſtrant, ſignificantes hunc Deum Solem eſſe, regaliſque potestate cuncta ſublimem deſpicere; quia Solis Jovis oculum appellat antiquitas. vid. Linzerling. Diatrib. poſterior. pag. 203. ſic & Manilius ſtellas vocat, mundi oculos lib. 1. 133. vid. ad lib. 1. 769. BURM.

229. Et colus, & fufus digitis cecidere remiſſi.] Male eſt in quibusdam typis excuſis, Et colus & fuſi. Iſto modo vet. omnes. Hunc quoque locum imitatus eſt Seneca in Hippolyto 103.

Pellicis zelus canant:
 Et inter iſta cauſa labantur manus. CROFAN.
 Teſtis, (vid. ad lib. vii. 348. ubi ex MSS. cecidere illis animiſque manuſque) & mox faciem proſperam in veſtibus. HEINS. Haec mihi nimis ſimplicia videntur, & quoties genium Poetae intuetur, vix ambigo quin legendum ſit:

Metuque
 Et colus & fuſi manuſque cecidere remiſſi.
 Sic lib. ii. v. 62.

Et pariter cuiuſque Deo, ſtellarumque coloraque
 Excide.
 Et vult. 175. hujus libri,

Et mens, & quod opus fabrilis dextra tenebat
 Excidit.

Solet enim Naſo ejusmodi confirmationibus ingenium ſuum aeque ad animi ac corporis partes extendere. ſed quia colus & fuſi in proximo erant, ficile inde error natus eſt. Scanzonus apud Tin. Fabr. lib. ii. Ep. 71.

231. In veram ſpeciem.] In utroque Caeleſti de veram faciem. CROFAN. Et ita multi ſcripi. deinde ſolantumque vigorem MSS. Berinaani.

234. Moderatus in illam.] In illa idem meliores plerique. inf. vi. 290. in illa eſt. vii. 21. 89. viii. 50. merito Deus aſtit in illa. 15. 724. ardetque in virgine virgo. xiv. 170. inque ſigura Caſta Dei Nympha eſt. vid. Ep. iv. 99. mox diſſimulatumque malum, quam diſſimulatumque. HEINS. In illa etiam Barth. xxxi. Adv. 3.

235. Pellicis ira.] Pellicae faevit Gronovii unit. ſed male. ita & mox. verſ. 277. ira vero pellicis hic eſt in pellicem concepta. ſic dolor pellicis Quint. Decl. x. 9. quem Ovid. 111. Art. 677. de pellicae dixit. ſic metus Pompeji, quo metuitur, Saluſtius Inſarum Legatarum Liv. 1. 13. & ſimilia. de cubus vid. Voſſi. ad Pompon. Mel. ii. 7. Barth. ad Sat. v. Th. 65. & xi. 310. Brouekia. ad Prop. ii. vii. 65. & alios plures, qui hoc monerunt. BENST.

239. Defodit alta humo.] Supplicium ſollemniteratae virginitalis, quo Romanos etiam in virgines Veſtales animadvertit eſt notiffimum; & recte Farnabius notavit. vid. vi. Faſt. 458. defodit

ſola Junian. Leid. & duo alii.
 229. Tumulumque ſuper.] Cunctulumque duo ſcripti, praeter ſuperaddit Voſſian. & duo alii. gratia ſuſtor mehi.

231. Diffipat.] Gebh. ii. Crep. 9. attondit ex MSS.

241. Deſſet promere vitus.] Deſſet Junianus. & alius. ſiſto paſſi deſpromere Cantabr. & tres alii. deſſet Voſſ. & tres alii.

243. Nectar.] Citat haec Priſcianus lib. ix. pag. 862. ut probet aeternum dici. unde patet quosdam codices male habere, deſſetum, vel, evexum, evellens vel imellam, vel attritum, vel deſſetum.

246. Phaethontes ignes.] Phaethontidos primus Melteus. Lege, Phaethontiacos. & ſic apud Latinum Elegia de Phoenice, nonnulli codices vetuſti:
 Cum Phaethontiacis flagrare ab ignibus axis.
 Non Phaetonis. HEINSIUS. Phaetonidas Bononacensis unit.

247. Tentis.] Tentis cum Genevenſi. HEINS.

249. Tactus fatum conatibus obſtat.] Conatus unus naeus. Poite, manus conatibus. mox, ſpargit pro ſpergit ſcripti. Idem.

250. odorato.] Odorifero tres libri.

251. Multaque coanqueſtus.] Libri ſcripti, Multaque praecueſtus. Rectius. CROFANUS. Perqueſtus Cantabr. & decem alii. poſt queſtus. pr. Meurſ. ſed praecueſtus praestat. ut ſupr. vi. 84. multa prins queſti.

253. Delicuit.] Laudat Priſcian. lib. ix. p. 865.
 254. Radibus attis.] Remed. 106.

Et mala radices alius arbor agit.

Hoc etiam legit apud Ciceroſum. CROF. Aulii Thuanus. ſed rectum eſt, attis, ut lib. ii. 583. & paſſim.

255. Tumulumque.] Cunctulumque & hic nonnulli ſcripti, quae ſollemniter permutatio. ut & lib. xi. 4. xiv. 137. & alibi.

* Clytie.] Clytie Ortami conjux in herbam heliotropium. PARM.

¹ Clytie Nympha.] Clytie Nympha fupra dicta, ante dilecta ab injuriam PARM. Lugd. Micyll. & Raener. niſi quod, a ſole dilecta habet. ſed Colon. Clytie n. praedicta ob injuriam, ante dilecta ab amatore deferta, in viferibus tenata, ut.

² Quae primum.] Quae, quia primum confervavit amorem, cursumque obſervaret ejusdem Dei, Heliotropium dicta eſt. Micyll.

³ Amorem Dei.] Ejuſdem Dei. PARM. Lugd. Raener. Heinſ. Dei deſt Colon.

259. Dementer amoribus uſa.] Vehementer prior Gronovianus & quatuor alii. ut Julius lib. xi. 7. de Alexandro nodum Gordium fecante, dixit, violentius uſus oraculo, quamvis ibi ſcauſus penſum diverſus. amoribus uſa Junianus. ego niſi mutem. dementer uſa, eſt abuſa, male uſa. ſic contra ſeponter uti maneribus Deorum Horat. iv. Od. 9. BURM.

260 Nympharum impatiens; & sub Jove, nocte dieque;
Sedit humo nudà, nudis incomta capillis.
Perque novem luces, expers undaeque cibique,
Rore mero, lacrimisque suis jejunia pavit:
Nec se movit humo. tantum spectabat euntis
265 Ora Dei: vultusque suos flecebat ad illum.
Membra ferunt haesisse solo: partemque coloris
Luridus exsanguis pallor convertit in herbas.
Est in parte rubor: violaeque simillimus ora
Flos tegit. illa suum, quamvis radice tenetur,
270 Vertitur ad Solem: mutataque servat amorem.

F. A. B.

F. A. B. VII. VIII. IX. X. XI. ARGUMENTA.

Daphnis Idaei filius in saxum. * Scythone ex viro in feminam. Ex imbris procreati Celmus & Adamas. Crocus & Milax famuli in florem. Salmacis & Hermaphroditus in unum corpus.

Postquam Leucade narrare desit, poscitur Alciboe; quae narrationem incipiens, ut se non dicturam de Daphnide Idaeo pastore, qui, quod fidem conjugii non praestiterit, in saxum abiit. Nec de Scythone, qui ex viro in feminam cesserat. Neque etiam casus retuleram Celmi aut Adamantis, Curetumque, qui ex imbris sui procreati; vel aut de Croco aut Milace, qui in florem versi sunt. Refert quoque Salmacidem Cariae fontem, cujus liquore contacti in molliem versi desiguntur. Mercurius enim ex Venere, qui duplici figura Hermaphroditus vocatur, genuisset, eoque Naiades Nymphae in Ida monte educavissent, relictiis sedibus, in Cariam venit. Hoc conspicato fonte opacissimi soli ac perlucens aquae, cursum continuat. Quo diutius eo loco morante, Salmacis Naiadum dum flores legit, conspicatis vestigiis, diligere eum coepit. Qui paulatim circa montem Nonacrinum moratus, dum blanditiâ

260. Nympharum impatiens.] Patiens patris. Patiat. Spiculis, & quinq; aut sex alii. ut Zulichenius, Nimborum patiens, ut Fall. iv. 595.

Sub Jove duravit multis immota diebus, Et Lunae patiens & pluvialis aquae.

Et libro II. 219. Sub Jove durabant & corpora nuda gerabant, Dextra graves imbris & tolerare Notos.

Horatius lib. I. Od. VIII. Oderit campum, patiens pulveris atque solis. Et libro IV. Od. 5.

Non hoc semper erit liminis aut aquae Coelestis patiens latus. HEINSIUS.

Nympharum unus Heinsii. silvarum Regius & Thuan. de verbo pati vid. ad I. Amor. IX. 13. Nympharum impatiens potest explicari, quia nesciat earum consuetudine uti, nec comitari eas.

260. Et sub Jove.] Sic & IV. Fall. 595. Sub Jove duravit multis immota diebus.

Et I. Arg. 225. Turpis & agricolas, qui vomere semper adiungo; Et gravibus rastrois sub Jove versat humum.

Horatius Oda I. lib. I. — Manu sub Jove frigide. Venare tenerae conjugii iuniorum.

Dicebant &, sub dio. Cicero Oeconomico, fortis & sub dio esse. Cato.

261. Sedit humo nudà.] Humi nudae fragmentum Moreti, quod attulit. Lypulcius lib. I. Metam. ex veteni codice. Gaudium nullum areosae humi in anni viciis contigit. HEINSIUS. Milii vulgata aridet propter ea, quae novissimus sup. 121. unus etiam Gronovius, sedit humo gelida, ut I. Tili II. 94. sed vid. Epist. XIV. 100. deinde sparsis capillis Leidenis. viridis Gronov. sed nudas capillos dicit eum lib. VII. 183. BURM.

261. Madidis incompta capillis.] Ido. vet. nudis incompta capillis. Quam lectionem libentius sequor. GIOFANUS.

261. Perque novem luce.] Decem mensis MSS. Berliniani.

263. Jejunia pavit.] Soleit Strozzae liber, quod repetitum videtur ex lib. v. 534.

264. Spectabat euntis.] Spectabat euntem ore Deum. Cantabr. spectabat euntem ire diem Medix.

265. Flecebat.] Referebat duo scripti. sic lib. III. 245. ad nomen caput ille refert. varietat MSS. Berliniani.

270. Mutata.] Fuit & Clytia quaedam Mero- pis filia, quae nupta Eurypylo, Coorum regi, Chaontem genuit, qui fontem Boream, five Buri- nencem primus invenit. de quo Theocritus Idyllo septimo. Haec Con habitasse sentit, tunc cum Hercules illam obideret, Cereremque hospitio accepisse, quando illa filiam à Plutone raptam pas- sim per terras omnes quaesivit. MICYLLUS.

Daphnis Idaei filius.] Immo Mercurii erat filius. vid. Serv. ad Eclog. v. 20. Philargyrius ama- tum dicit a Nympha Iyca. scribe. Sicula. nam Diodorus lib. v. Daphnim facit Siculum. Confer Theocr. Eid. I. vers. 66. & hî Scholia: nec non Parthen. Erotic. cap. 20. MÜNCKER.

Postquam.] Principium hoc varie exhibent editiones. Parmensis & Lugdun. incipiunt, Adjicit quoque de Daphnide Idaeo pastore dictura, &c. quâ b. c. n. p. abierit in saxum. deinde reliqua argumeta suis fabulis praemittunt separata. Raener. Rogans Alciboeën suas sorores, ut aliquid quæ- re fabularum narret. Narratura deliberans, ait, se non dicturam &c. quem sequitur D. Heinsius, sed Colon. His narratis, praeterea se dicit voluisse amores Daphnidis Idaei pastoris, q. q. b. c. n. praestitit, abiit in saxum.

Ait se non dicturam.] Quae ante haec verbo habentur, eum à MS. abessent, ex Micylliana addidi. Sed pro Leucade scribendum, Leucade. vide Heins. ad vers. 168. Leucippus appellat Ant. Libe- 192

265 cap. 10. MÜNCKER. Micylliana habet, praeterea se dicit voluisse fabulas, ut de Daphnide &c. in saxum abiit.

Ait de Scythone.] Nunc Lugd. Et de Sithone Micyll. Scythoneque ex viro in feminam mutationem, ut non ex calce Celmi &c. creati. Colon.

Celmi.] Sic & Venet. & Micyll. cum MS. Ego restus ei calce Celmus fui. Vide quae dicta sunt nobis ad Hyg. Mythol. cap. 139. MÜNCKER.

Nec de Celino Jovis nutritio, qui in adamanteum convorsus est Raener. Heins.

Vel aut de Croco.] Ita rescripti ex Venet. cum sol aut de &c. praesertim MS. MÜNCKER. Vel de Croco Lugd. retinere se etiam dicit de Croco & Similae Micyll. Colon. nec de Similae virgine, quae Graecam adolescentem amans, eo frui non potuit: factique in flores ambo conversi. Raener. Heins.

Milax.] Sic in duobus codicibus antiquis, Florentino nempe & Neapolitano, invenit Nob. Heins. Sanè Milax pro Σμιλαξ usitatum etiam Graecis. Anton. Liber. cap. 10. Εὐρόπῃ τὸν ὄσον καὶ Μίλαξ. Ad eundem planè modum Μίλαξ vocat arborem tibiam Theophrastus, quae Σμιλαξ est Nicandro. Et παρὶς dicitur Athenaeo piscis ille marinus, qui aliis σμαξίς vocatur, praenissio Σ, quomodo dicitur μαρξὲς & σμαξίς, μαρξάσσα & σμαξάσσα, μαρξάδα & σμαξάδα. MÜNCKER.

Refert quoque.] Haec est lectio MS. & Venetae. Sed pro quoque putes scribendum denique Micyllus dedit, sub de Salmacide Cariae fonte velle refert &c. MÜNCKERUS. Placuit deum Salmacidem C. fontem referre. Raener. Heins. refert autem de Salmace fonte Cariae, c. l. c. molliem desiguntur. Colon.

In molliem.] Molliem desiguntur Micyll.

Mercurius enim.] Mercurius enim, cum ex V. Minerva, qui d. forma & figura Colon.

Qui duplici.] Eum qui a duplici Iugis. Hermaphroditum formosissimum adolescentem genuisset Raener. qui duplici forma & figura Colon.

Conspicato.] Conspicato Colon.

Opacissimi soli.] Sic cum MS. & Veneta. Micyll. soli. MÜNCKER. Fonte perlucens aquae usque ad unum solam Raener. Heins. ad fontem perlucens aquae continit cursum, quem diutius eo loco morantem, Colon.

Salmacis Naiadum.] Ita cum MS. etiam Venet. & Micyll. Sic infr. lib. XIV. fab. 16. Pomona Hymadryadum. Gracissimus est elegans, de quo diximus nonnulli ad Hyg. Myth. cap. 255. Non ceperunt elegantiam locutionis, qui supplerunt, Salmacis una Naiadum. Horat. lib. III. Od. III. Fies nobilium tu quoque fontium. Intellige Min. Aelian. Var. Hist. lib. VI. 7. Οὐδένα ἄρα τῶν εὐλατῶν, Aristoph. Plut. Act. II. Sc. III. vers. II. Εὐ γὰρ τῶν Φίλων. Sc. 66. MÜNCKER. Una Nympharum Colon.

Conspicatis vestigiis diligere eum coepit.] Ita Giffel. Sed à MS. Raener. & Venet. abest τὸν eum, Micyllus edidit, conspicatum illius diligere coepit. Barth. Advers. lib. XIII. cap. II. emendat, conspicata in vestigiis, hoc est, inquit, illo ipso momento. Non accedo. MÜNCKER. Cum Micyllus facit Colon.

Circa montem Nonacrinum moratus.] Haec vero falsum est. Micyll. Qui circa fontem panthalicam moratus. Iovis, circa fontem eum Larium. MÜNCKERUS. Dum igitur circa montem Nonacrinum moratur, tentaturus eum Nymphae precibus, tunc liquoris blanditiâ, paulatim in fonte se mesit, confestimque, Raener. Heins. Ille autem circa fontem panthalicam moratus d. blanditiâ l. p. X. tentatur. Colon.

hâ liquoris precibusque tenetur Nymphæ, in fonte se mergit, ac confestim complexam Naiadis inhaesit, nec ante ab ea dimissus est, quam à diis impetrasset, ut tunc ei cederet speciem. Data itaque venia, Thermopyradibus postquam se accubaverat in vicinum nec feminam factum, à parentibus impetravit, ne infamis solus esset, ut quicumque ejus fontis aqua contactus esset, perinde, ut ipse, mollesceret.

Dixerat: & factum mirabile ceperat aures. Pars fieri potuisse negant: pars omnia veros posse Deos memorant: sed non & Bacchus in illis. Poscitur Alcithoë, postquam siluere sorores:

275 Quae

* In fonte.] Fonte se mergit; at Parm. fonte f. Isidem 384.

m. ac Lugd. fontis se mergit. Colon.

* Complexu Naiadis.] Sic quidem cum Baccho etiam Veneta. Praefero tamen Micellanum, complexibus Nâis inhaesit. MUSEKER. Ita & Colon.

* Cederet.] Cederet Micellus. quod magis ardeat. MUSEKER. Ita & Colon.

* Data itaque venia.] Cum impetrasset, quod petierat. Nepos Them. 10. Cupidusque talum vicinis sibi concessit, veniam dedit. Pausan. cap. ult. si hanc veniam sibi dedisset. Eumen. cap. 6. Quam veniam si sibi daret. Plaut. Rud. 11. 2. veniam jam dare possis. Hyg. Mythol. cap. 45. Pandion ei veniam dedit. ad quem locum plura invenies hac pertinentia; in quibus venia non est, 2841, sed 2977. Adde quae Priscaus scripsit ad Apulej. Apol. pag. 212. MUSEKER. Est venia Colon.

* Quicumque.] Quicumque e. f. contactus sensisset p. sicut 126. Colon.

* Perinde.] Prout Parisiens. Racuer.

* Mollesceret.] Vicius Sequester. Salma's Carvæ, ex quo qui bibit mollescit, idem & obsecans fit. MUSEKER.

271. Fastidia mirabile ceperat aures.] Miserabile unius Helmsii & tres alii. Jacinto Argentor. moverat aures prim. Basil. ceperat omnes tres.

273. Sed non est hæcibus in illis.] Sed non & ex melioribus. libro xv. 74.

— Talibus ora

Desta epidem sicut, sed non & tradita verbis.

Vall. iv. 325.

Costa quidem, sed non & credita.

Sic & in castigatore Pont. 1. El. viii.

Sani tibi, si vivas, nebris quoque confusa quondam,

Sed non & vestra parva legenda manna.

Virg. Aeneid. vii. 736.

Parris sed non & filius arvis

Centurii.

Lib. vi. 58.

Dardaniat veniens in regna Latini,

Sed non & vestis volens.

Lib. x. 343.

Academ jactis, sed non & figure contra

Est lituum.

Vasque talia huc

Ditta coluit Lævi: sed non & Troia hinc

Ditta parat contra.

Sibus libro v. 521.

Sed non & Consul missa contedere uls

Fortunam optatas caedis parat.

Rarus libro xvi. 379.

At postquam Atlas, sed non & segetis hui

Postremo Durio.

Idem libro xv. 492.

Talis in Ausonia, sed non & talis hinc

Armorum evocatis campis.

Quomodo & illic optatae membrae. ut & 4. pud Claudianum iv. Conf. Honorii 392.

Maestius largi, sed non & prodigii auri.

Et de bello Gileonico 389.

Est illi paribus, sed non & meritis idem Mafcezel.

Lucanus libro ix. 757.

Aequoribus placet: sed non & sufficit humer.

Quae etiam genuina scriptura veterinarum membrorum fide atque auctoritate confirmata, Vales. Flaccus lib. 1. 503.

Sed non & Scythiæ genitor discrimine nati

Intrepidus. HEINS.

276. Vulgatos taceo dixit pastoris amores Daphnidis Idaci.] Quia fabella Daphnidis non multum proxima est nollis, eam ob hoc ita explicamus. Daphnis Mercuri filius fuit, quem Nympha Thalia nomine deperit electisque arsit, ut ait Sositheus. Haec postea suspitione pellicis offensa, Daphnidis congressus amota est, ac ille amatis desiderio exarduit. Cujus mortem longo examine desset Theocritus. Ovidius 1. Art. 732.

Pallidas in lena Naide Daphnis erat.

Cur autem hic Poëta dicit eam in saxum commutasse Daphnim, declarandum sic censeo: quemadmodum Niobe lapidea fingitur, auctore Cicerone, propter aeternum in luctu silentium, ita credidem pastorem hunc dolore respicere amentum ac stupidum indar statuae iugiter fuisse; nec non ex illo stupore ac interno dolore creaturum. Quo intellecto hanc quocumque Poëta Noëta a Theocrito dissentire videbitur in morte Daph-

275 Quae radio stantis percurrens flamina telae, Vulgatos taceo, dixit, pastoris amores Daphnidis Idaci, quem Nympha pellicis irâ Contulit in saxum. tantus dolor urit amantes.

Nec loquor, ut quondam naturae jure novato

280 Ambiguus fuerit modo vir, modo femina, Scython.

Te quoque, nunc adamas, quondam fidissime parvo,

Celmi, Jovi: largoque fatus Curetas ab imbri.

Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores,

Praetereo: dulcique animos novitate tenebo.

285 Un-

ante, et nonnulli male iudicant. JACOBUS A CAPO. Daphni, eju's alterum Virgilius quoque post Theocritum dedit, Mercuri filius fuisse me-

moratur, ita Nympha, nomine Thalia (ut quidam dicunt) adamas ita est, ut pellicem verita & malum, in saxum illum transmutavit, quamvis Theocritus illum amore tabuisse cauit, id quod Ovidius quoque alibi innuere videtur, cum loquit, Pallidas in lena Naide Daphnis erat.

Idem, Phrygi vel Cretensis nam & Ida mons est Iapyge & Crete. HEINS. De Daphnide Mercuri filio pastore meminit & Diodesorus libro quinto. Sed hic Scythum illum facit, non Idæum, & a Nympha, à qua amabatur, pellicis invidia, nulli parum sit. Unde verisimile est, hunc aëta ab eo esse, de quo hic Ovidius mentionem facit, non fabulam saltem à diversis diversè, id quod in aliis mobilis fieri videmus, tractatum. METELLUS.

27. Nymphae.] Nymphae malo etiam, Idæam sicut lep, quoniam, Daphnide Idaci. Fabulam aliter meminit, id cum Nefone consentit Servius ad el. 8. Elog. viii. HEINS. Parthenius in E-logio cap. 29. ex Timaeo aliter narrans, Nymphan Ichemida vocat, & Daphnidem a regina quondam Siciliae inebriatum, cum ea coisset, unde oculis privatus, ut Thyrras. similiter ferre Aelianus lib. 2. Var. cap. 18. ubi vide Compendiosum. quibus fere Servius ad Virg. Ecl. v. 70. consentit, & Philargyus, qui Lycum Nymphan vocat. Servius vero ad Elog. viii. Notatam, & Pellicem Chimaerum, vel Fiplocum. in hunc Daphnida est & Epigramma in Antholog. lib. iii. cap. 7. pag. 317. cui Pan mortem Daphnidis dedit.

Qua est enim γρηγορίου ἔργον ἴσον, οὐκ ἔστιν ἄλλοις ἢ τρηγορίου ἔργον Πάνος ἑστὸν κρηγορίου, Τρηγορίου, ἢ πελαγονίου ἢ ἄλλου, ἀλλὰ τὸ ἴσον, ἢ ἑστὸν τὸ ἴσον ἢ ἄλλοις. Ἄλλοις, ἢ ἑστὸν τὸ ἴσον ἢ ἄλλοις. Ἄλλοις, ἢ ἑστὸν τὸ ἴσον ἢ ἄλλοις. Ἄλλοις, ἢ ἑστὸν τὸ ἴσον ἢ ἄλλοις.

Quod nos, cum haec scilicet, ita veritatem. Non pro cum iactis posthac errore capelli; Virtus Marcialio non habitare volo.

Quid mihi dulce fuerat, exsistit Daphnide; suaves,

Daphnide, qui nostri pastoris ignis erat.

Tela telam; fraxus altera captare serenas

Mitatis; non Panis, quae placere, placeat.

BOVET.

278. Contulit in saxum.] In uno meo & Domitiane. Transfudit. Ceter. Et ita Junian. tert. Medic. & alius. & placet Parthenio.

279. Nec loquor.] In nonnullis, nec loquor. NAUCLEUS. Nec loquor, pro loquor vetustioribus. HEINS.

280. Ambiguus fuerit modo vir.] In uno Caesell. Ambiguus fuerat. In meo vetustiore, Urini, & altero Caesell. fuerat. Utrum rectius, vidant alii CIOFARUS.

280. Scython.] In aliis editionibus, Sitchon, a quo e scriptum legitur. utrum rectius, alimare non possum, quando ipsa fabula alias, quod sciam, nusquam extat. Meminit autem & Parthenius de Sitchone quodam, qui rex Odontotorem, qui Thraciae populus est, fuerit, filiamque Pallidem habuit, cujus procos, ut fecerat dixerat, cogere solitus sit, tanquam ei daturus filiam, qui fortissimè se in pugna gessisset. Postremo autem cum ipse certamini, aetatis causa, par amplius non esset, in gratiam filiae, duos procos, quorum nomena Clytus & Dymas, inter se commiserit, ut uter vicisset, filiam cum regno acquireret. Sed Pallene cum Clyto magis foret, petuisset antequam Dymandis, ut fabulam rotæ, sive axi non inferret, perfecti, ut inter praecidendum cum Dymandis disjecto, Clytus victoriam auferret. Qua fraude mox detecta, cum pater Dymandi suus & rogum, ubi corpus ejus cremaretur, extraxisset, velleque isidem & Palleneam machiare, spectro quodam divino, & solitis imbribus effusus, ab incepto deterrius est. Haec Parthenius cap. sexto Ironicorum. Atque ab hoc Sitchone monti nomea factum videtur, & item regioni MICEVITUS. In veteribus omnibus, Sitchon. CIOFARUS. De Sitchone vide Berckel. ad Steph. de Urbib. in Παλλιδος.

281. Te quoniam nunc Adamas.] Celmar, (qui

285 Unde fit infamis; quare male fortibus undis Salmacis enervet, tactosque remolliat artus;

Dis

& Calmus vocatur) unus fuit ex Idaeis dactylis, matris Jovis, cum parvus erat, fuit admodum gratus. Postquam vero Jupiter deorum imperium ei adeptus, ipsum in adamanteum convertit, quia voluisset Jovem fuisse mortalem, ut quidam ajunt. Ut vero Sophocles in Sagrais scribit, illum Cybele indignata in durissimum ferri genus transmutavit. Calmus in vetusto exemplari castigat legitur: neque Calmus, ut quidam putant, est legendum. RIGORIUS. Calmus, vel ut a nonnullis scribitur, Calmus, unus ex Idaeis dactylis, cum Rheae matri vim intulisset, atque ob id Delphos petivisset, inde exortus in Idam rediens prae mortificata in durissimum ferrum est mutatus: Anactor Zenobius in proverbis, Sophocles etiam testimonium in Sagrais. Ovidius in Adamanteo conversum scribit, alios fecerat auctores, dicitur autem Calmus & Calmus, in Anapio, Anapio, qui tamen & Calmus, Calmus a plerisque inclinatur. CONST. PARSIVS. Hujus, ut & sociorum quorundam nomen, ex Graeco quodam Poeta citatur in Commentariis Apollonii hoc modo:

Κάλμος, ἀδελφὸς ἑστὶν Ἰδαίου καὶ Πέρσεως Ἰκάρου. Ἐπιτάλαμα διέτριψεν ἄνευ Ἀδριατικῆς, &c.

Fuerunt autem γένετες, καὶ δωματεῖοι αἱ δάκτυλοι Idaei, ut Pherecydes tradit. atque inde fortassis fabulae catus locus. Dactyli autem Idaei, ut & Regius infra ex Diomede annotat, ab impulsu dactylorum, qui Graecis δάκτυλοι dicuntur, nominati sunt. De quibus & Apollonius lib. 1. Argon. 1129. in hunc modum:

Δάκτυλοι Ἰδαίου Κηρυαῖος, εἰς πῖσι νόμφη ἰογγῆλα. Διατρέψας δὴ σπέος ἀμφιπέτρους Διαξυαίωσι γαῖος ἐλάτεις, Ἰβλάστου. &c.

Quae per omnia consentiunt his, quae ex Diomede citantur, nisi quod matris nomen hic aliud ponitur. Ceterum plura de his qui volet, ex Commentariis Apollonii petat licet. MICYLLUS. Calmus videtur reponendum, quomodo & Scaliger in ora colicis sui notarat. nam Graecis Κάλμος, πῦ Κάλμος, unus ex Idaeis Dactylis est. Vide Helychium in Κάλμος, & Zenobium in Κάλμος ἐν εἰδήσις. Κάλμος quoque Clementi Alexandrino, Nonno in Dionysiaca, & Scholiastae Apollonii. apud Diomedem Grammaticum lib. 111. perperam legitur de Curetibus. His quidem tres putant, qui Lores esse creduntur, Damnaeneus, Armon, Calmus, pro Calmus. HETS. De Calmi vice Parthas. ad Claud. 1. Rapt. 208. & Palmer. exercitat. in Auctores Graecos. pag. 684.

282. Largoque Jovis Curetas ab imbris.] Hanc Curetum metamorphosin nullquam me apud antiquiores legisse memini. Quidam vero ex Neotericis ajunt Curetas imbris, propter religionis contemptum, fuisse delatos, & ex fingis, cum

ipsa religio penitus deferretur, fuisse reponenda cum illa nullius auctoritate nitantur, ex commentario suo illa fuisse videntur. Strabo eadem, cum multa & varia de Curetibus scribit, postquam profus de hac eorum metamorphosi facta mentionem, sed ex sententia quorundam eorum esse ait Curetes, & Corymbantes, & Calmus, & Idaeos Dactylos, & Teleclinos, qui sacra & Jovis in Creta, & matris Deum in Phrygia cum amorem tumuluoſa agitatione, cumque strepitu ac cymbalarum tympanonumque sonitu, nec non tibis, ac vociferationibus celebrarent. Alii autem ex Creta, alii ex Euboea, nonnulli ex Aegia originem duntaxat scribunt. Diomedes quidem grammaticus longè aliam ab ea, quam obiter etiam Ovidius, Curetium originem refert, in quibus verbis: Ajunt Opem in Idam Cretasque delata ex fuga, cum prosperi temporis insperat, praece montis partem manibus apprehendisse, atque in partem solutam. Ex impressione vero palmarum Curetas produsse, quos ab effluvia Graeci nomen Dactylos, id est, digitos, & Idaeos in nomine venenunt, ut in pupilli oculorum, quas Graeci κηρυαῖος appellant, vel a galactem com, Curetis. Haec Diomedes. Sed aliae quoque Curetum aeternam etymologiae. Nam ut Strabo ait, alii ἀπὸ τῆς κρημῆς, id est, a tonsura Curetas appellatos scribunt, quod detonsi essent. Alii a Curio monte Pseudoni imminente. Alii ἀπὸ τῶν κρημῶν, id est, à puellis, quod longas solas ut puellae gestant. Curetes omnium primi armatas sationem invenisse dicuntur, cum clypeis aeneis concurrentes, insistentque, & clamore & acris timore sua permiserant Jovis infantis vagitum, quem elaborandum susceperant, ad Saturnum pervenire. Haec tam multa de Curetibus nihil tamen ostendant quomodo ab imbre fuerint orti. RIGORIUS. Largoque Jovis Curetas ab imbris, cum in omnibus exemplariis legatur, nescio qua ratione quidam motu novam invenierint lectionem, Taliaque Jovis Curetas ab Ida. Nam est Stesimbrotus extaret, qui nimirum ambitiose citatur, non continuo tamen poetae versus fuerat mutandus, cum perquam variae praeceptorum poetarum de similitudine fabulis fuerint opiniones. IDEM.

282. Imbri.] Imbre plurimi scripti.

283. Et Crocon.] Crocos adolescens fuit, quem Simlax virgo cum amaret, neque frui posset, ambo in flores conversi fuerunt. Unde simlaxae croceaeque coronae dicuntur. Sanè simlax (ut scribit Galenus) etiam sine (s) litera interdum emittitur. Est autem simlax, similis hederæ, ut Plin. lib. xvi. cap. 35.) in fausta omnibus sacris & coronis, quoniam sit lugubris: virgine hujus nominis, propter amorem juvenis Croci, mutata in hunc

Dicite. causa latet: vis est notissima fontis. Mercurio patrum diva Cythereide natum

Nai

Crocus. Crocon autem alii non ex amore in flores conversi, sed a Mercurio, à quo per hunc fontem perire hucceperat Jovis, conversum esse dicunt. RIGORIUS.

283. Imbri.] In multis codicibus legitur, Simlax, hederæ hederæ, & Simlax, multo doctus & doctus Jovis. Plin. pag. 733. Et sep. Nonno pag. 110. lib. xxiii. his Mithraem cum Croco videtur:

Ἦντο τῶν ἀδελφῶν Κροῦ, καὶ Ἰφίτη Μιθρῶ.

Et:

Ἦντο τῶν ἀδελφῶν καὶ Μιθρῶ περὶ γῆρας Ἦ γῆρας. Ταῦτα Croci simlax scribitur ad Virg. 11. Georg. 112. Et Nider lib. v. Fast. 227. τῶν ἀδελφῶν Κροῦ καὶ Γῆρας. vid. ad lib. 1. 229. Junii.

285. Unde fit infamis.] Salmacis fons est Curio, cum qui leguntur, effeminati ac molles evadunt. Hujus autem rei causam poeta refert in Hermaphroditus procos, qui parentes rogavit, ut quomodocumque ipse, sic alii quoque fontem illud iterantes mollescerent. Nam Hermaphroditus Mercurii ac Veneris filius fuit formosissimus, qui cum in fontem Salmacidis Nymphæ impellisset, ita à Nymphâ fuit colligatus, ut ex eius corporibus unum fieret, utrumque habens faciem. Unde etiam nunc Hermaphroditus utroque praeterit fuit sexa. Salmacis vero Nymphâ, ut scribit Strabo Pompeus, Caeli & Terræ filia, molliſſima sicut fuisse causa fontis Halicarnassi, neque epiphorice Salmacidis, quam qui libisset, viro impellente mollesceret, ob eam causam, quod eius aënis angulatus patietibus occasione largitur juveniles petulantibus pueroſum, puellarumque viandandam, quia non patet effugium. unde Juvialis, Salmacida spolia, sine sanguine, & flosce. quod in molles, atque effeminatos dictum occipite legitur in primo de Officio Ciceronis, huiusque, ab his, qui in illud opus commentaria scripserunt, exponitur, ut in quadam disputatione notat, quae citi utitur, copiosius diximus. RIGORIUS. Pro vitiis servati fontis, an causa hujus rei possit inveniri, ne a puella vinceretur, aut cum puella pedis sentiretur. sic ergo scriptum offendimus in libro cap. 8. Vitruvii de fonte hoc differentia: In totum autem summo dextro Veneris & Mercurii fontem ad ipsum Salmacidis fontem. is autem fons est: quae putatur veneno morbo implicare eos, qui in eo bibunt. Sed hanc opinionem quare per orbem iterum sit peragrata, non pigeat exponere. Non tam enim dicitur molles & impudicos ex ea aqua fieri, id potest esse, sed est eius fontis potestas perlicida, superque ejus egregius. Cuius autem hederæ & dactylis ab Argis & Troezen colentiam commanent in hoc dactylis, barbaros Caros & Telegos ejecerunt. Hi autem ad montes fugati discurrerant, &

ibi latente faciente credidit in vultibus. Poeta de Creta matris una fontem per hunc latente aquae quoniam causa tolerata emulsi tunc injerunt, atque exortendo ex barbaros alleclat: ita supplantat decurrentes & ad totum venientes & dactylis per hunc fontem in Graeciam convergentes, & fiam. tunc fuit volutatis reddebatur. Et nota à quo una impudico molliſſima, sed hederæ hederæ multum animis barbarum cum Jovis est adspira. His verbis apparet hederam molliſſimam sub hac fabula delibescere. JACOBUS A. MACH. Καὶ ἡ Σαλμακίς ἄρῃ, διαβεβλημένη ἀπὸ τῆς ἑδῆς, ἢς μαλακίστην τὴν ἐπινοήσας, &c. Et Salmacis fons, velis quae de castissima famis, quasi ea in libentes effeminat mollescit. hederæ hederæ hederæ videtur in aquis & aquae temperata eadem referre. Atque non hanc causam luxuriae hederæ, sed dicitur ex vultu imperant. Strabo 14. lib. Georg. videatur de Teneb. lib. 28. cap. 29. exponere Salmacida spolia, sine flosce & sanguine. PARSIVS. Hinc Philoſophus in Anab. lib. 111. cap. 211. pag. 329. Meretricer vocat Σαλμακίδα, ut vid. commentarios. Belli. 1. cap. 128. pag. 129. Epigramma, quo a suo fonte Salmacis infamiam amoluit, auctore Poeta in-

Ἴδὲ μὲν ἀπὸ ἑσέος, ἄρῃσι ἔστι τῶν δ' ἀπὸ τῶν γῆρας Ἴδὲ δὲ ἑσέος μαλακός, ἡμῶν πῶς πρὸς ἑσέος. Ἄρῃσι ἔστι ποτὸς εἶναι, καὶ ἀπὸ τῆς μῶν δ' ἀπὸ τῶν γῆρας. Ἴδὲ δὲ ἑσέος μαλακός ἢ ἑσέος ἐστὶν ἑσέος. Si vir et, interire nosse bibi fonte, vultus. Ne bile, si molles: ne rea lingua nona. Mofala fons, solis quae vultus in Nymphâ probatur, Mens mala, non fontis mollesis undantat.

Et vid. in Brodaeam & Obolozaeum. & de Salmace & Hermaphrodito etiam Aulon. Epig. 100. & 101. BERMANNIS.

285. Unde fit infamis, quare.] Miror nil in hoc versu ab interpretibus desiderari, cum ipsam fontis obiectum (id est viri & maris) quo de praecipite agendum, non minus hic dicit, quam reddenlet & quare. Deinde nescio an adici infamis fuerit hic fons, quippe qui ex pulcherrima Nymphâ & Veneris sibi coalescit, quare unus atque alterius literulae mutatione commode legenti:

Unde fit, ut famosa mares male fortibus undis Salmacis enervet.

Famosam autem fuisse hunc fontem, cujus hic causam & originem explicatum in Alithæe, probat versus sequens: vis est notissima fontis, deinde quo mares necessario hic inferendum esse moneri vs. 286.

Quisquis in hos fontes vir venerit, creta inde sentitur.

In hanc quidem lectionem veterum putantur. Schumann. 1. 1.

286. 11.

Naiades Idacis enutrivere sub antris;
 290 Cujus erat facies, in qua materque paterque
 Cognosci possent: nomen quoque traxit ab illis.
 Is tria cum primum fecit quinquennia; montes
 Deferuit patrios: Idaque altrice relicta
 Ignotis errare locis, ignota videre
 295 Flumina gaudebat; studio minuente laborem.
 Ille etiam Lycias urbes, Lyciaeque propinquos
 Caras adit. videt hic stagnum lucentis ad imum
 Usque solum lymphae. non illic canna palustris,
 Nec steriles ulvae, nec acuta cuspide junci;
 300 Perspicuus liquor est. stagni tamen ultima vivo

Cel.

verus. apud Tan. Fabr. lib. 11. Epist. 77. audacior
 conjectura, nec opus *maro* intrudere, cum *enut-*
ret artas & *remellat* satis explicet mentem Poetae.
Direpsit etiam *Canabrig* *taluzque* Thuanus.
emellat Lactentis & sex alii. BURM.
 288. *Male* *terribis* *indis*.] *Male*, id est, non.
 sic lib. 111. Amor. Eleg. vi.

Quis te male sane jubebat,
Invicem vestro pacare membra toro? Virg. lib. 12.
 — *Et stano male sola carinis.*
 Horat. lib. 1. Sat. III.

Cum tua ferideas ocellis male lippus insuetis,
Cur in amicum vitius tam tenuis aequum?
 Hunc autem Horatii locum, qui ita legitur in bonis
 exempl. ante decennium me docuit Muretus.
 Rufusidem. Virg.
 — *Male nunc amicum,*
 Et insit in hoc usque libro sic Noster:
 — *Sparssaque fugit male sana capillis.*
 Et in Epist. vii.

Ille quidem male gratus est. CROFAN.
 288. *Mercurio puerum diva Cythereide natum.*
 Quidam conjunctionem interponunt, legentes,
diva & Cythereide natum, quod supervacuum
 videtur. MICVLLUS. Quidam codices habebant
 conjunctionem & post *puerum*, ut sit ordo, *Naiades*
enutrivere sub Idacis antris puerum natum
Mercurio & diva Cythereide. Alii volunt ordinem
 absque ea conjunctione, *Naiades enutrivere sub*
Idacis antris Mercurio puerum natum diva Cythereide
natum, ut *Mercurio* sit dandi casus, atque id placet
 GARELUS. *Mercurio* recte quidem dandi casu
 recipit GARELUS, sed male cum *enutrivere* con-
 jungit. ordo enim est *puerum diva Cythereide*
natum Mercurio, sic patri dicitur nasci puer. vide
 supe. ad lib. 1. 748. *Lactantis* lib. 1. de Falsa Relig.
 17. *Venas ex famoso Martis Jovis genitii Harmoni-*
onem, ex Mercurio Harmoniodotum, ex Anchise
Latacum, ex Bute Eryen, ex Mercurio vero & Ve-

nera etiam Amorem natum esse statuit Stephanus
 in Lyricorum fragmentis pag. 278. ex Simonide
 apud Schol. Apoll. Rh. 111. 21. ubi eadem locum
 cum dandi casu occurrit: *Σχίζεις πω ἐλλήνοισι,*
Ἀφιδότα τὸν Νηὶ Διολομαχῶν τέκνον. Ita enim recte
 quidem legendum vidit Stephanus in fragmentis pag.
 279 non ut vulgo *Ἀφιδότα*, sed ille male ex *Mer-*
curio venit, cum *Ἰδίας* sit Mars. & ita Servius ad
 Virgil. 1. Aeneid. 664. ubi alios ex Venere &
 Vulcano natum adfirmare addit, ut auctor Ostrac-
 tiae vers. 560. & Nonnus lib. v. pag. 149. Lu-
 cianus vero in Dialogis Deorum Bacchi & Apollinis,
 Cupidinea, Hermaphroditum & Priapum
 fratres facit, sed diversis patribus natos. & in En-
 chiridion Mulcae in fine meminit Hermaphroditum,
 & in Philopatride Hyginus vero fab. 271. *Atlant-*
inum puerum vocat, quod nomen puerum sibi
 lectum Munckerus ait, nisi quod *Atlantides* a
 Nostro vs. 568. vocetur a proavo paterno, At-
 lante, avo Mercurii. BURM.
 291. *Cognosci.*] *Agnosci* Gronovianus, quod
 Heinsius probabatur. vid. sup. 11. 183. Apulejus
 tamen lib. v. Miles. *sic in hoc saltem parvo co-*
gnoscam faciem tuam. ubi recognoscam Præcæus.
 BURMANUS.
 292. *Fecit quinquennia.*] *Duxit* Barherin. Heins.
 Nihil muta, & vide summum Gronovium ad
 Senec. Epist. LXVI. *ducere* enim, cum de tempore
 dicitur, est idem, quod trahere, vide Brouth. ad
 Propert. 1. Eleg. XI. 5. sed *facere* minime repu-
 diandum: ita enim in titulis sepulchralibus *facere*
fecit cum marito annos tot, ex quorumdam sententia.
 de quo vid. ad Petron. cap. IX. BURMANUS.
 295. *Studio minuente labores.*] Abbas liber
Removente laborem. CROFAN. *Fallente* unus mes-
 eadem varietas infr. lib. VI. 60. Noster lib. XII.
 121.
 — *Cum duxit Cumæa salit sermons laborem.*
 Stat. XII. 230.

CROFAN

Cespitem cinguntur, semperque virentibus herbis.
 Nympha colit: sed nec venatibus apta, nec arcus
 Flectere quae soleat, nec quae contendere cursu;
 Solaque Naiadum celeri non nota Dianae.
 305 Saepe suas illi fama est dixisse sorores:
 Salmaci, vel jaculum, vel pictas fume pharetras;
 Et tua cum duris venatibus otia misce.
 Nec jaculum fumit, nec pictas illa pharetras;
 Nec sua cum duris venatibus otia miscet.
 310 Sed modo fonte suo formosos perluit artus:
 Saepe Cytoriaco deducit pectine crines;
 Et quid se deceat, spectatas consulit undas.

Nunc

Qua struem illo gravem luctu fallente laborem
Nisi abissi diem. HEINSIUS.
 299. *Urgit saltem lymphae.*] *Nymphas* pri. Palat.
 pri. Lefun. & tres alii. vide Notas Lipill. v. vers.
 31. HEINSIUS.

304. *Solaque Naiadum celeri non nota Dianae.*
 Mem. liber, *Celivri non nota Dianae*. Quam le-
 gionem non improbo. Nam *celebris*, ut notavit
 Noster Marcellus, ponitur pro veloci. apud quem
 ita est:

Celivri gradu gressum accelerare decet. CROFAN.
 Languis hoc petitur; & si jam *celebri gradu* licet
 dixisse, non tamen *celebrem Dianam* pro veloci
 posse sumi potest. Heinsius adscripserat ex Virgil.
 Gein. 297.

Atque nitam celeri non tantum grata Dianae
Venatus effis virgo festata virorum.

U. in margine Pithocæanæ editionis. sed vulgo le-
 gitur, *Ceteri, nec tantum*, idem Heinsius in ora
 cōtatis catalectorum adscripserat, *celeri no tantum*.
 nescio vero an recte Grammatici veteres, *celebrem*
gradum ex Aëtio pro veloci exposuerint, licet &
 Servius idem notet ad Virgil. IV. Aen. 641. ubi
 quodam etiam legere notat:

Ille quendam studio celebrabat anili.
 & Gelland. 1. Ant. Lect. 1. Antiquariis ipsis ma-
 gis antiqua ceptans, in Aëtio legat:

Celivri gradu gressum accellerabro decet.
 Et in Plauti Pseud. 1. 11. 35. legit, *haec cito cele-*
brato. Scaliger quoque ad Catulli Atyr Carm. LXV.
 legit:

Quo nos decet citatis celerare tripudis.

In quibus omnibus locis *celebrare* puto legendum:
 & si *celebrem gradum* Aëtius scripserit, pro fre-
 quenti, repetito, multiplicato caperem. ut 11.
 Ant. Am. 765. & 111. Am. v. 3. BURMANUS.

304. Nota.] *Dohitabat* Heinsius, an praefaret;
 nota.

307. *Et tua.*] *Nec sua* unus Heinsii. lege *et*
sua, & ita in uno Pavano videtur fuisse. HEINS.
 310. *Perlati.*] *Probitis* Pr. Medic. Berneg. & tres
 alii. vid. ad Petron. cap. cxx.

311. *Cytheriaco.*] *Pulehro*, qualis Venerem de-
 ceret: aut certe *Cytoriaco* legendum, a Cytoro
 monte, hoxis abundante, ex quo ligno pulchri
 pectines conficiuntur. RAGIUS. In omnibus, *Cytheri-*
riaco, sed profecto *Cytoriaco* legendum. NOSTER.
 Cytori & Virgilius meminit in Georg. 11. 437.

Et juveni undantem buxo spectare Cytorum.

MICVLLUS. Admonet Raphael *Cytoriaco* pro *Cy-*
theriaco melius legi, ut sit a Cytoro monte aut
 oppido, Sinopensem emporio, ut Strabo asserit
 lib. XII. ubi maxima buxi copia, quod & mihi
 placet; nam libro VI. 133. Poeta rouses videtur.
 GARELUS.

311. *Dolucit pectine crines.*] *Melius* Scaliger,
diducit pectine crines. DAN. HEINSIUS. *Diducit* Scaliger;
 frustra. *crinem dentata manu ducere* habes apud
 Petronium cap. XVIII. Scholiastes juvenalis bar.
 XII. vers. 150. *pegi capilli, id est deducit pectine*.
 sic & *lanam pectine deducere* Claudianus lib. 11.
 in Eutrop. Statius 1. Sylv. 11. 111.

— *Nec pingui sruum deducere amomo*
Cessavis mea, nate, manus.

Quo loco haec & plura jam observasse Gronovium
 Diatrib. Stat. cap. IX. sero agnovi. nec aliter capien-
 dum illud Columellae lib. VII. cap. IV. ubi agit de
 ovibus Tarentinis, *scarpis epi lana deducenda,*
vinoque et oleo infuscanda; ita enim optimus co-
 dex, quo sum usus, non *deducenda*, nam quod
 sequitur apud eundem cap. V. *Quod ubi eloquam*
facientem vidaris, comprehendero oportebit, et le-
nam diducere, vetustus codex exhibet, & *lana re-*
di dejicere. HEINSIUS.

Nunc perlucens circumdata corpus amictu,
 Mollibus aut foliis, aut mollibus incubat herbis.
 315 Saepe legit flores. & tunc quoque forte legebat,
 Cum puerum vidit: visumque optavit habere.
 Nec tamen ante adiit, et si properabat adire,
 Quam se composuit, quam circumspexit amictus,
 Et finxit vultum; & meruit formosa videri.
 320 Tunc sic orsa loqui: Puer o dignissime credi
 Esse Deus; seu tu Deus es, potes esse Cupido:
 Sive es mortalis, qui te genere beati,

Et

313. *Coram amictu.*] Petrus Gronov. & duo alii scripti. in falcia intelligatur, de em. An. 274. & Remed. 338. circumdata etiam unus codex.

316. *Cum puerum vidit.*] Versus haec dubie ad alterius, quem tamen libri veteres constanter agnoscunt. Hirsutus. Nescio quid offendant in hoc versu Hirsutum, cum apte cohaereat, nec aliquid veni Ovidianum habeat. vide sup. 111. 416.

317. *Nec tamen ante adiit, & si properabat adire.*] Emendo, adit. Casser. Fan. adit trisyllabum legendum. Ceterum produciatur vel caesura, vel quia synepatum, ut postea de Perse: *Ardens in nubes abit, & in aequore fumans Umbra viri visa est.* GLAREAN. In uno meo, *Nec tamen ante adiit, quamquam properabat adire.* Quae lectio sine ulla dubitatione videtur probabilior. CROFAN. *Et si properaret* Leidens. de *adiit* producta ultima ad Epist. vi. 31. & l. Met. 114.

318. *Quam se composuit, quam circumspexit amictu.*] Nulli variant codices, nisi in verbo, *circumspexit*, pro quo aliquid, *circumspexit, circumspexit, circumspexit.* Cantabr. & *quam circumspexit.* Hein- sium tamen aliquid latere suspicatum colligo ex notis ad oram libri conjectis, quia inuenerat;

Quam se composuit, quam circumspexit amictus, vel.

Quam se composuit, quam circumspexit amictu. Pro amictu, & addidit, *later aliquid.* sed ego finium locum & integrum exillimo. Locutio autem propria, & desumpta ab Oratoris institutionibus, quibus Oratores praecipuntur, antequam verba publice faciant, se decenter componere, & circumspicere, non aliquid in amictu indecorum sit. Plin. 311. Ep. 11. *Postquam se composuit, & circumspexit habitum suum; Latue, inquit, declamatorius sum.* Quint. 1. 3. *Latere assurgendum, tunc in componenda re: parum est committendum.* & hinc compositio & circumspicere amictu Gellio 1. cap. 5. ad eundem modum Hirsutus omnibus sermo Oratoribus necesse fuit. M. Tullio clarior, quod multa inuolantia & circumspicere compositio inuolantia & amictus est, ut in se quis inter agendum sermo argutus admodum & cohaerens, male dicitur compositionibusque praesens iudicium est. & de eodem Hortensio

Macrobi. lib. 11. Satur. c. 9. *Sed forte ad notam sentit sui non sufficit Hortensius, vir alioquin ex profecto nullus, & in praeterea potens omnino deorum; fuit enim vestitus ad munditiam curio, & ut bene amictus iret, faciem in speculo ponebat: ut si loquens tegam corpori se applicabat, ut rugos non fateretur sed industriae leuatas aristes nodus constrigere, & sinus ex composito defluens nodum lateris aubire, uti nihil est illud, faciem in speculo ponebat, vel gerbat, aut querebat, quod viri docti substituerunt.* legendum enim puto, *faciem in speculo componebat.* Ita enim Noster etiam 11. Amor. eleg. 17.

*Sollet a speculi sumuntur imagine sinus
 Nec nisi compositam se prius illa videt.*

Et Quint. 11. 3. *Demosthenes grande quoddam inueniens speculam componere actionem solebat. & hoc aduersum speculam ornari vocat Gellius vii. 11: Sic Terent. Eunuch. Act. v. 4. *Quibus nihil est compositum magis & elegans.* sic Horatius 11. Sat. 11. 77.*

Audire, atque togam iubet componere.

Petron. 67. *illa proclamauit aduertente iuuenia supra togam composita.* Graeci Περσέλλαν hoc dicunt. Palladis in Anthol. lib. 11. c. 52. p. 275. de Nicostirato inepto negotore, qui rogatus, nuda anima esset immortalis & incorporea, se paratus ad respondendum:

*Εἶτα πρὸς τὸ πρῶτον, εἶτα γυνεὴ
 ἄπειρα καταφύλαξεν, πρὶν λέγειν ἰεὺς φέρει.*

Et de qua cura circa amictum plura vide ad lib. 11. Pont. v. 52. ita *composita* crines & alia passim apud Nostrium & alios, de decenti ornatu. vid. sup. lib. 1. 32. & l. art. 160. BUAM.

319. *Videri.*] Vocari Balliolensis vid. ad Nucerin. 5. Vellej. 1. 5. de Homero, qui *solus meruit appellari Poeta.*

320. *Puer o dignissime.*] Loqui puero. Dignissime Cantabr.

321. *Seu tu Deus es.*] Si tu Leidens. vid. ad l. ex Pont. 1. 3.

322. *Et mater felix.*] De parentibus jam egerrat. Quare scribete, *frater* cum primo Medico, Neap. Norico: & uno Basileensi. HEINS.

323. *Et quae dedit osculo nutrix.*] Ita legunt quidam,

Et frater felix, & fortunata profecto
 Si qua tibi soror est, & quae dedit ubera nutrix.
 325 Sed longè cunctis, longèque potentior illis,
 Si qua tibi sponsa est, si quam dignabere tacetà.
 Haec tibi sive aliqua est; mea sit furtiva voluptas:
 Seu nulla est; ego sim: thalamumque ineamus eundem.
 Nais ab his tacuit: pueri rubor ora notavit
 330 Nescia quid sit amor: sed & erubuisse decebat.
 His color apricà pendentibus arbore pomis,
 Aut ebori tincto est, aut sub candore rubenti,

Cum

quidam, sed infelle. Tu emenda, ut est non folia in manuscriptis, sed etiam in impressis quibusdam: & quae dedit ubera nutrix. & ut ita legatur, sensus quoque postulat. Eodem modo Plaut. in Prologo Mlen. dixit *manum dare.* Integrum autem locum leges à me citatum lib. xiiii. contempore modo lib. 1. dixit, *probere manum.* CROFAN. Terent. Ad. v. 9. *Tuo nepoti hodie primam manum dedit haec.*

325. *Longèque cunctis illa est.*] In uno meo & Domitio. *Longèque potentior.* CROF. Palatinus, *sed longè cunctis, longèque potentior illa est.* Quen- admodum alius hic autor. DAN. HEINSIUS. *Potentior* pri. Med. alique multi. quod verum est. Vide quae noto Amor. lib. 11. eleg. 2. Met. xiv. 657.

— *intraque potentior, inquit,*
Paucaque laudata dedit oscula.
 se & illic scribendum. lib. x. 340.

— *ipsaque doctus*
Est mihi proximitas, aliena potentior esset.

Jenensis Satyra x. 3.
Coside & cura Natura potentior omni. Noster lib. ix. 758.

At non vult Natura, potentior omnibus illis.
 Unde lovet recte hic in Boschiano legi, *cunctisque potentior illis.* lib. xiv. 616.

— *quae te sibi amabit illis,*
Mi, quam credis, amo. HEINSIUS.

De hac laudandi formula vide, quae nos & alii ad Petron. xciv. quibus adde nunc Val. Flac. v. 384.

Felix prole parens, olimque beatior illa
Qui tuis, longis & se sibi junxerit annis.

Qui locus vulgatum hujus loci lectionem firmare videtur, nos tamen *potentior*, a librario indocto potiorne posse vix credimus. vide ad Petron. cvii. de eleganti vero illa repetitione *longe, longè* vide Bentlej. ad Horat. 1. Sat. vi. 18. BUAM.

326. *Dignabere tacetà.*] *Taceta* pro nuptiis, contentens pro contento. Sic superius vers. 60. *tacetae* proque iure coissent. Haec faciunt Varronis verba, quae citantur à Servio, illud Virgii Eccl. viii. 29.

interpretante: *Mosse, novus intus factus.* Ideo facies praecire nuptas, quod antea non nisi nocte dicebantur à sponsis. *Taceta* autem est arbor, ex qua facies fiebant. Hinc factum est, ut facies, quae in nuptiis adhiberentur, pro nuptiis & conjugio ponantur. CROFAN.

327. *Iti tibi sive aliqua est.*] Raphael hic legit; nam exponit, hoc loco. alii haec legunt, res non magis momenti. GLAREAN. *Nais tibi sive aliqua est.* Douza. *Iti tibi Vivianus, tunc si nulla est.* Fran- cos. & plurimi alii. vide modo vers. 321.

328. *Ineamus eundem.*] *Subeamus* Junii & duo alii; eleganter: agit enim de furtivo coitu, vide ad lib. 111. 282. unus etiam Heinlii, *thalamum ineamus in unum.* BUAM.

329. *Pueri rubor ora notavit.*] Rubor in juvenum facie valde commendatur. supra: 1. 484.

Pulchra vorecanda sufficiens ora rubore.
 Et 1. Amor. 111. 14.

Muldoque simplicitas, purpureasve pudor.
 Et 11. Am. v. 34.

Conspicua purpureus venit in ora pudor.
 Catullus lxi. 81.

Tardet ingenuus pudor.

Quod declarans discretissimus vir, atque omni virtutum genere politissimus, M. Antonius Muretus, haec scribi digna ibi collegit: *Nihil est, inquit, quod magis juvenutem deceat, quam hominis pudor. Itaque M. Cato dicebat placere sibi juvenem, qui erubesceret non qui pallidesceret. Et Diogenes, vorecandam illam ruborem colorem virtuti esse indicabat. Et Pythias, Aristotelis filia, interrogata, qui sibi color videtur pulcherrimus, cum respondit, qui in ingenuis ex pudore enasceretur. Haec Muretus nos- ter. CROF. pudor MSS. Berlmanni.*

330. *Nescit quid sit amor.*] Emendo, *nescit.* Casser. Fan. *Nescit enim quid amor* pri. Reg. Thuan. Florent. S. Marci, Neapol. sec. Mod. Cantabr. pri. Vatican. alique multi. rectus, at optime Calandrae excerpta,

Nescia quid sit amor. HEINSIUS.

331. *Pendentibus arbore pomis.*] Ita vel lib. Alii legunt, *malis*, non *panis*. Prior lectio magis mihi probatur: est enim significandorum. CROFAN.

Cum frustra resonant aera auxiliaria, Lunae.
 Poscenti Nymphae sine fine fororia saltem
 335 Oscula, jamque manus ad eburnea colla ferenti,
 Desinis? an fugio, tecumque, ait, ista relinquo?
 Salmacis extimuit? Locaque haec tibi libera trado,
 Hospes, ait: simulatque gradu discedere verso.
 Tum quoque respiciens, fruticumque recondita silvâ
 340 Desituit: flexumque genu submisit. at ille,
 Ut puer, & vacuus ut inobservatus in herbis,
 Huc it; & hinc illuc: & in adludentibus undis
 Summa pedum, taloque tenuis vestigia tinguit.
 Nec mora, temperie blandarum captus aquarum,
 345 Mollia de tenero velamina corpore ponit.
 Tum vero obstupuit; nudaeque cupidine formae

Sal-

Salmacis exarsit. flagrant quoque lumina Nymphes,
 Non aliter, quam cum puro nitidissimus orbe
 Oppositâ speculi referitur imagine Phoebus.
 350 Vixque moram patitur: vix jam sua gaudia differt.
 Jam cupit amplecti: jam se male continet amens.
 Ille, cavis velox adplauso corpore palmis,
 Desilit in latices: alternaque brachia ducens
 In liquidis translucet aquis: ut eburnea si quis
 355 Signa tegat claro, vel candida lilia, vitro.
 Vicinus, en meus est, exclamat Nais: & omni
 Veste procul jactâ, mediis immittitur undis:
 Pugnacemque tenet: luctantiaque oscula carpit:
 Subjeclatque manus, invitaque pectora tangit:
 360 Et nunc hac juveni, nunc circumfunditur illac.

Deni-

333. *Auxiliaria.*] Sic & Tacit. 1. Ann. 28. de
 cephis Lunae, quae tum in caltris vita, scribit
 igitur acris suo tubarum cornuumque concentu stre-
 pitu prout stendilae, obscuriores laetari, aut mo-
 rere. &c. Ut ex eo appareat veteribus in more
 fuisse, ut quoties delictentem Laman animal ad-
 terent, acris timitu quasi succurrere atque auxi-
 liari illi voluisset. Micyllus. Cantabrigiensis &
 alii nonnulli, *auxiliaria*, quod imitatione sua com-
 probare Stautus pollet videri, qui lib. vi. Theb.
 686.

*Procul auxiliaria gentes
 Aera crepant.*

Sed Nostru altera vox familiarior. ita lib. 1. 275.
auxiliares undae. lib. vi. 424. *arma auxiliaria.* vi. 11.
 138. *carum auxiliare* & familia pallum.

336. *Desitit aut fugio.*] Nonnulli legunt, *de-
 sine vel fugio:* mihi prior lectio magis placet. Nau-
 ckerius. Repono, *an fugio?* cum Florentino S.
 Marcâ, Neapol. prim. Vatican. & quâque aliis.
 Planus Pseudolo Act. v. Sc. 1. *Quid hoc? scitiae
 hoc sit? peles scitiae? an non? pergitur? pergere?
 an scitiam? multi hodie est, ita & ibi cathigan-
 dum, ut ita verbera pedibus mimitantis, ni vaci-
 lare desinant. Seneca Phoenicis vi. 449. ex opti-
 mo codice:*

*Ego utramque seperi, posite ferrum otius.
 An dico, & ex opto.*

Lucanus lib. vi. 744.

Parcis? an ille

Compellandas erit?

Epist. v.

Perlegit? an conjux prohibet nova?

Amor. 1. Eleg. 11.

*Calidius? an solitum lactando accendimus ignem?
 & sic saepe alia. Heins. Vide ad Epist. xii. 149.
 aut fugiam. MS. Berolin.*

340. *Desituit.*] *Desituit* MSS. Berliniani.

340. *Flexumque genu.*] Lib. Jo. *flexoque.* Cior.
 & ita plerique codices, ut subintelligendum esset, *se
 submisit, & flexo genu, ut posito genu;* vid. supra
 ad lib. 111. 240. Stat. 1. Theb.

Flexoque genu vacuus ilia tudent. BURM.

340. *At ille, Ut puer, & vacuus.*] libri vet. *At
 ille scilicet ut vacuus.* Statuant doctiores, quo modo
 sit legendum. CROFANUS. *At puer* quatuor veteres,
 multi alii, *Ut puer:* cum primo Mediceo, secun-
 dus Palatinus & quatuor alii, *Ut puer, ut vacuus.*
 Spirantis, *At puer ut vacuus.* Scribe,

*Ut puer, & vacuus ut inobservatus in herbis.
 vel, arvis. infra, 714.*

— *vacuo cum vidit in arvo*

Præsentem Phobos levientia terga draconem.

& supra libro primo, 533.

*Ut canis in vacuo leporum cum Gallicis arvo
 Vidit.*

Lib. xi. 35.

Vacuosque jacent dispersa per agros.

& Columel. 11. 9. agro arbutis confito *vacuum
 & oportum* opponit. *vacui* agri non semel apud Lu-
 cantum. HEINSIUS. Bertramannus conjiciebat, *& puer,
 & vacuus.*

341. *In alludentibus undis.*] Doctissimus Geh-
 hardus lib. 111. Crepund. c. 11. e MS. Palatino,
apludentibus undis legit. elegans quidem illa lectio,
 sed nec ideo vulgatam damnem. Statius Theb. 11.
 v. 336.

Extremis alludent aequora plantis,

Catullus nupt. Pelei, de Ariadne: *ipsius ante pedes fu-
 stus salis alludat.* Minus. Felix in Oclavio, 500. 3.
*ibidem arribus delectati perquam sumis, cuius is
 aequoris limine plantas tingereamus, quod vicissim
 nunc adpulsam nostris pedibus alludat.* Senec.
 Oedip. 266.

*Per te Pater Neptune, qui sancta brevi
 Urinquo nostro geminus alludis solo.*

Ag-

Agriem. 77.

Ad ora ludent aquas

Non caput.

fic inf. lib. v. 387.

Corinna cygnorum labentibus ludit in undis.

ubi MSS. quodam *ludentibus.* HEINSIUS.

343. *Taloque tenuis vestigia tingit.*] In uno meo,
frangi. CROFANUS. Quodam, *ponit,* ut lib. 11. 882.
 alii, *tingit & frangi.* sed *tingit* rectum est. Vir-
 gil. vii. 811. *tingeret aequore plantas.* Sil. lib. xiv.
 6. ex MSS.

Aut tanga Sardo vestigia tingere fluctu

inf. lib. v. 392. *primumque pedis vestigia tinsi.*
 HEINS.

346. *Nudaeque formae.*] In uno Caelst. *visae-
 que.* CROFANUS. & ita sex scripti. *nitidaeque* unus
 Medice.

347. *Nymphae.*] *Nymphes* multi veteres. HEINS.
 in Leidenf. erat, *flagrat quoque lumina Nympha,*
 quod per Graecismum explicabat Heinsius. *Ar-
 chis* Cantabrigiense fragmentum.

349. *Opposita speculi referitur imagine Phoebus.*] *Opposita
 sic lib. scripti.* Quodam hoc loco non referitur, sed
 referunt, malunt legere. ego ab iis dissentio. CRO-
 FANUS. In uno Leidenf. erat, *elypei referitur,* quod
 ab indocto librario proficisci nequit. & Heinsius
 descendit posse notaverat loco hujus libri infra
 vi. 781.

Se tamen horrendae elypei, quod larva gererat,

Aere reperculo formam adspexisse diadema.

hic praecipue loco Plauti in *Milite Glorioso* in prin-
 cipio. Valer. Flac. 1. 495.

Clarique vela oculis, percussaque sole sequuntur

Senta virium

& obvia sunt plurima de fulgore armorum apud
 Poetas loca. BURM.

352. *Adplauso corpore.*] *Pectore* nonnulli. rectius.
 HEINS.

353. *Alterna brachia jactant.*] Sic est in libi
 meis. In uno Maffei & aliquot aliis, *ducens.* Cior.
 Pro *brachia ducens* multi, *jactant.* nil nuto. Pro-
 pert. lib. 11. Eleg. xxvi.

Vidi te in formis fractâ, mea vita, carinâ

tonio lassas ducere rore manus.

fic & *ducere* remos noster supra libro primo. sic
ducere brachia in choreis. HEINS. in epistola to-
 men Leandri xviii. 18.

Jactabam liquido brachia lenta mari.

Vid. inf. v. 596. eadem varietas lib. 11. am. iv. 29.

355. *Signa tegat claro.*] Unus liber meus, Ca-
 pran. & Ursini veram habent lectionem, *signa te-
 gat puro.* CROFAN. Pro *claro vitro* nonnulli, *puro,*
 quos inter primus Palat. ut apud Martialem,
 1v. 22.

Candida sic puro numerantur lilia vitro.

Petronius apud Saisberiensem, *cum phialam de vitro
 purissimo salicassit.* sed *puro orbe* praecesserat. HEINS.

356. *Vicinus, & meus est.*] Scribe, *en meus est,*
 cum Arondeliano & uno Leidenf. vel, *en meus es,*
 Plautus Curculione Act. 111. Sc. 1. *meus est, ha-
 mum vorat.* Millit. 11. 3. *meus illic homo est.* Pleu-
 dolo. 11. 2. *meus hic homo est.* & 1v. 7. *hic homo
 meus est.* HEINS. *Vicinus* Cantabrig. & septem
 alii. eadem varietas inf. lib. vi. 513. x. 443. 11. A-
 mor. xii. 2. & 111. xi. 5. & apud Lucan. vi. 164.
 & saepe alibi.

358. *Pugnacemque.*] *Pugnacemque* Zulichemian-
 nus. recte. HEINS.

358. *Carpit.*] Hujus loci non meminerat Heins-
 ius, cum ad lib. 11. Amor. xi. 45. notaret, Ovi-
 dium nusquam *carpere oscula* dixisse. nec nobis in
 mentem tum veniebat. BURM.

359. *Invitaque pectora.*] Ita lege ex veterum li-
 brorum auctoritate. CROF. *Invitataque* MSS. Berle-
 manni & quidam Heinsii. *invitataque* duo alii.

360. *Juveni nunc circumfunditur illac.*] *Circum-
 funditur*

Denique nitentem contra, elabique volentem
 Implicat, ut serpens, quam regia sustinet ales;
 Sublimemque rapit: pendens caput illa, pedesque
 Adligat, & caudâ spatientes implicat alas.
 365 Utve solent hederæ longos intexere truncos:
 Utque sub acquiribus deprensam polypus hostem
 Continet, ex omni dimillis parte flagellis.
 Perlat Atlantiades; sperataque gaudia Nymphæ

Dene-

fulam Benegeget prim. Moreti, & quatuor alii. Fene, juvenem circumflectitur. de quo ad Maronem lib. v. 311. 364. juvenem circumfundium unus Vol- fians. Hians.

361. Nientem.] Instantem Junii, Gronovii, prior Moret & duo alii. vii. Epist. xvi. 237. & sup. 11. 301. sed præcesserat, Instantique d'Orbi. 362. Instat.] Casimirus Lovaniensis, quod esse, ne progresseretur & fugeret retinet. ita servus ad Virg. t. Georg. 259. comas explicat detinet, impelle. & ita postea mox implat servari; sed veretur, ut sit repetitum ex veru mox 367. Burat.

363. Pendens caput illa.] Tertio libro genere masculino proculit, Caerulans serpens, hic femininum, siquidem pendens de serpente intelligitur, ut sequens indicat carmen. GLANFAN.

364. Spatientes impliat alas.] Jam præcesserat, elat ut volentem impliat. quare aut ibi aut hic op- pinor revinci debere, impelat; quo verbo frequen- ter gaudet nodet. lib. 11. 432.

Quæ venata fore sicut narrare parantem
 Incedit antro.

sed modus exempli cum non esset: non possum ta- men quin secum in transcursu Apulejarum corri- gam, cum lib. 1. Florid. exstat, ubi de serpente- bus & cheloniis, agitur, quemadmodum de ser- pentibus & aquilis hoc loco a Nasone: Atque inde transgredi dicitur cum juvenem flebantis pari- teris in montem persicium convectant, quippe le- viter volentem involti recinunt, & illis gressum ex- pedite necantibus. hæc enim interpretes in eo loco, sed scribendum est, impeditis recin- cunt, vel etiam, hauris velentem involti recin- cunt. Sic rã mactare à pedibus ductum ad alta transferret nonnullamquam. naque proprie, ut solei, Apulejus locutus est; eque verbo rã extendere paul- lo post opponit. quomodo & Cicero pro Rabirio: Expositis est cum senectute sua impeditus est, quoquo modo possit, se extendere. idem Apulei. lib. vii. Met. dixit insuper involtiis cinctis. Solius in eadem de serpenteis narratione: sic primum pedes nodis alligat, ut in partu emittis involtiis gradiendi facultatem, ubi exemplo Nasonis alligare, & im- pliat contigit. Hians. Impliare tamen in hac eadem re, sed de aquila, non serpente Virgilius lib. xi. 737.

Vires calans d'is raturam cum sicut dicitur
 Xeri aquila, impliatque pedes, atque unguibus hæc,

quam comparationem cum Homerica comparat Macrobi. lib. v. 15. Man. x. 4. Nec sans hâsis fa- cin est: acur est cum Dracone pugnâ, multo mag- ni accipit; etiam in dicit. Ora hie confectura equi- lio, acciditio mactata: at illa ob hoc rati d'aque exsum. Ille involtiis nexu clas ligat, ita se impli- cant, ut simul decidunt. Vide & antiquam Poemam apud Cicero. 1. de Divin. 47. Burat.

365. Utque solent hederæ longos intexere truncos.] Liber meus, & Dominie. intexere ramos. Cui. intexere ramos Leidenis & alius quoque.

366. Deprensus Polypus hostem.] Conigo Poly- pum, quoniam rãd; proterum corripit, tum per o mucron scribatur. solent sapenuntio Grae- ci versus necessitate ducti huic literæ o adijunge- re r, & facere ov diphthongum, quæ in a ven- tur nostris. Unde Polydamas in Persio, & He- roidibus; Polypus hoc loco, nisi more Dorico vel- lis ov in a mutare, ita ut Polydamas in Pe- lydamata, & Polypus in Polypum iterum tran- eant. per hostem autem Polypi vel condas acci- pe, quibus is maxime insidiatur, vel hominem, quocum hictari Polypum in memoriam datur; ut- trisque rei auctor Plinius lib. 10. 29. COSSIANI. FANENS. Deprensus Polypus est in vet. omnibus. A- lli aliter, male. Polypi descriptionem pete è pu- cis, & non integris versibus illis, qui è libro, quem Haheutica inscripsit, supersunt: ex Oppiano lib. 11. & ex Aeliano cap. xi. lib. vii. De Natura Ani- malium. CIOFANUS. Vid. ad Epist. v. 91.

267. Dimissi.] Dimissa in scripto, flagella illa πλεγματις vocat Aristoteles Historia Animal. lib. 14. Plutarchus de Animalium sollertia. Aelians passim. Aristophanes, avibus Lucianus, dialogis marinis, qui & νερόδαις nuncupat. oπείρας; Oppianus lib. 11. Crinis & acetabula & cirrus Plinius lib. 13. cap. xxix. Ceterum hos Polypi alics eleganter præ ceteris describit Aelians Var. Hist. lib. 1. cap. 1. ubi flagella hoc βαρύτροπα καὶ πλεγματις vo- cat. Ceterum mira sunt quæ de polypis Aelians prodit. Hians. Vid. Beroald. Appenlic. Adnot. ad Suetonium cap. 15. dimissi vero recte. Vid. 1. Met. 261.

369. Demissaque corpore toto.] Repono, commis- sique. quomodo unus Argentinius. neque aliter pro- diversâ lectione primus Vagic. prim. Gronov. & unus Medicus. quod proprium in hac re verbum. in- fra, 579.

Denegat. illa premit; commissaque corpore toto
 370 Sicut inhaerebat, Pugnes licet, improbe, dixit,
 Non tamen effugies. ita Di jubetis, & istum
 Nulla dies à me, nec me seducat ab isto.
 Vota suos habuere Deos. nam mixta duorum
 Corpora junguntur: faciesque inducitur illis
 375 Una. velut si quis conductâ cortice ramos
 Crescendo jungi, pariterque adulescere cernat.

Sic

— commissaque in manu
 Paulatin tereti sumantur acumina crura.
 lib. xi. 315.
 — quo nris fronti committitur.
 Vide Notis nostras ad Claudiani Epigramma in
 Armenum. Hians. Vide ad Epist. Herod. xi. 21.
 ita Venus commissa apud Propertium 14. vii.
 19 ut porcum Venere Noster sapius. vii. ad Ro-
 med. 407. BORN.

371. Is istum.] Is istum MS. Berlimanni & ma-
 gno numero alii.
 372. Nec me deducat ab isto.] Liber Dominie.
 seducit. Alii vet. uno meo excepto, ad unum ha-
 bent, deducat. Quod verum est Sic Propertius:
 11. xix. 45.

At me ab amore tuo deducet nulla senectus,
 Si ego Titianus, siue ego Nestor ero.
 M. Tullius lib. 1. De Inventione: Cum deducaris
 ab eo, quævis libentissime vixeris. CIOFANUS. Ve-
 teres perique, deducat. Lege, seducat cum non-
 nullis & mox jam missa. quancum libri veteres
 cum vulgatis, non. Puto etiam paulo ante, ita Di
 jubetis, in istum, non & istum. IDEM. Diducat
 tamen, quod Berlimannus & alii receperunt, non re-
 mere moverent, quod in hac re proprium & effi-
 cac, pro divellit a complexibus: sic apud Hora-
 tium lib. 11. od. 9.

Quid? si præca redit Venus,
 Diducatque iugo cogit aeneo.
 Ubi male etiam deducit alii. Propert. 1. xiii. 19.
 Non ego complexus potui diducere vestros.
 Et lib. 11. eleg. vi. 3.
 Ni nos divideret, quamvis diducere amantes,
 Non quævis invito Jupiter ipse duos.
 Saepè in Declamationibus Quintilianii hoc verbum
 occurrit; sic supra 11. 560. nodisquæ manu didu-
 cat. contrarium est conductare quod mox sequitur,
 de quo vid. Heinfium. BORN.

373. Vota suos habuere Deos.] In ambob. Cælest.
 Terprez. CIOF. vid. sup. 162.
 375. Conductat cortice ramos.] Ita est legendum: non
 alicui audiendi sunt illi, qui legunt, inducat. Con-
 ducit prim. Medicus cum Notico. Thuan. condu-
 catur, cum dicitur Esriat. Lege, conductâ cortice. In
 uno certe Mediceo postea inveni, conducto cortice.
 Cortex saepe foeminini generis apud Nostram. lib.
 viii. 762.

Non aliter fluxit difensa cortice sanguis,
 Tom. II.

lib. ix. 658.
 — ut scilicet picea de cortice guttate.
 lib. x. 371.
 — fissa cortice vivorum
 Reddit unus.
 lib. xiv. 630.
 — fissa modo cortice lignum
 Inferi.

ita codices nonnulli illis locis. neque obstat, quod
 Noster aliis locis masculino genere est usus cum
 utroque genere Virgilium quoque dixisse Nonius
 jam observavit, qui videatur. Flouidus Poeta:

Cortice jammas natavi nonum arduus mi.
 Martialis lib. xvi. Ep. 86.
 Cortice deposita nullis Echinus erit.
 Ita vetus codex Vossii. mox pro cernit, cum sex
 scriptis, cernat est legendum. Cogitabam ali-
 quando,

Faciesque inducitur illis
 Una. duos ut si conductâ cortice ramos
 Crescendo jungi pariterque adulescere cernat.
 conductare corticem, quomodo vulgaria conductere &
 ducere, & contra diducere apud Medicos. Val. Flac-
 cus lib. 1. vl. 480.

— fissaque fluita
 Vel pice vel molli conductare vulnera cerâ.
 ita vetuli codices, haud dubie vere. nulla con-
 ducere Noster lib. 1. Metamorph. conductari enim,
 contrahere. partes conductere in unum frequenter
 apud Lucretium occurrit. Vetus poëta apud Vir-
 gium in artem Donati: Pontibus instratis conductis
 littora Neretæ. pro quo conjunctis agnoscit Terentia-
 hus Maurus. sed conducti littora etiam apud alios
 Grammaticos in illo versu occurrit. Avienus De-
 scriptione Terrarum:

Caput hujus cepit autem
 Arius angusto conductis littora tratu.
 Idem,
 istum
 Quippe caput summum conductur
 conductare senatum frequenter apud Diëtym Creten-
 sem pro Senatum cogere contra diducere ramos apud
 Perilum Satyr. xii. ex optimis membranis:
 Et tibi quæ Samius diducit pagina ramos.
 Et Sat. v.

Vires nescius error
 Diducit trepidas ramosa in compta mentes.
 Sic utroque loco legendum, ut magno Calubonô
 M m jano

P. OVIDII NASONIS

Sic ubi complexu coierunt membra tenaci,
Nec duo sunt, & forma duplex, nec femina dici,
Nec puer ut possint; neutrumque, & utrumque videntur:

380 Ergo ubi se liquidas, quo vir descenderat, undas
Semimarem fecisse videt, mollitque in illis
Membra; manus tendens, sed jam non voce virili,
Hermaphroditus ait, Nato date munera vestro,
Et pater & genitrix, amborum nomen habenti:

385 Quisquis in hos fontes vir venerit, exeat inde
Semivir: & tactis subito mollescat in undis.
Motus uterque parens nati rata vota biformis
Fecit, & incerto fontem medicamine tinxit.

FAB.

FAB. XII. ARGUMENTUM.

Minycides Thebanæ in Vespertiliones.

^a Minycides Thebanæ sorores fuisse produntur, quarum ^b solertissima ^c Alciboe, & Leucotoe, ^d Liberi sacra quod in contemptum devoverunt, Minervæ lanificio additæ, ex improviso ^e die numinis, vocibus tibiæ & tympanorum sono exterritæ sunt, quæ tamen in conspectu non viderant. Dein ubi animadvertere telas instrumentaque sua ^f in hederam ac vites repente mutata, ^g & locum adæuetum feris repletum, noctemque ⁱ timentibus offusam, in volucres conversæ sunt, quæ ^k vespertiliones vocantur.

390 Hinc erat dictis; & adhuc Minyëia proles
Urguet opus, spernitque Deum, festumque profanat:
Tympana cum subito non adparentia raucis
Obstrepere sonis: & adunco tibia cornu,
Tinnulaque æra sonant. redolent myrrhæque, crocique:
Resque fide major, coepere virefcere telæ,

Inque

jam est animadvertum. diluere ei pro aperire ad loquendum Gellio lib. v. c. 9. & apud eundem lib. vi. c. 4. Palpebras ejus, ne commovere possit, sursum ac deorsum dilatas infabant. de Regulo. diluere fidum lata arena apud Juvenalem Sat. 2. v. 157. ex veteri codice. Noster in lib.:

Utque Atho robur diluere fissis tentes.
Sic ubi scribendum, & ita in eadem narratione Cellius, lib. xv. c. 16. HEISS.

378. Sed forma duplex. Et forma bene Bernegger. & unus Bononiensis. HEISS.

379. Neutræque & utrumque videtur. Videtur Florentinus S. Marci. Lege etiam, pessum, videri quoque non male unus Bonon. & Gronov. HEISS. Ita ex emendatione Heinii auctor Poëmatis de Phœnicæ v. 163.

Femina vel mater dicitur, seu neutrum, seu sit utrumque ubi vide notat. Harislib. lib. xiv. 174.

Misculis inter se sicut; & vestit utrumque:
Pars est una patris, cetera matris habet.
Ausonius Mosch. 128.

Seque inter specis geminas, matrumque, & utrumque

Vid. II. Amor. III. principio. BURM.

385. Vir venerit. Vir in. Leidenis unus pro vana lectio. unde Heinii conjiciebat, vir natus. exat illis etiam Medic. pr.

386. Mollescat in undis. Majum, ab undis. vel, at undis. HEISS.

387. Rata verba. Vota unus Bestmanni & ex notis quinque. reliquis. Propert. lib. IV. X. 14.

Ronales & vites recipiat ante ratis.

Noster Amor. lib. III. Eleg. 11. 85.

Sint nata, sint dominæ sic rata vota meæ.

Martial. lib. IX. Ep. XVIII.

His sicut lundæ domini rata vota capillos

Ule tunc Latii vixit ab urbe par.

Mem. lib. IV. Ep. XV.

Et rata vota patri. sic te tua diligit arbor.

Ita uterque locus ex optimis membranis constituendus. nisi quod in his, patris, vulgari, Fac rata vota patri. sic te tua diligit arbor. perperam. ut pluribus jam monui Notis ad Lippii Pont. lib. II. v. 82. Statius Theb.

Jam jam rata vota tulisti,
Diræ fœces. HEISS.

389. Et incerto fontem medicamine tinxit. Hunc fontem Statius vocavit dolosum, quod, si vir in eum ingrederetur, Hermaphroditus ab eo exiret; atque ita cum falleret. Hujus verba sunt in balneo Etrusco:

Non vos, quæ culpâ decus infamasti aquarum,
Solicitare jurent procul hinc, & fonte doloso
Salvatis: & reliqua. CIOPANUS.

Intestus unus Medicus, ignoto unus Heinii, ut XIV. 209. quidam codices, inest. alter Gronovianus: sed nihil muta. simili fere sensu incerta poeta dicit Claudian. Bell. Gildon. 179. BURM.

^a Minycides. Ita scribendum esse prius docuit Nob. Heinii. Venet. Minides. MS. Minides. Micell. & Raener. Minides. perperam omnes. Minyalas appellant Anton. Liber. cap. 16. & Aelian. Var. Hist. III. cap. 42. MÜNCKER. Minides Pam. Minides Colon.

^b Solertissima. Solertissima Plaut. HEISS.

^c Alciboe. Leucothoe & Leucotoe Pam. Lugd. Leucothoe & Alciboe Micell. Leucothoe & Aelyta Colon.

^d Quod Liberi sacra. Ita reposui ex Venet. & Micell. cum propius accedat ad lectionem Mæque. quam, quoniam, quod Gildemius deat. MÜNCKER. quoniam etiam Raener. & Heinii. viderent etiam Micell.

^e Die numinis. non habet Colon.

^f Quæ tamen. Tamen non habent Raener. & Heinii. viderent Micell. viderant Raener. & Heinii. exterritæ sunt. At ut adverterent Colon.

omnibus reliquis.

^g In hederam ac vites. Anton. Liber. xxi. & xv. addebat in hederam ac vites. Quod de loco consilendus Mausiacus in Harpocrat. p. 288. Is enim prius, quomodo explicandus esset, ostendit. MÜNCKER.

^h Et locum assuetum feris repletum. Barth. Adv. lib. XIII. cap. 11. locum assuetum netui feris &c. Ipsum ad, si tanti putes. MÜNCKER. repletum viderent. Colon.

ⁱ Offusam timentibus. Et offuscata tentes Micell. margo. ipsi timentibus offusam. Raener. Heinii. nesciamus offusam timentes, in vol. mutata. Colon.

^k Vespertiliones. Antoninus: Αδρῶν μὲν ἡ μὲν ἐγχετονερεῖς, ἡ δὲ γλαυῆ, ἡ δὲ βέλα. Ignotum postremum mihi vocabulum, ut & βέλα cap. 15. Bæac inde faciendum esse, quod Vir Cl. vult, non dixim, cum vox βέλα ἑρπετοῦ γένος sit. At foeminae apud illum scriptorem mutantur in aves, quarum vocabula iidem sint foemini generis. MÜNCKER.

389. Et adone. Sed adone Florent. S. Marci.

390. Tympana cum subito non apparentia, raucis Obstrepere sonis. Versus hic historiam eam notate valetur, de qua Valerius in Memorabilibus, & Plutarchus in Cæsbre meminerunt. Haecque in commentariis leguntur: Eo die, quo Cæsar Pompeium in Pharsalia profligavit, Antiochia in Syria his tantis exercitus clamor & signorum sono exauditus est, ut in maris armata civitas discurreret. Hoc idem Ptolemaide accidit. Pergami in occidentis & orientis templis, quo praeter sacerdotes adire fas non est, quæ Graeci adyta appellant, tympana sonarunt. Ex quibus colligimus suspicamusque Poëtam

hoc loco tympana hæc Pergami aulita agnosceret; simulque Augusto principi in victoria Julii patris ex bello civili Pompejano blandiri. JACOBUS A CRUCI.

393. Tinnulaque æra sonant, & olent myrrhæque crocique. In bonis codicibus redolent inventimus. CONSTANT. FAB. Emenda, & legi, ex duobus meis, Briantii, & aliis antiquis: tinnulaque æra sonant, redolent. Clocum in quamplurimis Italiae regionibus gignitur: sed illud Sulmonis, patriæ meæ, est omnium optimum. ideoque paulo carius venditur, & à mercatoribus, qui illic eo nomine se conferunt, libentius atque avidius emitur. CIOPANUS. Redolent Neapol. Urbis. secundus & tertius Medicei, alique complures. recte, nisi quod halant possit quoque legi. id enim in olent vel redolent saepe depravatum est, ut lib. VIII. v. 677. & xv. 398. dicimus. nam sine aspiratione scribebatur. Statius lib. v. Silv. l. 41.

Nam Sicani non nullius halat
Aura croci.

corruptum idem verbum apud Gratium in Cynegético, 375.

Sus vitium exhalat, spiratque vaporibus aether
Pestiferis.

ex alio perperam ibi legitur. Imitatus ista Grati Nemesianus, 216.

Exhalat sua terra sum, seu nosius iter
Causa mali.

ita & illic emendandum. Perperam finis nunc circumfertur. malum subintellige, quod sequitur. Statius Theb. IV. 728. Tunc sole patris, tunc pulvere tellus Exhalat calidam nubem. HEISS.

395 Inque hederæ faciem pendens frondescere vestis.
 Pars abit in vites: & quæ modo fila fuerunt,
 Palmite mutantur: de flamine pampinus exit:
 Purpura fulgorem piæti adcommodat uvis.
 Jamque dies exactus erat, tempusque subibat,
 400 Quod tu nec tenebras, nec possis dicere lucem;
 Sed cum luce tamen dubiæ confinia noctis.
 Tecta repente quati, pinguesque ardere videntur
 Lampades, & rutilis collucere ignibus aedes:
 Fallaque sævarum simulacra ululare ferarum.
 405 Humida jamdudum latitant per tecta sorores;
 Divesaque locis ignes ac luminà vitant.
 Dumque petunt latebras; parvos membrana per artus
 Porrigitur, tenuique inducit brachia pennâ.
 Nec quæ perdiderint veterem ratione figuram
 410 Scire sinunt tenebræ. non illas pluma levavit:
 Sullinuerè tamen se perlucetibus alis.
 Conataeque loqui, minimam pro corpore vocem

Emit-

Emittunt: peraguntque levi stridore querelas.
 Tecta que, non silvas, celebrant: lucemque perofac
 415 Noctè volant: seroque trahunt à vespere nomen.

FAB. XIII. ARGUMENTUM.

Ino & Melicertes dii maris, Leucothea ac Palaemon.

Ino graviter ferens, quod Ino Liberi alitrix sororibus penitis cum duobus maneret
 fuerit in vita, contemptrix nuntius sui, per Taenarum promontorium Peloponense infer-
 rum sequens iter, ad Erimyas ultrices impiorum descendit, petiitque ab eis, ut Albu-
 mania cum conjugis Ino adversarios sui nuntius ulciscerentur. Quarum una imperio
 parens dæoe, relicta regia Diis ad superos egressa est. Ut Athamantis regiam contig-
 git, in suam eju ac conjugis, anques & virus, quibus sensus eorum alienarentur, in-
 jecit. Quam ob insaniam ille Learebus filium in venatione pro sera interfecit. Ino au-
 tem Melicerten ex scopulo secum in profundum præcipitavit. Qui Veneris precibus pro
 nepote habitis, a Neptuno pelagi rectorè, in Deorum cessere numerum, ita ut Meli-
 certes, Palaemon, ipse Ino, Leucothoe inter marinos Deos nuncupentur.

Um vero totis Bacchi memorabile Thebis
 Numen erat; magnasque novi matertera vires
 Narrat ubique Dei: de totque sororibus experts

Una

dicens, Tecta que pro silvis celebrant, ut lib. x. 703.
 pro verbis murmura reddunt:

Pro lalanis celebrant silvas.

417. Lucemque perofac. Odium habentes in lu-
 cem, & diem. CIOFAN.

415. Serone tenent à vespere nomen. Πειρα-
 σε Vespertilionum. De vespertione ita Nonius
 Marcellus: Vespertilio est animal volare biforme,
 dilium, quod vesere se ad volatum præparat, vel,
 ut alii volunt, præserat noctis. Varro Ægathone:
 Quis multa factus sum Vespertilio, neque
 in muribus plane, neque in volucibus sum. IDEM.
 Trabes Juniarum rectius ita sup. 291.

Nomen optime traxit ab illis.
 lib. VIII. 230.

Quæ nomen traxit ab illis.
 lib. III. 847.

A quædamque trabes regione vocabata Pallas.
 Hæmæus. Sueton Galb. III. Quis primus Suspicio-
 rum signum Galbæ talis, cur, qui modo traxerit
 ambiguum & pallium. ceterum Antoninus Liberalis.
 cap. 5. unam tantum in vespertilionem, alteram in
 vulturum, tertiam in Byzan mutatas refert. &
 Mercurii virgæ tactu id factum. Aelianus vero
 lib. III. cap. 47. in cornicem, vespertilionem & no-
 ctuam veris narrat. & Plutarchus in Questioni-
 bus Græcis p. 299. quem Schefferus ibi laudat,
 illis dictas Aithære, & v. idææ. BURN.

Ino Liberi alitrix. Ino Cadmi filia, Liliæ al-
 tris (sororibus penitis) nam Agave Pentheon, Au-
 tione Atiteneon amaverant, Seneca Jovis fœditate peri-
 erat) cum duobus vocaveret, &c. Raener. Heinf.
 libri autem Colon.

Maneret. Renaneret. Colon. quæ in vita
 non habet.

Promontorium Peloponense. Sic rescripti, quod
 MS. haberet, Peloponense. Vide de quæ sup. ad
 Lib. I. fab. 10. annotata sunt. MURCKER. Pe-
 lonense Micull. Raener. Heinf. debet verobæ vox
 Colon. ut & iter.

Adversarios. Adversos Parm. Lugd. adversos
 suo nuntius. Raener. Heinf. suo nuntius adversarios
 Colon. sed adversos pro adversariis dici videbis ad
 Eleg. in Draum vers. 182.

Egressa est. Ut &c. Sic quidem cum Raenerio
 etiam Veneta. Sed concinnius Miculliana,
 egressa, ut &c. MURCKER.

Contigit. Attingit. Colon.

Et virus. Desunt Colon.

Melicerten. Melicertam. Colon.

Precibus. Precibus p. n. alibiis. Colon.

Pro nepote. Ita cum MS. omnes, quos qui-
 dem viderim, oblii ante Raenerum. Malim tamen,
 pro nepotibus. Ait enim Venus, sed tu misere-
 rere mortuus &c. MURCKER.

Melicertes. Melicerta. Colon.

Palaemon. Qui & Potinnus vel Portunus
 Latinis. Aedes ejus est apud Victorem in regione
 XI. Maritima, quo modo Latinis Leucothoe dicitur,
 in VIII. Sed vide, quæ de his numinibus dicta
 sunt ad Hyg. Mythol. cap. 2. MURCKER.

Nuncupentur. Nomenparentur Colon. Ra-
 ner. Heinf.

De tot sororibus experts. Lego, de totam so-
 roribus, ut licet rectius. CONSTANT. FAN. De totque
 sororibus experts legendum, quantumve reclamant.
 Min } cccij.

395. Inque hederæ faciem pendens frondescere
 vestis. Videndum lectori, de qua veste loquitur,
 utram Minervam, an ipsius telæ, ut sequentia
 duo carmina ostendere videntur. GLAREAM. faciem
 omnes editi fere & scripsi. inque hederam pendens
 vestis frondescere tegit. Gronovian.

396. Pars abit in vites. In uno mco, Brian.
 & Dominice. in fronde. multo rectius. CIOFAN. ita
 & MSS. Bertrami & plurimi alii.

399. Exactus erat. Exanthus Regius: vitiose
 perfectus Canabæ.

399. Tempusque subibat. Quod tu nec tenebras.
 Hoc idem expressit Seneca in Hercule Furcuto:
 Tibi non dubia solet

Præterit tamen temporis, aut ferus dies.
 Et ipse lib. I. Artor. elegia v.

Quædam fallaxi fœditate crepuscula Divæ:
 Est tibi nos abire nec tamen ora dies. CIOF.

400. Nec posses. Posses scripsi fere omnes. sup. II. 855.

403. Et rutilis collucere ignibus aedes. Scripsi
 eumes Thunæo & Urbani exceptis, collucere,
 quod sequenti non admittunt. Forte,

Rutilis lucens ignibus aedes. HEINS.

405. Per tecta. Sub tecta Junii & Sicii & unius
 Heinsii. lacuna etiam Balhol.

406. Divesaque locis. Divosque unus Lei-
 dentis. Mæi. VI. 1. 173.

405. Igales ac luminà vitant. Igales paulo an-
 te præcederat. quare Lyconis hic libenter reponam,
 si per illas veteres liceat. Marcan. Capella lib. VI.
 Nec indolere Virginius vitandis humilitatis accipio
 velans pro lateris ait. Senatus Theb. I. 521.
 Teu loci avariti cuncta Lyconi,

apud Paulinum septimo natali Felicis, lignum pro
 lychnum perperam circumferunt,

Natabat solitus lychnum suspendere funis.
 apud Eunium,

— lychnorum lumine bis fec.

Pendentes lychni Lucretio lib. V. 296. apud Maro-
 nem lib. I. Act. 726. habes,

Dependens lychni laquearibus.
 versu proximo cum primo Regio & Langermanni
 excerptis repono latebras pro tenebris. nam tē-
 nebros mox sequatur. HEINSIUS.

408. Tenuisque includunt brachia pennæ. Tenui-
 que pennæ prim. Vatican. fer. Medic. Florent. S. Mar-
 ci, Neapol. & duo alii, unus Medic. & unus Leod.
 inducunt. Bemegzer. tenuisque includit brachia pen-
 næ. Recte, si inducit reponas, ut ad membranam
 referatur. Prudentius lib. II. contra Symmachum.

Define terga humanis planis obducere frastra.
 de inducendi verbo vide Notas lib. IV. Pont. Eleg.
 XII. Sat. III. 759.

— Imaque inducere faules;
 hic parvi monitis, & limit ora lato.

ita censeo scribendum. nam limonæque nunc legi-
 tur. Viruvius lib. VII. cap. 5. At unice passio vitio
 toti parietes inducuntur. sic & perducere ora lato
 dicebent. HEINS.

413. Peraguntque levi stridore querellas. In vel-
 teraguntque levi stridore querellas. CIOFAN. Ita
 etiam multi codices. sed levis stridor est murmur,
 qui non molitum exaudiat, ut licet dicitur, de quo
 ad III. Epist. 80.

414. Celebrant. Frequeniant. CIOFAN. Unus Me-
 dicæ,

P. OVIDII NASONIS

Una doloris erat, nisi quem fecere sorores.
 420 Adspicit hanc natis, thalamoque Athamantis habentem
 Sublimes animos, & alumno numine, Juno;
 Nec tulit: & secum, Potuit de pellice natus
 Vertere Maenios, pelagoque immergere, nautas,
 Et laceranda suae nati dare viscera matri,
 425 Et triplices operire novis Minyeidas alis:
 Nil poterit Juno, nisi inultos flere dolores?
 Idque mihi fati est? haec una potentia nostra est?
 Ipse docet quid agam; (fas est & ab hoste doceri)
 Quidque furor valeat, Penthea caede satisque
 430 Ac super ostendit, cur non stimuletur, eatque
 Per cognata suis exempla furoribus Ino?
 Est via declivis, funesta nubila taxo:
 Ducit ad infernas per muta silentia sedes.
 Styx nebulas exhalat iners: umbraeque recentes

Descen-

exemplaria: carmen enim alioqui non constabit.
 CLAREAN. De totiusque doloribus arguit liber Argento-
 toratensis. nam tot sorores non recte dicuntur, cum
 tres tantum sint, Ino, Agave & Autonoe, Se-
 mele jam è vivis sublata. HEINS. Hinc prover-
 bium Ives; *àge, inus dolores*, de quo vide Zeno-
 bium cent. iv. 38. & Apollonium. minime vero
 mutandum illud *doloribus*, nam & de tribus dicitur
 tot. vid. ad Eleg. in Dromum. 370. BURM.

421. *Sullimes animos.* Oculos MSS. sexdecim
 Heinsii, & ita in suis Berlimannus invenit.

421. *Alumno numine.* Alumno Florentinus S.
 Marci, & primus Varii. à manu prima. eleganter.
 Statius Theb. viii. 223.

Tunc dulces speros, atque omne ex ordine alumnum.
Nomen ubique facti resonant Paeani.

Idem lib. xi. 43.

Procreavit lae: pulvis Tyrintia, alumni
Esuras imitata dei.

ubi speram sui reponit Bernartius. Avienus De-
 scriptio Orbis:

— *tant hi quoque maxima templa*
Amphteritidae, necnonque venerant alumnum.

ubi malo, & nomen venerantur alumnum, idem lo-
 co corruptissimo,

Ludans festa die vestit sacra nomen alumnum.
 idem *venerant alumnum* dixit postea, & ante *lassa*
alumno, de Tiberi:

Romanisque lares lassa praelambit alumno.
 Macian. Capell. lib. 1. *Cygnus oneri impatiens*
frangit alumna petrarat, sic & Germani complexus
fractura inlata Apulej. de Psyche. sic lib. x. 383.
 apud nostrum certis scribendum:

Marmora verborum fidat nutritis ad aures
Percreasse ferant lumen forantis alumnum.

non *alumnum*, & paulo post,

— *ante pedes supplex precumbit alumnum.*
 & lib. xiv. 721.

— *ante pedes supplex precumbit alumnum.*
 & lib. xiv. 721.

Ne sibi dura foret per spes oravit alumna.
 quibus locis similiter *alumnae* nunc legitur. lo-
 cum in Juvenali Sat. xiv. & *deus alumnae* Horatius
 Arte Poetica. HEINS. Imitatio Sidonii apertissimi
 carm. xxii. Heinsii correctionem confirmat,

Dassavidas, Satyros, Panas, Famaeque delecti,
Ludere Silenus jam numine plenus alumna.

ita enim emendatiores editiones. BURM.

421. *Potuit.* Leidenfis & alius, *poterit*. mlti-
 color ductus ex illis Virgillii lib. 1. 39.

Pallasne exarere classis
Argivum, atque ipsum potuit submergere possit?
 BURMANNUS.

226. *Nisi inultos flere dolores, Idque mihi fati*
erit. Rectius in veteribus, *nisi multos flere dolores.*
 NAUGER. In antiquis codicibus, *inultor*, non au-
 tem *multos* scriptum esse invenimus. CONSTANT.

FANENS. Lib. iv. Trist. eleg. iii. est *quaedam fieri*
voluptati. Quam sententiam ex Sophocle expressit
 in Electra, *εως μηδ' εδωκεν εδωκεν*. CIOFANI.

Nisi nator flere Leidenf. *multos* plurimi. *ferre* dolo-
 res Neapolitan. ut lib. 1. 360. ex quibusdam codi-
 cibus, *quo consolante dolores ferre posses.*

227. *Idque.* Malebat Heinsius, *idne*, & mox
 ex MSS. Berlimanni, *potentia nostri est*. sed lib. 11.

520. *quam vestra potentia nostra est.*

431. *Sororibus.* Favoribus meliores, & recte.
 HEINSIUS. vid. inf. 470.

432. *Funesta nubila taxo.* Mallem, si per co-
 dices liceret,

Est via declivis, quae moesta nubila taxo
Ducit,

Imi-

435 Descendunt illac, simulacraque functa sepulcris.
 Pallor Hiemsque tenent late loca senta: novique,
 Quae sit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem,
 Ignorant: ubi sit nigri fera regia Ditis.
 Mille capax aditus, & apertas undique portas
 440 Urbs habet. utque fretum de tota flumina terra,
 Sic omnes animas locus accipit ille; nec ulli
 Exiguus populo est, turbamve accedere sentit.
 Errant exanguis sine corpore & ossibus umbrae:
 Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni;
 445 Pars alias artes, antiquae imitamina vitae.
 Suffinet ire illuc, coelesti sede relicta,
 (Tantum odiis iraque dabat) Saturnia Juno.
 Quo simul intravit, sacroque à corpore pressum
 Ingemuit limen; tria Cerberus extulit ora:
 450 Et tres latratus simul edidit. illa sorores

Nocte

Imitatus haec Senec. Herc. Jur. 835.

Ducit ad manes via quae remotas
Trifidis, & silva metuenta nigra.

Delius erat in Cantabrig. immobila MSS. Berliman-
 ni, mox, *ad inferos manes Argentor.* BURM.

433. *Multa flantia.* Quis non videt *muta* si-
 lentia legi debere, vel ex illo decimi libri versu,
Cursur aditus per muta silentia trames.

CONSTANT. PAN. multa in scriptis plurimis & edi-
 tis est. Vid. lib. 11. 66.

434. *Umbraeque recentes.* Notentes Leidenfis.

435. *Qua sit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem.*
utrum. Dicit Cantabr. Thuan. & multi alii cum
 utroque Esufiano. Scribe,

Qua sit iter, manes, Stygiam quod ducit ad urbem.
 & tolle versum proxime sequentem, cum praeter
 rem à tenebrosio sciolo hic sit inculcatus. hoc
 enim non voluit Naso, ignorari à novis manibus
 iter, sed iter totum ab his obsideri. *Fit iter ut lib.*
11. 132. ex vetusto codice, Haec sit iter, ubi pari
modo peccabatur. HEINS. Non puto facile eji-
 ciendum versum: nam illud *novi* tunc exigui: igno-
 tum enim illis iter, & errare aliquamdiu debent
 per lucum illum funestum, antequam ad regiam
 Ditis perveniant.

438. *Ubi sit nigri regia Ditis.* Eodem modo
 dicit, *nigram Deum*: 11. Epist. 72.

Et passata nigri regia caeca Dei. CIOF.

441. *Locus ille.* Lacus Gronovian. locus ipse duo
 codices.

442. *Turbamve.* Nos *turbam* Regius & quatuor
 alii. *turbamque* tredecim alii.

444. *Parsque forum celebrant.* Sic & 14. Trist.
 x. 88.

Et sunt in Stygio erimina nostra fora.

In eadem opinione fuit etiam Plato, & Seneca,
 apud quem ita loquitur Theleus:

Audiat illo Gorgius Minos foro. CIOFANIUS.
 Lucian. Dial. Mortuor. Charontis & Mercurii
Ανεστητος agnoscit apud manes.

444. *Imi tecta Tyranni.* Variant codices, qui-
 dam, *summi*, alii, *nigri*. eodem modo 11. Epist. 32.
Et passata nigri regia caeca Dei.

Quidam codices habent, *imi*. sed licet *nigra* omnia
 dici, quae ad Platonem & inferos pertinent, vi-
 derimus Epist. 11. 72. & pluribus docet Goldast.
 ad Columbian. p. 87. hic tamen praefero vulgatum
imi. Ita *imi dicit* Valer. Flac. vii. 458. *imi manes*
 Virg. iii. 565. xi. 181. Val. Fl. iii. 319. *ima um-*
brae. Virg. vi. 404. *ima aevana* vii. 90. *ima regna*
 Senec. Herc. Fur. 65. & passim alii. sed inf. lib.
 x. 33. vitiose codices nonnulli,

Sedem praeparamus ad imam.

PRO AD IMAM. BURMANNUS.

445. *Pars aliquas artes.* In uno meo u. illo re-
 ctius legitur, *Parsque alias artes*. sequenti carmi-
 ne, *aliam partem sua poena coeret*. CIOFANI. Le-
 go, *alias artes*. quomodo prim. Basil. prim. Gronov.
 & unus Ciofani. Rottendorph. *alias artes*. non-
 nulli, *aliquas artes*. HEINS.

445. *Exercent, aliam partem sua poena coeret.*
 Versum hunc in Palatinis aliquot deesse Gruterus
 notat. Et certe parum pro Poena videtur. Neque
 male scribas,

Parsque forum celebrant, pars imi tecta tyranni:
Pars aliquas artes, antiquas imitamina vitae.

Suffinet ire illuc, coelesti sede relicta, &c.

DAN. HEINSIUS. tollo & eicio versum hunc,
Exercent, aliam partem sua poena coeret.
 idque ex auctoritate optimorum codicum. HEINS.

449. *Invenimus limen.* In uno meo, *Contra-*
mittit

Nocte vocat genitas, grave & implacabile numen.
 (Carceris ante fores clausas adamante sedebant:
 Deque suis atros pecebant crinibus angues.)
 Quam simul agnorum inter caliginis umbras;
 Surrexere Deae. sedes feclerata vocatur.
 Viscera praebat Tityos lanianda; novemque

Jugri-

Jugribus dissentus erat. tibi, Tantale, nullae
 Deprenduntur aquae; quaeque imminet, effugit arbos.
 Aut petis, aut urges ruiturum, Sisyphæ, saxum.
 Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque.
 Molirique suis letum patruclibus afae,
 Adfduac repetunt, quas perdant, Belides undas.

Quos

mit. In uno Caeset. & Abb. *Ingenit.* Sed hoc non satis proba. Cior. Libanorum aberrationes sunt, *percontat* & *contremuit*, quae in multis libris conspiciuntur. T) *prospice* enim requirit, *ingenit*, ut Franciscianis, Mainardi & optimis quique codex habet. sup. l. 124. *prospice* iugo gemere *percontat*. Notum illud Virgil. vi. 613. *genit* sub *pondere* cymba. & ita timore tere Poëtico Florus, iv. 11. *Non sine genitu maris & labore ventorum ferantur*. Stat. iii. Theb. 595.

Quamvis Tyrbeum genitus salis.
 plura apud Heinsum inf. ad lib. xiv. 730. Alia res est, ubi ad adventum nuntius, vel alio casu *truncare* dicitur fores, tecta &c. ut inf. hoc libro 485. ix. 782. quamquam & loca & res aliae, quae sonitum dant, etiam *genere* dicantur, ut Stat. viii. 17.

Tunc regemunt pigrone lacus, usque paludes.
 ita scribi videt Heinsum cum MS. Behoniano, non *voluptate*; Lactantius enim *nigres*, vel *calentes* explicat. & Claud. i. in Ruf. 120. *ambrosium aggerem* *virga* *fragantis* vocat. nosse xii. 487.

Plaga facit genitus, cœa corpore marmoris idi.
 & ita *genitas* *fores* dixit nosse Fast. iii. 642. Horat. ii. Od. 20.

Vitam genentis litore Bospori.
 quod Schoëstales, *facta resonantis* interpretatur. Idem i Od. xiv. *Autumnæque genant*, frigore scilicet & ventorum impetu. Vide ad Livium lib. vii. 49. a corpore *lactum* etiam Medea, & alius. BURMANNIUS.

440. *Tria Cerberus extulit ora.*] Cerberus tria habet capita, aliud ab alio diversum. Nam unum, ut fingunt, est Leoninum, alterum Caninum, tertium Lupinum. CIOFANIUS.

450. *Et tres lacatus suum edidit.*] Ita legendum ex optimis quibusque scriptis exemplaribus, non autem, ut quidam volunt, *semel edidit*, qui foedissimis annotationibus hoc opus inquinaverunt. CIOFANIUS. *Sensu* perique codices, sollenni permutatione sed *perperam*. Lucianus in Hermotimo καὶ Φωκῆς τρεῖς ἀπὸ τοῦ. Vide ad Epist. ix. 38. BURMANNIUS.

453. *Pestibus crinibus.*] Thuan. Bernegg. & unus Medea. *serabant*. an *perabant*? Nam *pestabant* Nasonem dixisse vix opinor, est *impetare* apud Varonem occurrit, lib. iii. cap. xvi. de R. R. in veterinis codicibus, itaque *impetantur* a se *estant* *factis*. *perant* occurrit apud Martialem, viii. inf. xiii. 738. HALLSIUS.

455. *Sedes feclerata.*] Hinc Tibullus i. iii. 67. *At feclerata jacet sedes, in nocte profunda*
Abdita, quam circum flumina nigra prouunt.

DOUZA.
 456. *Viscera praebat Tityos lanianda, novemque Jugeribus distractus erat.*] In Ibid. (St. Jugeribusque novem, qui summus distat ab uno, Visceraque affinis debita praebet avi.

Lucretius lib. iii. 597.
*Nec Tityon volucres inveniit Acheronte iacentem,
 Nec qui sub magno ferrentur pectore quidquam,
 Perpetram aeternam poterant referre profecto:
 Quamlibet immam projecti corporis exisset,
 Qui non sola novem dispersi jugera membris
 Obstant, sed qui terram totius orbem.*

Volucres à Lucretio dicuntur, ab Homero *Παλαίροι*, Ovidio *extremo* λ.

*Καὶ Τίτυον ἔδον γαίης ἀκατάβητος ἔδον,
 Κίχουον ἐν δαπέδῳ, ὃ δ' ἐν ἑνὴν αἰῶνα ἀτάβητος, &c.*

Quorum omnium versuum haec sententia est: *Et Tityon vidi terrae gloriosissimae filium, hominem iacentem per novem jugera: volucres autem deo utrimque assidentes ei iacent tondebant, sellam praeterea subsidentes ac penetrantes: ille manibus cepsum prohibebatur, quod Latonam Jovis amicum Stygie venientem per pulchram Panopojam tentaverit.*

De Tityo sic Seneca in Thyeste: 9.
*Aut poena Tityi semper accrescens iacet
 Visceribus atros passit effusis aves?
 Et nocte reparans quidquid amisit die?*

Et in Hippolyto: 1233
*Vultus relicto travolvit Tityo ferus:
 Mœnamque penae semper accrescit iecur.*

Et ipse lib. i. De Ponto: 11. 41.
*Sic inconsumptum Tityi, semperque renascens
 Non peris, ut possit saepe parire, iecur.*

Et in Ibiode: 194.
Hic inconsumpto viscere passet aves. CIOF.

456. *Tityos.*] Tityos Florent. S. Marci, Berneggerianus, unum. Erunt. & tres alii. Neque aliter ferre apud Virgilium, Horatium, Lucretium, Lucanum, Statium, reliquos poëtas in optimis exemplaribus scribitur. Servius ad vl. 498. lib. vi. Aen. *Distinatur autem hic Tityos, Tityi: ut Delus, Didi* HALLSIUS.

457. *Jugribus distractus erat.*] Non minus probandum, *dissentus* (ut nonnulli codices habent) quam *distractus*. CONST. FAM. *Dissentus* malo cum

quam Medea. Arondel. & duobus aliis. sic apud Statium Theb. i. 729.

— in maris honori
Torygenam Tityos Stygis extendis arenis.

Et lib. vi. 20.
*Quamvis Apollineus tunc materis Averno
 Tenditur.*

Et *distractus* lanam juvenalis. Satyra v. 8. quae scriptura est exemplarium, *Altera enim longo distatam pectore lanam,
 Quae ferat denudis squalida.*

non *distractus*, quod Piloeci editionem occupavit. & sic apud Lucretium quaeque scribi debere opinor, lib. iii. 1001. ubi de Tityo.

*Qui non sola novem distensis jugera membris
 Obstant.*

cum *adherens* *per* pessime legatur. non male Lambinus, *distractus*. forte, *distractus*, quo verbo quoque Plautum unum esse A. Gellius observavit. *distracti* *are* & *terae* frequenter dicuntur, pro *portigi* vel *trahi*, sicut Aeno Descriptione Orbis, ut illo loco:

*Citra sub salis specie distenditur arena
 Talla,*

Et apud eundem, *dissentus aquas Ladon*, denud, *illis Transaiae pando distenditur ager*, & *illyris ora dolae distenditur*. plenus horum tam ille, quam Pricianus in periegesi. *portigi* dicitur idem Tityos, Nostro in Anonibus, iii. xii. 25.

Idem per *spatium* Tityon *porteximus ingens*. Virg. de eodem, vi. 597.

— per tota novem cui jugera corpus
Portigunt.

Tiberius libro i. Eleg. xii.
*Pavellisque novem Tityus per jugera terrarum.
 mox arbor Cantabr. Thuan. prim. Erunt. duo alii. HALLSIUS.*

457. — Tibi, Tantale, nullae Deprenduntur aquae; quaeque imminet, effugit arbor.] De hoc u. lib. ii. 43.

Quaerit aquas in aquis, & poma fugacis captas
 Tantalus: hoc illi serrula lingua dedit.

Et lib. 179.

Poma pater Pelops praesentis quaerit, & idem
 Saepes eyes liquit, semper abundat aquis.

Ulixes apud Homerum nominatum & arbores & poma, quae Tantalum imminet capiti, recenset. Solus haec sunt lib. citato:

*Καὶ πρὸ Τάνταλον ἐπέειπε γυλάει ἀλγὸν ἔργονα,
 Ὑψαὶ ἐν λίανη, ἢ δὲ προσέειπεν Ἰγυκίον.
 Σπείρεθ δὲ δάιδων, πείρεθ δ' οὐκ ἔργον ἐλάδων.
 Ὀσάα, & quae sequuntur.*

Et Tantalum vidi graeco dolores perferentem: stantem in palude, haec autem mentum attingebat. Ad ille stobai stitens: sed potum sumens non poterat. Quoties enim sese ferens capite demisso stetebat, videre cupiens, toties aqua reserpta peribat, & circum pedes terra nigra apparebat. Deus enim eam aridam reddebat. Arbores autem altae in ejus capite fructum deferbant. Pirus, mali Puniceae, pomus, & ficus, & aliae virides: Quas cum se erigens semper tangere volebat: eos arbores, carumque fructus ventus ad nubes nubesque dissipabat. Fuit autem Tantalus Jovis filius. Vetus poeta Tragicus:

*Jova pugnatus est (ut peribent) Tantalus:
 Ex Tantalio Pelops, ex Pelope autem satius
 Atrous, qui nostrum porro propagat genus.*

CIOFANIUS. Depraedantur Gebhard. Crepund. ii. 16. quomodo ingeniosam emendationem immemori laudat Postatus.

459. *Aut petis, aut urges ruiturum Sisyphæ saxum.*] De hoc ingeniose & argute sic in lib. de 175.

Sisyphos est ille saxum volensque, petensque.
 De Sisypho, ejusque labore, Homerus eo, quod his proximè citavi, libro, sub Ulixis persona ita loquitur:

*Καὶ πρὸ Σισυφῶν ἐπέειπε κενεὸν ἔργονα,
 Ἄλω σπυζέσθων πεδάσθην ἀποφειρῆσι, &c.*

Id est, utar Lambino interprete ut & supra: Et vero Sisyphum vidi magnis doloribus afflitum, iugens saxum portantem utraque manu. Atque ille quidem manibus & pedibus nixus saxum sursum trudebat in montis verticem: sed cum jam non longe abesset, quoniam cacumen montis superaret, tum vis quaedam valida saxum repellebat, & ita in planitiem revolvebatur. Ille autem denud committens & contendens sursum trudebat: Sador autem ex omnibus membris manabat. CIOFANIUS. Reductum saxum multum scripti. vid. lib. xii. 26.

460. *Volvitur Ixion, & se sequiturque fugitque.*
 Nihil hoc argutus atque ingeniosus in tota Latina lingua legi posse, docti viri affirmant. Inter quot est Muretus, cujus ingenium, & doctrina, quotquot homines hac tempestate vigent, facile superat, atque obscurat. De Ixione ipse lib. 176.

Quisque agitur rapidae vincitur ab arboratae Cior.

Quos omnes acie postquam Saturnia torvâ
 Vidit, & ante omnes Ixiona; rursus ab illo
 465 Sisyphon adspiciens, Cur hic è fratribus, inquit,
 Perperuas patitur poenas; Athamanta superbum
 Regia dives habet: qui me cum conjugè semper
 Sprevit? & exponit causas odiique viæque;
 Quidque velit, quod vellet, erat, ne regia Cadmi
 470 Staret; & in facinus traherent Athamanta Sorores,
 Imperium, promissâ, preces confundit in unum:
 Sollicitatque Deas, sic hæc Junone locutâ,
 Tisiphone canos, ut erat, turbata capillos
 Movit: & obstantes rejecit ab ore colubras.
 475 Atque ita, Non longis opus est ambagibus, insit.
 Facta puta, quæcumque jubes, inamabile regnum
 Defere; teque refer coeli melioris ad auras.
 Laeta redit Juno: quam coelum intrare parantem

Rora:

461. Molitque suis letum patribus ausae Affili-
 du' repetunt, quas perdidit, Bellides undas.] Delis
 ita commemorat, Ibid. 177.
 Quæque genit' humeris perituras Bellides undas,
 Exspolis Aegypti turba cruenta mæni. Idem.
 Affiliæ repetunt. Fontè, Affiliæ reperiunt, quas
 perdunt, Bellides nuda, quod & Gebhardo vide-
 batur. DAN. HEINSIUS. Affiliæ, & quas perdunt
 ex melioribus, & deinde, acie pro facie ex ill-
 dem. hoc est, oculo, sic apud Senecam Herentis
 furente, 954
 Acieque saltem turbidâ coelum sidet.
 Val. Flaccus lib. III. 101.
 ——— fiam cum Phœdis alii
 Transierit Perjes, aciemque admoventi urbi.
 non faciemque, ut perpetam nunc legitur. Sed illic
 de exercitu intelligendum. Lucanus lib. VIII. 664.
 de Magno moriente, ex vetusto codice Vossiano,
 Permissisq; decus sacrae venerabile formæ,
 bratamque Deis aciem.
 non faciem, nam voluit subsequitur. HEINSIUS.
 Reperiunt non movendum, id est facie hauriunt,
 quas frustra in petusum dolium infundant, & ita
 perdant. ita restituit hoc verbum pro reperiunt Gro-
 novius ad Senec. Oedip. 61. & ibi, & ad Herc.
 Fur. 770. docuit vin ejus esse, sæpe petere. Just.
 XII. Afrî vestigal pro solo urbis infortiorum amorum
 repetente. id est facie, instantes petentes. sic repete-
 re pro istam geminare, inf. 733. & lib. v. 473.
 de quo ad XII. 121. Silius VIII. 104.
 Tunc sic Aeneas dulci repositus amore,
 Id est iterum commotus, ut recte Cl. Drakenbor-
 chius cepit. Statius lib. VI. Theb. 541. repetit, quo
 multo Marite, quod Lucanus exponit, iterum pi-
 ssa, vel, ut Barilius, insula. Vid. ad Quindil. VII.

Infl. Orat. 8. & decl. CCCXXX. BURMANNUS.
 463.] Quos omnes facie postquam Saturnia torva
 Vidit.] De Junonis odio in filias Beli, vide Epi-
 stolam ad Lyceum, ubi totum hoc. CIOFANUS
 acie torta legit Gebhard. II. Crep. 16. aciem vero
 & faciem pallum confundi videbimus ad Val. Flac.
 VI. 279. BURM.
 468. Sprevit.] Spernit plurima pars codicum.
 470. Et in facinus traherent Athamanta sorores.]
 Hoc loco quidam, contra omnes libros, tum im-
 pressos, tum calamo notatos, pessime legunt:
 Athamanta sorores. CROF. Imo, Sorores, hoc est
 Furiae. quod vetustiores magno numero agno-
 scunt. Sorores Noctæ genitas, paulo ante appellat.
 ipse. Seneca Oedipo. 160.
 Rospere Erebi clausura profundi.
 Turba Sororum fate Tartarâ.
 Virgilius quoque nunc Diras sorores, nunc Tar-
 tareas vocat, sic de Musis quoque & de Parcis,
 nam ex ipso sermonis ductu & argumento fre-
 quenter colligendum è Poëtis, quas sorores desi-
 gnent. Statius II. Silv. III. 20.
 ——— Celæus genitoris filius amos,
 (Adira fides) pigraque patat prosperasse sorores.
 De Parcis: perperam negras sorores nunc hi legere
 est: Pigras vocat, quod tarde flamen Claudii
 Etrusci abruptissent, quem senio confectum clausse
 ex ipso epicoiio satis apparet. Sic Achilleidos I.
 ——— Tantalusque humentibus saxa,
 Atrium, & pyris addunt mucronibus iram,
 ubi pari modo peccatur. pigros mucrones dicit
 pro obtusis: contra celæus Parcas non uno loco
 dixit idem. Theb. 1. 631.
 Mors ssa sororum Enje merit.
 Vide Notas Trist. XV. Eleg. I. HEINS. Eadem re-
 perit

Roratis lustravit aquis Thaumantias Iris.
 480 Nec mora; Tisiphone madefactam sanguine sumit
 Importuna facem; fluidoque cruore rubentem
 Induitur pallam; tortoque incingitur angue:
 Egrediturque domo. Luctus comitantur euntem,
 Et Pavor, & Terror, trepidoque insania vultu.
 485 Limine confiterat: postes tremuisse feruntur
 Aeolii; pallorque fores infecit acernas:
 Solque locum fugit. monstros exterrita conjux,
 Territus est Athamas: tectoque exire parabant:
 Obstitit infelix, aditumque obsedit, Erinnyis:
 490 Nexaque vipereis distendens brachia nodis,
 Caesariem excussit. motæ sonuere colubrae.
 Parsque jacens humeris; pars circum tempora lapsæ
 Sibila dant, faniemque vomunt, linguasque coruscant.
 Inde duos mediis abrumpit crinibus angues;

Pelli:

480 supra 431. vid. Barth. ad Stat. II. Silv. I. 185.
 & VIII. Theb. 59.
 474. Obsantes.] Extantes alii, ut Burmannus
 & Pontanus cœderunt. sed obstat Claudiani
 locus.
 474. Depicit ab ore colubras.] Rectius in non-
 nullis, colubras. NAGARIUS. Rejecit colubras recte
 veteres picque. HEINS. de verbo rejicere, vide
 quæ notamus ad lib. II. 382. Claud. I. in
 Ruf. 42.
 Et obstantes in regnum repulit hydros.
 Colubram vero dici ad Petron. cap. XLV. & Phædr.
 IV. fab. 17. ostendimus: ita Apulej. v. ex MSS. im-
 manem colubram dixit, & Plinium sæpe colubram
 dicere notavit Gronov. ad lib. XXXII. 5. BURM.
 475. Ambagibus inquit.] Insi scœcuncus Palat. ut
 lib. II. 511.
 ——— causamque vine fecantibus insi.
 quomodo Virgilius etiam non semel, tres alii, an-
 bagibus uti. HEINS.
 476. Fæta puta.] Terent. in And. I. I. Dilectum
 puta. CIOFANUS.
 477. Difere.] Desine Francofurtensis.
 479. Roratis.] Roriferis ex Palatinis membranis
 Gebh. II. Crepund. c. 16. sed verbum rorare fre-
 quens nostro, ut, III. fast. 403. II. Pont. II. 36.
 Vol. ad Epist. XIX. 124. BURM.
 481. Rubentem.] Madentem Neapolitanus, Me-
 dicus & mans Leidensis. sed præcessit madefactam.
 eadem varietas lib. II. Amor. XIV. 40.
 Quæque Prometheus saxa cruore rubent.
 Li apud Statium lib. V. Theb. 310.
 Cruor altus & oblitâ crasso
 Causa rubens tabo.
 Li Theb. & Lindenbrogius notarunt, fævidis

quæ etiam Giphanius Indic. Lucretiano. Mox ma-
 lebat Heinsius, tortumque accingitur, vel incingitur
 anguem, ut paulo post 510. sumptumque recingitur
 anguem, accingitur est in multis scriptis, An-
 gûi erat etiam in Lovan. pro diversa lectione.
 BURMANNUS.
 483. Luctus comitantur euntem.] Comitantur fec:
 Palat. test. Medic. excerpta Jureti, & duo alii.
 HEINSIUS.
 484. Et Pavor & Terror.] Et Pavor atque tre-
 mor Regius & tres alii. Et pudor & terror. Oxon.
 & dolor & lacrimæ Basil. & tremor & pallor Lei-
 dentis & Sixi. quod confirmari potest ex fatis, quæ
 Pallori ac Pavori in re trepida vocis Tullus, apud
 Livium lib. I. 27. sed obstat quod Pallor mox se-
 quatur, nisi ibi squalor, ut Heinsius volebat, legas,
 BURM.
 486. Fores acernas.] Eburnas duo veteres, mox
 pro exterrita Bernegg. prim. Firunt & nonnulli alii,
 est territa. HEINS. Eburnas rectius puto: quia hæc
 regiae aptius convenient; Acernæ pauperum sunt
 penarium ornamenta, unde vile acer Nostro in A-
 moribus II. Eleg. II. dicitur. vid. sup. lib. II. 3. &
 737. eadem diversitas III. Pastor. 359.
 Prodit & in silo medius confedit acerno.
 sed ibi pro pauperate Numæ, acerno retinendum;
 præterea pallor hic additur, qui melius ebur in-
 dit, quam acer. BURM.
 487. Locum fugit.] Refugit MSS. Berliniani alii,
 fugit & monstros, monstrosque Leidensis, est territa
 Argentor. loco fugit Ambros. ut loco manere XIV.
 70. loco restare XIII. 947. vide I. Art. 234. 1084.
 488. Tectoque exire.] Testimonia unius Medicus:
 vide ad lib. III. 388. mox aditumque Leidens. &
 tres alii.

495 Pestiferaque manu raptos immisit. at illi
 Inöosque sinus Athamanteosque pererrant;
 Inspirantque graves animas: nec vulnera membris.
 Ulla ferunt. mens est, quae diros sentiat ictus.
 Attulerat secum liquidi quoque monstra veneni,
 500 Oris Cerberei spumas, & virus Echidnae;
 Erroresque vagos, caecaeque obliviae mentis,
 Et scelus, & lacrimas, rabiemque, & caedis amorem;
 Omnia trita simul: quae sanguine mixta recenti
 Coxerat aere cavo, viridi versata cicutâ.
 505 Dumque pavent illi; veritit furiale venenum
 Pectus in amborum: praecordiaque intima movit.

Tum

490. *Viperâ nuda.*] Serpentina, sic supra & infra. *Viperæ dixit dentes.* CROFAN.
 490. *Difformis.*] *Offendat* Palat. *Offendat* duo Hemst. *Difformis* ex uno Palatino Gebhardi. II. CROFAN. in. in. vid. sup. 457.
 492. *Circum postea lapsa.*] *Tempora* pr. & sec. Medic. Neapol. aliique nonnulli, quod praefat. pro *partem* *patent*, *scribo*, *patens*: nam & illae sibilabant, & sic prim. Gronov. HEINS.
 493. *Sibila dant, fœnicumque vomunt.*] Haec verba erat Carilius lib. 1. in verbo *Sibila*, ubi est: *Sibila dicit oportet; ut Virgilius: Nam neque me tantum vorantia sibilat Auspici.* Cicero de Gloria: *In Tullianum sibi moriebantur gladiatorii sibilis, sed & neutro genere quidam discernit, ut Ovidius: Sibila dant, fœnicumque vomunt.* CROFAN. Severus: *Et sua contemda dant sibilâ clara dracones, Et Mater Thoracon (scandâ) Rejanantia sibilâ collo.* CROFAN.
 493. *Linguae coruscant.*] *Linguaeque* prim. Pal. prim. Vatican. prim. sec. & tert. Medicei, Thuan. Spreti. aliique nonnulli. de vitulo Juvenalis Saty- TA III.
Sed prece extantem petulant quatit hostia fœnem Torpore servata *Fœci, fœntemque coruscant.* Virgil. x. 651. *fœntemque coruscant* Mæronem. & Ed. XI. 431. *hastamque coruscant.* & postea, 887. *to- lantque coruscant.* & 619. *edim fatale coruscant.* Val. Flaccus lib. II. 228.
 — *serenique fœter Bellona coruscant.* Statius IV. Theb. *dyto vocant Pythone coruscant.* In nonnullis, *linguaeque*, in aliis *linguaeque coruscant.* Deinde abrenque pro *serenque* meliores. HEINS. *Linguaeque* editiones Gueph. Plant. & aliorum, sed reced. Heins. ita & Pindarus Epitom. liliad. 393.
Hæc illæ volat cæse ferax, hastamque coruscant. BURMANNUS.
 494. *Dos anguis.*] *Dos* liber Langerman. mox *raptus* quartus Medicus. & *ut illæ* tert. Med. & duo ali. sic Medic. Faciei, 239. quam scripturam He & Charilius agnoscit.

Nec molare dantia sibilant cantibus angues. infra v. 593. ex antiquis libris,
Me quoque caelestes in eadem veritit anguem. Et v. 687.
Varias animas: in angues. Et v. 791.
Alicuius immixtas erubuit angues. Et 802.
Quas fecit sustinet angues. Libro VIII. 733.
 — *modo quam tetigisse timuerat* *Anguis* vras.
 Plura exempla annotavit Nonius ex Plauto & Var- rone Aelianus in *anguis*. etiam Charilius. & sic apud Tibullum, I. IX. 20.
Carmen & iratas detinet anguis iter. Virgilius Aeneidos VIII. 289.
Geminasque prementis disferat angues. Sic a Nonio citatur in *Elidre*. HEINSIUS. sic & apud eundem lib. II. Aeneid. 203. in codice veteri Heinsius reperit, *Geminas a Tendo angues.* & in *serpens* feminino genere. de quo vid. ad lib. 1. 438.
 495. *Raptos.*] *Raptos* MSS. Berlimani. adhibe- tiam Argentorat. quae eadem varietas sup. v. 186.
 497. *Inspirantque graves animas.*] *Animas* nulli veterum, ut & ab aliis jam monitum. HEINSIUS. *Animas* recte: pro halitu enim, vento aut flatu; saepe ita veteres usi. Ita Virgil. VII. 351.
Vitream inspirans animam. Ita eleganter Apulei. Apolog.
Quod si animam inspires, dant & jam terminis *inspira*
Cedent victa tuo dilectio celo. Id est, si vitula canas: neque Salmasio hic cre- ditus, qui exercit. Plin. p. 82. corrigi temeraria auit, *animam inspire*: nam ita apud Nonium lib. 1. 333.
Canehaque fœvaci
inspirare jubet.

debet

Tum face jactata per eundem saepius orbem;
 Consequitur motos velociter ignibus ignes.
 Sic victrix, jusque potens, ad inania magni
 510 Regna redit Ditis: sumtumque recingitur anguem.
 Protinus Acolides mediâ furibundus in aula
 Clamat, lö, comites, his retia tendite filvis:
 Hic modo cum geminâ visa est mihi prole leaena.
 Utque ferac, sequitur vestigia conjugis amens:
 515 Deque sinu matris ridentem, & parva Learchum
 Brachia tendentem, rapit, & bis terque per auras
 More rotat fundae: rigidoque infantia saxo
 Discutit ossa ferox. tum denique concita mater.

(Seu

debet subintelligi animam. in Varro Eumenidibus apud Non. in *Liquidum*. *Phrygia per ossa cornus* *liquida* *cauti* *animi*, & hinc *anipata* *Tibia* apud Pindarum Nati Pelicis, quem locum Heinsius ad VI. Fab. 705. addidit. ita & infr. VII. 642.
Sofitas hesternis, solisque ex cortice fæto *Natra, & in sanas anima producit astili.*
 Sic de spiritu, quo folles implentur, Virgilius VIII. 47.
Quantum ignes animasque volent.
 Ubi vide Servium. Symposiis in Aenigmatibus:
 U T E R
Nou ego tantum morior, dant spiritus exit,
Nam vult offidas, quamvis & saepe recedat:
Nate mihi magna mea est animas, nunc nulla *juvialis.*
 Perius I. Sat.
Quod pulmo animas praelargus exhalat.
 Ubi Schol. *vento abundans*, quae adduxit etiam Zimeli. promulc. Cit. cap. xv. ita *animasum ventum* *Noller* dicit lib. I. Amor. VI. ubi vide. BURM.
 498. *Quae diros sentiat ictus.*] Quidam, more suo, ex *diros* fecerunt *duros*. quod cum faciunt, & *diros* & *pernicitate* esse ostendunt. CROFAN. Eadem varietas lib. III. 694. & centies alibi.
 499. *Liquidi quoque monstra veneni.*] Thyli & Argentinensis, *nova monstra*, ut apud Horat. I. Od. II.
Statim Pythæ nova monstra quæstas.
 Eodem modo infr. XIV. 499. pro *planis* quoque *ulla* *reguntur* Heinsius ex MSS. restituit, *nova* *ulla*. BURM.
 501. *Tita simul.*] *Strenua* MSS. Berlimani.
 503. *Mæta.*] Sic legitur in uno meo, & uno Vatik. alius Vatik. alter meus & aliquot alii habent, *metia*. CROFAN. *Titula* multi ex melioribus. HEINS.
 504. *Lere cavo.*] Lovanensis, *ara nova*. forte non male, eadem diversitas in scriptis apud Virgil. II. Aeneid. 286.
Lere cavo elyctum.

ubi *are novo* nonnulli. *igne novo* unus etiam hic codex. BURM.
 504. *Vivili versata cicutâ.*] *Cicutam* hoc loco non pro herba praesentanei veneni, sed pro can- na accipio, quâ Thiphone pro instrumento ute- retur ad pharmaca commiscenda. CONSTANT. PARENIS.
 505. *Vertit furiale venenam.*] Doctissimo Grae- vio, cui multum humaniores literae, & haec in Nasonem meae animadversiones debent, legendum videbatur, *vertit*. de quo verbo diximus Pont. I. El. IX. v. 54. HEINSIUS. *Vertit* etiam Gronovius lib. II. Obs. 7.
 506. *Pellus in amborum.*] Hoc quoque loco idem legitur, *vultus in amborum*. Perperam. Ro- clamant enim manuscripti omnes libri, & scilicet id non postulat. CROFANUS.
 508. *Consequitur motos velociter ignibus ignes.*] Legendum, *motis*: Latino casu, rotata inquit facie; & commotis ejus ignibus ignes suscitât, atque ad- dit. sic in I. Amor. II. II.
Vili ego jactatas mota fœca crescere flammâ.
 MARTANG. ACCURS. in diatribis. In duobus Vatic. & utroque meo, *Consequitur motos velociter igni- bus ignes*. Quod magis placet. CROFANUS. *Motos velocibus ignibus ignes* Gronov. & pr. Moreti, quod probabat Heins. vide de verbo *movere* ad Epil. II. 120.
 509. *Jusque potens.*] Votique Leidensis.
 509. *Inania mox.*] *Nigri* hic quoque unus Me- diceus. de quo supra v. 444. deinde, *sumptoque reti- angue* duo Leidenses. *varisique r. anguem* Voss. *insingitur* etiam unus Thuanicus.
 512. *Retia tendit filvis.*] *Pandita* primus Me- die. & duo alii cum Nonico. utrumque bene. HEINS.
 513. *Hic modo.*] *Hic mihi* c. g. v. a. cum prole. Gronov. Pontanus, *hic modo* c. g. v. r. modo p. I. praefat. & aptorem furenti sermone esse ex repe- titione adverbii putat.
 515. *Et parva Learchum.*] Sic omnes scripti li-
 Nu ?

(Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni;)
520 Exulular; pallisque fugit male sana capillis.
Teque ferens parvum nudis, Melicerta, lacertis,
Evoc, Bacche, sonat. Bacchi sub nomine Juno

Risit;

ibi, & sic legendum. Inepto autem legit Regius,
Chloridem. CLOANUS. Immemto Regium repre-
hendit ineptie Clotanus, nam & a quibusdam
Chloridem dictum docet Tzet. ad Lycoph. v. 23.
516. Risit. Athamas. Hac de re lib. vi. Fall.
389.

Ihne agitur furis Athamas, sed imagine falsa:
Tunc cadit patria, parce Learchi, manu. CIO-
517. Risit. Circumvolvitur, instat totae verfat.
IDEM.

518. Discedit ista ferax. Offa Cantabr. & alter
Eustat. sic Seneca Troas de Aslyanaete, 1112.

— offa disjecta & gravi
Eli's casti.

Ita insti. v. 103.
Discessitque offibus vis
Tumuli hominum maribus.

Et ibidem 58.
Et gratis confidit in offibus viti
Staius vi. Theb. 802.

Offi malo quam misceri offa crebro.
Ita MISS. alii, ora. Silas 1. 102.

— Crepantia dissipat offa.
iv. 380.

Perfractaque in ore cruento
Offa ferant.
Val. Flac. iii. 166.

Offa creta malaque ferant.
Senec. Herc. Fur. 102.

Perfrigit offa.
Et Phut. Menaech. Act. v. Sc. 11. 103. Commi-
viti offa clisit. HEINS.

518. Mater? Ino. CIOFAN.
519. Seu dolor hoc fecit, seu sparsi causa veneni,
Evocata, sparsisque fugit male sana capillis.]
lib. supra citato 493.

Hae quoque fures ut erat lamina crepillo
Profrigit. & canis 10, Melicerta, 1771.
Val. Flaccus lib. VIII. 11.

Attonito qualis pede pressit Ino
In freta, ne parvi meminit conterrita nati,
Quam tenet, extremum conjux ferit irritus istum.

Vide & Apollodorum lib. iii. Bibliothecae. CROF.
Nec 1. n. n. est, nec rectae rationi consenta-
re. 1. n. n. est, causa veneni hoc fecit: lego, seu
sparsi causa veneni est. si minus, legerem, seu spar-

sum causa veneni est. Ita ut dicat, sporsum illud
venenum furoristici inamantitatis causam fuisse. TAN.
PATER. lib. 11. Epil. 69. nescio an tam abote di-
ctum sit. & non ex Philosphorum scitis explicari
possit, qui causas & materiem distinguebant, ut
causa sit operatio divina, venenum materia. vide
Barth. ad Stat. viii. Theb. 92. BURM.

520. Sparsisque capillis. Passusque cum Florenti-
no, S. Marci, Neapol. p. im. Vatican. sec. Medie,
aliosque nonnullis. nam sparsi veneni praecessit.
HEINS. Vide Gronov. ad Liv. xxvi. 9.

522. Evoc Baccha. Evi videtur Graeca vox
esse, nec ita dividenda, quasi dactylum faciat,
cum apud hunc Poetam lib. vi. manifeste pon-
deum constituat, ubi de Progne ait:

Excelsaque, Evocque sonat, portaque refringi.
Quemadmodum & apud Horatium lib. 11. 19.
Evoc recenti menti trepidat metu. GLAREAN.

523. Et hos usus praestet tibi, dixit, alumnus.]
Putabam aliquando, hos usus, quomodo Plinius
& Marcianus Capella, Lustraniam a lusa Libri
Patris dictam nonnulli testantur. Duo veteres, hoc
fructus, unus, risus. Forte, hoc thiasus. vide Notas
supra hoc libro v. 26. malo etiam, praestat cum uno
meo, uno Leid. & uno Vossiano. ut sit sarcasmus.
HEINS. hoc usus non mutem. vid. lib. v. 111.

524. Imminet aequoribus scopulus. Molarium
dicit. hoc enim nomen scopulo, unde se Ino cum
Melicerta deiecit, auctore Zenobio. cui se subscri-
bit Paulanus in Attica, Molaridem rupem Lacedaemae
& Palatiomni consecravit. CONS. PARENIS. Archi-
tectus notarum variarum in Ovidium, molarum
nolis petram hinc fabricavit. cum Regius recte, Mo-
larium scripsisset. & ne putemus vitium esse li-
brarii, ter quaterve in editionibus iteatis repeti-
tum fuit: Molaris vero fuit unus ex Scironis saxis,
ut ex Pausaniae lib. 1. cap. ult. apparet. & hinc
Lucianus in Dialogis Marinorum, Neptuni & Del-
phinum, dicit Inus filium exceptum a Scironis
scopulis & a Delphinibus portatum in Ithacum.

Sequenti vero dialogo dicit Ino ex Cithaerone,
qua cimetin mare, decessisse, filium vni's gene-
tem. quare oportet Cithaeronea a Thebis usque
in mare exisse. Scholastes Statii ad lib. iv. Theb.
58. ex Scyraebus petris se praecipitasse Ino etiam
scribit. & idem ad lib. 11. vi. 383. ex Teumello
monte se praecipitasse videtur tradere: ubi cor-
ruptum quoque locum credo. nam area Teumello
interpretans, dicit, vel oppidum Teumaron, vel
promontorium dicit, de quo se Ino cum Melicerta
praecipitasse dedit. nullus hic oppido Teumaro lo-

Risit: & Hos usus praestet tibi, dixit, alumnus.

Imminet aequoribus scopulus. pars ima cavatur

525 Fluctibus, & tectas defendit ab imbribus undas:

Summa riget, frontemque in apertum porrigit aequor.

Occu-

rus. legatum, vel oppidum Teumellum, vel promon-
torium dicit. nam Teumellus & urbs & mons Boco-
tae: velle Stephano: praeterca erat Scholastes,
area Teumello dicta a campo Thebis vicino ad-
firmans, cum a monte sint ita dicta. montis sine
nomine meminit Staius 11. 186. ubi Barthius al-
ludere ad Molaridem putat Poetam, quia trepidam
molarum vocat. Valerius Flaccus factum ad Ithi-
acum credibile videtur: nam lib. viii. 29.

attonito qualis pede pressit Ino
In freta, ne parvi meminit conterrita nati,
Quam tenet, extremum conjux ferit irritus
Ithacum.

Alii vero tradunt. Ino interfecisse filium Melicer-
ten, ut Hyginus lib. cccxxvii. qui & fab. cccxliz.
se ipsam quoque Ino interfecisse addit. nimirum
in mare praecipitata ibique submersa, & corpora ad
Schoeneta ejecta. esse, vel a Delphinis, ut fabu-
latur, notata. vide Tzet. ad Lycoph. 107. &
Euphrosin inter eos fuisse, qui Ino interfecisse
omnes filios, & deinde se praecipitasse, notat Schol.
ad Modcum 1384. Ceterum hic in excerptis Lan-
germanni legitur, inminet aequoribus scopulis, ut ad
Ithacum referatur. in Sixi codice, inminet aequo-
ribus scopulis, quod non est de nihilo, ut specular
pro specula sit dictum, quod tamen apud nullum
alium reperiri se apud Nostrum lib. 19. Trist. eleg.
1. 75. eadem sere varietas est:

Nam dedit & specula castos ubi signa tumulus.
ubi alii codices, scopulo: & ita promontoria spe-
culae dicuntur; Flor. 11. cap. 11. Clypea prima a
Pauca litore, quasi arx & specula praecurrit. BUR-
MANIUS.

524. Pars ima cavatur. Fluctibus. 1. ex Pont. 1.
etiam eodem modo vitur cavandi verbo:
Aequoribus scopulos ut cavat unda salis.
Et 11. ex Pont. vii. 39.

— utque caducis
Perfrigit crebro saxa cavantur aquis.
12. 1. Art. 475.
Quid magis est durum saxo? quid mollius unda?
Dura tamen molli saxa cavantur aquis.

Et 11. ex Pont. x. 5.
Gutta cavat lapidem.

Sed hoc postremum iniuste reprehendit vir doctis-
simus, ac de utraque lingua optime meritis, P.
Victorius lib. vii. cap. xv. Variarum Lessionum.
Animadvertit hoc primum solertissimus, omnique
scientia positissimus M. Antonius Muretus in Scho-
lam. 11.

lis in Tibullum. Ubi iure optimo descendit poi-
tam nostrum ab ipso Victorio, ostendens Lucreti-
um ita quoque, ut Ovidius, locutum esse. Lam-
binus etiam, cum sibi in Ovidium aliquid dicen-
dum esse statisset, quem in his epistolis, quas ad
Regem, ad Rosardum, & ad Auratum miserat;
egregia laude affecerat, eundem in Commentariis
a se ipso dissentiens, paene alterum Choerium se-
cit. Idque ut aliis quoque persuaderet, versum
ineptissimum, & aliquo Lambini, non Ovidii
similino poetae dignum, Ovidio adhaerit, hunc
videlicet:

Gutta cavat lapidem, non vi, sed saepe cadenti.
In hominem dignum, cui affirmanti aliquid cre-
das: aut quem idemem veterum poetarum cen-
sorem arbitrare. Melius fecisset, si ea, quae & in
primo, & quarto Lucretii libro ad hanc rem per-
tinentia notavit, Mureto accepta retulisset, a quo
omnia compilavit. Collegerat enim ea Muretus
in Tibullo ad versum illum lib. 1. iv. 14.

Longa dies molli saxa praedit aqua.
amplius quinquequam antequam Lambinus eideret
Commentarios in Lucretium suos. Sed & multis
aliis locis a Mureto accepta pro suis obrudere vo-
luit. Hoc ita esse, reperent studiosi, qui utrius-
que libros evolvent. Veris Ovidii, quem ille for-
distine contaminavit, legitur lib. 11. De Ponto
el. x. hoc modo:

Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usque.
Et teritur pressa vomer aduncus humo.
In quibus versibus quin Ovidius notat ad illos,
quos subiecit, Lucretii lib. 1. 311. respexit,
dubitari non potest:

Quis etiam molli solis roentibus annis
Anulus in digitis subtertenatur hirsutus:
Stillidici castis lapidem cavat, unctis aratri
Terras oculis decrevit vomer in arvis.
Ut & lib. 1. De Arte 473.

Ferreas assiduo consumitur anulus usque:
Interit assidua vomer aduncus humo.
Quid magis, etc. quae paullo supra citavi. Varro
etiam dixit Cavata saxa, cuius haec leguntur: Pre-
vidam comes, quae tenes cavata putri gela mentiam
saxa. CIOFAN.

Val. Flaccus lib. III. 169.

— *occumbens, i unis, ait, Hæcibus armis;*

Domum ingens, semperque tuis mirabile fati.

ut recte illic Cartonis codex. Propertius libro 15. Eleg. XXIX.

Alque ita mi injecto dixerunt rufus amilla,

I nunc, & noxia discas manere domi.

Ita ferbo. *nostra* etiam malo, quam *nostra*, quod ante legatur. sic eodem libro Eleg. XXVI.

Et coelum noctu bis sine rege, fuit.

noctu Tibullus quoque habet libro 1. Eleg. VI. *mi dixerunt, pro me dixerunt.* quod hic locum non habebat. Palmenius cum suo *directi* ridiculus est. ad Epit. IV. 127. jam ostendimus, quam saepe τὸ I ad supinis libris sit corruptum. pro *lucro* tempore

Ossibus illidit mediæ cervicis. at ille
 Procubuit terræ, mactati more juvenci.
 Demere tentabat lævi quoque robora possis
 Cinyphius Pelates. tentanti dextera fixa est
 125 Cuspide Marmaridæ Corythi; lignoque cohaesit.
 Haerenti latus hausit Abas: nec corrūit ille;
 Sed retinente manum moriens è posse pependit.
 Sternitur & Melaneus, Perseia cæstra secutus,
 Et Nafamoniaci Dorylas ditissimus agri;
 130 Dives agri Dorylas: quo non possederat alter

Latinus,

Matre

etiam malim, lævo pectore, si liceat per libros. HEINSIUS. *Moxentem* Cantabr. & duo alii.

118. *Cassaque fuit miserabile carmen.*] Forte, inquit, fera emittit carmen triste, & morienti conveniens. REGIUS. Hanc extremam ex quinto volumine particulam cum legeremus: *Cassaque fuit miserabile carmen*, recordati sumus Tragediæ, hoc est, tritici & hœuochi exitus Marci Crassi in Parthis intereunti, de quo hæc præclare apud Plutarchum in hanc sententiam scribitur: *Cum moriens a Surina missus, qui Crassi caput ferret, ad Hydruntem pervenisset, aeram Regem curvisio circumstantem offensus, & Jason Trallicus fabularum actor, remotis jam mensis, Euripidis fabulam de Iulii Agætes aditabat, cuiusque ab amibous summa juvenitate ex lætitia probocatur, Serlaes caput Crassi in mælium projecit. Iusto vero dimissi, quæ manibus tunc gestabat, lætus insignibus, Crassi capite in manibus summo, quasi sacris delatariis capite, ac multis caput illud totis perfudit, versus Tragedia unquam decantans. Terminus & moribus hinc præclara sciendum.* Hujusmodi ergo finem Crassi expectatio quasi Tragedia quædam sortita est, ad quem nunc alludere videtur Poëta: JACOBUS A CRECE. Quisdam ad historiam hoc loco respexisse poetam voluit. Eodem enim modo & Crassi interfecti caput, ut Plutarchus scribit, Trallicibus quidam histrio in scenam allatum, pro Pœthæ capite dilaniavit. Sed hoc puto perperam. MICVLL.

118. *Cassaque fuit miserabile carmen.*] Ita omnes scripti libri; itaque legendum: non autem, *Cassaque fuit*. CIOPANUS. *Canis* ex melioribus, & mox *Nec fuit*. & *post* pro *post*, quomodo Priscianus agnovit lib. vii. p. 768. HEINSIUS. *Cacophoniam* est, *causa carni*, licet ab illo non abstruisset multosicam, vide Weiz. ad Virgilii Copam. v. 1. & Broadb. ad Tibul. i. 1. 3. quod si non offendat soni usus iteratio, argutus esset, *cassaque cadit in carmen*, sed simplicius mallem hic legere, *cassaque fuit miserabile carmen*: catu viri ad terram, & inde morte sequuta, carmen aufugit, & desit. nam *causa fuit*, non intelligo, nec Latinum pu-

to. *fuit* vero pro *fugit* milles a libraris potam. Pontanus capit, ut ita ceciderit, ut in histrio vel fabula, quam canebat, locus tritior, qui præcunius quidam necis ejus incidere. sed ex more Ovidii *causa* hic non pro forte, sed pro lege in terram debet capi. nam præcedit *emittit* & *cassus*, &c. ita enim repetere similia centes Ovidium jam sæpe adnotatum fuit. BURM.

119. *Ferox.*] *Ferax* unus Heinsii.
 120. *Raptaque de duro robusta repagula posse.*] *Lego, posse*, ex Prisciano lib. vii. CONST. FA. Vide Giffan. Ind. Lucret. in *collis* & *laci*. *Duo* autem, quod Constantius habet, in nullo codice reperitur. mox iterum Heinsius malebat, *lato* pro *quo* robora *posse*.

120. *Robusta repagula.*] *Repagula* dicuntur aleres, qui clausis oliis opponuntur. REGIUS. *Veis* five *oices* dicere vult. porro Prisc. lib. 7. p. 768. citato hoc versu, pro *posse*, *possi* legit abianus esse. MICVLL. *Repagula*, inquit. Raphael aliter dicitur, *oices* credo vult dicere, quia ex veteribus aut publicis sæpe sunt. Dextro autem posse, ait, quia bini sunt in portis postes, sed *oices* ad dextrum. GLAREAN.

121. *Ossibus illidit.*] In uno Cælest. *disit*. In Vaticano, duobus meis & Abb. *manist*. Apud Priscianum lib. vii. est superior lectio: quam sequor. CIOPANUS. *influxit* Thuan. *didit* Leidens.

122. *Procubuit terra.*] *Terræ* meliores. ut hæc alibi. HEINSIUS. Vide ad lib. ii. 347.

121. *Cinyphus.*] *Cinyphus*. Κίνοφ, Κίνοφ; Κίνοφ; sic *Cinyphii* membrana chelydi lib. vii. 272. ita & libro xv. 755. scribendum *Cinyphus* quo *Juban*, jam animadvertisse amicissimum quoque Janum Vilium ad v. xxxiv. *Genii* cuius secundis video, qui illic consulendus *Cinyphus* *festum* Noster Pont. lib. 11. lib. vii. etiam dicitur. apud Virgilium Georg. 111. 312. *Cinyphii* libri in veteribus codicibus pertinaci errore dicuntur. *Cinyphus* *Bagrada*, & *Cinyphii* agri apud Statium lib. iv. Silvarum. pro *Corythi* etiam malo, *Corythi*: nam vetustiores, *Corythi*. vide Notas lib. vii. v. 362. HEINSIUS.

125. *Mat*

Latus, aut totidem tollebat farris acervos.
 Hujus in obliquo missum stetit inguine ferrum:
 Letifer ille locus. quem postquam vulneris auctor
 Singultantem animam, & versantem lumina vidit
 135 Bactrius Halcyoneus, Hoc, quod premis, inquit, habeto
 De tot agris terræ: corpusque exlangue reliquit.
 Torquet in hunc hastam calido de vulnere raptam
 Ulter Abantiades: mediâ quæ narc recepta
 Cervice exacta est, in partesque eminet ambas.
 140 Dumque manum Fortuna juvat; Clytiumque, Clainique,

125. *Marmaridæ Corythi.*] *Marmaræ* (ut Stephanus refert ex sententia Hecatei) gens est Æthiopica: unde fossilis, *Marmaridæ* *Corythi* appellatur. Sed à Marmaro quoque patre, *Marmaridæ* dici potest. REGIUS. Imo à gente Marmaridum, cuius & Plinius meminit libro quinto capite sexto, & Strabo, libro decimo septimo, cuius verba sunt: *Προς τὸ δὲ τι μᾶλλον οἱ Μαρμαρίδαι, προσηγορεύονται τῆ Κωνσταντίας καὶ παρασημαίνονται μὲν ἐν Ἀρμενίᾳ. MICVLL.*
 127. *Retinente manu.*] In quibusdam, *retinente* *manum* recte. NAUGER. *Scribe, retinente manu posse*, quod in suis Naugerius invenerat. mox, *Dorylas* pro *Dorilas*. & *Clainique* pro *Clainique*. HEINS.

127. *E posse pependit.*] *De posse* Junianus, Gronov. & Lovan. & plurimi alii, ut & Berfmanni. sed Remesio 18. *E trabo sublimi trispe pependit* *enim*.

128. *Melaneus.*] *Melaneus* legendum, quod nomen etiam canis est lib. 111. ubi de canibus Æthiops. & hic proprium & l. xii. in pugna Centaurocum cum Lapthis, sed in hoc contrarium accidit, quod in *Sænelo*; in Latinis enim codicibus sæpe legitur *Schelemus*. GLAREAN.

131. *Totidem tollebat farris acervos.*] Multi veterum, *stetit*. Sed perperam. *thuri* enim locus in solo Oriente. Drepanius Florus:

*Stalla Cygni aeterni farris acervos,
 Exorant etiam, vinaque pultra nimis.*

pro *tollebat* Jacobus Gronovius Joannis Frederici Plin. adolebens sumæ paternæ hand degener, celesbat corrigendum, *coquebat farris acervos*. probabili conjectura. nam *coque* *fructum* elegans est. de quo eius pater Observat. iv. cap. 111. idque apud teri rusticæ scriptores frequentissimum occurrit. *tolle* tamen defendi non incommode potest. quomodo *tolle* *præmia* apud Juvenalem Sat. vi. idem:

Nonnulli ut et plenus semper tollatur acervo.

Et Horat. i. Sat. i.
At stivus est ex magno tollere acervo. HEINSIUS.
Tollebat eleganter dictum, neque movenda vox: Non tamen, ut Heinsius fecit, explicanda, sed *tolle* dicitur, qui maturas ex agro capri, (ut recte Regius) vel cogit fruges, & horreo suo condidit. ita Petron. c. 111. *Sublatis in horreum ex arca irritici millia modium quingenta*. ubi vide quæ notavit ipse Heinsius, & nos olim. quibus nunc adde Plinii locum lib. xviii. cap. 7. *Hordeum ex omni frumento minime calamitosum, quia ante tollitur, quam iriticum occupet rubigo*. vid. & ad lib. 11. Amor. 11. 27. *Tollebat* excerpta Theatin. BURNANNUS.

135. *Bactrius Halcyoneus.*] *Bactrus* Planudes; mihi *Bactrus* placet. NAUGERUS. Planudes, qui Ovidium Græcè transtulit, *Bactrus*, pro, *Bactrus* habet, a Barce urbe videlicet. Alii etiam pro *Alyoneus*, *Aloneus* legunt. MICVLL. Raphaelis codex habebat, *Bactrus* per e. sed *Bactrus* per i. melius congruebat, si a Bactris deduci exillamavit, urbe Indiarum continenti. Planudes legit, *Bactrus* dissyllabum, ut a Barce sit Cyrenæ urbe, a qua magis secundum Servii paulo ante traditam regulam aptum est *Bactrus*, quod & Stephanus visum est. Idem Planudes, pro *Aloneus* legitur videtur, *Halcyoneus*, at in his nihil asseverat, nam in Syriam venire non minus Bactrii poterant, quam Indi, cum tamen *Azym Indiam* nominet, nec minus Barcei, quam Cinyphæi; cum antea dixerat *Cinyphus Pelates*. *Bractrus* porro, quod quidam legunt, ineptum est. GLAREANUS.

137. *Hastam calido de vulnere raptam.*] Hic versus fuit superior lecti. *Tractum de vulnere telam*. & Statius lib. viii. *magnaque et vulnere telam*. *Exsistit ipse genere*. Sed utroque modo, ut opinor, rectè. CIOPANUS. *Calido de sanguine* nonnulli scripti. *medio de vulnere* Junianus. *Tractum* MS; quidam, etiam Berim. vid. sup. vl. 95.

141. *Lib*

Matre fatos unâ, diverso vulnere fudit.
 Nam Clyti per utrumque gravi librata lacerto
 Praxinus aëla femur: jaculum Clanis ore momordit.
 Occidit & Celadon Mendefius: occidit Atreus,
 145 Matre Palaestina, dubio genitore creatus.
 Aethionque sagax quondam ventura videre;
 Nunc ave deceptus falsâ: regisque Thoactes
 Armiger, & caeco genitore infamis Agyrtes.
 Plus tamen exhausto superest: namque omnibus unum
 150 Opprimere est animus. conjurata undique pugnant
 Agmina pro causâ, meritum impugnante fidemque.
 Hac pro parte foer frustra pius, & nova conjux,
 Cum genetrice, favent, ululatuque atria complent.
 Sed sonus armorum superat, gemitusque cadentum:
 155 Pollutosque semel multo Bellona Penates
 Sanguine perfundit; renovataque proelia miscet.

Ci.

142. Libera.] Librata multi scripti: ut saepe. vid. Epit. III. 126. REGIUS.

144. Occidit & Celadon Mendefius.] Lego, Celadon Mendefius: Mendefius enim civitas fuit in Aegypto, unde Mendefium, unum e septem collis Nili. lege Stephanum, Plinium & Strabonem. Celadon resonans interpretatur: Κελადών enim exclamare & resonare significat. COSS. FAXENSIS. Mendefius urbs est Syriae, & Mendefius populi sunt Libyae. REGIUS. Ego Mendefius lego, à Myndete urbe Aegypti, ubi Pana coluerunt, & ex animalibus Capram, ut inquit Strabo lib. decimo septimo. Hinc enim & Mendefius nomen, sive praefectura apud Plinium libro quinto capite sexto dicitur. Nam de Mendefo urbe aliâ, quod ego sciam, nihil reperitur.

Mendefius autem Aëlae urbs est, à qua Mendefius possessivum, non Mendefius, analogice formatur. METELL. Κελάδων Graece est, per primam vocalem in secunda syllaba. Mendefius autem cum y scribendam, à Myndis, ut puto, Cariae urbe. Raphael a Mendefo Syriae urbe ait derivatum. GLAREAN. Mendefius pro Myndefius. Μένδης τόλις Αἰθίοπων. à μένδης Μένδης. hinc Πρωτομάχης Μένδης, cujus annales Aegyptios laudent, cum aliâ, cum Tantalus oratione contra gentes. HEINS.

146. Exanimatae sagax.] Eximendo, Exilis, ut syllabam non ostendam, & apum augmâ nomen faciam. Videt enim divinus interpretatur. COSS. FAXENSIS. Exiliorumque meliores. Lego, Aethion, Aethio. Status imitatus Theâ. VII. γενναίονη Ηελουσίδη Νυμφίδη Αἰθίων, ταχέως ἰσχυρὸν ἴατρον Πόλυον. HEINS.

147. Tunc ave deceptus falsâ.] Tunc ex melioribus. HEINS. Vide ad Epit. XVIII. 95. Ceterum expressit hunc locum Silius lib. V. 425.

Ille sibi longam Clotho, turbamque nepotem
 Crediderat, vanis deceptus in aliae signis.
 Neque dissimiliter Statius lib. VII. 720.

Vixerat ille lin pauper, scrutator aquarum,
 Decepit tellus, moriens huiusque notisque
 Lendat.

Et 787.
 Decepit tibi Phoebe larem, poenaeque insula
 Conjugi, & palchrum nati communitio sacrae.

Et eodem libro 157. Decepit larem dixerat. Ap-
 son. parent. 9. To Juvonis primis levi decepta
 anni. Vide quae de hoc verbo olim ad Petroni
 cap. CXV. notavimus, & nuper ad Vell. Pat. II. 116. BURN.

147. Resipiscit Thoactes.] Chersifus Planudes, non
 Thoactes. NAUGER.

148. Agyrtes.] Nomen infantis viro conveniens
 ἄγυρτης enim praefigiator vocatur. COSS. FAXENSIS. Casio explicat Pontanus vel à carnifici
 propter capitale factus, vel ab ipso filio, ut
 notat, quod verosimilius puto.

150. Conjurata undique pugnant Agmina.] Mel-
 lius, jurataque. nam veteres plurimi, conjurato-
 que, quod glossa est alterius. sic apud Nictan
 in Apollonio II. XVIII. 2.

Primigenie juravit indus arma viris
 quomodo & libro XV. 763. forte scribendum,

— viliis quoque triste parari
 Pontifici litum, jurataque arma parari.

cum in scriptis quibusdam extet, conjurato-
 vulgati, & conjurata. & LXXII. Met. 398.

— viliis communita retenti
 Nymphades avioni, jurataque traxit ad arma.
 ut codices nonnulli agnoscunt. Statius Theâ II.
 490.

Circueunt unum Phineus, & mille secuti
 Phinea. tela volant hibernâ grandine plura
 Praeter utrumque latus, praeterque & lumen & aures;
 160 Adplicat hinc humeros ad magnae faxa columnae:
 Tutaque terga gerens, adverte laque in agmina versus,
 Sustinet infantes. instabant parte sinistra
 Chaonius Molpeus, dextrâ Nabathaeus Ethemon.
 Tigris ut, auditis diversa valle duorum
 165 Extimulata fame mugitibus armentorum,
 Nescit utro potius ruat: & ruere ardet utroque:
 Sic dubius Perseus, dextrâ laevane feratur,
 Molpea trajecti submovit vulnere cruris;
 Contentusque fuga est. neque enim dat tempus Ethemon;
 170 Sed furit: &, cupiens alto dare vulnera collo,
 Non circumspectis exactum viribus ensem
 Fregit: & extremâ percussae parte columnae

Lami.

— exit in unum
 Phis fero jurata caput. HEINS.

Ego vulgatum malo: nam melius dici puto, con-
 jurata agmina, quam juratam caussam. vel, si
 imitate agmina. conjungas, inconcinuus hiatus
 praeter Ovidianam elegantiam admittendus erit.
 praeterquam cum conjuratio proprie dicatur in tu-
 multu & bello subito, ut hoc fuit. vide Serv. ad
 Virgil. VII. Aeneid. 1. Sigon. de Antiq. Jur. Civ.
 I. 12. & Dionys. Voss. ad Caes. VII. Bel. Gal. 1.
 Noster lib. V. fast. 172.

Hinc conjurata talia dicta dedit.
 Pa sca Graecia conjurata Horat. I. od. 15. & sic pas-
 sionem alicuius certans etiam Medicus, Neapol.
 & Paganus. non male, quia impugnantem sequitur.
 LUEMANNUS.

151. Pollicetur simul.] Semel cum duobus co-
 cibus, ut in illo,

Pollicetur simul nequeunt mansuere sauces.

Hicinus. Memoriae nimis fidens, qui omnium
 fore Poetarum loca tenebat, vir insignis, Lucani
 & Chaoniani loca confudit. hic enim lib. II. in
 Kull. Pollicetur nequeunt crescere (vel ex MS.
 mansuere) sauces. ille vero lib. I. 331.

Natus semel ore receptus
 Pollicatur praefer sanguis mansuere sauces.

Simil autem & simul confundi saepe videmus ad
 Ep. VI. 511. vid. & ad Quinctil. Declam. VI. 2.
 BURN.

159. Praeter utrumque latus.] Tres scripti, pro-
 pre. HEINS. Eadem varietas lib. VIII. 258.
 Praeter humum volitat. ut ibi legendum; & apud
 Virgilium II. 680.

Aethion seu propter avocatum.
 Tom. II.

LIV. IX. 2. Propter oram superi maris. ubi Rhe-
 nus, praeter. Phaedr. lib. II. 6.

Veni per auras cornix, & propter volans.
 Vide Gronov. ad Livii Epitomen libri XLIX. &
 Heinsum ad Ovidii Epist. VI. 5. BURN.

159. Praeterque & lumen & aures.] Licentia
 poetica haud dubie dixit, praeterque & lumen, cum
 de Polyphemo potius hoc congrueret, quamquam,
 praeterque & lumen & aures legi possit. GLAREAN.
 Hic Metaphora pariter & enallage in eo, quod
 dixit lumen pro luminibus. METELLUS. sed utrum-
 que puto posse huius vocis etiam applicari.

160. Adplicat hic.] Hinc Argentor. Ser. Medic.
 & quinque alii applicata. hoc sensu saepe Petronius
 utitur, sed dativum adiungit. vid. ad cap. LXVII.
 Eodem verbo in simili Alexandri certamine, sed
 minime credidit, & forte ex hac Persei fabula fi-
 cto, unatur Curtius & Justinus. ille lib. IX. 5. ar-
 boris spatiose sippi corpus, ne circuiti possit, appli-
 cavit. hic lib. XII. 9. Tranco se, qui propter murum
 stabat, applicavit. BURN.

162. Instabat.] Rectius, instabant primus Ba-
 silensis & unus Medicus. HEINS.

163. Chaonius molpens dextra Nabathaeus Ethe-
 mon.] Chaonius Epirota. Chaonia namque pars
 est Epiri a Chaone Trojano, ut carmine Virgi-
 liano etiam pueris notum est, appellata, Chaoniam-
 que omnem Trojana a Chaone dixit. REGIUS. Ex-
 nema duo nomina aspirationem habent, duo me-
 dia nequaquam. sed Mela. 10. καὶ Νάβαθατος Grae-
 ce scribuntur. GLAR. Non video, quae conve-
 nientia sit inter Graecos & Arabes, deinde inter
 Chaonius & Nabathaeus, quando Poeta, quasi
 duos socios fingit Ethemonem, & Molpeum. pro-
 inde dubito utrum legendum sit, Chaonius Nab-
 peni:

Lamina dissiluit; dominique in gutture fixa est.
 Non tamen ad letum caussas fatis illa valentes
 175 Plaga dedit. trepidum Perseus, & inermia frustra.
 Brachia tendentem Cyllenide confodit harpe.
 Verum ubi virtutem turbae succumbere vidit,
 Auxilium, Perseus, quoniam sic cogitis ipsi,
 Dixit, ab hoste petam: vultus avertite vestros,
 180 Si quis amicus adest: & Gorgonis extulit ora.
 Quare alium, tua quem moveant miracula, dixit
 Theseus: utque manu jaculum fatale parabat
 Mittere, in hoc haesit signum de marmore gestu.
 Proximus huic Ampyx animi plenissima magni

Peeo.

per: sunt enim Chani populi contemni Arabibus, & Nabathacis, ut Plin. auctor est lib. v. cap. 28. Micyll. *Gobanini* etiam ad Plinium Harduinus legit: in scriptis nulla varietas, nisi quod *Calanini* Licilensis habet.

164. Valle.] Vid. Gronov. ad Stat. xi. Theb. 256. in velle see. Thuan.

169. *Contentusque fuga est.*] Engae optimus Florentinus, quod non est contemnendum. Vide omnino, quae de hac locutione notari infra libro xv. v. 513. Dietsy Gretensis lib. ii. 17. *Ceterum Achilles, hanc contentus coram quae gesserat, Cyclicas aggrahitur.* apud Maronem tamen lib. xi. 815.

Contentusque fuga mediis se immiscuit armis. HEINS. Ita Gifanius observavit, Scaevolam leg. 37. §. ult. ff. de Legatis 3. dixisse, *contentum dimidiae partis desit.* Vide Preinsheim. ad Curt. lib. vi. c. 2. & Heinf. ad Vell. Pater. xi. 88. BURM.

170. *Sed furit.*] Legendum hic esse *ferit*, moment sequentia. pari lae affectum putem veritum 231. lib. xii. ubi pro,

Summosque inflantes, raptamque furentibus auferit, videtur legendum,

Summosque obstantes, raptamque furentibus auferit.

Ferentibus, hoc est abducentibus jam praedam suam, quod apprime ad Thesi actionem aptum est. adde figuram, quae Nasoni in deliciis. SCHREPERUS apud Tan. Fabr. lib. ii. Ep. 71. Nilul movendum esse docebat notae Heinf. ad Val. Flacc. l. 141. Ovid. ii. Vall. 752. & nostrae ad Petron. cap. cxlii. BURM.

171. *Exaltum ensium.*] Variant admodum codices: *extralium, exhaustum, agiatum* praefereates. sed praeeulgata rejiciendae omnes varietates. *exigere* enim *ensium* summam vicium intentionem notare docuit recte Barthe ad Stat. vi. Theb. 718. Val. Flacc. iv. 290

Et ceterum mediis in cautibus exigis ensium.

Vide Gronov. ad Senec. consol. ad Marc. cap. 26.

& similem verbi hujus vim ad Epist. ii. 24. notavimus. Berfmanni porro codex, *inireamfatis*, sed frustra: amare enim Ovidium saepe in similibus non praeponebat ad l. Amor. vi. 17. videmus BURM.

172. *Extrema percussas parte.*] Nescio an non rectius, *extremae percussa parte columatae*, quod in sex libris exstat. *Progi in extrema Doua.* & in Edidit Berfmannus. BURM.

175. *Inertia.*] Unus meus & Abb. *inermia*. CIOFANUS. Lib. i. 487.

Tendentemq; manus Priamum conspexit inermis. Et *Inermia* reponendum ex Bernegegerano, praee Kifurt. & multis aliis. Virgil. lib. x. 595.

— — — *frater tendebat inermis*
Infulis palmas.

Libr. xi. 414.

— — — *dexteras tendamus inermis.*

libid. 674.

Dum subit, & dextram labentis tendit inermis. ita optinae membranae Florentinae lib. xii. 314.

At pias Aeneas dextram tendebat inermis. HEINS. *Inermis* etiam duodecim scripti. mox praee *judit* tres, praee *unus*.

177. *Succumbere.*] *Pracumbere* unus Heinf., praee *cedere* plurimi.

178. *Cogitis ipsi.*] *Ipsa* Cantabr. Heinfus malebat, *ipse*.

182. *Theseus.*] *Praeflantiores, Theseus*, vel *Theseus*. probe. mox *Ampyx* pro *Ampyx* beati primus Palatinus. unus Thuan. *Ampyx*. A praee HEINSIUS.

183. *Jaculum fatale.*] Corrige ex omnibus libris scriptis, *fatale parabat*. CIOF. *Jaculum fatale dicit Medic.* & unus Basil. apud Virgilium tamen *l. 71. haeret lateri letalis arcando*, ubi quidam Codices *enim, fatalis*, ita lib. vi. 251. quidam Codices, *scilicet, ali, latiferrum ferrum*, sed lib. xii. 919. *jaculum fatale cornicat*. Cantabrigiensis etiam, *manus* non inelegerit. sic l. Am. viii. 110. *At nostrae vix se continuo manes,*

329

185 Pectora Lyncidae gladio petit: inque petendo
 Dextera dirigit, nec citra mota, nec ultra.
 At Nileus, qui se genitum septem Nilo
 Ementitus erat, clypeo quoque flumina septem
 Argento partim, partim caelaverat auro,
 190 Adspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis:
 Magna ferēs tacitas solatia mortis ad umbras,
 A tanto cecidisse viro. pars ultima vocis
 In medio suppressa sono est: adaptataque velle
 Ora loqui credas; nec sunt ea pervia verbis.
 195 Increpat hos, Vitiōque animi, non crinibus, inquit,
 Gorgoneis torpetis, Eryx: incurrite mecum;

Et

185 *lingua dicit, oculi videre* & similia passim apud Nostros, pro loqui lingua, oculis videre. Vid. ad Epist. x. 26. & 120. & alibi. BURM.

186. *Ultra est.*] Tolle verbum substantivum ex sibe codicum. *ad citra* primus Medicus & duo alii HEINSIUS.

190. *Adspice, ait, Perseu, nostrae primordia gentis: Magna ferēs tacitas solatia mortis ad umbras, A tanto cecidisse viro.*] Laus aliqua est, à forti strenuēque viro interfici. Sic infra lib. xii.

Quisquis et, è juvenis, dixit, solamen habeto
Interu, ab haematio quod sis jugularis Achille.

Ita Virg. lib. x. de Lando ab Aenea interfecto:

Hic tamen infelix miseram solabere mortem,
Aoniae magis dextra cadit.

Vide in Servium, & eodem libro, de Pallante cum Tumo congressuro:

Aut spūis ego iam raptis laudabor opimis,
Aut his infelix: fori pater aequus utriusque est.

CIOFANUS. *Suspens* Argentor. unde Heinfus, *suspens*. Perseus etiam maxima pars scriptorum.

192. *A tanto*] Aliquid hic desidero: non enim satis Latum videtur. Forte, *Te tanto*, vel, *Tu tanto* praecedenti versu Gronovianus & Medicus, refer. ferēs Thyfii cum Moreti libro, forte, *magis fer, i. HEINSIUS*. Immerito locutio illa, *a tanto cecidisse viro*, suspecta est illi viro. ita Ep. xi. 36.

Tu par infelix ne quis ab hoste cadat.
 Inf. lib. xii. 596.

Quid a forti (sic vos voluistis) Achille.
 Suet. Oth. v. *Nihil me referre ab hoste in acie, an in foro, ubi creditorius cadoret.* Lactant. argum.

lib. vi. lib. xii. *Neptunus graviter ferens Cygnum* *plena ab Apolline cecidisse*, ut Colonienfis editio, *scilicet, cecidisse*, nec dissimiliter Valer. Flac. viii. 31.

Sed frater Graja vultus cecidisset ab hoste.
 Pone al aliquo dixit Plinius lib. xi. 37. *Marella,*
cum jussu ab Hannibale, jecur desijit in vestis.

BURMANNUS.

195. *Non viribus, inquit, Gorgoneis torpetis.*] Cum crinibus Florentinus S. Marci & unus Medicus *viribus* Neapol. Bernegger. prim. Palat. fec. Medic. schedae Theat. & duo aut tres alii. *Scilicet, non crinibus*, quomodo Bononiensis unus pro diversa lectione. hinc & *δρακονοειδῶν* dicitur. Noster libro iv. 771.

— — — *crinita draconibus ora.*
 Et 801.

Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydras.
 lib. vi. 119.

— — — *Crinita colubris*
Mater equi oplucris.

Amor. lib. iii. Eleg. xii.

Nos pedibus pennas dedimus, nos crinibus angues.
 Hinc a Siderio Apollinari carm. xvii. *crinifatas*

Pegasi alas dicitur voluit. ita enim in codicibus nonnullis vetustis legitur, quod viri doctissimi, ut gentianum scripturam admittere non dubitarunt:

Hic & crinifatas jungebat Pegasi alas,
Partans doctiloquo sacandum ruri Cronem.

Sed cum potiores membranae, *hypocrinifatas* illic adnoctant, omnino, *Hic Phoreyfiatas*, aut *Phoreyfiadas alas* a Siderio dicitur esse opinor: non enim ex crinibus Medusae, sed ex sanguine ejus Pegasus natus est. *Phoreyfiadas* ergo *Pegasi alas*, aut *Phoreyfiatas*, tanquam ex Phomyide Medula nati, perperam etiam, *doctiloquo crine*, legitur. Lucanus libro vii. 249.

Pallas Gorgoneis dissidit in aegida crines.
 Val. Flaccus lib. vi. 113.

— — — *ipsaque Pallas*
Aegide terrificā, quam nec Dea lassat habenda;
Nec Pater, horrendem colubris vultuque tremendam

Gorgoneo, sus famineos ostendere crines
Tempus adnot.

ubi denuo *crines Gorgoneis* habes, qui locutus alterius me admonet hac occasione apud Valerium restituendi l. iii. vi. 53.

Et prostrante humi juvenem magica arma moventem,
 Incurfus erat; tenuit vestigia tellus:
 Immotusque silex, armataque mansit imago.
 200 Hi tamen ex merito poenam subiere, sed unus
 Miles erat Persei, pro quo dum pugnat, Aconteus,
 Gorgone conspecta saxo concrevit oborto.
 Quem ratus Atlyages etiamnum vivere, longo
 Ense ferit: sonuit tinnitibus ensis acutis.
 205 Dum stupet Atlyages; naturam traxit eandem:
 Marmoreoque manet vultus mirantis in ore.
 Nomina longa mora est mediâ de plebe virorum
 Dicere. bis centum restabant corpora pugnae:
 Gorgone bis centum riguerunt corpora visâ.
 210 Poenitet injusti nunc denique Phinea belli.
 Sed quid agat? simulacra videt diversa figuris;
 Agnoscatque suos: & nomine quemque vocatos
 Poscit opem: credensque parum, sibi proxima tangit
 Corpora: marmor erant. avertitur; atque ita supplex,

Con-

— *talique metus non Martia cassi,
 Zambaidumque conat, non tristis ab aethere
 Gorgon
 Spascent, aut tantis aciem raptaverit umbris.*

ubi primo *talique metus* scribo, hoc est, nocturno tempore. nisi umbras & errorem animi intelligas. deinde *non tristis ab aethere Gorgon*. nam ab aethere profus friget. ipse Valerius infra, 88.
*Stat manus, acifono quam nec fera pectore virgo.
 Dissulerit, nec dextra Jovis.*
 nota illa Virgilio, viii. 435.

Aegyptaque horrifera, turbatae Palladis arma.
 ceterum error natus, quod *accide* scripserat librarius, aut *edg* omiserat, ut in alio Valerii loco lib. iv. vi. 508. ubi *Lucas* civis induit *uobis*, vel *Evos* nunc legitur: cum *Aegypt* sit scribendum. Ceterum *uobis* pro, *crimibus* pari errore etiam legitur apud Marcian. Capellam lib. ix.

*Hesperem intactam servet licet, usque puellam,
 Noctam culebris, Phosphore,
 Nec matris lacrimae, pressi nec crimibus unguis.
 Nexur valebant rumpere.*

Prove matris, Barthius ad Claudianum non male, *ne tam actus*, scilicet *nexus*. HEINSIUS.
 109. *Invenisse silet*.] Proba lectio, *silex*. CONSTANT. FAK. *Silet* maxima pars codicum, quod probat Vivianus.

200. *Poenas*.] *Poenam* meliores & mox, *etiamnum* HEINSIUS. ita & lib. x. 154. vid. II. Amor. 11. 60.

207. *Aconteus*.] Unus Medicus, *Achoreus*, quod nomen & habes apud Lucianum, Magi Aegypti, cum Caesare Philosophantis de ortu Nil. *Adami* unus Gronovii, alius, *Achante*. *Adami* duo alii. HEINSIUS.

204. *Sonuit*.] Unus Gronovianus, *tonnit*, ut apud Stat. iv. Theb. 263. ex MS. *tonit* *arui*. *arui* etiam Cantab. & tres alii.

207. *Nomina longa mora est mediâ de plebe virorum* Dicere.] Ennius:

Multi alii adventant, paupertas quorum obsequi nemina.

Unde Virg. lib. ix. illud videtur simpulsi:

— *multam in medio suis nomine silem.*

GIORGANUS.

210. *Tunc denique*.] Nunc meliores. HEINSIUS. Vid. sup. 147. & inf. 471. & vi. 86. *incepti* *h-* unus Leidensis.

212. *Nomine quemque vocatum*.] *Vocatis* *voti* veteres. *vocato* septem. Scibe, *quemque vocato*. infra 402.

— *& nomine quemque vocatos
 Exhortatur eos.*

quomodo & ibi ex vestigiis verorum *illorum* *re* posuimus. Trist. iv. lileg. 111.

Nomine quos cupio dicere quemque sive.

Gratius, vers. 11.

— *tum partes quisque fecerit
 Exigere suas.*

215 Confessasque manus, obliquaque brachia tendens,
 Vincis, ait, Perfeu: remove fera monstra; tuaeque
 Saxificos vultus, quaecumque ea, tolle Medusae.
 Tolle, precor. non nos odium, regnive cupido
 Compulit ad bellum: pro conjugemovimus arma.
 220 Causa fuit meritis melior tua, tempore nostra.
 Non cessisse piget. nihil, ô fortissime, praeter
 Hanc animam concede mihi: tua cetera sunt.
 Talia dicenti, neque cum, quem voce rogabat,
 Respiciere audenti, Quod, ait, timidissime Phineu,
 225 Et possum tribuisse, & magnum munus inertis est,
 (Pone metum) tribuam: nullo violabere ferro.
 Quin etiam mansura dabo monumenta per aevum:
 Inque domo foci semper spectabere nostri:
 Ut mea se sponsi soletur imagine conjux.
 230 Dixit: & in partem Phorcymida transtulit illam,
 Ad quam se trepido Phineus obverterat ore.
 Tum quoque conanti sua flectere lumina cervix

Diri-

Ubi fecit male. Idem 447.

— *ut quisque vocatos pingua libant
 Thauri sicut.*

Antonius Periclia Iliad. 117.

Arque sua quomque acies in bella sequuntur.

Metam. i. 59. ex antiquis libris,

Cum sua quisque vagans diverso flamma trahit.

Pura diximus Amor. lib. II. Eleg. xi. vers. 21.

HEINSIUS. Ita apud Juvenalem Sat. vii. 213. ex vetustis libris legendum:

Sed Rufum atque alios caedii sua quemque juvenis.

Valgo, *sua quomque*. Virgil. lib. ix. Aeneid. 162.

Illos centum quemque secuti.

Apulei. vii. Metam. *Cum sibi quisque metaentes
 obducant*. Hyginus de constitut. Agrorum: *A-*

fluarius pulis suo quemque numero inscriptos designat. Vide supra ad lib. i. 59. & apud J.

Et Gronov. ad Liv. vii. 19. & Jacobum filium, *primum* nova accessione opes augmentem, ad Marcob. Som. Scip. lib. i. cap. 1. BURN.

215. *Confessasque manus*.] Hic *conflexas* ex antiquo exemplari corrigimus. CONSTANT. PANENS. MEIUS MSS. alii, *Conversasque manus*, *obliquaque brachia tendens*. DAN. HEINSIUS. *Complosasque* unus Thuan. Apulei. Met. ix. *Vacuas manus complosas suspicavit, protinus in se visum capessit.* apud Lucan. lib. II. 292. *complosas tenuisse manus*.

Conversasque unus Moreti. non male. Nihil tamen tenete mutandum. inf. l. xi. 264. *conflexas amplectitur* Moret. mox pro *sua monstra* rectius idem Thuanus, *sua monstra*. ut & Moreti unus. HEINSIUS.

Confessasque Medicus unus. *adversasque* Menardi; vel *conjectasque* unus Heinii. *complosare manus* saepe Petronus, ut cap. xviii. xxv. & alibi, sed fere in lactina.

215. *Obliquaque*.] Admodum variant scripti, *obliquaque*, *abductaque* exhibentes, sed nihil mutata est enim post tergum extendens, qui habitus supplicum in oriente. Amman. lib. xviii. cap. 9. *Manus post terga connectens, quod apud Assyrios supplicis indicat formam, ignosce mihi, inquit, ad quem locum vide Lindenbrog. Burn.*

217. *Quaecumque ca.*] *Quaecumque* est quinquo scripti; male. Virgil. lib. v. 83.

*Nec tecum Ausoniam, quicumque is, quaerere
 Tibirin.*

Ita lege, male *quicumque* est. ita mox 260. *quocumque* ea *caussa* videndi. HEINSIUS. Ita *quisquis* *et*. vid. 111. Trist. xi. 56. & xii. 43. *Vultus & crimum* *talla* MSS. Bernmanni.

221. *Non cessisse*.] *Nunc cessasse piget*, prior Moreti, non *cessisse* duo. sed *cessisse* Junii. nos tres.

221. *Concede mihi*.] *Concede* *precor* unus Medic. ex melioribus.

223. *Nec cum*.] *Nec adhuc* Leidensis. forte, *nec ad hunc*. HEINSIUS.

224. *Quod ait*.] *As* plurimi. *agis* unus. quod vis Medic. Leid. & Gronov.

229. *Se sponsi solatur*.] *Sub sponsi* Junianus. *Sub pressi*. Leidensis. *laetare* tres alii.

232. *Sua lumina flectere*.] In tribus antiquis, *Sua lumina* *vertere*. Croe. Vid. ad lib. II. 21. 111. 188.

Dirigit, faxoque oculorum induruit humor.
 Sed tamen os timidum vultusque in marmore supplex;
 235 Submissaeque manus, faciesque obnoxia mansit.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Proetus in lapidem.

^a Perseus Abantis pronepos, votorum compos, cum conjugē Andromeda Argos patriam suam adiit. Proetumque, pulso Acrisio fratre ipsius Persei avo, re nautem, offenso Medusae capite in lapidem vertit, avoque, licet immerito ^b (ipsum enim cum Danae matre aene impostum in mare projecerat) regnum restituit.

Vltor Abantiades patrios cum conjugē muros
 Intrat; & immeritae vindex ultorque parentis
 Adgreditur Proetum. nam fratre per arma fugato
 Acrifoneas Proetus possederat arces.

240 Sed nec ope armorum, nec, quam male ceperat, arce
 Torva colubriferi superavit lumina monstri.

FAB. III. ARGUMENTUM.

Polydectes in lapidem.

Polydectes rex insulae Seriphi, ^a ad quam Perseus cum ^b Danae ^c matre inclusus er-

& Ep. XVI. 238. in quibus omnibus locis eadem divinitas.

235. Obnoxia.] Vide Gronov. ad Senec. III. de Ira. 8. & Schulting. ad Quinct. I. Decl. 6.

^a Perseus.] Hoc argumentum nec MS. nec Veneta, vel Micylliana agnoscunt. Est enim ad verbum descriptum ex Regianis commentariis, & pro Laetantiano a Racnero nobis obtrusum. Sed illud miror, a nemine animadversum id haecenus. Barhii vero etiam misereri sinit, ut qui verba Regii, tanquam si iudubitate Laetantiana essent, ex Hygino illustrare instituat, Advers. lib. x. cap. 8. MUNCKER. Nec Patruen. nec Lugdun. nec Colon. habent. Abantis pronepos Racner. & Gifelin. & nescio unde Munkeni editio Atlantis habeat, nisi errore operarum interserit. Abas enim pater Acrisii, unde Danae, & inde Perseus, qui ergo pronepos Abantis fuit.

^b Ipsum enim.] Eum non habet Muncker.

230. Mares intrat.] Atqui Proetus, pulso Acrisio, tenuerat Argos. quare melius puto eum Leidensi codice legere, fines, vel portus, ut idem pro variis lectione agnoscat. Ita lib. IV. 567.

Contigit Illyriam profuga cum conjugē portus. nō etiam nonnulli puer. BURN.

237. Immeritae parentis.] Quidam, immeritae pa-

rentis legunt. NAUGERTUS. Immeritae ex scriptis Naugerii. ut de Danae intelligatur, cum de fore non possit intelligi. HEINSIUS. Regius per parentem, avum intelligit.

238. Nam fratre.] Jam Cantabr. & Barberin.

239. Acrifoneas.] Acrifionem Cantabr. Acrifionem Barber. & Langern. Acrifionem Regium primus.

^a Ad quam.] Ad quem Colon.

^b Danae.] Danae Parmens.

^c Matre.] Deest Colon.

^d Capiens.] Capientem autem Colon.

^e Arbitrum.] Non vidit elegantiam locutionis Racnerii, cum pro arbitro nobis Perseum tunc suppositum. Arbitr est testis & inspector. Haec. Epod. 5. Orbis meis non infidels arbitrat. Schol. postul. remotis. locus Sallustii habetur Catil. cap. 10. vulgariter significatio est, qua arbiter ponitur pro iudice. Unde arbitrium pro iudicio & temeritate. Sext. Rufus Breviar. cap. 13. Lycam superius regis Apionis arbitrio sumus assiquati. lego, superius. Testamentum intelligit, quod superius arbitrium. MUNCKER. Allegare arbitrium Parm. Lugd. per oblegare.

230. peccerat, ^a capiens ^b ablegare arbitrum, ^c ut matre illius libere potiretur, ad Germanis Medusae ^d refecandum caput cum misit, ^e quod ille Minerva volente ad Polydecten patuli, ^f infuciantique laborem operis ostendit, ac prius ille ^h eo dirigit, quam se miseretur.

TE tamen, o parvae rector, Polydecta, Seriphi,
 Nec juvenis virtus, per tot spectata labores,
 Nec mala mollierant: sed inexorable durus
 245 Exerces odium: nec iniqua finis in ira est.
 Detrectas etiam laudes: fictamque Medusae
 Arguis esse necem. Dabimus tibi pignora veri;
 Parcite luminibus, Perseus ait: oraque regis
 Ore Medusaeo filicem sine sanguine fecit.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

Musae in Aves.

Musae, ^a cum Parnasum montem petissent, adversis tempestatibus ^b invitatae à Pytho, qui Dauidam Phocidis urbem incolebat, ^c testa subierunt: qui pulchritudine captus virginum, cum regiam claudi imperasset ad vim inferendam, ne cupiditatem ejus experirentur, in volucres conversae sunt: ^d quas ille dum per ardua montium persequitur,

^a Te matre ejus libere.] Libere deest Lugd. Micyl. Colon. matre qui potiretur Colon.

^b Invitandum.] Secandum Colon.

^c Quae illa.] Qui illud Colon.

^d Infuciantique, etc.] Revocavi & hic gentinam lectionem ex MS. & Veneta, rejectis commentis Racnerii. MUNCKER. Qui dederat, cui non credenti, solennique infuciant, Perseus caput ostendit, moxque dirigit. ut est etiam in Ed. Heinf.

^e Et dirigit.] Et non habent Parm. Lugd. Micyl. Colon.

240. Polydecta.] Polydecta scribendum, ne peccetur in legem carminis. sic Orestas, Orestas, & similia. Paulo ante pro, superavit lumina monstri, videtur reponendum, vivavit. sed obstant libri veteres. HEINSIUS. Recte Heinsius, Polydecta: ita nescio quis auctor Indicii in Varronem Scaligeri notaverat, Mitherte cum e brevi in vocandi casu dicit, cum ipse Scaliger in appendice notarum pag. 191. notaverit, atqui Melius: ita potius facit, quod non fit e breve, & calligaverat Aristarchum. Vid. ad Epist. III. 87. Fabulam vero Polydectae hic late Regius ex Pherecyde exponit, cuius verbis eum videre potes narratam Scholiam Apollon. Rhodii lib. IV. 1514. variant vero auctores in ea. videtur Hygia. fil. cccxxxi. Schol. Germanici pag. 113. Sept. 1 Theb. 98. & Pindarus in Pythiorum odis x. & xii. Magnetis filius vulgo

statuitur. vid. Hygin. Poët. Afr. II. 12. atqui Schol. Apollon. d. I. facit Dietyis fratrem Amphiaraus, & ad eundem librum v. 1091. dicit Dietyon & Polydecten filios Perifhenis & Androthoës. Apollodor. lib. I. 9. Magnetis & Naidis nymphae utrumque filios facit, qui tamen lib. II. 5. 4. ἀδελφὸν ἀμφιάρου facit: licet illa vox ἀμφιάρου unci includatur in editionibus, quasi intrusa a librario. apud Apostollum cent. VI. Prov. 44. ubi late Persei fabula narratur, vitiose, notante Heinsio, Παλλώκετι pro Παλωδωκετι scriptum, & ab interprete Polluci redditum, quasi Perseus Pollucem lapideum reddidit. BURN.

244. Durus.] Durus tert. Medic. & Genov.

246. Detrectas.] Detrahitas plurimi codices, quam scribendi rationem probat Broukhuf. ad Prop. II. II. 11. & ad Tibul. I. VII. 44. Laudes etiam Francof. & infuciat alii. Sic Liv. xxxiv. 15. Cato haud sane detractator laudum suarum, ubi detractor MSS. quod videtur probare Jacob. Gronov. sed scriptum est pro detractator. vid. ad Remed. 365. sic & contracto infr. VIII. 607. ex MSS. BURN.

^a Cum Parnasum.] Cum suum fontem petissent. Colon.

^b Invitatae.] Invitatae a P. qui Dauidam. Colon.

^c Testa subierunt.] Eius testa. Racner. Heinf.

^d Quas illa dum, etc.] Haec est lectio MS. quam

itur, prolapsus altitudine scopulorum praecipitatus est, ita ut toto corpore elideretur, et
tamque juuaret.

250 **H**AActenus aurigenae comitem Tritonia fratri
Se dedit, inde cavā circumdata nube Seriphon
Deterit, à dextrā Cythno Gyaroque relictiis.
Quaque super pontum via visa brevissima, Thebas,
Virginumque Heliconā petit; quo monte potita
255 Constitit; & doctas sic est adfata sorores:
Fama novi fontis nostras pervenit ad aures;
Dura Medusaei quam praepetis ungula rupit.
Es mihi causa viae. volui mirabile monstrum

Cer-

quam, & Veneta & Micvillus adstruunt, ne quid
te moveat antea Raceneri. Muxera. Quasdam
ille involveris per aera persequi voluit, delapsus est,
ita ut toto corpore elideretur, et tamque juuaret.

250. Comitem Tritonia fratri Se dedit.] M. Tul-
lius de Amicitia: Noque se comitem illius furoris,
sed ducem praebuit. Idem in Pisonem: Tribuit se
mercenarium comitem Regi Alexandrino. & ad Len-
tulum Epil. ix. Mirificam me tibi comitem pre-
buissem. CIOFANUS. Vid. ad lib. ii. 588.

252. Cythno Gyaroque relictiis.] In omnibus Cy-
pro legitur; sed tam longe a Seripho & Cycladi-
bus omnibus Cypro, ut nullum omnino in hoc
verso locum habeat. Ideo nos Cythno legendum
putavimus; quae una est Cycladum, Seripho pro-
pinqua, auctore Strabone, Stephano & reliquis.
Sed & Planudes hunc Ovidii locum sic interpreta-
tur: *Εν τῷ δὲ κείνῳ νεφέλῃ περιεστῆσα τῷ
Σερφῶν καταλήσασθαι, καὶ τὴν Κέθρον καὶ Γυάρου
ἐπιπέσει ἀπὸ τοῦ ἕως ἐνταυτοῦ ἔδος ἔδωκεν ὄπισθ
τῷ ἑλάσσον ἰσχύ, καὶ ὄπισθ καὶ τῷ περὶ
καὶ ἑλάσσον ζερεῖ.* NAUGER. Cypro quidem legi-
tur, sed cum haec insula longe à Gyaro distet, ut
pote quae sit in mari Pamphylia, cum Gyaron esse
in Aegeo conflit, minus huic loco convenire vi-
detur. Porritan autem pro Cypro legendum est,
Seyro. Nam Seyros insula est una ex Cycladibus
Gyaro propinqua, quae & ipsa una est ex Cycladi-
bus, in qua mures ferunt rodere dicuntur. In-
de Gyarens nomen gentis trisyllabum, declinatur.
Mendum est apud Plinium lib. iv. 13. ubi legitur
Seyros à Naxo quatuordecim millia passuum, Ho-
meri spatulorum quatuordecim. Cum non Seyros, sed
Ios ex sententia etiam Strabonis legendum sit,
quidam vero alii legunt, Cythno. REZIOUS. Nec
Cypro, nec Seyro placeat; sed Seripho, quae inter
Cycladas numeratur. CONS. FANLISSE. Quidam
vero etiam Seyro legunt. Est enim Seyros, longa,

eadem insula quae ab Homero Odyssae. 15. Cy-
ria appellatur, ut ait Strabo libro decimo, nunc
raturque etiam ipsa cum Cycladibus ab eodem au-
tore. Ex hac insula Pherecydes fuit, Babinus co-
gnomente, antiquior Atheniensium tabularum
scriptore illo. Est & alia inter Cyclades insula,
Seyronus, quae & ipsa non multum à Cypro
nomine abest. Haec quoniam non longe à Gyro
distat, & apud Strabonem eodem loco cum illa
recensetur, debitare quispiam posset an legendum
foret, Seripho Gyaroque relictiis. Sed de hoc alii
dicunt. MREYLL. Seriphon insulam vocem, quam
Ptolemaeus Seyron. Ceterum Raphael Seyro lego,
quod in aliis codicibus erat Cypro, ut ego Cythno
legendum arbitror. nam avolanti ex Seripho
in Boeotiam Cythnos & Gyaros, eam Plinius
lib. iv. cap. 12. ab Andro abesse dicit. Graeco. pl-
sum, ad dextram erunt; nisi quis carmen inle-
gere velit: *Deserit a dextera Cythno Seyroque re-
lictis.* GLAREAN. Aidus olim impellit. *A dextera
Cythno, Seyroque relictiis.* Quam lectionem pro-
bant eruditi viri, egoque his assentior. Sed usque
priorum istam damno, quae in uno Caeseli legi-
tur. In aliis vero, *A dextera Cypro, Gyaroque.*
Verum in meo antiquiore supeme Cypro adscripta
est glossa, *vel Seyro.* In lib. Urs. Cyro. postea
addidit manu recenti; factumque, Seyro. CIOF.
Cypro exemplaria omnia antiqua, quae tamen hic
locum non habet. quare nihil mutandum, nisi
Siphos repinas. nam & haec una Cycladum. In
duobus Ciofani, Seyro, etiam non male. KILIANUS
tamen Planudes agnoscat in Metaphrasi. HELIANTUS.
Lib. vii. 465. conjungit, *Cythnon, Seyron ex Seriphon.*
257. Praepetis.] Praepes de alium genere fere
dicitur, sed quia Pegalus alatus erat, praepetum
cum hoc loco vocat Ovidius, DOUZA. Vid. ad
lib. iv. 717.

257. Ungula rupit.] In uno meo, *Ungula
fuit.* CIOFAN.
258. Es mihi causa viae.] In antiquis, *viae est
locum.*

258. 1741

Cernere: vidi ipsum materno sanguine nasci.
260 Excipit Uranie: Quaecumque est causa videndi
Has tibi, Diva, domos, animo gratissima nostro es.
Vera tamen fama est: & Pegasus hujus origo
Pontis. & ad latices deducit Pallada sacros.
Quae mirata diu factas pedis scilicet undas,
265 Silvarum lucos circumspicit antiquarum;
Antraque, & innumeris distinctas floribus herbas:
Felicisque vocat pariter studiique locique
Mnemonidas. quam sic adfata est una sororum:
O, nisi te virtus opera ad majora tulisset,
270 in partem ventura chori Tritonia nostri,

Vera

258. Vidi mirabile scilicet Cernere.] *Mirabile
monstrum* Cantabrig. prior Editio. secundus Medi-
ceus, & quatuor alii. sic Nosler facpe alibi. HENRIS.
Eadem varietas inst. lib. viii. 96. *Turbatusque novi
respondit imagine facti.* ubi nonnulli, *monstri.* &
lib. x. 553. & *vetus monstrum mirabile culpre.*
ubi in quibusdam, *factum.* BURM.
260. Excipit Uranie.] *Excipit:* id est, Respon-
dit. Iti iusta: *Jupiter excepit.* & lib. superiorem
suo finem: *Excipit unus ex numero Procerum.* Et
v. Fal.
*Excipit Uranie: sedere silentia cunctas,
Et vox audiri nulla, nisi illa potest.*
Virg. lib. iv.
Tum sic excepit Regia Juno.
Statius lib. x. *Excipit vrsa Dymas.* Silius lib. xiii.
Excipit his mater.
Val. Flaccus lib. iv. *Excipit Aesopides.* Graeci di-
cunt *ἐπιπῆσαι.* Sic etiam dicimus *Excipere argu-
menta aliorum,* cum ei respondemus. CIOF.
260. Quaecumque est.] *Malim, ea.* Vid. sup. 217.
HENRIS.
261. Animo est gratissima nostro.] In duobus
meis, duobus Vazic. & aliis, *Animo gratissima no-
stra est.* CIOFANUS. Alii, *nostro est.* Scribe, *nostro est.*
ἡσυχίασιν ἡσυχία. hemistichium Homericum,
quod & Virgilius expressit Aeneid. xii. 142.
Symphoniam suorum, animo gratissima nostro.
Et Silianus Jug. xiv. *Jam jam frater animo meo
carissime:* verba sunt Aetheralis. & Arithomenes
apud Apulej. i. Miles: *Jam jam grabatule animo
meo carissime,* ubi vide Pricacum pag. 41. Propert.
lib. i. el. 11.
*His tu semper eris nostrae gratissima menti,
Tandem dum miseram sint tibi luxuriae.*
In opinor legi debere, *non nostrae vitae.* postea
adavit nonnulli, bene: ut lib. ii. 106. HENRIS.
265. Fallax.] *Evaditias Oxon.* ut modo rupit
dicit, *salus pede praepetis* unus Heinio, qui etiam
vers. 157. volebat *fregit,* quia in septem codicibus
repererat, *fecit.* *Pedis ungulis* Gronov. sed Cer-
ton. II.

manicus in equo, *Musaos fontes dextri pedis scilicet
hansit.* BURM.
267. Felices studiique locique.] Sic Horatius 17
Sat. ix. 11. *Felitem cerebri dicit Hollanum,* & nescio
apud quem poetam, *felix animi.* alii tamen hoc loco,
studiique locique malunt. DOUZA. Sed male, licet
ita & quidam Heinio inspecti habeant. Vid. ad
lib. i. 111. 132. & Lambin. ad d. l. Horatium.
268. Mnemonidas.] *Musas.* *Maconides* autem non
à *Maconis* filibus descriptis, ut quidam somnia-
runt, sed à *Maconia* dicuntur, ut *Avoides* ab *Avonia*,
Pierides à *Pieria*, *Thespiades* à *Thespiis* fue-
runt denominatae. Quamquam *Myzoides* prima
per y Graecam vocalem fortitan rectius scribere-
tur. Nam *Myzonia* urbs est Phocidis, de qua Pau-
sanias in primo mentionem facit. REZIOUS. Vide-
tur hoc loco poeta, quasi quandam crucem pos-
uisse Grammaticis. Neque enim qua ratione *Mae-
noides* (quo nomine Lydi alias vocatur, à *Macone*
natio fluvio scilicet, ut meuit Stephanus.) *Musas*
ille dixerit, quisquam haectenus explicare certo po-
tuit. Et *Myzoides*, (quod verbum Regio perphi-
cet,) à *Myzonia* urbe, quae Locorum proprie-
tas est, ut ex Paulania patet, *Musas* appellari, nimis
longe positum, & exemplo caret. Propius autem
fuerat, *Maconides* dici, vel à *Maconia*, ut demus
Maconiam aliquando Boeotiam vocatam, sive à
Macone, *Maconis* filio, qui, auctore Statio, so-
lus superstes ex eis, qui Tydco infidias fecerant,
mansisse traditur. sive etiam abunde. Vel à *pal-
estris*, quod verbum indagare atque inquirere signi-
ficat, perinde ut à verbo *μαρτυρομαι* *Muse* dicuntur.
Sed neque hanc etymologiam ferent Critici, cam-
que aeque coniectam dicent & anxie quaerant.
Proinde istud, quod solum in talibus possumus, di-
camus licet, *Ovidium* ex vetusto aliquo Graeco
poeta nomen hoc transfuisse. verum quantum
ille sit, aut ubi alias nomen idem scriptum, id
nos scilicet ignorare. Nam quod quidam dubita-
vere, utrum *Mnemonides* legendum foret, à *Mne-
mosyne* deducto patronymico anomalo, id aequo-
trivo-

Vv

Musa in certamina provocavit cantusque: quarum una carmen exosa est, quae Gi- gantes adversus deos contulerunt. Ex quibus Typhoeus terrigena deformitate terro- ris deos committens in Aegyptum: ubi Juppiter eo metum in arictem versus est, et, qui in cavernam, Liber in capram, Diana in selen, Juno in vacca, Venus in plum- ham, autem Moeris, cum Cereris ludem ceclupent, et quatuor Typhoeus Aeneas, monti Siciliae subjectus est. Pierides citharae in pias sunt transfiguratae.

295 MUSA loquebatur. pennae sonuere per auras: Voxque salutantum ramis veniebat ab altis. Suspicit; & linguae quaerit, tam certa loquentes, Unde sonent: hominemque putat Jove nata locutum. Alas erant, numeroque novem, sua fata querentes, Inlilerant ramis imitantes omnia picae. 300 Miranti sic orsa Deae Dea: Nuper & istae Auxerunt volucrem victae certamine turbam. Pteros has genuit Pellaeis dives in arvis.

Pae-

Hoc argumentum non inventi in Parmensi nec Lugd. nec Colon. hoc loco, sed in fine hujus libri, ante versum cetera. ^a *Enipus.* Anippe Lugd. Ragner. Colon. Heinf. Eius Thun. ^b *Gloriosae.* Gloriorum Patm. Lugd. sicut nuntio sui gloriat Colon. ^c *In certamina provocavit cantusque.* In certamina cantu provocavit. Resner. Heinf. certamina cantu provocavit. Colon. ^d *Contulerunt.* Contulorunt. Colon. ^e *Terrae.* Terrae deos committens in Aeg. rectum hanc. *Differunt terrae deos* Colon. ^f *Verus est.* Commisus est Colon. ^g *In cavernam.* Sic Venet. & MS. non capram, ut edebat Ragnerus. Antoninus Liberalis in hac fabula cap. 18. *Τύφω δὲ ἐξώζετο δέποιε:* pro quo Ovidius v. Met. vers. 326. *Pteris semelita ca- pro.* Certe *τύφος* Graecorum à Latini *caper* modo, modo *liber* venit. Notum est foetorem a- larum *τύφος* dici à Graecis. At illam ut *lircam* Horat. epod. 12. *lithone* appellant, ita *capram* Catull. carm. 6. & Ovid. lib. 11. Art. immo *capram* etiam Horat. lib. 1. epod. 5. vers. 19. *Sed nimis arida pennis vides coactura caprae.* *Τύφος* erat, cui vitum rotendo punishmentem hominibus mon- stravit, ac *lircus* dicitur à Martial. lib. 11. 24. & ab Hygin. Astron. 11. 2. Verum Mythol. cap. 274. *Caper*, ut & apud Ovid. lib. xv. Metam. lib. 2. Lactant. ad v. Theop. Stat. vers. 139. Certe *caper* est hircus Virgil. Elog. vii. cum vitum eam grepsisset, & Ovidio. cum ait x. Metam. 377. *Quisque tectum nitit pectus caper.* Haec ex- pendat, qui causam nullam videat, cur *τύφος* translucit *capram* Xylander apud Antoninum: certe hinc dicerent non solum *τύφος* dici *capram*,

Quid autem proprie *τύφος* sit, expressit in ve- bis in libro de Cibor. Facult. pag. 17. Simeon Ithi. Ol. γὰρ τῶς ἐξ ὕψους ἐπιπλάττοσς ἐστὶ κήτος ἐπιπλάττοσς ἂν κλάσσεσς, ἅλλ. 2972. *Pteros* forte Vir. Clar. ignorasse Nyanandum vericulum illis Martial. lib. 11. Ep. 24. *Dum rugulas arcturæ, p- fecti et ipse caper.* MUSCHER. *Capram* etiam Patm. Lugd. Micvii. ^h *Monti Siciliae.* Monti Patm. Micvii. ⁱ *In pias sunt transfiguratae.* Apud Antio- num dicuntur factae *κλυοθάς* ἑστῆς, κήπος κήπος, ἡλαίεσς, ἀνακλόσς, ἡστῆς, κήπος, κήπος, κήπος, κήπος. At talis non est alicuius loci. Verum ergo, quod ad cap. 14. *Qualis bellu dixi,* Piponem aliam esse ab Aethera. Conf. Brethum. in Iliod. p. 842. Cap. 7. omnino legentium, *ὅτι ἂν ἄλλοις ἑστῆσιν.* Vide locum Pliam in laudatum, & Aristot. Hist. Anim. lib. 11. 17. *ἄλλοις δὲ ἱππῶν Πάλλωσς, ἐστῆσιν ἑστῆσιν ἑστῆσιν ἑστῆσιν.* Πέπρω γὰρ ἐπιπλάττοσς ἐστῆσιν. MUSCHER. 294. *Musa loquebatur.* Hesiodus initio Theogoniae ait, Musas esse novem, ac Jovi filias: quarum omnium praesentissima est Calliope; & postea subdit Jovem ex Mnemovna eas suscepisse. De Musis scribit etiam Apollodorus suo prae- cipuum lib. 1. CIOFANUS. 294. *Per alas.* Sub *auris* unus Heinf. vid. lib. 11. 296. 299. *Certa loquentes.* Querentes Leidenis quod placere possit, quia sequitur *locutum*. Sed nihil ma- ta. vide ad lib. 11. 668. mox malebat Heinfus: *mirantis putat Jove nata loquentibus.* & *delin-*

Paeonis Enippe mater fuit. illa potentem Lucinam novies, novies paritura, vocavit. Intumuit numero stolidarum turba fororum; 305 Perque tot Haemonias, & per tot Achaïdas urbes Fluc venit, & tali committunt proelia voce: Define indoctum vanâ dulcedine vulgus Fallere; nobiscum, si qua est fiducia vocis, 310 Thespindes certe Deae. nec voce, nec arte Vincemur; totidemque fumus. vel cedit victae Fonte Medusaeo, & Hyanteâ Aganippe: Vel nos Emathiis ad Paeonas usque nivosos Cedamus campis. dirimant certamina Nymphae. 315 Turpe quidem contendere erat; sed cedere visum Turpius: electae jurant per flumina Nymphae, Factaque de vivo pressere sedilia saxo. Tunc, sine sorte prior, quae se certare professa est,

Bella

pro, sua querentes, isem Leidenis codex, *gover-* ter. unde Heinfus, *goverentes*. 298. *Alas erat.* Frangit duo Medicei ex melio- ribus, & unus Argentinus, quod placet. HEISSIUS. Marial. vii. 55. *Qui non esse gregem crederet, unus erat.* DOUGL. 301. *Volucrem turbam.* Volucrem concinnius Sissanus liber. sic & lib. x. 143. puto scriben- dum, *inque serarum* *Contilis nudis turbam volucribus sedebat.* *Vide* Notas Fat. lib. 1. vers. 449. proximo versu, *Pteros*, pro *Pteros* plerique castigatores. HEINS. 302. *Pteros.* Pteros ex Evippe uxore novem sustulit filias: quarum pulchritudine ac vocalitate mater superba Musas in certamen provocare est ausa. eas vero Nympharum iudicio victas, Musae indignatae vocalitate crepta in raucas picae con- vertere. minime vero illi sunt audiendi, qui mu- sas *Pteridas* a devitiis Pteri syllabus denominatas fuisse putant, cum a Pieria loco, circa Helico- nem, ut ait Strabo, dicantur. REGIVS. Videtur autem haec fabula a re occasione traxisse. nam *Paulinias* in Boeoticiis lib. 11. 29. scribit Musas ab initio tres habitas fuisse, Meletem, Mnemem, & Axodem, postea Pierium, Macedonem, a quo Macedoniam montis nomen, Thespia vense, ibi- que novem Musas constituisse, nominaque alia, ac certa singulari impostuisse. MICYLL. 303. *Paeonis Enippe.* Enippe traduxit Max. Pla- tones: nam quod postea decimo carmine a sine sumis voluminis, *Anpedes* dicuntur, error est li- brariorum: *Paeonides* enim eo in loco legendum

est, & syllabarum ratio satis demonstrat, illic non posse legi, *Anpedes*, siquidem hic *Anippe* lega- tur. GEARAN. Unus Vatic. & unus meus, *Anipe*. Alter vero & Caelstellius, *Anipha*. Alius Vatic. Aldinus, & alter Caelst. & uterque Maffei, *Anippe*, per duplex pp. Abb. Enippe. Briantii, *Enipe*. Lectoris sit, meliorem probare lectionem. CIOFAN. Variant vehementer codices, *Anippe*, *Anipha*, *Aniphe*, *Enippe*, *Enumpha*, &c. exidentes. sed rectum est, *Enippe*. sic Apollodoro lib. 11. me- moratur *Enippe* Hamadryas Argi uxora, & altera *Enippe*, ab Ulixeruprata, quae Euryalum edidit. Parthen. Erot. 3. *Enippi* etiam, vel *Enippii* Ar- eas Stat. 11. Theob. 258. & alius Oenomaï filius Parthen. Erot. 15. Antonin. Liber. cap. 18. no- vem filiarum nomina tradit ex Nicandro lib. 11. *Ἐπιοφύλοσ.* quae fuit, *Colymbia*, *Hyas*, *Coccolitia*, *Cissa*, *Cilioris*, *Acalanthis*, *Nessa*, *Ripa*, *Dracon- tis*, de quibus vid. ibi Muncker. BURM. 307. *Committit.* Committunt duo veteres. re- lius HEINS. *Commisit* Basil. & alius. 310. *Thespiades certato Deae.* Lib. Briantii, *Lonides*. Neque bene. CIOFANUS. Ita & Argent. & unus Heinfii. 314. *Cedamus fluis.* Sic in omnibus antiquis, praeter duos Vatic. & unum Maffei, in quibus est, *Campis* IDEM. Meliores, *cedamus campis*. Ita saepe apud Lucanum, *Aemathii*, *Thessali campis*. HEINS. 315. *Cedere visum.* In ussem Vatic. & uno meo, *visum est*. CIOFAN. 316. *Per flumina.* Per *nauina* Thun. & unus Heinf. 317. *Factaque.* *Santlaque* Gronovii & unus Medicus. Unde Heinfius coniecerat, *fructa*: ita

Bella canit Superum: falsoque in honore Gigantas
 320 Ponit, & extenuat magnorum facta Deorum,
 Emisilumque ima de sede Typhoea terrae
 Coeliticibus fecisse metum; cunctosque dedisse
 Terga fugae: donec fessos Aegyptia tellus
 Ceperit, & septem discretus in ossia Nilus.
 325 Huc quoque terrigenam venisse Typhoea narrat,
 Et se mentitis Superos celasse figuris:
 Duxque gregis, dixit, sit Jupiter; unde recurvis
 Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.

Delius

etiam supr. lib. III. 160. in MSS. erat. *notandum*
frustrat arcum. sed nihil opus. r. Art. 107.

In *gallibus scilicet populus de respice factis.*
 Pro *scilla* etiam duo codices, *caussa*, sed frustra.
 eadem varietas infr. lib. VIII. 639. BURM.

320. *Gigantas.* Gigantis etiam hic Florent. &
 Neapol. & Cantabrig. & sic. Medic. de quo alibi.
 HINSIUS.

320. *Magnum.* Majorum Regius.

321. *Emisilumque Typhoea.* Typhoeus, qui & Ty-
 phon dicitur, Titani, & Terrae fuit filius tanta
 audacia, ut Jovem in pugnam provocare se au-
 sus. quare Jupiter illum fulmine stravit, Trina-
 ericoque insulae subiecit. Sane Typhoea trisylla-
 bam est, ut non e, & e, sed e, & u, in diph-
 thongum copulantur. quidam enim de orthogra-
 phiā sentientes cum a diphthongo hoc nomen scri-
 bendum sicut praecipunt. Hesiodus Tantalū fi-
 lium, & Terrae fuit Typhoea Theog. vers. 810:

*Αἰεθὶ ἐστὶ Τυφῶνα ἀπὸ Τυφῶνος ἔξῃσθε Ζεὺς,
 Ὁσὶ τῶναι τῶνος παῖδα Τυφῶνα γαῖα παλάσῃ,
 Τυφῶνα ἐν Φαλίαισι δὲ γένετο Ἀφιδῶναι,
 Ὁδὲ γένηται ὑδὸν ἕσται ἐπὶ τῆσσι ἔργων ἔργων,
 Καὶ τῆσσι ἀκρίματα κερσεῖσσι τοῖσιν, ἐκ δὲ τοῖσιν ἔργων
 Ἦν ἐκέρων κερσεῖσσι τοῖσιν, ἐκ δὲ τοῖσιν ἔργων.*

METALL. Innumeras casque varias de ingenti hoc
 Typhoeo fabulas non addunt marginales hae
 angustiae. referendus itaque lector ad auctores,
 qui & bellum hoc Diis illarum, Deorum trans-
 mutationes, Typhoei poenas & Mythologias ad
 planum narant. Videantur Pindarus 4. ode O-
 lymp. & Pythiorum ode 1. *Ὁσὶ τῶναι τῶνος παῖδα*
Τυφῶνα γαῖα παλάσῃ, &
 deinceps multa. Homerus hymno in Apollinem,
 Hesiodi Theogon. Apollon. & comment. Ant. Li-
 beralis lib. 47. Traces in Lycophronem, Tract.
 Chl. 8. 171. Strabo lib. 5. & l. 16. Mela lib. 1.
 cap. 13. Hyginus cap. 196. Apollodorus lib. 1.
 Nonnus 3. Dionys. vide quae ad 2. vers. lib. 4. de
 Venere in piceem mutata ex Manlio. & Ovid.
 Fast. 2. Natalis Comes lib. 6. cap. 21. & 22. Sa-
 lmas. Eleganter denique & plene fabulam hanc
 cum Baccus noster l. 1. Argentiis suae. Dierte

Clariff. Baconus & narrat & interpretatur Typho-
 nem sive rebellem, in Sapientia veterum FARRAS.
 Adde Anton. Liber. cap. 28. qui in eo dicit,
 quod deos omnes in Aegyptum fugisse praese-
 vem & Minervam dicat. Apollinem in acchy-
 tream, Dianam in ochorum, Martem in piceem, He-
 culem in binnuleum, Vulcanum in bovem, Li-
 tonam in marem arcuneum, mutatos scribit de
 Bacco & Mercurio cum Natone facti. Vid. &
 Muncker. ad Hygin. fab. 196. Serv. ad Virg.
 Aeneid. VIII. 698. Lucianus de sacrificiis ca-
 ca sinem. & passim multa de Diis Aegyptiis,
 quorum turpes figurae ex hac fabula nate: sed
 in libello de Astrologia, causam probabiliorē ad-
 fert, cur in haec animalia dicantur conversi. Di-
 vide & Scholia. Germanici p. 120. & Hord. Se-
 bin: Lection. subseciv. lib. III. cap. 1. BURM.

322. *Coeliticibus fecisse metum.* In eodem meo,
 Callio. CIOFANUS.

322. *Cunctosque dedisse Terga fugae.* Ita ve-
 omnes, & recte. CIOFANUS. Pictopus Marq. M-
 cylli, Grypsii & Berimanni, & unus Ballicus
 colex, quod non displicebat Heinsio. eadem di-
 versitas infr. 370. Tu nimis Ponti cuncta donas,
 ubi quidam libri, *cuncta.* & Epil. l. 18. *Ille cuncta*
suis Treas fata canunt & ibi *cuncta* in nominis
 repperi. BURM.

324. *Discretus in ossia Nilus.* Duo veteres, *dis-*
cretus. primus Ballicus, *discretus.* unus Medic.
delectus. forte, *dissepis,* de quo ad librum pri-
 mum v. 69. HEINS. Unus Moreti etiam, *dis-*
cretus. tres alii, *divisus.* ut Senec. Medea 763.

Et iter in tot ora divisus, terces
Compressit undas.

Sed nihil muta. ita *discretus aquas* lib. 51. Fast. 194.
discretas sedes piperum Horat. II. od. 13. vid. infr.
 lib. IX. 773. ubi, *discretum in septem cornua Nilum*,
 dicit. BURM.

328. *Est cum cornibus Ammon.* Unus Argen-
 tinus & unus Heinsii, *in cornibus,* quod etiam
 titius, quam ut a librario indocto protectum fuerit.
 Virg. v. Aeneid. 37.

Horridus in juveni.

Delius in corvo, proles Semeleia capro,
 330 Fele soror Phoebi, nivea Saturnia vacca,
 Pice Venus latuit, Cyllenius Ibis alis.
 Haecenus ad citharam vocalia moverat ora:
 Poscitur Aonides: sed forsitan otia non sint,
 Nec nostris praebere vacet tibi cantibus aurem.
 335 Ne dubita, vestrumque mihi refer ordine carmen,
 Pallas ait: nemorisque levi consedit in umbra.
 Musa refert: Dedimus summam certaminis uni.
 Surgit, & immisos hederam collecta capillos

Callio-

Status IV. Theb. 110.
Procul iste gravi mendum in hasta.

Apulej. III. Met. *Cum me viderent in ferro.* ubi
 vid. Pricem. & infra Heins. ad vers. 546. & ad
 lib. VIII. 373. & nos ad Quintil. declam. cccxxxii.
 Arnobius tamen hunc locum expressisse videtur
 lib. VI. p. 197. *Itaque Hamus cum cornibus jam*
formatur, & fugitur arietinis. Formatis editio
 Bersmanni. BURM.

329. *Proles Semeleia.* Bacchus ex Semele natus.
 Superiore libro, & Attius:

O cinis pater, optima vitifator, Semele genitus.
 CIOFANUS.

331. *Pice Venus latuit.* De Veneris in piceem
 mutatione sic Manlius lib. IV. v. 577.

Sulce in piceem sese Cytherea novavit,
Com Babiloniacas summas profugit in undas,
Anquipedum alas unguis Typhona ferentem:
hincque sine quaerenti piscis ignis.
 In Ovidius ipse lib. II. Vastorum 461:

Terrilium quendam fugiens Typhona Dione,
Tunc cum pro caelo Juppiter arma tulit:
Venit ad Euphratem comitata Cupidine parvo,
Ipse Palaestinae margine sedit aquae.
Populus & canna riparum summa tegebat,
Spongia dabant salices hoc quoque posse tegi.
Dona luit, insomni tanto novus: illa timore
Pallos, & hostiles credit adesse manus.
Utque sua tenui natum, suscipiente Nymphae,
Et diu auxilium forte duobus, ait.

Nec nova, prostrat: Pisco sibi gemelli,
Pro quo quae cernit, sidera nomen habent.
 CIOFANUS.

331. *Cyllenius Ibis alis.* Cum Nostro facit
 Hygin. Poet. Astron. II. 28. Sed alii eum in can-
 nem mutatum tradunt. Lucanus de Sacrificiis
Κυλληνίαν ἐν Βεδρυκῶν ἔργων. & ita *Latratore*
Amibin apud Virgil. VII. 698. exponit Ser-
 vius. *quis capite canno pingitur, hunc voluit*
esse Aiacianum, ideo quia nihil est cane sagacius.
 BURM.

332. *Haecenus ad citharam.* In citharam Lan-
 germ. & unus Basil.

333. *Resistantia non sunt.* Non sunt, & *notat*

primus Palat. Urbis. & quinque alii. HEINS. *otia*
desunt prior Bonon.

334. *Nec nostris praebere vacat tibi cantibus au-*
res. Nec commodum tibi est meos hymnos au-
 dire. CIOF.

334. *Praebere aures.* Sic Livius lib. xxxviii.
 ubi loquitur de Scipione Africano: *Ut sub Rostris*
reum stare, & praebere aures adolescentium convi-
tiis, P. Romano magis deserta, quam ipsi sit. Et
 lib. xl. *Atqui si aures praebere potes, inquit, ma-*
nifestam rem teneas, faciam. Cicero lib. 1. ad Atti-
 cium. *Etenim cum multas dies aures meas Acutillio*
dedissem. Idem pro Archia: *Ut aures patris Cordu-*
bae natis suas dederet. Loquitur de Q. Metello Pio.
 Plaut. in Trin. *Accipite, & date mihi vacuas au-*
res, dum eloquar. Alio modo ipse, v. Trist.
 XII. 53.

Non liber hic illas, non qui mihi commodat aures,
Verbaque significans quid mea norit, adest.
 Et Horatius in Epil. I. 1. 40.

Si modo cultroque patientem commodat aures.
 Alio modo Plautus in Milite Glorioso III. III. 29.

— *quin ego frustra*
Postquam adhibere meas aures ad tuam mori
orationem. CIOFAN.

Aurem non aures Langermanniant. HEINS. Sed
 lib. III. 692.

Praecipuus longis Pentheus ambagibus aures,
 Inquit.

Et lib. VI. l. & v. l. 821. II. Pont. IX. 25. ubi
 fere similiter variant scripti. Vid. ad II. Art.
 347. Suet. Calig. 22. *Medo insularum ne praebens*
provicam aures. ubi *aurem* codex Memmianus. Val.
 Max. II. IV. 4. *carminibus vacuat aures praebuit.*
 BURM.

335. *Ordinis.* Nostra lingua, a mano a mano,
 per ordine. Sic infra: *Referant tamen ordines.* Plau-
 tus in Capt. II. III. 17.

Patri meo ordine omnem rem illas perferat.
 Idem in Casina VII. 21.

Memora ordine, ut occiperat.
 Cicero in Partit. orat. *Vis ne igitur, ut tu me Grae-*
ce soles ordine interrogare, sic ego te vicissim viderem
de rebus Latinae interrogem? CIOFAN. *Ordine tel-*
 lus

Calliope querulas praetentat pollice chordas:
342 Atque haec percussis subjungit carmina nervis.

Tab. VI. ARGUMENTUM.

Cyane in fontem.

Veni indignata quod & Diana & Proserpina Cereris filia, nomen suum...

hon. Utrius & Medic. unum ita mox certamen...

338. Et inmensis aetheris caelestia capillis. Quidam...

339. Calliope querulas praetentat pollice chordas. Proecodem...

340. Atque hinc. Atque ita Junianus & Leicensis.

341. Cyane in fontem. Cyaneus Colon.

342. Atque haec percussis subjungit carmina nervis. Colon.

343. Prima dedit legem. Prima enim Ceres legit...

344. Ingesta est insula membris. Ingesta est...

345. Carmina digna Deae. Certe Dea carmine digna est.

346. Vasta giganteis ingesta est insula membris. Vasta...

347. Trinacris. Trinacris est insula in Sicilia...

348. Magnis subjectum molibus urguet. Magnis...

349. Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes. Aetherias...

350. Vasta giganteis ingesta est insula membris. Vasta...

351. Trinacris. Trinacris est insula in Sicilia...

352. Magnis subjectum molibus urguet. Magnis...

353. Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes. Aetherias...

dentis, relicto scepro inter stagna, discussit undam, praecipueque mari merfus...

Prima Ceres unco glebam dimovit aratro:

Prima dedit fruges, alimenta que mitia terris:

Prima dedit leges. Cereris fumus omnia munus.

345 Carmina digna Deae! certe Dea carmine digna est.

Vasta giganteis ingesta est insula membris

Trinacris; & magnis subjectum molibus urguet

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Nititur

Prima dedit leges. Vetus Medicus, ut ad Logi...

344. Cereris sumi omnia munus. Sumus omnia...

345. Carmina digna Deae! Certe Dea carmine digna est.

Vasta giganteis ingesta est insula membris.

Trinacris. Trinacris est insula in Sicilia...

Magnis subjectum molibus urguet.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Aetherias ansum sperare Typhocæ sedes.

Tu Superos, ipsumque Jovem, tu numina ponti
 370 Victa domas, ipsumque, regit qui numina ponti.
 Tartara quid cessant? cur non matrisque tuumque
 Imperium profers? agitur pars tertia mundi.
 Et tamen in coelo, quae jam patientia nostra est,
 Spernimur: ac mecum vires tenuantur Amoris.
 375 Pallada nonne vides, jaculatricemque Dianam
 Abfcessisse mihi? Cereris quoque filia virgo,

Si

Inde 385.
 Lassa revertetur.
 Et xi. 364.
 Forte revertentes Phoebeus Majaque creatas
 Videre.
 Similis quoque diversitas vi. Fast. 785.
 Ecce suburbana rediens male sobrius aede.
 Ubi quidam codices, *residens*, sed perperam: ut
 & hic vulgata servari possit. Stat. i. Theb. 628.
 Delius insurgit, summaque divertitis umbra
 Parnasi residens. HEINS.

Lib. II. 698. Reduntum colle Lyceo Pan videt
 hanc.
 367. Ceteris molire.] Volucres Zulichemianus.
 HEINSIUS.

368. Tripartis regni.] Quod in tres divinum est
 partes. Quarum suprema (hoc est, coelum) ob-
 tigit Jovi. Media (hoc est, terra cum mari)
 Neptuno. Infima ac ultima (h. e. inferi) Plutoni.
 REGIUS. Atque hoc pacto Regius. Alii autem
 terram, & quae sub, vel in ea sunt, Plutoni assi-
 gnant. Inde etiam est, quod Pluto divinitatem
 Deus habetur, quoniam illae è terra effoduntur.
 Quare dubitari potest, utrum legendum sit:

— Tu numina Ponti

Victa domas, ipsumque regit qui numina ponti.
 Homerus Iliados xv. Terram communem relictam
 dicit, Caelum autem Jovi, mare Neptuno, & te-
 nebras, sive Tartarum Plutoni cecidisse. Sed haec
 divisio nihil ad hunc locum. Micyllus. Raphael
 ait eum mari terram Neptuno concessam, in me-
 morabili illa rerum divisione trium fratrum. At
 Homerus Iliad. 15. ait terram ac Olympum
 communem tribus mansisse. sed puto alium quem-
 piam autorem hoc in loco secutum Ovidium.
 CLARENDON. Tripartis mundi plurimi scripti.

368. Fortuna vestissima.] Id est ultima fors ex-
 poni debet, nam cum Jupiter Neptunus & Pluto
 regnum divinum rem sortiti commisissent, prima
 fors, quae exitus Jovis fuit, Neptuni secunda, Plu-
 tonis ultima, ut narrat Homerus xv. Iliade. unde
 signate a Claudiano in primo Raptus Proserpinae
suprema fors, quae Plutoni contigit, appellatur,
 ut:

Tertia supremae patris dispensia fortis.
 Non ergo ad regni conditionem, sed ad fortis

casum Poeta respexit. CONST. PANEXIS. Felicitate
 hunc locum exposuit vir doctissimus, Jacobus
 Constantius. Ovidius autem eorum sequitur opi-
 nionem, qui litteris mandarunt Jovem, Neptu-
 num, & Plutorem inter se sorte regna divisisse.
 Sed Callimachus eos sortitos omnino negat. cu-
 jus carmina ita Latinitate donavit doctissimus Par-
 thianus:

— veteres neque enim commenta poetarum
 Vera satis jactant, Saturni pignora quondam
 Inter se summam remum sortita suisque,
 Et caelum cessisse tibi. Nam quis precor unquam,
 Quis rudis usque adeo? res ut discriminat toto
 Distantes, uni stultus commiserit urnas?

Cror. De sortitione hac ubique obvia loca. vido
 Serv. ad i. Aeneid. 133. Senec. Herc. Fur. 599.
 833. Medea 597. Nostrum III. Amor. x. Stat. vii.
 Theb. 37. Vheer. ad Aulonii Mosell. 80. sortiti-
 onem vero hanc institutam in Lycia, in urbe Clu-
 tio, dicit Scholiastes Statii ad lib. viii. 199. BUR-
 MANNUS.

370. Qui numina terrae.] Fortasse rectius id,
 quod nonnulli legunt, *ipsumque regit qui numina
 ponti*. NAUGERIUS. Alii, *luminina*. sed *ponti* legen-
 dum. DOUZA. Liquido & clare habent MSS. me-
 ipsumque regit qui numina ponti. quae fors secun-
 da, aptissimeque convenit huic forti. Quis hic
 locus is, qui legunt *numina terrae*, aut *luminina
 terrae*, ut Plutorem bis admittant, aut Phocionem
 omnino? FARNAB. *Ponti* Excepta Calandrea, &
 ex suis Naugerius. HEINS.

372. Imperium profers.] Sic Virgilius lib. vi. 795.
 — super Garamantas & Indos
 Profert imperium.

Sic & Tacitus lib. i. *Dellam ea sempesset ullaque
 nisi adversus Germanos supererat, abolenda magis
 insanae ob amissum cum Quincilio Varo exercitum,
 quam cupiditate profertendi imperii, aut dignum se
 proenium*. Alio modo loquitur, qui post Cicero-
 nem eloquentissimus est, Livius lib. xxxviii.
 L. Scipio regem opulentissimum orbis terrarum devi-
 cerit, imperium P. Romani propogaverit in ultimis
 terrarum finis, &c. CROF.

372. Agitur pars tertia mundi.] Vacat pro de-
 vesta lectione Berneggerianus, hoc est, *vacat ea
 pars tertia*, sic apud Lucianum libro II. 384.
 Pars tertia mihi nulla vacat.

Si patiemur, erit: nam spes adfectat eandem.
 At tu, pro socio si qua est mea gratia regno,
 Junge Deam patruo. dixit Venus. ille pharetram
 380 Solvit: & arbitrio matris de mille sagittis
 Unam seposuit. sed qua nec acutior ulla,
 Nec minus incerta est, nec quae magis audiat arcum.
 Oppositoque genu curvavit flexile cornu:
 Inque cor hamata percussit arundine Ditem.

Haud

Nihil tamen temere hoc loco mutandum. HEINS.
 Regius explicat in periculo versatur pars tertia, ne
 a nobis amittatur. non male. ita passim Cicero
agi salutaris, imperium, sanam, fortunas dicit. ap-
 posite Senec. i. de Clement. 21. *ut innocentia ap-
 pareret, nos nitorem agi rem periclitantis, quam
 iudicia sentit*. Terent. Heaut. III. i. *non nunc pe-
 centia agitur*, ut legendum ibi est. itaque nihil mu-
 tandum. BURM.

373. Et tamen in coelo quae jam patientia nostra
 est.] In eodem meo & uno Caesell. & uno Mass.
 Et tamen in coelo quoque jam patientia nostra est.
 In meo antiquiore & praecleariore & Briantii legi-
 tur, *Et tamen in coelo quoque parva potentia nostra
 est*, quae est omnium optima lectio. CROFANUS.
 Sed nec altera lectio absurda est, sine interroga-
 tione prolata. quasi diceret, patientia nostra facit,
 ut in coelo quoque spernamur. BERGMAN. Locus
 mendosus. plerique veteres, *quoque jam patientia*,
 primus Valc. & duo alii, *quo jam*. *quoque parva
 potentia* Moreti excerpta. *quo visa potentia* unus
 Gronovii. *jam quippe potentia rara est* alter Ham-
 burgensis. alii alter. Calandrea excerpta, *quoque
 iam patientia nostra spernitur*. Scribe:

Et tamen in coelo quoque tanta potentia nostro
 spernitur.

vel, *sed tamen* cum Cantabrigiensi, quod praestat.
 tanta potentia in jam patientia facile depravari po-
 tuit. lib. x. 573.

— sed tanta potentia formae est.
 lib. xvii. 758.

— pro quanta potentia regni
 Est Venus alma tui!
 apposite. & lib. xiv. 491. de eadem Venere:

— oderit omnes
 Sub Diomede viros; odiam tamen illius omnes
 Spernitur, & parvo stat tanta potentia nobis.

ita locus ille ex vestigiis veterum librorum contin-
 endus. in nostro coelo: ut Pallas Junoni apud Val.
 Flaccum lib. v. 295.

— licet poppim, quam struximus ipsas,
 Jussit tandem nostro componere coelo.

Juppiter ad Hannibalem apud Silium Italicum
 lib. x. 368.

Sile gradum, neque enim sacris irumpere muris,
 Ecce, magis dabitur nostrum quam exscindere
 caelum.

Et aibi:
 Aurora Tarpeja ponte Caputolia rapti;
 Et juaget nostro templorum cymina coelo.
 Cupido ad Venerem apud Statium lib. i. Silv.
 II. 72.

— praefragaque formae
 Protinus e nostro posui cognomina coelo.
 Certe Florentinus veterimus, quoque jam potentia.
 deinde pro *minuuntur* Neapol. Lovan. & Junian.
 tenuantur. Vid. sup. lib. III. 395. Prudentius Peri-
 steph. hym. vii. 130.

— Dum patrescentes tenuat medullas
 Tibidus humor.

Sic ex MSS. Bodejano. vulgo, *tenet*. HARMATA.
 Mihi plurimorum codicum lectio placet satis:
 Et tamen in coelo, quae jam patientia nostra est,
 Spernimur.

Ita & Epist. xvii. 29.
 Quae tua nequitia est, non his contenta fuisset.
 Vid. ad Epist. i. 75. ubi pluribus hunc loquenti
 modum illustramus. illa etiam particula *jam* infer-
 vit indignationi. ut inf. 522.

— si jam mea filia digna est. BERM.
 375. Jaculatricem.] Venatricemque Gronovian.
 vid. lib. II. 454.

377. Si patiemur.] Patiamur Medic. Urbinae
 Leidensis & tres alii, cum nonnullis editis.

378. At turpi socio.] Emenda ex omnibus an-
 tiquis, *At tu pro socio*. CROF.

378. Si qua est ea gratia.] Scribe, *si qua est
 mea gratia*, quomodo Langerman. & unus Voss.
 cum uno Gronov. lib. vi. 440.

— si gratia, dixit,
 ulla mea est.

Et hoc libro infra, 515.
 — si nulla est gratia matris,
 Nata patrem movcat.

Neap. sec. Medic. Cantabr. alique multi, *tibi gra-
 tia*. Puro, *mibi*, ut recte unus Strivazae & duo
 Leidenses cum uno Vossiano. alterutrum certe vo-
 num est. Val. Flaccus lib. v. 493.

— tibi gratia nostri
 Si, procer, haec.
 Stat. Theb. v. 629.

— si qua est meriti mihi gratia dari. HEINS.
 Mihi etiam Pontanus censebat referendum. de
 socio regno vid. ad i. Amor. ix. 6.

385 Haud procul Hennaeis lacus est à moenibus altae,
Nominè Pergus, aquae. non illo plura Caystros
Carmina cygnorum labentibus audit in undis.
Silva coronat aquas, cingens latus omne; suisque

Fron-

381. Unam sospexit. Titul. ii. v. 7. Nunc in-
duc system Sospitam. Douza.
382. Nec minus incerta.] Culpat haec Barth.
Adv. l. vii. c. sed defendit egregie Vossius Instit.
Orat. iv. cap. x. §. 8.

382. Nec quae magis audiat arcum.] Hoc est,
nec quae facilius ab arcu emittatur. illae namque
sagittae arcum audire & obtemperare dicuntur, quae
facile ab arcu emittuntur. RUGIUS. Veletiam quae
hoc, quod arcus petit, faciunt, hoc est certo fe-
riunt. MERVLL. Regius inquit, illasagittas arcum
audire, quae facile ab arcu emittuntur, ego vero
illas, quae tangunt hoc, quod vult, arcus, qui
eas petit. GLAREANUS. In uno meo, nec quae ma-
gis evolat arcum. CROF. S. Marci codex, quae ma-
gis avolat arcum. magis avolat arcus Florent. pro
var. lect. primus Regius, quam magis audiat arcus.
Palatinus & alii plurimi, quae magis audiat arcus.
quae minus audiat Luculentis unus. sed nihil mutò,
& recte viros doctos explicare de certa sagitta pu-
to. ita audire arcus dicitur Auctori Herc. Aet.
975.

An arma cessant, neque languenti manu
Non audit arcus.
Ita eleganter Statius Theb. xx. 869. Sordus arcus
dixit:

Arma tamen frustra, superos Triviaeque pre-
catus,
Molitur pallens, & sordus cespedit arcus.
Et lib. v. 412. simili locutione:
Clavum audire negantem.
Ubi vide Barth. haec & plura adnotantem, sic no-
tum illud Virgilii Georg. 3. ult.

Non audit arcus habentis.
Et quod imitatus Claudianus Conf. Mallii 183.
Desidis aurigae non audit verbera currus.
Et ita Pindarus Pyth. 11. 21. ἀρματα πειροχάδων.
in quibus omnibus audire est idem, quod obedire,
ut audiens dillo & similia. Apulej. lib. v.
Sensit Psyche divinae providentiae beatitudinem mo-
nitisque vocis informis audiens, & prius somno &
mox laxato fatigationem diluit. ita enim lego.
vulgo monitusque vocet informis audiens, sine sen-
su circumferebatur. vox informis est quam antea
vocat, corporis sui nullam. in antiquis etiam edi-
tionibus legitur fatigationem sui diluit. BURM.

383. Cornu.] Lege, carnum Auctore Priscian.
lib. vi. nam, ut is ait, cornu & cornu neutro ge-
nere, & cornu masculino dicitur. CONSTANT. FAN.
Vid. ad lib. 11. 874.

384. Inque cor.] In corde ratio loquendi expo-
sit. REGIUS. Ego nec in cor, nec in corde parvito-

re admodum eleganter dictum puto. & mille le-
gere, Inde cor ha. p. a. Diti. nam Diti erat in uno
Gronoviano. ut Epist. 18. 161. Avidum peragui
armadine pelus. BURM.

385. Haud procul Aetnae.] Aetna tibe. nam
Aetna & mons est Siciliae & urbs, ut diximus.
quidam vero putant Etnae esse legendum, quod
Etna quoque per duplex n & sine diphthongo Si-
ciliae urbs est mediterranea, juxta quam contem-
dunt Proserpinam fuisse raptam. REGIUS. Scribo,
Etnae. Etna Siciliae civitas duplici n scripta fuit:
apud quam raptata est Proserpina, vide Cicero. lex-
ta actione in Verrem. & quae optimus pater meus
super illo versu quarto Aulorum, 422.

In quibus est culto fertilis Etna solo.
ac Laurentius Abstemius noster in libello de ob-
secris quibusdam locis tradiderunt. CONST. FAN.
In meo antiquiore aperte legitur, Haud procul Ae-
nae. Ad cuius marginem notatum est, Etna ter-
tio n est, unde dicit Etnae: atque ita sine dubio
legendum est: quod & Jacobus Constantius annu-
advertit, Etnae autem dixit ingeniosissimus poe-
ta noster metri necessitate: cum Cicero ab Etna
Etnensis deducat, sed eodem illo modo alii aucto-
res pro sensu illum dixerunt. Vide Osherv. in li-
bros De Ponto. CROFANUS. Primo repono, Hen-
nae moenibus, ut recte optimus Florentinus, pri-
mus Vatican. Bernegger. alique nonnulli. deinde
lege, altae nomine Pergus aquae, quomodo idem
Florentinus. at Cantabrigensis, & tres alii, alta
nomine Pergus aquae, proxime verum, ut 11. Fall.
166.

Gelidae fons erat altae aquae.
Quidam codices lituram hic ostentant. de Pergusa
nugae sunt. Pergum Claudianus quoque lib. 11.
Raptus appellat. Percum Julius Firmicus, de Li-
rore profanarum Religionum, & tam hoc loco
Florentinum optinae notae exemplar, quam in
Argumento hujus fabulae, impulsit in amorem, uti
Proserpinam circa Percum lacum Hennae fons lo-
gentem cum Minerva atque Diana caperet. ubi in
vulgatis, circa Aetnam. tertius Medicus, Pergusa
pro Pergo. Cantabrigensis etiam, Percu. utis
Vossianus, Percussa. mox, Caystros pro Cayster
meliores. pro audit ex praefantioribus nonnulli,
edit, sed nil mutò. HELM. Vide Cluveri Siciliae
lib. 11. c. vii. qui operose adstruit apud Etnam, non
Aetnam raptam Proserpinam fuisse. Vid. etiam And.
Schott. 11. Osherv. 8. & Pigh. tom. 11. Annal.
pag. 10. in Characterè libr. vii. a montibus etiam
Vivianis Leidens. & Neapol. qui ab montibus ha-
bet. BURM.

386. No-

Fron-
390 Frondibus, ut velo, Phoebeos submovet ictus.
Frigora dant rami, Tyrios humus humida flores.
Perpetuum ver est. quo dum Proserpina luco
Ludit, & aut violas, aut candida lilia carpit;

Dum-

386. Noxime Pergusa.] Lacum nomine Pergu-
sam describit, juxta quem Proserpina, cum sibi
aequalibus puellis flores colligens, a Plutone illic
cum transiente, raptata fuit. hunc vero lacum Clau-
dianus (qui & ipse raptam Proserpinam descripsit)
Pegum a Siculis appellari ait, lib. 11. Rap. 112.
Haud procul inde locus, Pergum dixere Sicani, Pan-
ditar, ita locorum nomina varie saepenumero a
poëtis essentent. REGIUS. Pergusae nomen haud
tenere reperit apud auctores, praeter unum Clau-
dianum, apud quem tamen abbreviatum est. Pergu-
m enim vocare ait Siculos. Certe Plinius, Pro-
lemaceus, ac Strabo, quantum ego memini, nul-
lam eius faciunt mentionem. ab hoc autem Poëta
in clare describitur, ut auctoribus aliis non sit
opus, GLAREANUS. Vid. & Parrhasium ad d. l.
Claudian.

387. Lamentibus.] Lamentibus MSS. ut Horat.
lib. 1. od. 12. Lament Hydaspes de Indiae Fluvio.
sed idem quoque de amne dixit 1. Ep. 11. 43.
Lament & Lamentus. Vide eandem fabulam lib. 11.
Fast. BERSMAN. Pro lamentibus undis optimus
Thuan. & unus Gronovii, plaudentibus, argute.
HELIUS. Lamentibus etiam quidam codices, vid.
ad lib. 11. 342. & Remod. 177. & inf. xv. 633.
ubi vero etiam habet Francofurtensis, quod non
omnino rejecerim, quia audiat arcum modo praec-
cessit. BURMANNUS.

389. Phoebeos sanasvet ictus.] Manilius lib. 11.
524.
Quae velut extinctis Phoebeis ignibus ictus
Dignis, & multa suscit caligine sidus. CROF.
Itis Neapol. secunus Medic. & unus Palat. recte.
lib. vi. 49. ex melioris notae membranis:
Et brevis post tempus candescere solis ab ictu.
Horatius libro 11. Od. xv.
Tum fissa ramis laurea servidos
Excladet istas.
ubi perperam usus quidam codices. Lucanus lib.
vii. 214.

Miles ut adverso Phoebi radiatur ab ictu.
Sextus Hercule Surrentino vs. 53. Ictus Hyperione
neclo Sivas. Solinus cap. xxxiii. Invenit & idem
inmensi rubro, quae radiis icta solis caelestis arcus
ex sese jactu spem. sic ictae sole nivas Vast. 111.
vel. 236. quae ibi vera lectio est, non ictae. sic
ictum radiorum solis Lucretius quoque dixit. &
ictum solis ardentibus aera lib. v. 606. idem lib. v.
1107. verbera radiorum solis. & lib. vi. 512.
Nubila solvantur solis super ista calore.
Lauto vi. de terra, 1100.
Dumque solis pluviusque & solibus icta.

Noster ipse libro vi. 63.
percutit solibus arcus.
Ubi male multi veteres, percussit, sic & Lucretius
non femel. Prudentius Cathemerin. Hymno 11.
Caligo terras scinditur
Percussa solis spiculis.
Solinus c. xxxvii. Mithridaz percussa sole coloribus
micat variis. HELSIUS. Recte vir illustris, quae
& vid. ad 112. Fast. 236. & ita jam Gebhardus
lib. 111. Crepund. 2. Sic & Noster lib. 111. 183.
Qui color infestis adversi solis ab ictu
Nubibus esse solet.
Gell. vi. 4. Adversus ictum solis oppositum continue-
bant. Claudian. Bel. Gild. 317.

Licut arva referta
Anguibus, & solis mediis obiectis ictus.
Ita codices; vulgo, neptus, Tacit. 11. An. 61. Aem-
nonis saeva effuges, ubi radii solis icta est, voca-
lem fontem reddens. Marc. Capell. lib. 1. de sole
agens: Hinc quoque Sagittarius, hinc quoque vulni-
ficus dicitur, quod possit radiorum jaculis icta pen-
rare. & ita passim alii. Sic percussit ventis, imbre,
&c. Senec. Hypol. 383. 509. & iii. de quo ad Val-
ler. Mac. iv. 48. BURM.

390. Varios humus humida flores.] Maleham al-
quando, humus voida flores. Ad Notas Amor.
lib. 111. Eleg. v. Prudentius Cathemer. Hym-
no v.
Illic purpureis recta rosarii
Omnis fragrat humus, calthaque pinguis
Et melle violas & tenues crocos
Emittit fonticulis uda jugatibus.
Ubi unda perperam nunc legitur, nos vetustissi-
mas membranas sanus secuti. idem Hymno vii.
avidos balanae molares dixit, ubi de Jona agit.
ita enim vetustissimi codices, non avidos. sed Li-
vius in Adone:

Humum humidam pedibus solis.
Et Gracchus Thyeste apud Priscianum lib. 11.
Pressit humidam plantis humum.
Deinde Tyrios flores Florentinus S. Marci, Neapol.
secundus Medicus. sic Tyria chlamys, Tyria
crocus, Tyrius torus, succus & similia. lib. 11.
340.
Tyrios imitata coloris
In specu lacuarum florebat aquatica lotos.
lib. x. 211.
Tyrioque nitentior ostro
Flos oritur.

Pro rubi coloris chlamyde aut croco auctore lib.
11. Panicum erant, & similia; quaequam & variis
flos

Est medium Cyanes, & Pisaeae Arethufae,
 410 Quod coit angustis inclusum cornibus, aequor.
 Hic fuit, à cujus stagnum quoque nomine dictum est,
 Inter Sicelidas Cyane celeberrima Nymphas;
 Gurgite quae medio summa tenus exstitit alvo,
 Agnovitque Deum: Nec longius ibitis, inquit.
 415 Non potes invitae Cereris gener esse. roganda;
 Non rapienda fuit. quod si componere magnis
 Parva mihi fas est; & me dilexit Anapis.
 Exorata tamen, nec, ut haec, exterrita nupsi.
 Dixit: &, in partes diversas brachia tendens,
 420 Obstitit. haud ultra tenuit Saturnius iram:
 Terribilesque hortatus equos, in gurgitis ima
 Contortum valido sceptrum regale lacerto

Con.

Condidit. ista viam tellus in Tartara fecit:
 Est pronos currus medio cratere recepit.
 425 At Cyane, raptamque Deam, contemtaque fontis
 Jura sui moerens, inconsolabile vulnus
 Mente gerit tacita; lacrimisque absimitur omnis:
 Et, quarum fuerat magnum modo numen, in illas
 Extenuatur aquas. molliri membra videres:
 430 Ossa pati flexus; unguis posuisse rigorem:
 Primaque de tota tenuissima quaeque liquecunt;
 Caerulci crines, digitique, & crura, pedesque:
 Nam brevis in gelidas membris exilibus undas
 Transitus est. post haec tergumque, humerique, latusque,
 435 Pectoraque in tenues abeunt cyanida rivos.
 Denique pro vivo vitiatas sanguine venas
 Lympha subit: restatque nihil, quod prendere possis,

F. A. D.

pridem ex alto desit. Quae Corinthii, ne inultram
 eam caesem relinquere, oraculoque id iubenti
 obtemperant, Bacchidas expulerunt. Chersira-
 tes autem unus Bacchidas Cerevram aedifica-
 vit, cum illuc Colchos egerisset. Videtur autem
 poeta innuere Drepanum à Bacchidis aedificatum,
 quamquam & Cerevra Drepani fuerit appellata:
 quod ut Timaeus inquit *ἱστῶσα*. hoc est fals.
 illic abscondita est, qua Cronus Urani, hoc est,
 Caeli, pudentia, aut Juppiter Croni recidit. R-
 6119. Non Drepanum, sed Syraculas intelligit
 Ovidius, ab Archia conditas, qui & ipse Bacchi-
 dum unus fuit, Aetaeonis interfector, qui & de
 filiarum iuram nominibus Orygiam & Syracu-
 las appellavit, ipse postea eodem modo à Tele-
 pho quodam occisus, ut ipse Aetaeonem interie-
 cerat. Historiam annotavit Leonicus de Var. Hist.
 libro secundo, capite decimo. Et meminit Stra-
 bo item libro sexto. Theocritus autem Idyllio de-
 cimo sexto. Syraculas etiam Ephraeorum, hoc
 est, Corinthiorum urbem vocat. Mucellus.
Bacchidas epenthesi unius litterae pro *Bacchidas*.
 Quamquam etiam *Bacchidas* apud Strabonem:
 videtur autem de Archia Syracularum conditore
 loqui, de quo Strabo lib. vi. cum enim paulo an-
 te Pergamam locum, non longe ab Aetna locum,
 in quo nata esset Proserpina, descripsisset Poeta,
 hic hanc locum describit, ubi rupta tellure Flato
 ad inferos descendit. eumque haud procul Syracu-
 las fuisse faceret: nempe ubi sunt Cyane & Are-
 thusa fontes. Raphael de Drepano loqui Poëtam
 contendit. At Drepanum in maxime occidentali
 insulae parte est, cum Syraculae & haec commo-
 ditata loca in orientali latere. Movit Raphael
 sequens carmen, *Inter inaequales puerorum*
montis parvis, quod tamen & de Syraculis intel-
 ligi possit. GLABRIANUS. *Bacchidas* dixit imitatio-
 ne Apollonii Rhodii lib. iv. 1212. cuius Scholia-

ses, non a Bacchia, sed a Bacchio Dionysii filio
 deducit hanc appellationem, & rationem, cui
 expulsi Corintho fuerint, tradit Aelianus verolia. 1.
 Var. cap. 10. qui *Bacchidas* vocat, propter luxu-
 riam ejectus narrat. Strabo *Bacchidas* semper vo-
 cat, ut lib. vii. pag. 326. & viii. p. 378. Et Pau-
 san. lib. 11. cap. 4. & v. 17. ubi videndae Kalendi
 notae. Eusebius vero Chron. ad an. 1124. a Co-
 rinthiorum rege quinto, qui *Bacchis* dictus fuit, de-
 ducit *Bacchidas*. BURM.
 407. *Binari* genu *orta Corinthos*.] Sic iv. Fast.
 501.
Hadriacumque patens late, binarumque Corinthos
 Horat. lib. 1. Ode vii.
Binarique Corinthi Aetna.
 De Corintho sic C. Vellejus Paterculus lib. 1. 13.
Eodem anno, quo Carthago cecidit, L. Mummius
Corinthum, post aetna DCCCLII. quam ab He-
leus, Hippolis filio, erat condita, funditus con-
stravit, & colonia facta. Auctor Dio lib. xxi.
rata est, & colonia facta. Auctor Dio lib. xxi.
 qui idem refert de Carthagine. Afferunt & hoc
 Plutarchus in Caesare. Quare autem eadem fue-
 rit, hanc opinionem ponit Cicero lib. 1. Off.
 cap. 11. *At Carthaginem, & Numantiam fundi-*
tas sustulerant. nellen Corinthum: sed creta illis
secutas opportunitatem loci maxime, ne postea ali-
quando ad bellum faciendum locus ipse adiderent.
 Sed alteram longe veniorem, ut puto, auct. est.
 Eodem auctore est epitomatarum Livianarum, cu-
 jus haec leguntur lib. lxi. *In Carthagini locum*
Aetnae motus primus auctor, ad Aetnae locum tra-
xit, ad istum locum L. Mummius consule cepit esse
qui, cum Aetna in deditionem accepta, Corinthum
ex Senatusconsulto diruit, quia nec legum
visitati erant. Thebes quoque & Chalcis, quae ante
ita fuerant, diruit. De Mummiis se ostendit

linam vicum egi: nec quidquam ex iis opibus orna-
 matione, quae praedivus Corinthus habuit, in do-
 mon ipse peruenit. Verorem etiam assertit ipse Ci-
 cero in Orat. pro lege Manilia cap. 5. *Legati quod*
appellari sapientius, Corinthum patris vestri totius
Graeciae lumen existitum esse voluerunt. CIOFAN.
 Genu creta Corintho Genevens.
 408. *Inter inaequales portus.*] Ita loquitur, quia
 duo sunt portus isti, quorum unus major, alter
 minor, vocatur. Vide Cluver. Sicil. ant. lib. 1.
 c. 12. p. 167.
 409. *Est medium.*] Et medium septem libri, un-
 de Heinus faciebat, *in medium*.
 410. *Quod coit.*] Quo coit unus Medic. duo alii,
 quilibet etiam. aequor quartus Palatinus.
 411. *Hic fuit.*] Hic fuit quinque codices. haec
 fuit lex. Junii quoque, nomina traxit. forte,
 hic fuit, a tunc stagno quoque nomina traxit,
 inter Sicelidas, Cyane, celeberrima Nymphas.
 Mox pro quoque olim volebat Heinus. Sicelidas
 enim maxima pars scriptorum, vid. ad Epil.
 17. 51. BURM.
 413. *Summa tenus exstitit.*] Media tenus unus
 Gronov. ex illis duo libri, adfuit unus.
 414. *Agnovitque Deum.*] Deum nonnulli, ut ad
 Pisonem referatur. quod sequentia confirmant.
 Et mox malo, nec longius ieris. HEINSIUS.
 415. *Non potes.*] Nec quinque libri. nam unus
 Medic. unde nam faciebat Heinus, qui & Cereri
 maledit. non male. ita iv. Pont. xvi. 8. è scriptis.
 Junius si non jam gener illo foret.
 Sic xi. Met. 222.
 Mater eris juveni.
 Et lib. vi. 191. recte ex scriptis Heinus!

illa duobus
 Fasta parens. BURM.
 417. *Et me dilexit Anapis.*] Libri mei, unus
 Mass. Abb. & unus Vatic. *Anaply.* CIOV. Scripti
 fere omnes, *Anapis* vel *Anaphis*. sic & in Pontico,
 lib. ii. eleg. 10. vetusti codices illo versu:
 Quaeque fuit Cyanen miscet Anapisi aquis.
 apud Livium quoque recte pro *Anatis* doctissimus
 Gronovius, *Anapli*. Graecis tamen *Ἀναπὴς* est. sic
 & alter piorum fratrum *Anapli* vel *Anapli*, sed
 potius *Anapli* dicitur. de quo egimus ad Claudi-
 num Isyll. ultimo v. 41. HEINUS. Salmianus Exere.
 Plin. p. 78. *Anapim*, non *Anapim*, aut *Anapim*
 Amphionis fratrem appellandum ubique censet.
 Aeliano II. Var. 32. *Anapli* dicitur. vide Cluver.
 Sicil. Ant. lib. 1. c. 13. fabulam hanc narrat Luta-
 tius ad Statii v. Theb. 347. sed loco admodum
 corrupto, & *Cyanus* rupes confundens cum hoc
 fonte Cyane. BURM.
 412. *Contortum.*] *Extortum* Gronovianus.
 425. *Contemtaque.*] Unus Gronovianus, *con-*
tastaque; non de nihilo, ut sit, polluta, vio-
 lata.
 430. *Flexus.*] *Flexus* ingens scriptorum copia:
 factus duo.
 432. *Et crura.*] *Digitique, manusque, pedesque*
 Cantabr. mox, *tergumque* Florent. & duo alii.
 433. *In gelidas.*] *In liquidas* sec. Palatin.
 435. *Pectora cyanida.*] Nil nullo. unus tamen
 Basil. *emarcida*. hoc est, *emarcida*. quomodo & pri-
 mus Gronovii pro diversis lectione. bene quoque
 Junius, *Cyanos*. HEINSIUS. Sic *Evandus* ante
 Remed. 653.

* Stelles puer in lacertam.

Ceres cum orbem terrarum pervasset, requirens filiam Proserpinam, a aestu torrida ad casum cuiusdam eius nomine Mismes devenit: a petitque ab ea, ut sibi aquam ad colluendum jejunium porrigeret. Quae cum potentatam ei potionem dedisset, & illa avidius biberet, puer quidam ejusdem casae Stelles com procacius est prosequutus, praedicans aviditatem ejus in bibendo: cujus dea audacia pueri offensa, in malis partem potionis in eam effudit, fecitque ut in stellionem converteretur, qui a potionem sparsam potentat tergo ostenderet.

Interca

b Stelles.] Stelles Parm.
c Aestu torrida.] Siti tota arida Colon.
d Nomine Mismes.] Mismes Racnerius, qui & istud glossema heic inferet, aut, ut alii volunt, Μεζουρα, sed Metanira, scribendum esset. Vide Heinf. ad iv. Fast. vers. 537. Natio est Clementi Paracelsi pag. 13. MURKES. Mismes Colon.
e Petitque.] Petitque Micyll. Colon.
f Ad colluendum jejunium.] Ita & Veneta cum MS. Forte; ad jibendum jejunium. Ovid. v. Met. vers. 534. Quoniam jejunia virgo Solverat. Racnerius dedit nobis, ad os colluendum. Hoc habet ex Regianis commentariis. Invenitur & infr. Lib. XIII. fab. 9. Jejunium polluit. Sed etiam ibi solent referri. MURKES. Ad colluendum jejunium os Colon. quod rectius, nam Ovidius vers. 446.
Grogue nulli collaurant fontes. ubi Vide.
g Potentatam potionem.] Cyceona. Arnob. Lib. v. Perditur totum cyconis lacta liquorem. Α λειψων κικωνια appellat Euripidis Scholiastes ad Orest. pag. 209. ed. Steph. ut & Nicandri Alexipharm. p. 73. ed. Soter. Hom. Interpretes ad Iliad. A. 623. εστι δε δειξας ιτρα ο κικων, εκ διαφορων ειδων κικωνιζουσα. Eadem verba legas apud Etymol. magni auctorem in κικων. Adde Hesych. in κικων. MURKES.
h Avidius biberet.] Nam εζητις κικων δειξας το ποτον δειξων, ut est apud Antoninum. Quod esset jejunium cyconis liquorem. Mallet tamen δειξων, hoc est, εδ διακουσων εις κικωνια οδον διακουσων, ut ait Theophrasti Scholichus ad Eud. Z. vers. 69. Schol. Homer. ad Iliad. X. vers. 29. ΟΙ δε δειξων διαφορα κικωνιζουσα &c. Sed δειξων adverbialiter accipi potest. Gregor. Nazianz. εγξ. Σδδον προσλητις, κατ' η' ιακων δειξων. Sed in excerpt. Vet. eod. quae penes me sunt, δειξων. Est autem δειξων ποτον, idem quod δειξων ποτον. Vide Fabricium ad Anacreontem pag. 154. Etymol. magni auctorem in ΑΝΤΙΣΤΙ. Αμεις, απευς ποτον οΙ δε δειξων. MURKES.
i Eiusdem casae.] Ex ej. c. nomine Stelles procedit Parmen. Lugd. ejusdem c. nomine Stelles Micyll. Colon. Racner. Heinf.
j Prosequutus.] Prosequutus Colon.
k Praedicans aviditatem ejus.] Aviditatem cuius in bibendo cum risu increpans. Racner. Heinf. ejus deest Colon.
l Pueri.] Deest Colon. Racner. Heinf.
m In malis.] In malis ejus Micyll. In malis partem p. ei infudit Colon.
n Potentatam.] Potentatam sparsam Micyll. qui variis maculis potentatam sparsam ostendit Racner. Heinf. Potentatam sparsam potentatam tergo Colon.
o Tergo ostenderet.] Tergo, non est in Parm. Lugd. 440. Ubi Aurora capillis.] Rutilis Thuan. Cantabrig. prim. Vatic. ter. Medic. multique alii lib. II. 319.
At Phaethon rutilans flamma populante capillis, & ibidem, 635.
Ecce venit rutilis humeros protecta capillis lib. vi. 715.
Barbanoque dum ruitur aberat subnixae capillis. Fast. lib. III. v. 403. ex vestigiis veterum librorum:
Cum crebris rutilans comis Tithonia conjat Cooperit.
Vetus Poeta in Catalectis de mensibus:
Ecce coloratos offentat Julius artus, Crimes cui rutilis spicae ferta ligant.
Comas rutilas dat Plinius lib. vi. 22. Scribis. Stat. III. Theb. 408.
Flagrantes sol proius equos, rutilantique lavabat Oceanis sub fonte comam.
Antonius Idyll. vi.
— toto rutilaberat ignis comarum.
Cato in Originibus, Mulieres nostrae capillum cinere tingebant, ut rutilis esset. Val. Maximus, summa cum diligentia capillos cinere rutilant. Adnotatur Festus in Rutilam. Cnecorius rutila Aulo Epistola vi. & rutilae comae in Catalectis Pithoei lib. I.

Interca pavidae nequicquam filia matri Omnibus est terris, omni quaesita profundo. Illam non rutilis veniens Aurora capillis Cessantem vidit, non Hesperus; illa duabus Flammiferam pinus manibus succendit ab Aetna; Perque pruinosas tulit irrequieta tenebras. Rursum, ut alma dies hebetaret sidera, natam Solis ad occasum; Solis quaerebat ab ortu. Fessa labore sitim collegerat; oraque nulli

Colluc-

Medius jila gerit, phaeatas Romana juvenitus;
Fulgida rutilis India nigra comis.
ita ex vestigiis veterimi libri scribendum: in quo rutilis croci. alius codex Pithoei, nitida comis. vulgati, nitida croci. Claudiano Nuptis Honorii & Maine 247.
— nunc ora puellae,
Nunc flammam rutilo miratur vertice matrem.
Ita enim videtur scribendum: non novo. Lucanus lib. x. 119. de pueris in mensa Cleopatrae ministrantibus:
Haec Thyestes, pars tam flavos gerit altera crines,
Ut nullis Caesar Rheini se dicat in arvis.
Tum rutilas vidisse comas.
Mole nitida quidam codices, hinc nudo Rheini rutilas habemus apud Martialem, de capillo Rhenanorum. Marcianus Capella, Homines ibi corpore granditer, ultra humanum (v. e. omnium, forte communem) mensuram, rutilis comis, caeruleis oculis. Silio Auriaco Batavi lib. III. 608. Heins. Ita lib. XIII. 838. MSS.
Ceteris rutilam caput esero fonte.
Ubi etiam nitidam alii quae eadem varietas quaeque est lib. II. 112. IV. 403. & alibi.
441. Illa duabus Flammiferas pinus manibus succendit ab Aetna.] Hoc loco non aperit poeta, quot faces accendit Ceres. nec M. Tullius lib. IV. ad. II. in Vet. Proserpinam cum investigare & cognoscere Ceres vellet. Sicut inflammasse taedas in ignibus, qui ex Aetnae vertice erumpunt: quas sibi cum ista praesertat, orbem omnium peragrassetur. In quarto vero Fast. 493. ait duas fulse: quae veridiculae est:
Illic accendit geminas pro lampada pinus:
Hinc Cereis sacris nunc quoque taeda datur.
Cros. Mainu, flammiferam Aetna. cum uno meo. in apud Statium.
— ignifera silius suspirat ab Aetna. HEINS.
Flammigeris pr. Gronov. ad Aetnam unus Medicus sed Petron. cap. LXXXIX. ab aris alius accendit faces. ex & de ulis Phaedrus lib. IV. cap. 10. in similit.
445. Solis ab occasu solis quaerebat ab ortu. In nonnullis, solis ad occasum. NAUGERIUS. Imo cum melioribus, Solis ad occasum ab ortu. ut habent etiam prim. Basil. & septem alii, non ubi. HEINS. Francfortensis & undecim alii, Solis ad occasum, quod nos praetulimus, quia melius convenit r. p. ortu. ita IV. Trill. IX. 21.
Ibit ad occasum, quidquid dicemus, ab ortu. XIV. Metan. 368.
Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortum;
Gunterus libro I. initio:
Te solis ab ortu
Solis ad occasum submisso vertice canelli
Suspiciunt.
Vid. ad Quintil. de Inst. Orat. IX. 4. BURM.
446. Fessa labore sitim collegerat.] In ambobus meis & Abb. collegerat. Utrumque rectum. CROS. Prim. sec. Pal. Cantabrig. prim. Erfurt. plurimique alii, collegerat: ut lib. VI. 341. quae vera ipsi scriptura est,
Siderosa secata sitim collegit ab aestu.
lib. I. 234.
Colligit os rabiem.
Virg. Georg. III. 327.
Inde ubi quarta sitim coeli collegerit heras.
Sedulius lib. IV.
Immensam flagrantem sitim collegerat aestu.
Sic pluvias nox colligit eidem. & gaudia colligere Propertio L. II. Eleg. XIV. & iras colligere Lucano lib. II. 93. deinde pro contestata meliores, cum testam, malum tamen, testam. Paulinus Epist. I. ad Ausonium,
Nigrantisque casae & testam mapalia cubo.
ita & ibi veterimus codex. & Bertinianus codex apud Apulej. Met. IV. Casula cannulis tomere contestata. Ubi v. Pricae pag. 189. Noster nihilominus lib. VIII. 630. de cata,
Sipulis & cannis testam palastri.
Fast. lib. VI. 261.
Quae nunc aere videt, sipulae tunc testam videt: ubi testam locum habere non potest. apud Siliam Italicum libro XVII. 89.
Castra levi calamo campane infecta palastri,
Quales Maurus amat dispersa mapalia passere.
Sic vetus codex, non intorta cum vulgatis. posse
Y y 3

Colluerant fontes: cum tectam stramine vidit
Forte casam; parvasque fores pulsavit: at inde

& *intesta*, apud Solinum sub finem operis vexatissimo loco, *pansilla acies ignobiliter in culum suffigata*, vulgo ad culmen. Virgilius VIII. 654. *Romuloque vocas horrebat regia culmo*. HINS. Livius XXV. 17. *Casae ex arandinibus texae*. Vid. inf. lib. VIII. 562. & XIV. 530. contextam Medic. unius, *colletam* alius.

447. *Colluerant*.] Multi codices, *polluerant*, unde Heinsius olim *proluerant* conjiciebat, quia & in Persii codice repererat:

Nec fonte labra pollui calillina. Sed *colluere* probum verbum est. Cato de R. R. 100. *oleum, si in metretam novam inditum erit, amura, ita uti est, cruda prius colluita*. Sereu. Sammon. comp. xv.

575. *Viridisque manu siccata capillos.* Viriditate capillos sic dixit, ut sub principium lib. II. Eodem modo Statius in Silv. *virides Deas;* pro Nymphis: *Liquidasque avertite vultus, Ite Deae virides.* CIOFANUS.

576. *Fluminis Elei.* In uno meo, Vaticano & Caelsti. *Fluminis Elei.* De Alphei & Arethusa amoribus veniit is, quem modo nominavi, Statius lib. I. Sil. II. 203.

tumidae sic transfuga Pisae
Annis, in externos longe stantibus amores,
Flumina demerso trahit incenerata canali;
Donec Sicantio tandem prolatus, anhele
Ore libat fontes, miratur dulcia Nais
Oscula, nec credit pelago venisse maritum.

De hoc fluvio plura Paulianus lib. V. Moschus in epig. quod incipit, *Αἰθρῆ;* & Ammianus lib. XV. CIOF. *Elis* ex melioribus. Virgil. III. Aeneid. 694.

Alpheum fama est huc Eliadis amnem
Osculas exisse vias.

Quomodo & Stat. lib. I. Silv. III. 68. *Elidis amnem* dixit. & lib. I. Silv. II. 203.

Prendisti portum Eliacae sic transfuga Pisae
Annis &c.

Ita lego, nisi mavis, *Eliadis Pisae.* ut *Eliadis ripas* Virg. I. Georg. 39. Noster supr. 487.

Tum caput Elei Alpheias extulit undas.

Ita *Alphæa Pifa* Virgilio III. Georg. 180. & Aeneid. 179. & Claudiano Bell. Gildon. 483. & Rutil. I. 173.

Elide deestlas suscepit Furvia Pisae.
 Sic Avieno deser. orb. dictus, *Elidis incolæ.* HEINSIUS. Fabulam Arethusa. vide apud Servium ad Eclog. X. I.

585 Lassa revertet bar (memini) Stymphalide silva.
 Aestus erat: magnumque labor geminaverat aestum;
 Invenio sine vortice aquas, sine murmure cuntes,
 Perspicuas imo; per quas numerabilis altè
 Calculus omnis erat; quas tu vix ire putares.
 590 Cana salicta dabant, nutritaque populus unda,
 Sponte sua natas ripis declivibus umbras.
 Accessi; primumque pedis vestigia tinxì:
 Poplite deinde tenuis. neque eo contenta, recingor:
 Molliaque impono falici velamina curvae:
 595 Nudaque mergor aquis. quas dum ferioque, trahoque,
 Mille modis labens, excussa que brachia jacto;
 Nescio quod medio fensi sub gurgite murmur:
 Territaque insisto propioris margine ripae.

Quo

X. I. & 3. Aen. 604. Antigon. Mirab. Hist. c. 153. Strabon. lib. VI. Pausan. lib. V. 7. Lucan. lib. III. 176. Sil. XIV. 54. Stat. I. Silv. II. Liban. Diegenat. cap. XXVI. & XXVII. Lucan. ad Stat. I. 271. Suidam in *Alpheis.* Plutarch. de fluminibus & alios, quos longo ordine recenset Cluver. Sicil. Ant. lib. I. cap. 11. HUNN.

577. *In Achaide.* Achaide alii malunt legere propter quantitatem. quoniam & alibi idem poeta dicit per *Acheidas urbes*, eadem forma. MICVLII. *Achaide* meliores omnes.

578. *Nec me studiosius.* Quae nec si tres veteres. nec qua Barb. qua non Excerpta Langern.

579. *Legi, nec posuit studiosius altera casset.* Quamvis ita recte legatur: quidam tamen corrupte legi fingit, ac deinde corrigi, nec aliter quam in nostris exemplaribus est scriptum. MICVLII. Legit Pontanus explicat, obit vestigandis feris. sed est eligit, ut II. M. 448.

Dum saltus eligit aptos.
 & nullus ita legere occurrit.

580. *Formae.* Forma MSS. Berfmanni. sed lib. VI. 31. *Fama petatur faciendae lanae.*

585. *Stymphalide silva.* *Asaphaside silva* Medicus unus. *Stymphalide lympha* Basil. & duo Moret. *ripa* Lovan. *Stymphalium* olim dictam fuisse Alpheum docet Plutarch. de flum. in Alpheo. BURMANN.

586. *Magnumque.* Magnumque ex melioribus. HEINSIUS. In quarto Palatino erat, *glomeraverat aestum.*

588. *Perspicuas ad huncum.* Ad innum nonnulli veteres cum primo Gronoviano. primo Vaticano, & sec. Mediceo. Scilicet, *Perspicuas imo.* sic in Haiteuco:

Quae vada subnatis imo viridentur ab herbis.

de *Bibru* dixit Theocritus, Idyl. XXXII. Noster alibi *gurgitis ima*. lib. XI. 177. de auribus Midiae, ut & illic ferendum,

Instabileque imo facit & dat posse moveri.
 Stat. IV. Theb. 817.

Modo lenis virens, & gurgite puro
Perspicuas, nunc sordet aquis egestas ab imo
Alveus.

Ubi lege, *perspicuas*. Senec. Medea. 755. ex codice Mediceo:

Fugae ad innum maria, & Oceanus graves
Interior undas aestioni viciis delat.

Sic ex imo lib. XI. 499. in ima ibid. 557. ad ima XIV. 793. HEINS.

591. *Sponte sua natas ripis declivibus umbras.* Natas epitheton ad umbras genere retulit, cum ad salicta intelligatur, ut sit sensus: salicta atque populus dabant umbras, ipsae natae sua sponte in ripis declivibus: nam umbras nasci in ripis intelligitur aliquo pacto, sed frigidè admodum, sponte sua, verum haec fortasse argutula merito videntur, ideoque omitienda, quamquam apud Servium, eximiae eruditionis virum, nonnulla ejusmodi repemias. GLAREANUS. In Oxoniensi & uno Heinssii est, *sponte sua gratas umbras.* in Lovaniensi, *latae declivibus* etiam Junianus & Leidensis. *ripas* unus Heinssii & Berfmanni MSS. ut supr. vers. 558. eadem varietas. BUAN.

595. *Quas dum ferioque, trahoque.* In meo, *terroque*, non *trahoque*. CIOFANUS.

598. *Margine fontis.* Duo Vatican. mei, & unus Maffei, *Margine ripae*. CIOF. *Ripae* meliores. HEINSIUS. Vid. Epist. V. 27. ubi *marginem rivis* probabamus, sed non sic. *existo etiam* Gronov.

Quo properas, Arethusa? suis Alpheus ab undis.
 600 Quo properas? iterum rauco mihi dixerat ore.
 Sicut eram, fugio sine vestibus. altera vestes
 Ripa meas habuit. tanto magis infat, & ardet:
 Et quia nuda sui, sum visa paratior illi.
 Sic ego currebam; sic me ferus ille premebat:
 605 Ut fugere accipitrem pennam trepidante columbae,
 Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.
 Usque sub Orchomenon, Plophidaque, Cyllenemque,
 Maenaliosque sinus, gelidumque Erimanthon, & Elin
 Currere Iulini. nec me velocior ille.
 610 Sed tolerare diu cursus ego, viribus impar,
 Non poteram: longi patiens erat ille laboris.
 Per tamen & campos, per operatos arbore montes,
 Saxa quoque, & rupes, & qua via nulla, cucurri.
 Sol erat à tergo: vidi praecedere longam
 615 Ante pedes umbram; nisi si timor illa videbat.
 Sed certe sonituque pedum terrebar; & ingens

Crinales

Crinales vittas adflabat anhelitus oris.
 Fessa labore fugae, per opem, deprendimur, inquam,
 Armigerac, Dictynna, tuae: cui saepe dedisti
 620 Ferre tuos arcus, inclusaque tela pharetrâ.
 Mota Dea est; spissisque ferens è nubibus unam
 Me super injecit. Iustrat caligine tectam
 Amnis; & ignarus circum cava nubila quaerit.
 Bisque locum, quo me Dea texerat, inficius ambit:
 625 Et bis, Iô Arethusa, Iô Arethusa, vocavit.
 Quid mihi tunc animi miseræ fuit? anne quod agnae est;
 Siqua lupos audit circum stabula alta frementes?
 Aut lepori, qui vepre latens hostilia cernit
 Ora canum, nullosque audent dare corpore motus?
 630 Non tamen abscedit: neque enim vestigia cernit
 Longius ire pedum. servat nubemque locumque.
 Occupat obsessos sudor mihi frigidus artus;
 Caeruleaeque cadunt toto de corpore guttae.
 Quaque pedem movi, manat lacus: èque capillis

Ros

390. Ab undis.] In undis Cantabr. & octo alii & Berin. MSS.

600. Iterum rauco mihi dixerat ore.] In uno meo legitur rellus, iterum rauco mihi murmur dixit. CIOFAN.

603. Visa paratior.] Patentior unus Gronovianus. Unde posset patentior aliquis efficere: rapiatior alter. peraprior Stronzae: frustra omnes: parata enim proprie dicitur, quae copiam sui facile praebet, nec repugnat. Propert. 1. eleg. ix. 25.

Nec te decipiat, quod sit satis illa parata. Et Tibul. II. IV. 1.

Ubi vide Broukhuisium. Noster Epist. viii. 82.

Eccè Nopolemo traxit parata sui. De Priapo dixit Noster 1. Fast. 485.

At Deus obscena nimum quoque parte paratus. Vide ad Petron. 131. Burn.

605. Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae, Ut solet accipiter trepidas agitare columbas.] Ita in impressis. In veteribus vero rectiore ordine loquuntur:

Ut solet accipiter trepidat urgere columbas; Ut fugere accipitrem penna trepidante columbae.

In uno meo, & aliquot aliis, priore versu est; Agitare, non Urgere. CIOFA. Agitare Cantabr. & multi alii. sic trepidas agitare in reia cervos Livio & timidus agitare Lycas apud Horatium lib. II. Od. XIII. Prudentius Hymno III. Cathemerin.

Exagitansque truces agulas. Per saxa nubila, perque notas.

Sidere lassâ schumba jugat.

Silonius in Panegyrico Anthemii: Inventus agitans ferus.

Stat. Achill. 1. 627. Non tela licet Mavortia dextra;

Non trepidas agitare ferus. Infra XI. 300.

Quae non Thisbeas agit mutata columbas. Horatius tamen de Caesare Cleopatram persequente:

Remis adargens, accipiter velut Molles columbas.

Et Silius lib. IV. III. Urgelat trepidam jam caede priorum

Incertamque fugae, pluma labente, columbam. HEINS. Agitare rectum puto, proprium enim in hac

re verbum, & cuius glossa est urgere. III. Met. 356. agitantem in reia cervos. Horat. III. Od. 12.

Causis idem per apertum fugientes Agitate grege cervos jaculari.

Virgil. VII. 478. Quo litore pulcher

Insidiis cursaque feras agitabat iulus. Sil. II. 437.

Agitata serarum Agmina venata.

Et ita lepus exagitans Noster Art. III. 661. & Livio 41. 9. lepus exagitatus Sic Diana Amobia lib. IV. p. 141. Silvarum agitatrix dicitur, ubi perperam Stewech habitatrix malebat ita enim & Silius, agitare saltus dixit lib. II. 42. & Quint. III. declam. 4. Saltus agitare venata. Vid. Giffan. observ. L. L. in verbo agitare. Burn.

607. Sophidaque.] Sic quidem corrupte in exemplaribus legitur. Plophida autem ab Ovidio scriptum

mihi facile contenderim. Est enim Plophis variatum unum nomen. Nam & Arcadiae urbs est à Plophide Lyaonis, vel (ut alii volunt) Erycis filia denominata, & Acarnaniae, & Achaiae, unde Plophidius dicitur. Est & Libyae urbs Plophis, unde Plophius nomen patrum more gentis declinatur: atque quoque Lacyntiorum Plophis vocabatur, ut Pausanias ait. Cyllenem autem & Maenalon, & Erymanthum Arcadiae esse montes iam Iacopus dicitur. Elin vero eisdem Arcadiae urbem ab Eleo Tantalii filio appellatam. REGIUS. Quod ad Plophida dicitur, non repugnat quantitas penultima, ut quidam putaverunt. Nam & Gaza hoc nomen pro exemplo allegat eorum, quae i ante ð longam habent in penultima genitivi. MICYLLUS. Hinc locum recte emendavit Raphael. sed libro secundo v. 141. de Erimantho fluvio ad eundem erat motum haud parva menda, Phocaeo, pro Plophidico, ut ibidem admonuimus. GLAREANUS. Sic apud Stat. IV. 296.

Asphiner idem ardor agros & Plophida celsam Plophid. Ubi Lindenbrogus notat MSS. habere, agros, Plophidique celsam. Vid. Heinf. ad lib. II. Fast. 276. BURMANUS. 608. Celsamque.] Gellidamque unus Medic. 609. Velat illa.] In eodem meo, velat ibat. CIOFAN. 611. Arbora.] Robore unus Heinf. 613. Saxa quoque & rupes.] Saxaque per rupes alter Hamburg, & tres alii. Barber. saxa per & rupes. Scribe, saxaque per, rupeque. HEINS. Mihi

Barber. codicis lectio blanditur, amat enim Noster praepositionem per geminare. Vide ad I. Art. 96.

616. Sed certe sonituque pedum terrebar.] In quibusdam, sonituque pedum terrebar. In aliis, sonituque pedum terrebar. Omnia recte. NAUGARER. Utramque lectionem in multis etiam scriptis reperit.

618. Labore fugae.] Labore gravi Leidensis.

619. Armigeras, Diana, tuas.] Dictynna octo veteres. recte. paulo ante pro ingens anhelitus censeo scribendum, urgent anhelitus oris. ut lib. XI. sub finem,

celerantque metu celer urget amore.

HEINSIUS. Dea casta tuae Palat. quartus. sed illud ingens minime mutem: ut Deo enim dat ingenstem anhelitum, & qui fere Nympham proferret: ita manum magnam, & reliqua membra Poëtae diis tribuunt. Vide ad Eleg. in Druf. 224. BURMANUS.

621. Sparsis ferens è nubibus unam.] Legit, spissis; non sparsis. Ita duo Vatic. Abb. Emaloi, una Mallei & unus meus. CIOF.

623. Quae sit.] Fertur Genevensis, sed jam hic hoc verbum praecessit. ignaram etiam pr. Palat.

627. Andit.] Vidit MSS. Berinmanni.

629. Dare corpore motus.] Lovanienfis & tres alii, saltus. ut lib. I. 531. ex MSS.

Admissio sequitur vestigia saltu. lib. VII. 768.

Ille levi velox superabat reia saltu. Dare saltu saltu in re lib. II. Met. 165. & in Ibid. 285.

BURMANUS. Aaa 3 631. Lenz

635 Ros cadit: & citius, quam nunc tibi facta renarro,
 In laticem mutor. sed enim cognoscit amatas
 Annis aquas, positoque viri, quod sumferat, ore,
 Vertitur in proprias, ut se mihi misceat, undas.
 Delia rumpit humum. caecis ego mersa cavernis
 640 Advehor Ortygiam: quae me, cognomine Divae
 Grata meae, superas eduxit prima sub auras.

FAB. XI. ARGUMENTUM.

^a Lynceus rex in lyncem.

Triptolemus à Cerere fruges ð dividendas accepit per terras, curruque draconibus junctum cum fecisset, ð novissime delatus est in Scythiam, & ð Lynco rege exceptus hospitio. Cui cum exposuisset qualiter à deâ esset honoratus, invidia honoris ð insinatus, dormientem ut interficeret aggressus est. Dea ð nuntii sui memor, ut, quem ð divini honoris dignum habuerat, conservaret, antequam occideretur, ð hospitem ð in lyncem se suum convertit.

Hac

631. Longius ulla pedum.] Longius ire nonnulli veteres. quod praestat. paulo post pro, manat locis repoint, lacus, ex plurimis veterum. Vid. lib. VI. 310. HEINS.

634. Manat locus.] Idem libri, & Caelest. Manat lacus. RECIUS. CIOFAN. Pidem meo etiam Junian. & Medic. unus.

635. Quam nunc tibi fata renarro.] In ambobus meis & aliis, Fata renarro. CIOF. Fata ex melioribus. HEINSTEUS. Ego facta praetuli, id est rem, uti accidit.

636. Mitor.] In meo, curor. CIOFAN. Mitor Gronov.

639. Caecis ego mersa cavernis.] In utroque meo, duobus Maffei, Ursini, Caelest. & Abb. Caecisque ego. CIOF. Caecisque unversa Gronovianus, Lovian. & Basileen.

641. Grata meae superas.] In duobus Vatican. uno meo, Caelest. & Abb. Grata mihi. CIOFAN. Ita plurimi scripiti: orta meae Gronov. pro diversa lectione.

641. Eduxit.] Malim, educit. HEINS. ^a Lynceus.] Lynceus rex in Lynceum Parm.

^b Dividendas accepit.] Ad fruges dividendas per terras missus Colon.

^c Cum fecisset.] Cum descendisset margo Micyll. descendens Colon.

^d Novissime est delatus.] Novissime delatus in Scythiam, a L. R. susceptus est hospitio Colon.

^e Insinatus.] Insinatus ille Micyllus, haud paulo concinnius. MUSEUR. Invidia incitatus rex, Colon.

^f Nuntii sui.] Nuntius sui Colon. ^g Divini honoris.] Divino honore Micyll. Colon.

sed dignus genitivo solet & Naso jungere.

^b Hospitem.] Non habet Colon.

ⁱ In lyncem feram.] Oâs Graecis ea fera est. Schol. Hom. ad Iliad. N. 103. Οὐδὲ Ζεὺς ἰδὼν καὶ ἐκὼν ἔκλυε Μυρκα. In Lynceum Parm. Hoc argumentum in interpolatum a Raenerio legitur in Edd. ejus & Heinsii. Triptolemo Ceres curru draconibus junctum delat, quo per terras vultus agriculturam frugumque animo mortales doceret. Per Hieropata Asiaeque vultus, novissime delatus in Scythiam, à Lynco rege susceptus est hospitio: cui cum exposuisset adventum sui causam, invidia tanti honoris insinatus, dormientem ut interficeret aggressus est. Dea sui nuntii memor, quem divini honoris dignum habuerat, conservavit: Lynceum regem in Lynceum feram, ut Triptolemum occideret, convertente.

642. Hac Arethusa tenus.] Τυρῆσι. Sic Statius lib. x. Hac germana tenus Stygii naetunda parentis Iuperia. Virgilius lib. vi. Hac Trojana tenus fuerit fortuna seruta.

De Arethusa sic Cicero 11. act. lib. iv. in Verrem. In hac insula extrema est fons aquae dulcis, cui nomen Arathusa est, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi mutatione, & mole lapidum a mari disjunctus esset. CIOFANUS.

644. Vesta est.] Rectius, fertur in primo Gronoviano. nam, vultus erat juvenis mox sequitur. deinde, Tritonida arcem, non urbem, tres scripti. vid. lib. vi. 70. VII. 400. VIII. 547. & alibi. HEINS. Vide

HAc Arethusa tenus, geminos Dea fertilis angues
 Curribus admovit; frenisque coërcuit ora:
 Et medium coeli terraeque per aëra vecta est:
 645 Atque levem currum Tritonida misit in arcem
 Triptolemo; partimque rudi data semina jussit
 Spargere humo, partim post tempora longa recultae.
 Jam super Europen sublimis, & Afida, terras
 Vectus erat Juvenis; Scythicas advertitur oras.
 650 Rex ibi Lynceus erat. regis subit ille penates.
 Quà veniat, caussamque viae, nomenque rogatus,
 Et Patriam. Patria est clarae mihi, dixit, Athenae;
 Triptolemus nomen. veni nec puppe per undas,
 Nec pede per terras: patuit mihi pervius aether.
 655 Dona ferro Cereris; latos quae sparsa per agros
 Frugiferas messes, alimenta que mita reddant.
 Barbarus invidit: tantique ut muneris auctor
 Ipse sit; hospitio recipit: somnoque gravatum
 Adgreditur ferro. conantem figere pectus
 660 Lynca Ceres fecit: rursusque per aëra misit

Mopse-

Vide Cateher. Bentlej. ad Horat. lib. 1. od. vii. 7. ubi egregie artem & arcem pro Palladis urbe vindicant. in uno Bonon. & Gronoviano etiam erat, per aëra vecta est. Vid. III. ex Poet. II. 63.

645. Atque levem currum Tritonida misit in Urben Triptolemo.] Triptolemus sibi vindicabant Athenienses, & Celei filium fuisse praedicabant, qui primus fruges coluerit. Historiam habes apud Pausaniam lib. 1. 14. Musaeus autem Triptolemon Oceano Terraque genitum canit. Orpheus Dytale, qua natus est & Euboeus; quibus, quoniam silicæ rapum indicant, Ceres (ut idem pergit) frugum rationem dedit. Choerilus Atheniensis, in Alope Tragoedia, matrem Triptolemo dat Amphiclyonis filiam, patrem vero Paron. sed Argivi contendunt, Cereri apud se primum sacra instituta, atque inde Trochilum Cereris sacerdotem ob Agenoïs similitudinem profugum, in Atticam pervenisse, ductaque uxore Eleusina, Euboeam, Triptolemuque suscepisse. Haec ex Parthiaco. CIOF. Vid. IV. Fall. 508.

647. Recultae.] Vel simpliciter accipiendum recultae, pro aratae, ut sint antitheta terra rudis, sive inculta, & arata: vel etiam ad novales referendum agros, qui altero demum anno, aut etiam tertio recoluntur, ut rudis, & reculta terra, sibi opponuntur mutuo, quemadmodum restibilis ager & novalis. MICYLLUS. Pro aratae exponendum puto, quamquam post tempora longa, qua ratione dicatur, non desimo. GLAREANUS. Recte dictum sic recultae agros. Val. Flac. VII. 68. recolare gen-

tem Idem 11. 396. Et ita Livius; Plinius, & alii. Reliqui unus Med. restitae alius, recandi unus Heinsii. locus, in quo primum frumentum a Triptolemo satum, A'pion dictum. vid. Auctorem Etyim. Mag. in A'pion. BURM.

648. Europen & Afida terram.] Terras ex optimo Thuaneo. & mox, Scythicas oras, non Scythicasque calligatores. HEINS.

648. Et Afida terram.] Ab Asia, proprio, cuius prima longa est, ut apud Homerum, A'asia ἐν Λαυον, Καυκασιον ἀμφὶ ἰεῖθηζ. fuit enim Asia rex quidam Lydonum, ut ibidem inquit, commentatorum regionis nomen Asia, primam corripit, ut, Europa, atque Asia postis &c. MICYLL.

649. Advertitur.] Advertit in Lovan.

650. Lynceus.] Lynceus vitiose dicitur apud Livat. ad Stat. IV. Theb. 657. Vid. & Serv. ad Virg. Aeneid. 1. 326. & Hygin. fab. cccix. & ibi Muncker.

651. Quà veniat.] Quid Florentinus, Vatic. & unus Gronovii. vid. ad lib. 1. Pont. 1. 13. Livius lib. xxxiv. 61. Vocari Aristonem debere, & quare quid venisset. Hygin. cxx. qui essent, quid venissent. in quibus quid est propter quid, vid. ad Quintil. decl. x. 16. sed hic quia sequitur caussamque viae, retineo qua, & expono, quo modo, vel unde: nam respondet, nec puppe, nec pede se venisse, nec per undas, nec per terras. BURM.

652. Dixit, Athenae.] Athenae ἀπὸ τῆς Α'θηνῶν δὶκταε sunt: unde hic Noster lib. 11. διδάξαι à Palladē sic recultae agros. Val. Flac. VII. 68. recolare gen-

Mopsopium juvenem sacros agitare jugales.
 Fimerat dictos è nobis maxima cantus.
 At Nymphae viciffè Deas, Helicon colentes,
 Concordi dixere sono. convicia victae
 665 Cum jacerent, Quoniam, dixit, certamine vobis
 Supplicium meruisse parum est, maledictaque culpae
 Additis, & non est patientia libera nobis;
 Ibimus in poenas: & quo vocat ira, sequemur.
 Rident Emathides, spernuntque minacia verba;
 670 Conataque loqui, & magno clamore protervas

Inten-

660. *Rarusque per aëra iussit.*] *Misir* fragmentum Vossianum, Junianus, & unus meus, eleganti Graecismo. Epist. Penelope: — te quatuor misso

Retulerat nato.
 Plaut. Calina III. v. 48.
Ego hae misso sum ledere.

Apud Virgil. lib. II. Aeneid. 114. in nonnullis exemplaribus:
Suspensi Euryalum scitari oracula Phoebi
 Minimus.

Propertius libro II. Eleg. XVI.
Semper in Oceanum mittit me quaerere gemmas.
 Statius Achilleid. I. 209. *duros laxantem Aegeona* nescis *Missa* sepi, ex veteri codice. Caelius lib. I. Hist. *Colorem in Africanum mittit visere lotum,* ubi exercitum exponat. Apuleius Met. III. ibidem ex membrana, *sed quod alterius rei causis facere misso sum, in tuam recidit injuriam.* ubi perperam Colvius, *iussa.* Gutherus Ligurini libro IX.

Regia misso
 Quatuor jura viri.
 Paulinus Carin. ad Cytherium:
Quoniam in desertis profectata literis
 Ad nos venire miserat.

Vetus interpres Evangelii Matthaei cap. XXII. v. 3.
*Et misit servos suos vocare invitatos ad nuptias, qui invitatiles erant, & dicitur καλῶσαι τοὺς κληθῆναι οὐκ ἤθελον, & Luc. cap. I. v. 19. *Missus sum loqui ad te, & haec tibi evangelizare,* ita & cap. IV. v. 18. & cap. IX. v. 2. & XIV. vers. 17. Vide Avienum Fab. XXII. Rutillium lib. I. Itiner. vers. 110. Maximian. initio Eleg. V. HEINS.*

662. *Fimerat dictos cantus.*] Imo dictos cum primo Palat. primo Mediceo, & decem aut undecim aliis: ne laudibus sororis Mula putide indulgeat. HEINS.

664. *Convicia velle cum facerent.*] *Jacerent* Florentinus S. Marci, Urbini. Neap. prim. Palat. sec. Medic. prim. Regius, prior Erbut. decem alii. utrumque recte. sequor tamen vetuliores lib. XV. 179.

— *recto Venus anxia coelo*
Verba jactit.

Pass. II. 590.
Et jactit in medio talia verba oboro.
 Macrobius Saturn. II. 1. *Haec nobis sit docta cavellatio, vicem planipedis pudica & praetexta viris jacentis.* Stat. Theb. I. 411.

Mox ut jactis sermonibus irae
Incaluere fati.
 deinde dixit, non dixi cum praetanti. onibus. HEINS. Eodem redit, & *facere convicia* acque obvium, ac jacere. Vid. ad Remed. 507.

668. *Qua vocat.*] *Quo vocat* septena scripti. ut XI. 356. *quo irabat impetus illum, huc ea. ferunt* Barberin. sed Ep. XII. 211. *Quo vocat ira, sequat.* unde & quo firmatur. BURM.

669. *Rident Emathides.*] *Emippes* filiae. Patronymica namque est forma. legitur etiam *Poemides*. REGIUS. idque rectius: nam in altero quaeritis repugnat, nisi quis extrito altero p. *Emippes* legendum contendat. *Poemides* autem eadem ratione, qua mater illarum vocantur, ut supra, *Poemius Emippe mater fuit.* MICELLUS. In duobus Vatic. duobus Caelii. *Anipetes.* In uno meo, *Pierides.* In altero vero, & utroque Massi, *Emippes.* Ad marginem prioris mei notatum est, *Pierides, filius Pierii regis Macedonum & Emippe.* Statuant doctiores, quo modo sit legendum. Cior. *Mire* hic turbant libri veteres, sed ne in hoc loco diu haereatur, antiquiores scripturas solummodo adhibebo. *Rident Athipedes* primus Mediceus. *Rident Athides* Bernegger. prim. Gronov. & nonnulli alii. quidam *Athiades* cum secundo Mediceo, vel, *Achides.* *Ridentque Athides* primus Palat. vel, *Achides.* *Ridentque Athides* vel, *Esthides* & si alii ex vetustioribus, *Emippes*, vel *Esthides* & si alii. Florentinus S. Marci à manu prima, *Ridentque Athides.* Scribe, *Rident Emathides.* supra nimirum illae ipsae,
Vel nos Emathides ad Patroas usque nitentis
Cedamus campis.

Antonius Liberalis hanc fabulam inscripsit *Emathides*. & ipso fabulae initio, *Est de reo xipon* *εὐνοίησθαι λέγουσιν Πίητες, ἀπὸ ἑξῆς ἡ παλαιὴ.* deinde, *minacia verba, non minantia* Florent. plane notae. Neap. Bernegger. qui etiam, *magno & dolore* cum primo Mediceo. à multis rō & abell. HEINS.

Intentare manus, pennas exire per unguis
 Adspexere suos, operiri brachia plumis:
 Alteraque alterius rigido concrefcere rostro
 Ora vident, volucresque novas accedere silvis.
 675 Dumque volunt plangi; per brachia mota levatae
 Aère pendeabant, nemorum convicia, picae.
 Nunc quoque in alitibus facundia prisca remansit,
 Raucaque garrulitas, studiumque immane loquendi.

HEINS. *Thopiades* Regius & quatuor alii. alii, *anipetes, Agripedes, Athanipetes,* & nescio quaelectionum monstra.

673. *Conversere.*] *Ocelliferae* Lovaniensis, ut lib. XIV. 316.

Osque meum sensu pande scalliferae rostro.
 674. *Ora vident.*] *Vident,* ex altero Erfurtano.

HEINS. Recte. vide quae notamus ad Vellej. Patere. I. 16.

675. *Plangere dumque volunt.*] In uno meo, *Plaudere*. CIOFAN. *Dumque volunt plangi* meliores magno numero. sic & lib. VIII. 527. censo scribendum,

Plangitur, matris Calydonides Eveninae.
 lib. XI. 76.

Plangitur, & trepido confringit vincula motu.
 lib. XIV. 380.

— *ipsa suis deplangitur Ardea pennis.*
 apud Silium libro I. 689. ex optimo codice, ubi de Borea agit:


Non ipsas alas plangit fridentibus Alpes.

cui scripturae inscite, ut solet, obloquitur Daulqueius. HEINS.

677. *Facundia prisca.*] Prima quatuor scripti: ita apud Lucan. II. 151. *Pene dices primas* quidam codices, vulgo *priscos.* eadem varietas lib. I. Fast. 7. & IV. 372. & apud Propert. I. VII. 3. BURM.

678. *Studiumque immane loquendi.*] In eodem meo, Vaticano, & Abb. *Studiumque inane loquendi.* sed non placet, propter syllabam. Nisi quis mallet E in *que* non elidi. Post hunc versum legitur hic alius in uno Vaticano:

Semper & humanas imitantur in omni voees,
 Qui sine ulla dubitatione aduherius est, imitameque nostro poeta dignus. CIOFANUS. Arripuit pejorum codicum scripturam Barthius, *studiumque inane loquendi,* lib. XXXI. adv. 11. & in notis ad Perron. c. I. ubi & Ciofanum reprehendit. sed aliquoties ita ille vim legi Pediae fecit. vid. ad III. Amos. VII. 57. ita & Statius IV. 175. obtrudere volebat *Pyragmonis opus.* sed de his hic agendi locus non est. BURMANNUS.



P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER SEXTUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Minerva in anum.

^a *Arachne Lydia, Idmonis filia, cuius mater genito^b Hypaeis studio lanificii summae quaeserat, cum materna industria cunctas praecessisset in opere faciendo, festis diebus*

^a *Arachne.*] *Aragne* Parm.

^b *Hypaeis.*] *Genita Hypellis.* Parm. Lugd. *mater Hypaeis urbs parva genita.* Raener. Hein. *genita fuerat Hypaeis Colon.*

^c *Cum materna.*] *Cum mater quoque sua industria, cunctis Colon.*

^d *Festis diebus.*] *Sic & Veneta & MS. peperam Micylli, istis diebus.* Raenerius utramque vocem omisit. *MUNCKER.* Itaque haec festis diebus insolentia gloriae, magis quam Colon.

^e *Elocuta est.*] *Horat. lib. III. od. 3. Gratum dicunt consulantibus Junonis divae. Minuc. Felix Octavio. non eloquimur magna, sed vivimus. Ad eundem modum cedere pro dicere frequenter usurparunt deterioris aevi scriptores. vide adnotata a nobis ad ista Fulgentii, unde idolum tractatum sit, enicamus. Quibus addas licet & illa. Episcop. Galat. Epistol. ad Leonem. Episcopi, qui sua dignitate depositi videbantur, sic edocuerunt. Junilius in Praefat. ad Primas. Quantum nostra pusillanimitas ediscere potuit. Sex. Rufus praefat. Res gestas signabo, non eloquar. Schol. Horat. lib. III. od. 19. Quod Romanis Graecae historias, nec ad propositum pertinentes veritas eloquatur. *MUNCKER.* Vid. Barth. adv. x. 8.*

^f *Dolia fuerat.*] *Elocuta fuerat* Raener. Hein.

^g *Venerat.*] *Venit eadem. inde ad eam venit* Colon.

^h *Odio futuram.*] *Haec est lectio Micyllianae editionis. Venet. & MS. odio futuram. legerim, exitio futuram.* Raenerius duas istas voces omisit. sed omittere ille frequenter solet, vel pro lubitu restringere, quicquid non cepit, vel ad stomachum, quos non facit. *MUNCKER.* ut audaciae impetum odio futuram. Lugd. odio etiam Parm.

ⁱ *In certaminis proposito.*] *Veneta & Micyllian, in certamine, inducta voce posteriori: MS. in certamine proposito. MUNCKER.* Cum Veneta etiam Parm. & Lugd. & Colon. faciunt.

^k *Opere proposito.*] *Opere posito* Colon. forte recte. vid. ad Phaedr. III. fab. 14.

^l *Quae sequuntur.*] *Quae sequuntur* Parm. sequenter vincte Lugd.

^m *Inferuerunt telae.*] *Telis suis ambas inferuerunt* Colon.

ⁿ *Prior Minerva.*] *Tandem prius M. d. A. sed enim quaedam necessaria posita inter versus quae praesentant opus utramque Parm. Lugd. quibus deinde etiam alluta legantur. prior quidem Minerva Micyll. desunt haec Colon. quae post inferuerunt finit argumentum; & novum incipit ante verba Minerva incipit.*

^o *Contentionem Athenarum.*] *Micyllus, contentionem de Urbe Athenarum. MUNCKER.* Micyllus adhibet, *Minerva incipit, inquit, quae telae sua est.*

^p *Lacu falso.*] *In lacu falso in arce edita* Colon.

^q *Possessionem.*] *Processionem* Raener. Hein. restatam Colon.

^r *Ipsa oliva.*] *Ipsa autem oliva (oliva in marg.)* Micyll. ipsa vera o. Raener. Hein.

^s *Item Rhodopen.*] *Item Aemum regem, regnum quo Rh. Thr. qui pari est.* Raener. Hein.

^t *Amore conjugii.*] *Et amore Veneta & Raenerius. Sed nec Veneta, nec MSS. 2. copiam illam agnoscunt. MUNCKER.* Agnoscunt omnes Ead. quas vidi. *et amore conjugii* Colon. rectam.

^v *Transfigurata.*] *Transfigurati sunt* Parm. Lugd. *transfigurati* Micyll.

^w *Item Pygantum casu est.*] *Sic MSS. 1. Venet.*

insolentis gloriabunda, quam mortalem decuit, elocuta est. Nam Minervam, à qua dolia fuerat, ad certamen provocavit. Quae in anum versa, in hoc ad eam venerat, ut ejus audaciae impetum odio futuram compeceret. Quam cum in certaminis proposito vidisset permanentem, reversa in suam speciem, opere proposito in certamen descendit, & singula, quae sequuntur, inferuerunt telae; prior Minerva, debinc Arachne.

Quae in Minervae telâ picta.

Minerva incipit. Itaque telae suae intexuit contentionem Athenarum inter se Neptunumque habitam, qui lacu falso in arce edito suam possessionem vindicabat: ipsa olivam arbor à se inventa. Item Rhodopen Threiciam, & Aemum, qui pari insania amore conjugii Jovis & Junonis abusi erant nominibus, in montes transfiguratos. Item Pygantum casu ab Junone in gruem versam. Item Antigonen Laomedontis filiam, quae cum Jove coisset, ob admissum Juno eam transfiguravit in ciccoiam. Item Cinyrae regis Assyriorum praeterea filias ob insolentiam ab eadem dea in graduum templi sui lapidem mutatas; per quae exempla frangi possent de Minervae nomine; finemque operis sui explicuit. Is modus est, & facit arbore suam suam.

Quae in Arachnes telâ picta.

Arachne autem, ut videretur per opera respondisse contentioni, telae suae intexuit, Jovem, in taurum versum ob Europae amorem. Eundem fecit in aquilam conversum,

ta: Pygantum casu ab Junone in gruem versa est. Micyll. Pygantum quoque casum addit, quae ab Junone in gruem versa est. Raenerius cum MSS. facit, nisi quod rō casu omittit. Scilicet minus id ei quadrare heic esse visum. Forte pari casu scripserat auctor. Etiam pro Pygantum rescriptum, Pygamae, vel Pygamae matrem. Certe non Pygas Pygamae illa mater, sed Onae fuit dicta, auctore Anton. Liberali. cap. 16. vel Gerana, ut vult Aelianus in lib. de Animal. xv. cap. 29. Legas eandem fabulam apud Athenaeum lib. IX. cap. 11. *MUNCKER.* Pygamae casu est. Parm. Lugd. Pygamae quoque casum, quae dec. conversa est Colon.

¹ *Quae cum Jove coisset est.*] *Haec lectio est e codice Florentino, sed ἀνακρίδων facit orationem, nisi scribas, quae quam cum Jove. Neapolitanus codex habuit, quia cum est. Forte, quam, quia cum Jove est. Sed rō cum proxime sequens videtur cum Micyllo. MUNCKER.* Quam quod casu Micyll. quae c. j. coierat Raener. Hein. quae cum Jove Colon.

² *Ob admissum.*] *Latinissime dictum est. Sext. Rufus Brev. cap. 19. Ad satisfactionem tam audacis admissi. Ovid. II. parvovoxiae vs. 381. Consequi admissum violatae jura mariti. Heroid. Epist. II. 381. Admissi memores sed tamen esto mei. Et vs. 110. Ab miser admissi placitur ille meo. Epist. VII. 45. Mater in admissio falsâ sub imagine lufae. Metam. XI. vs. 380. Sed memor admissi Nereida coligit arborem. Rescript. Dioclet. in Collat. Leg. III. Quod ex admissi discrimine sustinet. Rescript. Dni Pii. Scite me admissum severius excusenturum. Pausan. Recept. Sent. Lib. I. Tit. 5. Pro qualitate admissi placitur. Raenerio tamen probare se ista*

Latinitas non potuit, qui inde fecit, admissum scilicet. Oblitus ergo erat etiam Lib. VIII. fab. 6. legi. Ob admissam praecipitavit in pelagus. Et Lib. XI. fab. 9. Ne ultra persequeretur admissum. Intelligi crimen debet, quod addit Ovid. Am. II. 7. Me non admissi criminis esse rem. Vel facinus. Seldian. de Provid. Lib. I. Post factus admissum Dei sermone convulsus. MICYLL. quam ob admissum scilicet Raener. Hein.

³ *Cinyrae.*] *Cynarae eadem. Cynare Micyl. item deest Parm. Lugd. Micyl. Cynarae quoque regis Assyriorum filias* Colon.

⁴ *In graduum.*] *In gradus templi sui lapides* Colon.

⁵ *Frangi possent de Minervae nomine.*] *Ita & Veneta ac Raenerius. Nec aliter MSS. 2. Micyllus dedit, frangi illa possent, de quo Minervae nomine certior fieri. Quae sapient interpolationem. MUNCKER.* Frangi possent, suaque arbore operi suam imposuit; omisit reliquis Colon.

⁶ *Finemque operis sui est.*] *Haec est lectio MSS. 2. & Venetae. nec placet tamen admodum. Conclanibus Micylliana, finemque operi suo arborem suam olivam imposuit. Forte scripserat, finemque operis sui explicuit arbore sua. Reliqui cent à glossatore aliquo videntur addita esse ex illo Nafoniano versu: Is modus est: operisque sua facit arbore suam. MUNCKER.* Finemque operi suo oliva arbore sua pista imposuit Raener. Hein.

⁷ *Contentionem.*] *Ita reposui ex Micylliana MS. & Veneta praefecerunt. contentionem. Raenerius pro illa voce dedit nobis sequentia. MUNCKERUS.* Arachne autem ne pari opera respondisse contentioni videretur. Colon.

ut comprimeret Asterion. Eundem in olorem, ut Ledaem Thestii filiam comprimeret. Eundem in Satyrum, ut Nyctei filiam comprimeret. Eundem in Anapitryona, ut Alcmenam Electryonis filiam comprimeret. Eundem in aurum, ut Democlea Acrisii filiam comprimeret: in ignem, ut Aspidam. Deo sensus isti in uno versu continentur. Eundem in pastorem, ut Mnemosynen comprimeret: in serpentem, ut Didonem. Et bi duo sensus in unum versum veniunt. Neptuni etiam cupiditatem inscribit, ita ut doceret eum in iuvenem esse mutatum, ut Aeoli filiam stupraret: in amnem Euphemem, ut Aeoli uxorem; in arietem, ut Bisaltidam comprimeret. Hi tres sensus in tribus versibus, aliter cadere non possunt. Eundem in equum, ut Cererem; in volucrem, ut Gorgonem Medusam, ex qua equus Pegasus proditur fuisse; in Delphinum, ut Melantho. Hi sensus continentur in tribus versibus. Apollinis praeterea in eadem contentione amoris furta intexuit, indicans eum in accipitrem, interdum in leonem fuisse conversum; alias in pastorem, ut Issen Macarei filiam comprimeret. Liberum patrem quoque in unum versum, ut Erigonen comprimeret. Saturnum praeterea in equum versum, ut Philyram Oceanii filiam, ex qua Cbironem Centaurum dicitur procreasse.

Prac.

¹ Eundem fecit. Eundemque Parm. Lugd. Mic. in aliis, item in aquilam, ut & item deinceps semper pro eadem legitur. eundemque fecit aquilam u. t. A. eundem quoque in olorem, ut cum Leda Tyndari filia rem haberet &c. deinde Nopiani Colon. omisiss reliquis.

² Nyctei filiam. Ita quidem cum MS. etiam Veneta & Mic. liana. sed perperam. Antiope fuit dicta Nyctei filia: quam Nyctei appellat Nalo, ut ab Antiope Alope filia distinguit. vide notas nostras ad Hyg. Myth. cap. 7. Propert. l. eleg. xv. Tu licet Antiope sermam Nyctei filia. MUSEKER. Nyctei omittunt Plant. Frel. Hein.

³ In uno versu. In unum versum MS. & Veneta. Verum quae de sensibus inculcantur identidem, qui quot versibus continentur, ea existimo omnia a glossatore aliquo orta, certe in Mic. liana non comparant. Confer quae dicimus ad lib. 26. lib. vii. MUSEKER. In unum versum Parm. Lugd. duo sensus isti alibi Plant. Frel. Hein.

⁴ Inscribit. Ita Veneta & Mic. liana. MS. inscribit. MUSEKER. Neptuni praeterea cupiditates inscribit Raener. Hein. Etiam inscribit, eumque in iuvenem esse mutatum, u. t. f. f. Item in Euphemem Aeoli uxorem &c. propter Apollinis &c. Colon. iterum omisiss pluribus.

⁵ Aeoli filiam. Aeo. f. Arnen, aut, ut alii volunt, Menalippen Raener. Hein.

⁶ In amnem Euphemem. Euphemem Parm. Lugd. In Euphemem Raener. Hein.

⁷ Aeoli uxorem. Ita Mic. lyllus. Sed MS. & Veneta, Aeliam Raenerius, Iphimediam, ex qua nati Alcides. Non amo tam liberales coniectores, suscipiunt Iphimediam. vid. Hygin. Myth. cap. 28. MUSEKER. Ut Aeliam Parm. Lugd. sed in Mic. liana lego, ut Aeoli uxorem.

⁸ Ut Bisaltidem. Ut bis Alpidam Parm. Bisaltidem Lugd.

⁹ In volucrem. In equum volucem Raenerius perperam. Vide Hein. notas ad Metam. Ovid. lib. vi. vs. 119. Adde ejus observatis Praetereolum in Lycophr. p. 30. ubi inter alias cauis ut Eriynus dicitur Ceres, hanc affert. Et Eriynus procreata procreata procreata sat procreata procreata. MUSEKER.

¹⁰ Proditur fuisse. Proditur natus Raenerius sed aiterum cum MS. Venet. ac Mic. lyll. adhibuit IDEM.

¹¹ Ut Melantho. Ut Democleionis filiam Melantho. Raener. Hein.

¹² In eadem contentione. Etiam hic cum MS. faciant Veneta & Mic. liana. sed Raenerius, a eadem tela. MUSEKER.

¹³ Intexuit. Intexuit reddita, Codex Neapolitanus & Veneta. Etiam mox cum Veneta, indicat, pro indicans cod. Florentinus. MUSEKER. nullum etiam Parm. Lugd. indicant Mic. lyll. Propter Apollinis quoque amorem &c. furta contextus indicat eum in accipitrem conversum, interdum in leonem, alias in pastorem Colon.

¹⁴ Alias in pastorem. In pastorem quoque Raener. Hein.

¹⁵ Macarei. Macharei eadem & Colon.

¹⁶ Comprimeret. Incitaret Colon.

¹⁷ Liberum. Item Liberum p. in unum, ut creditur. Liber pater quoque in unum versum Parm. Lugd. haec ut Liber pater quoque i. u. versum Mic. lyll. Liber quoque pater in unum conversus est, ut & apparet Colon.

¹⁸ Saturnum. Saturnus praeterea versum quoque Parm. Lugd. Et Saturnus &c. Mic. lyll. Item Saturnum Raener. Hein. Saturnus postea ut versum in equum, ut Ph. O. f. laderet Colon.

¹⁹ Dicitur. Videtur Colon.

²⁰ Procreasse. Procreasse, comprimeret, omnes Edd. Mic. lyllus addidit, ultimo hederam cum fuerat.

1 Praebuerat dictis Tritonia talibus aurem; Carminaque Aonidum, iustamque probaverat iram. Tum secum, Laudare parum est; laudemur & ipsae: Numina nec sperni sine poena nostra sinamus. 5 Maconiacque animum fatis intendit Arachnes: Quam sibi lanificae non cedere laudibus artis Audierat. non illa loco, nec origine gentis Clara, sed arte, fuit. pater huic Colophonius Idmon Phocaeo bibulas tinguebat murice lanas. 10 Occiderat mater: sed & haec de plebe, suoque Aequa viro fuerat. Lydas tamen illa per urbes Quaesierat studio nomen memorabile; quamvis Orta domo parva, parvis habitabat Hypaepis. Hujus ut adspicerent opus admirabile, saepe

Defe.

alibi libentem circumtextuit. Plura vero opera &c. quae argumento sequenti leguntur subjuncta, uti ille omittit.

1. Aurei. Aurem Berneggerianus recte. HEINS. Vid. sup. lib. v. 334.

3. Iam. Cum Iunianus eandem varietas mox vs. 28. tunc multi. ut sciam Mediceus unus.

5. Maconiacque animum fatis intendit, Arachnes. Libri omnes calamo exarati habent; Arachnes. Ita saepe mutant Latini Graecam rationem scribendi etiam in iis vocibus, quas e Graecis faciebant sua. CIOFANUS. Unus Heinii, incendit, ut apud Virgil. iv. 336. Ite furis incensa feror. Sed nihil nota: vide Hein. ad Val. Flac. vii. 114. Inst. xx. 1. Animum ad conciliandam favorem intendit, qui & incendere absolute dixit lib. 1. 8. & XIII. 6. & passim alii. Maconiacque etiam Leidensis. BURM.

7. Loco. Patia. Cicero pro Archia: loco nobilitate ubi &c. ita enim intelligendum. errant cui aliter sunt interpretati. CIOFANUS. Pontanus hic locum pro genere, parentibus & avis capit, male: referendum ad dignitatem, ut locum in republ. tenere. vel ut Ciofanus fecit de patria. nam ita mox distinguit, iterum referens ejus originem, oria domo parva, id est humili neque ulla dignitate conspicua. parvis habitabat Hypaepis, id est gente & urbe obscura. BURMANNUS.

8. Idmon. Variant scripti, quidam, Immon, Hymen, Immon, Etonow, Immon. sed idmon rectum. ita enim & Argonauta dicitur. & Epidaurius Idmon Stat. iii. Theb. 398. Thraciam puellam Arachnen videtur facere ex regio genere Probus ad Virgil. iv. Georg. 145. quamquam Lydiam Servius dicit. ut & Lucat. ad Stat. xi. Theb. 402. ubi male Aindae vulgo legitur. BURM.

9. Phocaeo. Hoc in loco haud dubie a Phocaea Acolias urbe, quamquam Auctores a Phocida

Graeciae regione nonnumquam usurpant. GLAREANUS.

10. Occiderat. Occiderat ex MSS. Gebh. 111. Crep. 7. ita passim occidere, concidere, & decidere commutantur. Vid. ad Epist. iv. 94. & alibi.

11. Lydias tamen. Emendo, Lydas. dicitur enim Lydus, & Lydius, sed ly syllaba semper producta. idem u. Fall. 356.

Ridet amatorum Lydia puella suum. Et in Ibin 449.

Lydia se scopulis ut virgo misit ab alis.

CONSTANTINUS FANENSTIS. Sic quidem vulgo ferè legitur. Admonent autem doctiores, legendum esse, Lydas per urbes, quod in Lydiis, prior ubi esse, Lydas longa ponatur, ut apud Horatium l. od. 8. que longa ponatur, ut apud Horatium l. od. 8. que longa ponatur, ut apud Horatium l. od. 8. que longa ponatur, ut apud Horatium l. od. 8.

Lydia sic per omnes tu deus oro, &c. Et apud Virgilium viii. 479. ubi Lydia quondam gens bello proclara iugis consedit Hetrusis. Sed postea tamen & Lydias defendi hoc loco, si quis vel exravet, vel avigzov admittat. MICELE. Lydias tres Heinii, Lydias duo, Lydias plurimi. In Mediceo & uno Moreti etiam, ante per urbes. recte. antequam mutata fuit in aranem vid. l. Fall. 642. mox habitabat idem Mediceus & STROZZAE. BURMANNUS.

12. Quaesierat studio. Lanificii industria & diligentia comparaverat. CIOFANUS.

13. Parvis habitabat Hypaepis. Sic lib. xi. Allic parvis fuitur Hypaepis. Utroque autem loco praepositionem detrahit. Hypaepa urbs est, ex Tmolio in Cayltri campum descendenti. Auctor Strabo lib. xiii. CIOFANUS. De Hypaepis, vide quae ad Petron. 137. notavimus. Stephanus vero addit pulcherrimas habuisse hanc urbem mulieres, donam Veneris.

15 Deseruere sui Nymphae vineta Tymoli:
 Deseruere suas Nymphae Pactolides undas.
 Nec factas solum vestes spectare iuvabat;
 Tum quoque, cum fierent; tantus decor adfuit arti.
 Sive rudem primos lanam glomerabat in orbes:
 20 Seu digitis subigebat opus; repetitaque longo
 Vellera molliabat nebulas aequantia tractu;
 Sive levi teretem versabat pollice fufum;
 Seu pingebat acu; scires à Pallade doctam.
 Quod tamen ipsa negat: tantaque offensa magistra,
 25 Certet, ait, mecum; nihil est quod victa recufem.
 Pallas anum simulat: falsosque in tempora canos
 Addit, & infirmos baculo quoque sustinet artus.
 Tum sic orsa loqui: Non omnia grandior aetas,
 Quae fugiamus, habet. feris venit usus ab annis.
 30 Consilium ne sperne meum. tibi fama petatur

Inter

Inter mortales faciendae maxima lanæ.
 Cede Deæ: veniamque tuis temeraria dictis
 Supplice voce roga. veniam dabit illa roganti.
 Adspicit hanc torvis, inceptaque fila relinquit;
 35 Vixque manum retinens, confectaque vultibus iram,
 Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis:
 Mentis inops, longaque venis confecta senectâ:
 Et nimium vixisse diu nocet. audiat istas,
 Si qua tibi nurus est, si qua est tibi filia, voces.
 40 Consilii satis est in me mihi. neve monendo
 Profecisse putes; eadem sententia nobis.
 Cur non ipsa venit; cur haec certamina vitat?
 Tum Dea, Venit, ait; formamque removit anilem;
 Palladaque exhibuit. venerantur numina Nymphae,
 45 Mygdonidesque nurus. sola est non territa virgo.
 Sed tamen erubuit; subitusque invita notavit

Ora

15 *Nymphae vineta Tymoli.*] Lege ex duobus lib. scriptis *Tymoli*, quomodo Aldus edidit. CIOFANUS. Idem sentit Ciofanus ad lib. xi. 86. sed qua ratione versus tunc sulciatur non video. alia res in loco 11. Fall. 313.

Jam Baccha nupum, Tymoli vineta, tentabat.
 Et *Amalum* dictum fuisse *κατὰ ποταμὸν ὀρχουαριμὸν*, *Tymolium* vero vulgo, docet Stephanus de Urbibus. pro *vineta* vero multi, tam hic quam libro xi. codices, *clunata*, *spineta*, *pineta* exhibent. sed frustra: praeter enim locum jam adductum, *Tymolium* vino nobilem fuisse testatur Strabo lib. xiii. p. 637. Senec. Phoenic. 692.

Hinc nota Baccho Timolus attollit iuga.
 Vbius, *Tymolus Lydiarum vino insignis.* & Avienus Od. Deic. vi. 994.

Lydia procedens longum latus explicat Euro,
In qua transiit Timolus iuga proferit artis.

& ita passim Notter & alii describant. BURMAN.
 16. *Suas undas.*] *Suas* annes Leidens.

18. *Tunc quoque cano fierent, tantus decor adfuit arti.*] Versus hic superiori rectius praeponatur. Nam, *Non factas vestes*, pro *Nec* in multis scriptis. HELSIUS.

21. *Nebulas aequantia.*] Hinc forte est quod scribit Arbitr. c. 55. *ostiare in nebula linea.* DOUGA. Vid. ad Petron. d. l. & Quint. decl. 1. 17.

23. *Sive levi teretem.*] Unus Regius, *sive levi*, ut sit a *λεῖον*, ita lib. iv. 221. *Leviã versato ducentem flamma fuso.* sed alter Regius, *sive levem tereti*, quod nescio an non praeteri debeat, ut simul Arachnen a forma laudet. *tertia* enim membra laudabantur, ut notum, & praeteritum digiti 1. Art. an. (22. & Hypaepas pulchris mulieribus nobiliti fuisse urbem ex Stephano vidimus. &

ita Minervae eam aequaret; quae *ἐπέχει* dicitur a Rhiano apud Stobae. sermone 17. pag. 54. pro *versabat*, dicebat unus; *versabat* Gionor. lib. frustra. vid. lib. iv. 34. & 221. & Ep. xix. 37. *seu vero levis* recte dicitur, quia ex iuncto hinc dicebat, teste Plin. xi. 23. BURMANNUS.

24. *Quod tamen.*] Sed tamen Leidens. non illeganter.

26. *Pallas.*] Ab haecae quassatione dicta, id est vibratione, quod sit bellicosa. *παλλὰν* enim *quittere* vocant Graeci. Haec primum acclimationem invenisse dicitur. Probus Eclog. 11. ad illud Virg. *Pallas quas condidit artes.* CIOFANUS.

26. *In tempora.*] Ad tempora novem scripti et melioribus. sic lib. 111. 275.

Postitque ad tempora canos.
In tempore Medicus unus & Heinsii. sed nihil move, & vide de similibus locutionibus Gionor. ad Senec. Thyest. 994. BURMANNUS.

27. *Et infirmos baculo quoque sustinet artus.*] Hoc respexit Seneca: *Abdita mors senectas adiuvat baculo gradum.* CIOFANUS.

28. *Non omnia grandior aetas, Quae fugiamus habet: feris venit usus ab annis.*] Admonuit me Muretus, hunc locum transitum esse ex *linguæ* in Phoenicis vs. 531. cuius haec sunt:

Ω πένον, οἷζ ἀπαντα τῶ γῆρας κινῶ,
 Ἐπέλαος, πῆρετιν, ἀλλ' ἵ ἀμπατῆρ
 Ἐγῆν τὶ λῆξαι τῶν ἑῶν σφῶντατῆρ.

CIOFANUS. *Debilis aetas* Urbis.

31. *Faciendae maxima lanæ.*] Sic omnes vet. & omnino melius, quam si legatur *maxima lanæ*. CIOFANUS. Hinc *lanificium*. multi tamen ex antiquis codices, *faciendae relae*. HATSIUS. *Lanæ* retinco. Caralect. Pith. p. 121.

Domum servavit, lanam fecit.

Lucret. v. 1353.

Et ferre ante viros lanam natura coigit.

Vid. ad Epil. xix. 49. BURM.

34. *Adspicit hanc torvis.*] Subintellige *oculis*.

CIOFANUS.

34. *Inceptaque fila relinquit.*] Remisit Lovan.

& unus ex Basileensibus. lib. 11. Vast. 755.

Desistit in larymatis, inceptaque fila remisit.

Epistola xix. 197.

Stamina de digitis recidere sompore remisit.

Tibullus lib. 1. Eleg. 111.

At circa gravidus sensis adfixa puella

Pandulam somno fessa remittere oculos.

Libro tamen Artis 11. 78.

— *inceptum dextra relinquit opus.* HATSIUS.

Desistatque Sproiti & alius. vid. lib. iv. 10. & mox 202. *relinquere* vero & *remittere* confuderunt iterum Lovan mox 228. sed nos ad 1. 11. Art. am. 78.

rationes deditus, quare *relinquere* praefereamus. *remittere* rectum est in illis locis, ubi animi quadam affectione, inagore aut simili casu ex manu & digitis aliquid cadit. sed *relinquere* est cum sponte & volentes desinimus opus. BURM.

35. *Causata.*] *Desessa* unus Moreti, unde *desessit* conjecit Heinsius. ut Phaedr. lib. 1. 21. *desessit* annis, *tarda* vel *gelida* fenestranonnulli etiam.

40. *Neve monendo Profecisse putes.*] Sic Plaut. *Menarcha* 1. 11. 14. *Atque adeo ne me nequiquam ferat, id est industriae hodie ducam sortum ad curam.* DOUGA.

Sed ibi farcasmus est & ironica insinatio, hic vero sensus est, si me videas id agere, ne putes ex tuo consilio me id facere, sed ex mea sententia, in qua persuaso: nam ex Douzac sententia

legendum foret, *neve monendo Nil fecisse putes*, ut in Plauti loco, *nequiquam*. BURMANNUS.

43. *Tum Dea venit, ait.*] Insigni temeritate Tullius ad Longinum Sect. ix. §. 18. truncat hic Poëtam, & citos versus consilium in unum legit:

Tunc Dea venit ait. venerantur Pallada Nymphae.
 Sed nullus est codex, qui non media verba agnoscat, & elegantissime dictum *Palladaque exhibuit*, id est, se ostendit aperte esse Pallada, quae antea obscura erat. Sic inf. 213.

Exhibuit linguam scelerata paternam.
 x. 181.

Exhibuit junctam cum viribus artem.

Justin. viii. 4. *Orant, ut profectum adversum Phocenses Ducem Graeciae exhibeat.* lib. xvi. 4. *Virtutem pariter exhibere cupientes.* Plaut. Milt. Glor. 11. vi. 65. *horum exhibitas volo*, quem locum Douza adscripsit suo colici: & ita passim alii. Vid. & ad Ep. xvii. 116. & Munster. ad lib. 111. fab. 6. arg. *Pallada se exhibuit* etiam Medic. primus. BURM.

43. *Removit.*] *Amovit* duo Medic.

45. *Mygdonidesque.*] Cum Hypaepae urbs sit Lydiarum, ubi habitabat Arachne, & haec ibidem gesta finguntur, cur nominat *Mygdonidas nurus*, cum Mygdonia sit pars Macedoniae, aut Phrygiae? an ut saepe alias a vicino loco traxit Epitheton? haud credo, & suspicor scribendum, *Maconiasque nurus*: nam Lydiarum dictam quoque Maconiam in confesso est. PONTANUS. *Maconidesque* Vollianus, Medicus & quatuor alii, sed Poëtas *Mygdoniam*, *Maconiam* & *Lydiam* contendere notum est. sic Niobe, quae Maconiam & Sipylium colebat, inf. 149. & ad Sipylium in saxum mutata dicitur, in *Mygdonia*

Ora rubor: rufusque evanuit. ut solet aër
 Purpureus fieri, cum primum Aurora movetur;
 Et breve post tempus candescere Solis ab ictu.
 50 Perflat in incepto, stolidaeque cupidine palmae
 In sua fata ruit. neque enim Jove nata recusat:
 Nec monet ulterius, nec jam certamina differt.
 Haud mora; consistunt diversis partibus ambae,
 Et gracili geminas intendunt flamine telas.
 55 Tela jugo vincula est: flamen fecernit arundo:
 Inferitur medium radiis subtemen acutis;
 Quod digiti expediunt, atque inter flamina ductum
 Percussio feriunt insecti pectine dentes.

Utra

Aegydonia dicitur exsistere Epist. xx. 106. sic *Aegydonii* tibi Propert. iv. 6. & hinc urbem Lydiae multo faciunt; vid. Pallerat. quae confusio inde venit, quia *Aegydones* re vera olim in Thracia habitaverunt, sed sedes in Asiam transferunt, ut & Lydi, Beryces, Bithyni, Phryges & alii; vid. Strabon. lib. vii. pag. 295. quorum fines difficile distingui idem ait, lib. xii. 564. Buum.

45. *Interita virgo*] Non territa meliores. mox scribe, *notavit ora pavor*, pro *rubor*. nam *erubuit* praecesserat paulo ante. HEINSIUS.

49. *Candescere solis ab ortu*.] In uno meo legitur, *solis ab ortu*. CIOFAN. *Ab ortu* prim. & secundus Palmi, Urbis. prim. Reg. prim. Moret. prim. Gronov. prim. Vatican. alicui quamplurimi. relet. Advenit quae notamus lib. v. 38. 389. HEINSIUS. *Candescit* eadem quidam & scripiti.

50. *Stolidaeque*.] *Selidaeque* Cantabr.

51. *in sua fata ruit*.] Livius viii. 25. *ut ferme fugiendo in media fata ruitur*. quare male *restit* luc fec. Medicus.

51. *Neque cuncti*.] Multi scripti, *ne jam*.

53. *Consistunt diversis partibus ambae*.] *Consistunt*, telas videlicet, ex castigatibus. Fessus Avenius Descriptione Orbis terrarum, 38. 1313.

Pars telas statuunt et vestimenta laborans
 Linea.

Perperam *litta* sibi circumfertur. de *consistendi* verbo vide Gronovii annotata Livii lib. xxvi. cap. 16. tamen & *consistunt telas* pro *consistunt* potuit Naso dixisse. quomodo Lucretius lib. vi. 10.

Et per quae possunt vitam consistere tutam.

ali indicem Giphani in eo verbo. at Gebhardus *ed consistunt* in Nasone accipiebat, quomodo Sallustio, *ad Ciriam epistolam iter consistunt*. sed hoc pro iter decernere ponitur. pro *jugo junctura* Neap. Urbis. Bernegger. *vincula*. HEINSIUS. Non video Gebh. iii. Crep. 2. capere *consistunt*, ut Heinsius ex Sallustio profert, sed pro constant, *overezzezzu*, una huiusque conveniant. sed apage arguitas. ego *consistunt* retineo, quod *diversi partibus* convenit,

& est proprie dictum de duabus adversariis, quae ad certamen se praeparant & pugnam. vid. ad Petron. 19. & ad Nostrum Ep. xxi. 117. sic dicunt partes in iudiciis etiam *consistere* milites Quintiliano & alii dicuntur. vid. ad Quinct. dedi. v. 9. *consistunt* MSS. Berolin. BURMANI.

54. *Geminas*.] *Tenuet* pr. Gronov.

55. *Tela jugo junctura est*.] *Jugum* hoc locosignificat lignum illud, quo textores textricesque telam convolvunt. Id nos lingua vernacula *subtem* nominamus: atque ita in quamplurimis talibus iocis. qua in significatione apud neminem alium reftorem reperiri existimo. Videtur autem Ovidius ingeniose expressisse formam jurgi, sub quo dolocoris causa victi hostes antiquitus trahere cogebantur. Quod, ut Livius ait lib. iiii. ab ubecordita, *tribus hastis fiebat, hami fixis duabus, suppoque pars una deligata*. Qui vero ejus subtemen ignominiam scire avert, legat Livium ipsam lib. ii. non longe ab initio. CIOF.

55. *Secernit*.] *Secrexit* duodecim. *dispartit* tunc, *discrevit* alius.

56. *Inferitur medium radiis subtemen acutis*.] In meo libro antiquiore legitur *subtemen* sine *acutis*, quo modo nunc eruditi vin excudendum praecipiant & vera est lectio. Sic Lucilius apud Priscianum lib. iii. *Intus ubi modo stet rictus subtemine pectus*. Ita legendum ex vet. Prisciani lib. Pectine in impressis aliter. *subtemen* autem quasi substantiam dictum est. *subtemen* legitur etiam in ora Capri. sic & in vet. Virg. libris: *Pers pecturatas ambo subtemine vestes*. recte. *subtemen* nostra lingua dicimus *trama*, quod vocabulum item est Latinum. Vide Servium lib. iii. Aeneid. CIOFANUS. Vide Casaub. ad Pers. Sat. vi. 73. ubi de omni recenti instrumento doctè disputat.

58. *Percussio feriunt*.] In illo Domin. *ferens* *quantiunt*. CIOF. *Spissant* MS. Berolin. *quantiunt*. CIOFANUS.

58. *Insecti pectine dentes*.] In uno meo & Caes. *Insecti*. CIOFANUS. *Insecti* rectè plantini ex antiquis. *ed ferunt* est in optimo Florentino, *deici* *pectine*

Utraque festinant: cinctaeque ad pectora vestes
 50 Brachia docta movent, studio fallente laborem.
 Illic & Tyrium quae purpura sensit aenum
 Textitur, & tenues parvi discriminis umbrae:
 Qualis ab imbre solet percussus solibus arcus
 Inficere ingenti longum curvamine coelum:
 65 In quo diversi niteant cum mille colores,
 Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit.
 Uique adeo quod tangit idem est: tamen ultima distant.
 Illic & lentum filis immititur aurum,
 Et vetus in telà deducitur argumentum.
 70 Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce

Pingit,

penus veteri scriptura in optimo Thuanco, Cantab. & tribus aliis, *quantiunt*. quomodo & prior Eriantanus pro diversa lectione. Putabam aliquando, *parcerant*, vel *proivant*. de quo verbo sile ad Apulejum Colvius pag. 88. quomodo *parcere* solum dicebant, hunc & *parvimentum*. Nunc nil mutato Varo lib. iv. de L. L. *Stamen a stando*, quod *est anni in tela velamentum*. *Subtemen*, quod *subis jamini*. *Trama*, quod *tramas*. *Phrygium* id *quam vestimenti*. *Denjum*, à *dentibus pectinis*, *quibus ferunt*. *ferunt* quoque Seneca in Epistola xc. agnoscit, profero hoc ipso loco. apud eundem *inficere*, ut jam scribendum monuimus. Plin. lib. ix. 35. *Juba tradit Arabibus concham esse similem pectini inficere*. *Procurtere* verbum textorium, ut in illo Juvenalis Sat. ix. 39.

Et mele percussas textoris pectine Galli.

de *hacens*. Lucanus libro x. 147.

Candida sidibus perlucens pectora filo.

Quod Nilivis acus percussis pectine Seruis

Solvis, et extenso laxavit flamina velo.

In praestantissimo codex Vossianae bibliothecae. nam in vulgatis exemplaribus, *compressam pectine* legitur. HEINSIUS. *Inficere* rectum est. Idem Plinius lib. xvi. 24. *Folia inficere pectinum modo piceae, alii*.

59. *Utraque festinat*.] *Festinant* bene Florent. Neap. prim. Vatic. sec. Medic. & octo alii. HEINSIUS.

59. *Cinctaeque*.] *Possit* per Graecismum explicari, sed magis legere, *cinctaeque ad pectora vestes*. *cinctaeque* Gronov. à *pectore* etiam quatuor libris.

60. *Studio fallente laborem*.] In eod. Caes. *Alenat* *laborem*. CIOFANUS. Vide sup. iv. 195.

61. *Sunt abentum*.] Multi ex vetustioribus, *ferunt*. mox, *percussis solibus arcus*, non *percussis* castigatores pro *arcus* unus Basil. *tris*. HEINSIUS. *Percussis* multibus Junian. & quatuor alii.

61. *Purpura*.] Vide quid per purpuram intelligatur. Nam ego de filis intelligo, & *tenues umbras* de coloribus, quod in Iride videmus, de qua veterum. II.

illius dicit, *Transitus ipse tamen spectantia lumina fallit*. Vix enim colorum limites in ea discernuntur. GLAREAN.

63. *Qualis ab imbre solet percussus solibus, etc.*] De Iride sic etiam Virg. lib. v. 609.

Ille viam celerat per mille coloribus arcum, Nalli visa cito decurrit transitu Virgo.

De Iride multa scitu digna scribit Marcellinus extremo lib. xx. CIOF. Vid. Caes. Rhodig. Lect. Antiq. xxii. 35.

65. *Transitus ipse*.] Ille plurimi. forte, *inde*. ut xv. 469.

Quo transitus inde paratur. HEINSIUS.

68. *Immititur*] *Inteitur* maxima pars scriptorum. sed modo praecessit, *textitur*. *immititur* quatuor.

69. *Et vetus in telà deducitur argumentum*.] *Deducitur*, si haberem socios, qui mecum sentirent, libentius hoc loco exponerem, *insecuritur*, quam *effingitur*. Nam postea poeta subdit: *Sua quoque Neuron interibit facies*. Aliquando valet depellere, deiecere. Cicero pro Caecina: *De fundo Caecina maribus deducere*. Hoc ipsum videtur declarasse M. ipse Tullius, cum postea in eadem Orat. ita locutus est: *Quo loco depulsus Caecina*. Sic apud Senecam in Hercule Oeoco: *Quod hoc? qui axem eludit? et ab ipsis patet deducitur asinis*. Alio modo ponitur apud Plautum in Curculione 113.

Tate parumper, jactit volucris quatuor, Talos arripio: innoto altam meam nutricem

Heren:
Tallo hostium; profuso magnum poculum, ille cibor:

Caput deponit, quom dormiscit, ei subduta annulum.

Deduto pedes de lecto clam, ne miles sentiat.

Regant me serui, quo tam: dico ire quo saturo solent.

Hinc videtur convenire illud Tibulli:
Ille docet furrim molli decolorare lacta.

Cec Aliter

Pingit, & antiquam de terrae nomine litem.
 Bis sex coelestes, medio Jove, sedibus altis
 Augusta gravitate sedent. sua quemque Deorum
 Inferibit facies. Jovis est regalis imago.

75 Stare Deum pelagi, longoque ferire tridente
 Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi

Ex

Alter apud Ennium:

Delatunt habiles gladius filo gracilento.

Hoc videtur declinare Columella:

Et sermo gracili conestere carmina filo.

Nisi quis aliter mallet. CIOFANUS. *Delatunt* hic proprie de lanificio. unde carmina etiam *delatui* dicuntur, quae ordine certo sunt. de quo ad lib. 1. Amor. XIV. 7. satis egimus. BURMANNUS.

70. *Cecropia.*] Euebins hanc rem & litem apud Cecropem actam narrat in Chronicis, quod refutat Apollodor. lib. III. c. 13. qui cum nostro duodecim deos hujus controversiae iudices dat. plura vide apud Serv. ad Virg. 1. Geor. 13. & III. 122. & VIII. *Aeneid.* 128. Lutat. ad Stat. IV. Theb. 42. & XII. 632. Aulon. de Clar. Urb. x. & ibi comm. locus, in quo iudicium actum, dicitur *Δὲς Ἰσθμῶς*. Telle Apollonio in paroem. Cent. VII. 20. quare *scopulum* vocet vid. apud Holten. ad Stephanum in *Ἰσθμῶς*. de hac re etiam nos plura, in Jove Fulgure. cap. VIII. BURMANNUS.

72. *Bis sex coelestes.*] Duodecim deos intelligit, sex mares, totidem feminas, quos *Consestes* nuncupabant, teste divo Augusti. IV. de Civ. Dei, eo quod in Jovis concilio adhaerent. eos Ennius hoc disticho complexus. quod Marcianus citat. lib. 1. nupt. Mercurii & Philologiae, nec non Apulej. de Deo Socratis:

Janus, Vestia, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,

Mercutius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Quorum meminit & commentator Apollonii in secundam Argonau. CONSTANT. FANENS. Exilat apud Suetonium in Augusto cap. 70. hoc distichon, in quo horum Deorum numerus est:

Cum primam isformam condidit mensa Choragrum, serpens Deos vidit Mantia, scapula Deos.

Et apud Plantam in Epidico act. v. sc. 2.

Si medicum Deos praeter se adducat Juppiter.

Si horum Deorum nomina scire aves, lege Observat. III. XIII. 27. CIOFAN.

74. *Regalis imago.*] Vide Dissertat. de Jove Fulgure cap. XIV.

75. *Stare Deum pelagi.*] Nare codex unus ex Iudicibus pro diversa lectione, non male. HEINS. *Stare praetero*, ut opponatur sedentibus reliquis ita Neptuni imaginem Euphrator excellensissimis

majestatis coloribus complexus, non potuit deinde Jovis augustiorem repraesentare. Valer. Max. VII. XI. ext. 5. ita & Val. Plac. 1. 679. *Ubi campum raris horrendis equisque Stas, pater.* BUNSI.

77. *Exsiluisse serum.*] Sic in nonnullis, & recte legitur. dicitur enim in fabulis, cum certaret cum Pallade Neptunus de Athenarum nomine, percussus a Neptuno scopulo mare subito exsiluisse. sed & equam a Neptuno eo pacto editum illo in certamine non minus est reperire, ideo praeterea etiam lectio recta, *Exsiluisse serum.* serum autem equum dici satis fit nobis Virgilli auctoritas. *Inletus inquit feri curvam compagibus alvum.* Naugta. Emendati codices habent, *Pratum*, quod & is, quae epitomata fabularum Ovidii soluta oratione composuit, sic redintegrandum esse ostendit; lege primam collectaneorum nostrorum hecatosticha cap. 57. CONSTANT. FANENSIS. *Pratum* alii hoc loco legunt non *serum*. Neque enim equum, ut virgo traditur, in hac contentione deorum, sed aequum scaturiginem à Neptuno productam voluit. Idque etiam Lactantius sensisse videtur, qui in augumento lacum salsum à Neptuno editum dicit. Baptista Pius (in Racenationibus cap. 8.) Vanonem citat, apud quem eadem haec fabula in hunc fere modum traditur: *Cecrope regnante, inquit, cum circa artem Atheniensem olea arbor ferri curva esset, & juxta aquarum scaturigo emanaret, embolum super hoc veluti prodigio Apollonium respiciens, per oleam Minervam, per aquam Neptunum provocari, utique deus inter se certare iter ubi curva imponeret. Quare peius populum esse, sicuti di nomine appellari illam vellent, discernere. Atheniensibus itaque in suffragia cantibus, cum mare Neptuno, mulieres Minervae faverent, scisse Minervam calculo uno. Quare Neptunum indignatum, non tantum aquarum curvam effudisse, ut totam prope Aethiam inundaret. Sed postea tamen iterum placatum, mulieribus ea poena multatis, ut neque suffragia pro hac ulla ferrent, neque ipsae iterum Athenas vocarentur. Haec ille. Atque huc etiam Statium Albiense voluit XII. Thebaidos 632. ubi inquit:*

Ipse quoque in juvenas collis vocatur, ubi iugum Las superim, dubis donec nova surgere arbor Ropydus, & longa resurgum mare frangere curva.

Eadem autem & Hyginus (fab. CXXIV.) fere tradit, nisi quod hic lacum, seu scaturiginem aequum non in ipso certamine, sed post, cum ob videtur

Exsiluisse serum; quo pignore vindicet urbem.
 At sibi dat clypeum, dat acutae cuspidis hastam:
 Dat galeam capiti: defenditur aegide peccus.
 80 Percussamque sua simulat de cusptide terram
 Prodere cum baccis foetum canentis olivae;
 Mirarique Deos, operi victoria finis.

Ut

amissam indignaretur, edidisse Neptunum, totamque Aethiam aquis inundare, unde à Mercurio prohibitus fuit, voluisse dicit. Commentator autem Apollon. in Nub. (ut hoc quoque addamus) addit Neptunum ob amissam Atticae possessionem, Atheniensibus *δωροβόλιον* immisisse, hoc est, ut de rebus suis male ac stulte consultarent. sed Minervam contra id vitium ita compensasse, ut male consultata bene caderent. Hinc proverbium natum, *Ἀτρεπίον δωροβόλιον*. de quo Erasmus vide. Quod autem & Virgilius 1. Georgic. equum à Neptuno procreatum dicit, quem hic Regius secutus videtur, id ad eum equum pertinere, idem Pius ait, qui à Neptuno percussus in Thracia scopulis, prodicit. Quod eone modo, an aliter accipiendum sit, doctioribus iudicandum relinquo. Potest enim etiam Neptunus in primo certamine equum procreasse, quando Pallas oleam protulit, ac postea amissa victoria indignatus, ut Hyginus sentire videtur, aequum diluvium immisisse videri. Ceterum, ut neque hoc praetereramus, *Forum* pro Equo poni apud poetas non obscurum est: sic enim & Virg. dixit II. *Aeneidos* 51.

Sic fatus, validis ingentem viribus hastam Inletus, inquit feri curvam compagibus alvum Cantorist.

Et *simio*, centauri eadem ratione alibi dicuntur. Micyllus. *Pratum* legendum est, non *serum*. Nam & Herodotus lib. VIII. 55. de contentione Palladis & Neptuni loquens, *Ἐξιδε*, inquit, *ἐν τῇ ἀκρόπολι τῆς Ἐπιχόρας τῷ γρημίνος λέγομένου εἰναι πῆδος, ἐν τῇ θλαίῃ καὶ ὀδύσσῃ ἐνι, τῷ λόγῳ παρ' Ἀθηναίων, Πρωτοδίκη τε καὶ Ἀθηναίων ἐπίσταντος ἀπὸ τῆς γῆρας, μαρτυροῦν ἑστῆτος.* Et hujus freti etiam Comment. meminit Iliad. 2. qui ex Callimacho tradit, in hac contentione Neptuni & Palladis, hanc quidem oleam, illum autem equum maris procreasse. Idem in RETRACTATIONIBUS. *Exsiluisse serum* veteres libri. Sed alteram lectionem comprobant Hyginus cap. CXXIV. Inter Neptunum & Minervam cum esset certatio, qui primus oppidum in terra Aethia condideret, Jovem iudicem sumserunt.

Minerva quod primum in ea terra oleam sevit, quae oleam dicitur flare, secundum eam iudicatum est. At Neptunus iratus, in eam terram mare cepit irrigare colle, quod Mercurius, Jovis iussu, id ne faceret prohibuit. Itaque Minerva ex suo nomine oppidum Aethias condidit, quod oppidum in terris dicitur primum esse constitutum. CIOFANUS. Erudite, quod

in Palatino legitur, *Exsiluisse serum*. Manifeste enim, & locum Virgilli, & fabulam eandem de Neptuno, qui equum tridente prius in certamine cum Minerva protulisse dicitur, respicit Poeta:

— tuque o, cui prima sementem Pulsi equum, magno tellus porcessa tridentis, Neptune.

Ubi late fabulam commemorat Servius. *Serum* autem *ἄρρηνος equum*. Quia voce delectatus & Maro, — *inque feri curvam compagibus alvum Cantorist.*

de Durteo equo. Et ita Cypriana editio. Quamquam sciam, quid ex Hygino crediti adferant. DAN. HEINS. *Serum* plerique veteres, ut de equo intelligitur, quod & alii jam monuerunt. sic apud Virgilium:

Inque feri curvam compagibus alvum. Neque aliter passim auctores. HEINSIUS. De voce *Serum* vid. Comment. ad Phaedr. 1. fab. 12. *exhibuisse serum* etiam eod. Menard.

81. *Edere cum baccis.*] *Baccis* per unum e. fidem libri, & *serum canentis olivae*. CIOFAN. *Prodere* Bernegger. excerpta Calandreae, prim. Medic. & decem alii bene: dictum alibi HEINSIUS. De verbo *prodere* supr. lib. v. 517. & alibi egimus. vid. & Gifan. Ind. Lucret. in *proditus*.

81. *Foetum.*] *Foetum* pro arbore posse videtur, nam olivae fructus *Baccae* sunt, nisi quis per id, quod praecedit, quod sequitur intelligi malit. GLAREANUS. *Fructum tres. fructus unus. serum Oxon.*

81. *Canentis olivae.*] Plurimi, *canentis*, ita lib. VII. 499. *ramum popularis olivae*; ubi & *canentis* codex vetus. unus, *pollentis*. Bononiensis, *ramum frondentis olivae*: etiam non male; ut alludatur ad Graecorum *βάλλον* & *δάλλον*, quas voces proprie de hac sacra oliva, sive *μοριζ* Palladis dictas esse ostendimus in Jove Fulger. c. VIII. ubi pluribus de ea egimus. & celeberrimus Perizonius ad Aelian. VI. 6. ostendit *βάλλον* proprie de Oleae ramo dici. & ita Noller eo respicit lib. VIII. 295.

Baccasque cum ramis semper frondentis olivae. BURMANNUS.

82. *Operi finis.*] *Operi* tertius Medic. secundus Moreti, & unus meus. sic infra paulo post, *operi que sua facit arbore finem* Berneggerianus. HEINS. Ita II. Act. 731. *Finis adfert operi*. Vid. ad Remed. 143.

Ut tamen exemplis intelligat aemula laudis,
 Quod pretium speret pro tam furialibus ausis;
 85 Quattuor in partes certamina quattuor addit,
 Clara colore suo, brevibus distincta sigillis.
 Threiciam Rhodopen habet angulus unus, & Haemon;
 Nunc gelidos montes, mortalia corpora quondam;
 Nomina summorum sibi qui tribuere Deorum.
 90 Altera Pygmaeae fatum miserabile matris
 Pars habet. hanc Juno victam certamine iussit
 Esse gruem; populisque suis indicere bellum.
 Pingit & Antigonen, ausam contendere quondam
 Cum magni conforte Jovis; quam regia Juno
 95 In voluerem verit: nec profuit Iliou illi,
 Laomedonve pater, fumtis quin candida pennis

Ipla

83. *Aemula laudis.*] *Aemula distis* Genet. ligere possimus) rex fuit Thraciae potentissimus, qui Rhodopen Strymonis fluvii filiam, ex qua Nertunus jam Atho giganteum sustulerat, duxit uxorem, qui in tantam arrogantiam elati sunt, ut Haemus se esse Jovem, Rhodope vero Junonem praedicarent, ac ut Deos se adorari juberent: qua insolentia Juppiter indignatus in montes eos commutavit. Rhodope autem (ut Stephanus scribit) etiam Joniae uis est, unde *Rhodopeus* & *Rhodopiis* derivatur. REGIUS. De hac fabula in libello de Iuminibus, qui Plutarcho vulgo adscribitur, in hunc modum traditur: *Apud Strymonem*, inquit ille, *duo montes jacent Rhodope & Haemus. Hi cum ex eodem patre nati essent, cooperunt mutuo inter se amore ac desiderio flagrare. At Haemus quidem formem appellabat Junonem, illa vero avatorem summum Jovem, prava quadam affectatione. Quare dii contramella affosii, ac graviter forentes, in montes istos nominibus ambros convertire. autor Theophrastus Mendaciter. MICILLUS. Vide Nicol. Loenfl. Miscel. Epiph. lib. 11. 19. & huc alludit Lucianus in saltatione, ubi inter argumenta *τῆς ἀρχαίας* ponit, Haemum & Rhodopen, & Lycungi supplicium, quae Thracia praebet: ex his vero natum Hebraum ait Servius ad Virgil. 1. Aeneid. 320. alia Rhodope lascivissima meretrix fuit, Charaxi fratris Eapphus amica, quam innuere Lucianum puto eodem libro de Saltatione, initio, ubi cum Phaedra & Parthenope conjungit, alla videtur esse Rhodope Amistena, cujus meminit Proem. Hephast. lib. vii. similem superbiam Ceyci & Halcyonae, qui se Jovem & Junonem dicebant, fuisse Metamorphoseos causam tradit Apollodorus lib. 1. cap. 7. Egregie vero Loydus, vel quicumque Lexici Geographici Architectus, hic notat Ovidium nomine *anguli* indicare partem Rhodopen montis, quae vulvis ad Haemo fuit. papet quantum est sapere. an credas tales compilatores unquam loca Poetarum, quae citant indifferenter eleganter dicitur. M. Tullius in Orat. de Provinciis consul. *Bellum indixi, atque intuli.* Et initio 11. in Ant. *Quoniam meo fato P. C. fieri dicam, ut memo his annis viginti recip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit* Lucius lib. 11. de Persena: *Hoc tibi juvenis Romanam indicimus bellum.* CIOPIANUS.*

87. *Haemum.*] *Haemon* decem veteres. Huiusius.
 89. *Nomina.*] *Numina* Medic. & duo alii. omni Lovan.
 90. *Pygmaeae matris.*] *Pygmaeus* ἡνὸς τῆς πύγμης; habere nomen Augustinus de Civitate Dei tradit, eo quod sint palmari statura, sive spiamaci. Hos Strabo & Mela in Arabia ponunt. Solinus etiam in Thracia circa urbem Geraniam. Unde à gruibus pullos dicit. Quae res fabulae locum desinit videtur. meminit horum & Gellius lib. 12. cap. 4. & Athenaeus libro nono cap. 11. MICILLUS. Fabulam hanc etiam narrat ex Boco Antoninus Libet. cap. xvi. qui dictam Oenoen ait nuptam Nicodamanti, ex quo peperit Moplium. Athenaeus vero ex ejusdem Boei Ornithogonia fabulam refert, & ex ea natam telludinem terrestrem, sed nomen mulieris non addit, neque scio quare nomen Geranae huc matronae ab Athenaeo tribui Panabius adnotaverit, cum γόρυς ibi gruem, avem ipsam notet; rectius illud nomen (si legitur Parthasi Epil. xi. in Thef. Critic. Tom. I. p. 770.) ex Aeliano de Animalib. lib. xv. cap. ult. repetisset, qui non tantum Junonem & Dianam, sed & Venerem patre contentississe narrat. Aelianum fere ad verbum describit Apostolius Parocm. Cent. xvii. 70. nisi quod pro Diana Minervam ponat, spretam a Gerana. Cui.

Ipsa sibi plaudat crepitante ciconia rostro.
 Qui superest solus Cinyran habet angulus orbum:
 Isque gradus templi, natarum membra suarum,
 100 Amplectens, faxoque jacens, lacrimare videtur.
 Circuit extremas oleis pacalibus oras.
 Is modus est; operique sua facit arbore finem.
 Maeonis clusam designat imagine tauri
 Europen: verum taurum, freta vera putares.
 105 Ipsa videbatur terras spectare relictas,
 Et comites clamare suas, tactumque vereri
 Adfluentis aquae; timidisque reducere plantas.
 Fecit & Asterien aquila luctante teneri:
 Fecit olorinis Ledan recubare sub alis:
 110 Addidit, ut Satyri celatus imagine pulchram

Juppi-

Centur. vi. 8. de Grubus late agit, sed quae nihil ad hanc fabulam. BURMANUS.
 92. *Populisque suis indicere bellum.*] *Bellum indixere* eleganter dicitur. M. Tullius in Orat. de Provinciis consul. *Bellum indixi, atque intuli.* Et initio 11. in Ant. *Quoniam meo fato P. C. fieri dicam, ut memo his annis viginti recip. hostis fuerit, qui non bellum eodem tempore mihi quoque indixerit* Lucius lib. 11. de Persena: *Hoc tibi juvenis Romanam indicimus bellum.* CIOPIANUS.
 93. *Pingit.*] Meliores, *Pingit.* Berneggeri & Bonaventis unus etiam, *fixit.* sed male. quidequid enim coloribus exprimitur, *pingi* dicitur. sic sup. 71. HEINSIUS. Ita & Claud. 1. Rapt. 265. etiam de Lamificio agens: *Ne tu & patri pingit sacra ditis.* ubi etiam codices, *fixit.* BURMANUS.
 94. *Antigonen.*] Laomedontis filiam, ad quam quosdam illa Virgili lib. 1. 31. *Spretaeque injuria* firmas refert Servius adnotat, quod Donatus refellit. de hac ita scribit & Servius ex Codice Leidensi ad 11. Georg. 320. ubi *candida avis* dicitur. *Ciconia, id est Antigena filia Laomedontis regis Troiae, quae habuit comam magnam, ut diceret se similem Junoni, cui displicent similitudo ejus, quam contra se. & mutavit comam Antigenae in serpentes necantes ei, & postea migratione deorum versa est in avem, quae veri tempore ab Africa venit.* Menedoia sunt illa verba, quam contra se. forte, quae contra se effundatur, vel, quam contra se iactabat, aut simile quid. BURMANUS.
 95. *Iliou.*] In uno meo, *Ilion.* CIOPIANUS.
 96. *Laomedonve pater.*] Gronovianus, *sunt.* non male, in Virgil. 11. Aeneid. 522. *Non si ipse meus nunc adforet Hektor, aut Iphigene Iliou &c.* Regius codex. 96. *Santis.*] *Sabijis* unus Heinfl. Vid. ad iv. 561. BURMANUS.
 98. *Qui superest solus Cinyran.*] Cinyras Assyriorum rex filius habit pulcherrimas, quae se Junoni praefere auae fuerunt. quare indignata Juno eas in gradus templi sui commutavit, ac patrem gradus ipsos pro filiarum corporibus amplectentem videm in saxum commutavit. REGIUS. De Cinyra infra pluribus agemus. Ceterum videtur & nomen cum fabulae argumento convenire. Cinyras enim ἀνὸ τοῦ κινύραος dicitur est, quod verbum Graecis lugere & conquiri significat. Quare falluntur, qui *Cynaram* per a, in penultima, scribunt. MICILLUS. Non est idem cum Myrrae patre, de quo lib. x. v. 209. FARMAN.
 101. *Oleis pacalibus.*] *Dacalibus* Cantabrigiensis; & ita coniecerat Gronovius. sed vulgata bona est. Vide lib. xv. 591. HEINSIUS. *Bacarbis* Junian.
 101. *Circuit extremas, &c.*] Scholiger πᾶσι πᾶσι picturae, intelligi in margine annotat, quae extrema, ut plurimum & margines occupare solent. DAN. HEINSIUS. Ita Πάσι πᾶσι vocat Lucianus in Domo pag. 909. picturae ornamentum, quod Perseum interficientem monstrum exprimebat. & ita cape illa Moschii Idyll 11. 55.
 Ἀμφὶ δὲ δῖοντος ὑπὸ σελάνου τάλαντος
 Ἐμπεδὸν ἔκρυπτο.
 Et vers. 61.
 Χέλοισ τάλαντος περιόμπει χεῖλεν ταυροῖν.
 Vide Jun. de Pietur. 111. cap. 7. ubi docet haec negligentius pingi solere. & hinc explicat illud Sophoclis in Philoct. 474. ἐν παρίστῃ ἢ ἢ με. pone me in parte navis minus honorata, ubicumque vis, ut recte Scholiae. BURMANUS.
 104. *Europam.*] *Europen* duo codices. HEINSIUS.
 104. *Verum taurum.*] Martial. 1. Ep. 110. *Aut utramque putabis esse veram.*
 Aut utramque putabis esse filiam. Douza.
 105. *Relictas.*] *Puernas* Barberin.
 107. *Timidasque recedere plantas.*] Multi ex recedat.

Juppiter implevit gemino Nyctēida foetu :
Amphitryon fuerit, cum te Tyrinthia cepit ;
Aureus ut Danaën, Afopida luserit igneus ;
Mnemosynen pastor : varius Deoīda serpens.

Te

115 Te quoque mutatum torvo, Neptune, juvenco
Virgine in Aeoliā posuit. tu vīsus Enipeus
Gignis Aloīdas, aries Bifaltida fallis.
Et te, flava comas, frugum mitissima Mater,

Sensit

tullioribus, redolere. at primus Vatic. Medicus unus ex optimis, & decem alii, redacere. quomodo Neap. Urban. Arundel. pro diversa lectione. quod verum est. redacere, identidem adducere & retrahere. subducere dixit Noller l. v. Factor. 611. in hac eadem Fabula.

Saepe puellares subducit ab aequore plantas,
Et natum tactus affluenti aquae.
Idem usus verbi redacere Met. XII. 137.
— clypeoque adversa reducto,
Ter quater ora viri, capulo cava tempora pulsat.
Marcianus Capella lib. VIII. ab octava parte Arietis per totum corpus ejusdem ad reductum tauri pedem. redacere ora Statio Theb. XI.

Ora redolentem praeit adstridentibus Hydrii.
Et inf. lib. VII. 182. quidam codices, vester redolent. Claudian. I. in Eutrop. Leviterque reductis Vestibus. HEINSIUS.

108. Asterien.] Fabulam habet Hyginus LIII. ubi vide Munckeri notas. illam Poli & Phaebe filiam facit idem in praefatione, ubi Caei nomen restituit Munckerus. Architectus vero Lexici Historico-Poetici sub nomine Loydii, ex Asteria Herculeum natum, teste Fulgentio, astat, quod ego invenire apud eum non potui. sed Cicero. III. de Nat. Deor. 16. varios inter Hercules, unum, quem Tyri colunt, Jovis & Asteriae filium facit. Scholasticus Apollon. Rh. lib. III. 1034. dicit Jovem coisse cum Asteria & vitatam dedisse Perseo, unde nata fuit Hecate, ex Mutaeo referens fabulam. quam & Cicero tangit lib. III. de Divin. 18. quamvis Callimach. Hym. in Del. 89. ideo Junonem non Asteriae inquam dicat, quod fugerit Jovis amplexus. Nonnus etiam lib. II. Dionys. pag. 49. dicit Neptunum infans amore pericurem Asterien, quae an eadem sit nescio: plures enim hoc nomine fuerunt. sic Asteria ἄστειος καὶ Ἀπλάνας filia, ex qua Idmon Argonauta Schol. Apollon. I. 134. nisi ibi nomen corruptum sit, & legendum, Κυρήνης. Cyrenes cum filium facit Hyginus Idmona, ut mater & filia fuerint confusae, vel legendum sit Coronidis, ex qua Apollo etiam Aesculapium suscepit. Asterie vero cur dicta sit, vide apud Callimach. Hym. in Del. 89. quia ligens Jovem in mare iniecit Ἀστειῖος. Vitasse vero Jovem Asterien ministerio aquilae videtur Noller innotere. sed illa verba aquila luctante obscura mihi videntur: an, dum cum aquila luctatur Asterie, & in iuga a volucri retenta, compressa fuerit, an aliud quid indicetur, nescio, an Jove in aequilam converso, ut Lactantius in argumento, an aliud quid significetur. BURMANNS.

109. Ledam.] Ledam Cantabr. vid. inf. 20. HEINSIUS.

110. Addidit ut Satyri.] Fabula haec non admodum vulgata. Antiopae fata quidem ab Hygino fab. VIII. narratur, & isdem fere verbis a Pseudo-Cornuto ad Persei Sat. I. 38. 91. nisi quod perperam Antiopae Fimiri Meris regis filiam, dicit pro Nyctei; ejus enim filiam & Noller scit. vide Passer. ad Propert. lib. I. eleg. 4. & quos ibi dicit. licet quosdam confundere hanc cum Antiopae filia notaverit jam Munckerus ad Hyginum, & hinc Nyctei a Statio lib. VII. Theb. 190. dicit simpliciter. ad hanc Jovis etiam Metamorphosis alludit idem Poeta lib. IX. 423.

Falsa meus improba fronte

Cornua.
ubi Lutatus, ideo cornua, quia cornuū sunt Satyri, quorum imaginem sumpterat Juppiter. Barlius rariorem hujus fabulae mentionem esse propter Tragoedias amissas, quae Antiopae titulo insentae fuere, putat. ut Euripidis fuit, ex quo Ennius & Pacuvius quoque transulerunt. vide Colum. ad Sani fragmenta p. 291. falli vero Lutatum pro ad Stat. Achill. I. p. 263. ubi Jovem in Dianam conversum Antiopae stuprasse narrat, confundere fabulam Callitis, quam Noller lib. II. narrat. Sidonius quoque Apollinaris has diversae Jovis fraudes breviter colligit Carin. XV. 174.

Jamque Jovem in formas mutat, quibus illi tuum
Ateniosin, Europam, Senelen, Laedam, Cyrosuram,
Serpens, bos, fulmen, Cygnus, Didymus fidas.
Jamque opus in turtem Danaë, pluviamque intalli
ibat, & hic alio sillabat Juppiter aura.

Et Apulejus lib. Met. VI. ubi Juppiter ad Cupidinem: Essificationem famamque meam laedis in serpente, in ignes, in seras, in aves & gregalia pecora seras meos vultus reformanda. Et apud Lucian. in Deo. Dial. Jovis & Cupidinis: Nihil est quod ut non effeceris, Satyrum, Taurum, aurum, Cygnum, Aequilam. Vide & ejusdem Jovem Tragoedum titio. Vide & ad Petron. 127. BURMANNS.

110. Pulchra.] Lego, pulchram. sed sciendum, ut ait Stephanus, Antiopam secundum Heliodorum in Hyria, quae regio fuit prope Euripum; secundum Euripidem in Hyria, quae civitas fuit sub Cytherone locata, in lucem fuisse editam. Nellen autem Antiopae pater Neptuni & Celestis filius fuit: ut auctor est Igeius in Tauro. CONSTANT. FANENSIUS.

113. Igitur.] Venisse in Neapol. & secundo Me-

dico, igneus. HEINSIUS. Ita & Douza. vid. Heinf. ad Prudent. Cathem. Hym. X. 37. Hanc fabulam & lib. VII. 616. repetit, & Apulejus modo citatus ad eam alludit. Lutatus vero ad Stat. lib. VII. 424. Jovem in Aquilam mutatum Aeginam vitasse tradit, cum quo & Nonnus videtur facere lib. XXXI. pag. 625. BURMANNS.

114. Varius Deoīda serpens.] Sic quidem legitur, & ego hanc olim secutus lectionem, ut qui aliam non videram, exposui. Deoīda nympnam videtur fuisse, quae a Jove in serpentem versa vitata sit. nuper vero in vetulo exemplari animadverti Deoīda sine littera I. castigatè scriptum esse. nam Deoī Proserpina est Cerens filia, quae Deoī quoque a Graecis nominatur, unde foemininum patronimicum Deoīs declinatur. Ceres autem Deoī appellata fuit, ut graeci tradunt, παρὰ τὸ Δεῖν, quod significat invenio. quoniam enim Ceres quaerens filiam vana loca circumibat, omnes bene illi ominantes dicebant, Δεῖν, hoc est invenies. hinc factum est, ut Deoī voceretur. quamvis aliae quoque hujus nominis origines ferantur, quae brevitate causa videntur praetermittendae. Jovem autem in draconem veritum cum Proserpina concubuisse in II. de Praeparatione Evangelica testatur Eusebius, cum inquit, ut eorum verbis, qui in latinum venerunt, utar: Ceres peperit, educatur puella, Persiphonem novellum appellavit, cui Juppiter, qui genuit, datus solus conjugitur. unde in sacrorum mysticis Draconem in spiram convolutum ad fallerum mutatum, ac patris in testimonium tantae turpitudinis adducitur. haec Eusebius, ex quibus apertissime colligitur Proserpinam, Cerens & Jovis filiam, quam Ovidius Deoīda vocat, ab Jove ipso, in serpentem mutato, fuisse vitatam. quare non Deoīda, ut est fere in exemplaribus depravatum, sed Deoīda contendendam esse legendum. REGIUS.

Et ex vetulo exemplari & ex secundo Eusebii de Praeparatione Evangelica lib. asserui Deoīda esse I. littera esse scribendum. Quam emendationem à doctis viris in suis operibus approbati vel eorum scriptorum, qui usquam inveniantur, auctoritate nuper animadverti. Idem. In aliis libris, Deoīda, & conjunctio, quae, post variis falso legebatur: quem locum Raph. recte emendavit. at praecedentem in ipso carmine fabulam, tanquam sit nota, transiit. rursus deinde tertio carmine de Aeolia virgine haec se nihil legisse. rursus deoderimo carmine de Brigone fabulam transiit. ego ingenus autem esse puto, quod quosdam quosdam, audere libere scire, finitatem & abjecti simulari nihil non scire, quis enim est qui omnia legit? aut quis est, qui omnium, quae legerit, meminit? itaque fat mihi sit, in loco lectorem admonuisse, Ovidium multas leviter artificio fabulas, vel quod omnibus essent notae, vel quia obscurae, nec certis traditae auctoribus, qualem hanc de Mnemosyne, ac item eam de Brigone fuisse puto. libro septimo de Phineo, Peripha, ac Polyphemonis nepte. GLAREARUS. Ex hoc autem concubitu Liberum natum voluit tauri specie, unde etiam taurus Lycophone vocatur Dionysus. MICYLL. Vide ad lib. VIII. 758. & Parthol. ad Claud. I. rapt. 16.

115. Te quoque mutatum.] Neptuni varias describit transfigurationes. nam modo in juvenem, modo in Enipeum fluvium, modo in arietem, modo in equum, modo in delphinem conversus fuisse narrat. Aeolis Aeoli filia quae vero haec Aeolia virgo fuerit, non memini me legisse. REGIUS. Apud Diodorum Siculum lib. V. in hunc modum legitur: praeiis temporibus cum ex filio Aeoli, qui fuit Iulianus ex Deucalione nati, ceteri, quae dicta sunt loca, habitarent, solus Minus in Aeolide regnavit. ejus filius Ippotes ex Menelippe Aeolum genuit. hujus Arnen filiam Neptunus cognovit. qua de re insignis pater, Metapontio advenat, qui tum forte advenerat, eo pacto Arnen dedit, ut is illa Metapontum abduceret, ubi postea duos filios peperit, Aeolum, & Neptunum, quorum Aeolus postea ad insulas Tyrrheni maris venit, eaque de se Aeolias vocavit: Neptunus autem ad Aeolum maternum avum rediit, ab eoque filius educatus fuit, patrisque ex nomine matris Arnen vocavit. haec fere Diodorus. quibus alii adiciunt Arnen eum Metapontum venisset, in flabulo inter boves curram esse, eamque rem fabulae locum dedisse, ut Neptunus tauri specie cum illa concubuisse diceretur. eoque peritiae, etiam quod Varro lib. II. de Re Rust. cap. 5. de tauro loquens ait: Praeterea laeas scio esse; in quem Juppiter possitumum se convertit, cum exportatus per mare e Phoenicia manans Europam, laeas esse, qui filios Neptuni e Metapontia servavit, ne in flabulo infantem grem bovis obtineret, &c. nisi quod hic Metapontum vocat, quam Diodorus, Arnen. meminit fabulae nominibus & Strabo lib. VI. Ceterum, ut hoc quoque addamus, comprehendit Neptunus & Aeoli filiam Canacem, ex qua Triopes fuit natus, pater Erisichthonis, de quo infra lib. 8. dicitur. MICYLL. Per virginem Aeoliam Canacem Aeoli filiam intelligit: quam sub Tauri forma vitavit Neptunus, teste Diodoro in primo. unde natus Triops Erisichthonis pater, auctore Callimacho (Hymno in Ceres. 100.) & Diod. in 6. lege primam collectaneorum heceteron cap.

Sensit equum; te sensit avem crinta colubris
120 Mater equi volucris: sensit Delphina Melantho.

Omnibus

cap. 67. CONSTANTIVS FANENS. *Artem* intellexit Parthas. Quacti. per Epistol. XLII. & Basilii. Egnatius Racemat. cap. XI.

116. *Enipeus*.] Fluvius est Thesaliæ *Enipeus*, in quem mutatus Neptunus Tyro Salmonei filiam circa fluvium spatiantem rapuit, ex eaque suscepit Peliam & Nelaum, autor Homerus Odys. 13. REGIUS.

117. *Gigis Alcidæ*.] Neptunus in eodem fluvium conversus Iphimediæ, Ati uxorem composuit, ex qua nati sunt Othus & Ephialtes, qui Alcidæ à poetis vocantur. Virgilius in sexto vs. 382.

Hic et Alcidæ geminis immania vidi

*Corpora, qui manibus nequam descendere totum
Aggressi, superisque Jovem destrudera regat.*

REGIUS. Hunc velum quidam corruptum se corrigere putantes. Consent enim *Aoidas* esse legendum, nec animadvertent in vetustioribus libris citra illam & copulam, *Gigis Alcidæ*, scriptam esse. Quo quidem modo si legatur, nec syllaba claudicabit, nec historia, quamvis ex aliis nondum examulim percepta, repugnabit. IDEM. Atque ita quidem Regius distinguit hos versus. Latentius autem tres tantum fabularum hinc veribus attribuit, Menalippes, Iphimediæ, & Bialtidis. Quamquam de Iphimediæ, sub specie Enipei compressa, alibi non ita clare legitur. Quare dubitari potest, utrum hic Ovidius duas fabulas mittere atque confundere voluerit, Tyro videlicet & Iphimediæ, quemadmodum alibi Virgilius Scyllarum Nisi & Phœci. MICELLUS. Omnes libri scripti habent, *Enipeus*, per *ph*. Qua de re satis multa in primo hujus voluminis. Sic etiam legitur illud summi poetæ in IV. Georg. 368.

Et caput, unde altus primæ se rumpit Enipeus.
in vetustissimo exemplari Aescanæ Grandævi, civis mei honesto loco nati, Latinarumque litterarum haud ignari. Cumque id evoloverem, in ipso libro argumenta illa tum in Georg. tum in tres aut quatuor *Aeneidos* libros, quæ sub Modellini nomine nunc vulgo circumferuntur, Ovidii esse deprehendi. In eo igitur scriptum erat miniatiliter: ARGUMENTUM OVIDII. Quod mihi satis mirandum visum est: tum enim primum id vidi. Quo circa hominem, quam maxime potui, obtestatus sum, ut cum suis verbis, veluti rem plane novam, viro summa eloquentia, ac sapientia admirabili ornato, M. A. Mureto, mittere mihi liceret. Ille precibus tandem victus, quod optabam, haud gravate concessit: eumque Joanni Caramanicensi, Romanam tum proficiscenti, valde hilaris commisi. Hic, nummis egens, ut postea accepit, librum, qui maximam præse ferrebat antiquitatem, vendidit. Interea id ipsum ignorans, à Mureto litte-

ras, quibus, quid de ea re ipsi videretur, me eliceret, singulis prope havis avidus expectantem. præterito jam mense Sulmonem revenis, afferebat Virgilius illum, quem à me acceptam, Mureto ferret Mureto, se, quo primum tempore ad Urbem venit, reddidisse. Tum vero, simulque animem vidi, ab ipso litteras, quas ab eodem Mureto ad me datas putabam, ut opinionem istam hac re suam cognoscerem, rogavi. Respondit, cum ipse Roma discessit, Muretum ibi non esse, sed peregre abuisse: ac, quoniam ivisset, protos agere se nescire: Atque ideo ad me litteras ab eodem accepisse. Quid facerem? credidi hoc affirmari. Subvenerat tamen interdum, & viz adduci poteram, ut crederem Muretum non respondisse et eas litteras, quas una cum libro ad ipsum mitteram. Antea enim, quoties scripseram, bene admodum, ut ejus est ingenium, respicere. Deinde, quatuor transactis mensibus, scias tamen erat, quo tempore eum una cum summo Principi, ac Cardinale amplissimo, Hippolyto Eberthi Thesæ conferre solere acceperam; nec tunc nihil homines in Urbem facile committant, oblatum mihi ad eum scribendi occasio, qua, quod ei mitterem, significabam. Is quamprimum respexit, affirmavit Virgilius illum nunquam se vidisse; idque accepisse: neque, ut, cum eum commiseram, viderem, etiam atque etiam hortabatur. Eae ipsæ licet mihi Romam venienti in sinere redidisse sunt. Non dici potest, illis lectis, quo fuerim dolere affectus. Certe, si in patria tum mansissem, hominem in judicium vocassem, ut, qua debet, poena multaretur, ac postea fideliter esse disceret. Accesserunt postea hac de re cum Mureto, cum omnia hæc narravi, querelæ multæ; quæ nihil prodiciebant. Deinde, post longum tempus hoc Romanam venit Consalvus Sanens, civis meus, quoque oppidi Abbas, cujus ille est, eique rem, in plane erat, exposui: atque hunc ad Muretum, ut hoc ab utroque verum esse dignosceretur, dedidi. Habebat enim Abbas in cum satis juris: nam sceleris ordinibus jam pridem initiatus erat. Itaque Abbas ille coram Mureto se hominem punitum mihi recepit. Hic, re affecta, paulo post mortuus. Atque ita ad hunc usque diem hunc rei casus non est impositus. Hoc tamen opera illius, qui eisdem, quem dixi, Abbatis locum cooptus est, ad quem hac de re litteras dedi, brevi coactum iri spero. Cum autem Virgilius hic, de quo multa dicta sunt, nulla ratione, licet omnem, ita dicitur, lapidem moverim, nunquam à me recitari posse videretur: præter ipsum accidit, ut viro illo bono, cui eum crederam, mortuo, tribus post annis Sulmone domi cujusdam generis amici, opera ac diligentia M. Antonii fratris mei,

Omnibus his faciemque suam, faciemque locorum
Reddidit. est illic agrestis imagine Phœbus.

Utque

inventus sit, egoque eo Muretum, ut constitutum, numeratus sum. Inspexi etiam in Bibliotheca Vaticana veterem alium Longobardicum, in quo miniatiliter item litteris legitur in IV. Georg. OVIDII NASONIS TETRASTICHON. (Quo etiam modo legitur in primo & secundo Georg. in alio lib. valde antiquo P. Galeli.) Ibidem assertur alius antiquus, in quo est: INICAT OVIDIVS. Rursum in II. *Aeneid.* in eodem Longob. scriptum est: *Ista metra fuit Ovidius.* In alio etiam satis veteri, qui est Ludovici Lanis, R. viri optimi, & ea litterarum cognitione, quæ nobilem virum docet, ornati, aperte legitur purpureis litteris majusculis, omnibus in libris Georg. ARGUMENTUM OVIDII. In antiquissimo alio Virg. viri & Græcæ, & Latine lingue peritissimi, Fulvii Ursini, in primo *Aeneidos* super argumentum scriptum est: *Ovidii Nasonis.* Quare Ovidii, non Modellini, esse auctorem affirmare: Eoque magis, quod in nullo vet. lib. Modellini sit mentio, ut illa ipsius esse judicari possint. Quin etiam superiore ætate, quæ sunt in Georgiis, argumenta sub Ovidii nomine edebantur: nunc vero sub Modellini excuduntur. Quod quam verum sit, doctiorum esto judicium. Sed sunt viri docti, qui illa neque Ovidio adscribant: sed eujusdam scholastici esse ajunt. Unde autem id colligant, non aperiunt. Ego veterum librorum auctoritatem, donec certius aliquid argumentum afferatur, contemnendam non puto: licet eorum opinionem non penitus damnem. Interim hoc notare, mei officii esse duxi maxime. Cui. Vide de *Enipeo* Schol. Apoll. Rhod. lib. 1. 481. Tract. ad Lycoph. 174. & Maser. ad Val. Flac. v. 63. Nonn. lib. 1. p. 14. Libanius in Diegem. c. 38. Neptunum in *Enipeam* mutatum ex Tyro Nelaum & Peliam suscepisse scribit. ita & Apollod. lib. 1. c. 9. §. 8. BURMANN.

117. *Aries Bifalida fallis.*] Neptunus in arietem transfiguratus Bifalidem vitavit, de qua nil auctori me alibi legisse. Apud Hyginum capite 188. hæc legitur: *Theophane Bifalidis filia formosissima virgo. Hanc cum plures proci peterant, Neptunus sublatam transfudit in insulam Cromiasam. Quod cum proci resissent, comparata nave eodem contulerunt. Neptunus ut eos deciperet, Theophanem in avem commutavit, sese in arietem, Cronienfes autem aves in pecora. Cum igitur proci venissent, necesse hominum alium invenirent, pecora mactare coeperunt. Hoc cum Neptunus videret, protos in lupos convertit. Iste autem, ut erat aries, cum Theophane concubuit, unde natus est aries Chrysomachus, qui Phryxam in Colchos vexit. MICELLUS. Logo, *Bifalida*, id est Bifaliti filiam: qui Sole & Terra genitus fuit, auctore Stephano, a quo Bifaliti civitas, & locus in Macedonia. CONSTANTIVS FANENS.*

Quilam codices post *gigis*, copulam & non recte interseuerant, & *Bifalida* pro *Bifalida*. Græce est *Βιφαλίδα* & *Βιφαλίτις*. GLAUKONUS. Vide Nicol. Loent. Miscell. lib. IV. cap. 24. & Schott. II. Observ. 25. meminit & hujus fabulæ Scholiastes Germanici vers. 217. ubi male *Theophane Alridis*, legitur, nec recte. Grotius pag. 50. corrigit, *Bifalidis filia*, cum *Bifaliti* scribendum recte docuerit Mexianus ad Epistol. Ovidii VI. Hypsipyles principio. BURMANN.

118. *Et te flavus comæ.*] Neptunus in equum mutatus cum Cere & Medusa concubuit. *Fragum nitissima mater* periphrasis est Cereris, ex qua Neptunus Arionem equum & filiam sululit. [Cujus nomen essai non licebat, nisi apud eos, qui sacris deae initiati essent.] Ut Pausanias lib. VIII. 25. narrat. Ceres namque filiam quaerens, ut Neptuni suum concubitum appetentis insidias fugeret, se in equum mutavit, ac unâ cum Oaci equibus in pascua exibat. Quod cum Neptunus rescivisset, in equum & ipse conversus illam invit. Id vero cum Dea sensisset, adeo indignata fertur, ut Erinyes ex eo fuerit cognominata. Nam *Erinyes* Arcades nasci dicunt. REGIUS. Hæc hoc compressio natus est Arion, equus, humanum habens dextri pedis velligium. auctor Papirianus interpret comment. VI. 301. CONSTANT. FANENS. Vid. Parthas. ad Claud. I. Rapt. 123.

119. *Sensit equum, te sensit equum.*] *Te sensit avem* Urbis. Neapol. & secundus Medicæus. *Sensit volucrum* Florentinus optimus, prior Hunzungenfis, & ex meis unus. Idem quoque Florentinus in argumento harum fabularum, in *volucrum, ut Gorgona Medusam*, non, in *equum volucrum*, agnovit. sed nihil videtur mutandum. nam Pegasi Neptuni & Medusæ filium nonnulli sciunt, Cereris & Neptuni Arionem. quos inter Apollodorus, qui docet, Cererem in Erinnyis formam fuisse conversam cum Neptuno concubentem. *Αἰγῶν δὲ πόσις ἵππος διδάσκει ἑμὴν, τῶν τε Ποσειδῶνος ἐγγύστε διμῶν ἀναπίδα Ἐρινύων κατὰ τὴν συνουσίαν.* sed erat Passeratius ad Elegiam XXXIV. l. 11. Propertii, qui *Crinita colubris Mater equi volucris*, ad Arionem & Cererem refert in Erinnyas formam mutatam, cum de Medusa & Pegaso agit Naso. HENSIUS.

120. *Mater equi volucris.*] Medusa, mater Pegasi equi alati. REGIUS. Hanc Neptunus in templo Palladis conspectam, eo quod forma conspicua, & capillo esset specioso, compressit. Quam obrem postea Pallas irata crines illius in angues convertit, ut alibi dictum est. MICELLUS.

120. *Sensit Delphina Melantho.*] Melantho Deucalio,

Utque modo accipitris pennas, modo terga leonis
Gesserit: ut pastor Macareida luserit Ilsen.

125 Liber ut Erigonen falsâ deceperit uvâ:

Ut Saturnus equo geminum Chirona creavit
Ultima pars telae, tenui circumdata limbo,
Nexilibus flores hederis habet intertextos.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Arachne in Araneam.

Postquam Arachne, a ordinata tela, contumeliose à Dea percussa esset, suspensa se affecit. Sed in ultimo casu, propter studium, quod à dea acceperat, in araneam versa est, ut opere inutili nullum sui effectum capere possit. Plura vero opera Arab-

calionis filia fuit (ut Lycophronis interpres scribit) quam Neptunus in Delphinum conversus cognovit, ac filium nomine Delphum suscepit. REGIUS. De Delpho tamen variant alii, qui illum Apollinis filium faciunt, ut Paulan. & Hyginus. METELLUS. Neptunum sub forma Delphini, cui inquit Cupido cum flagello, latere in gemma apud Gorlaeum Tom. I. n. 180. credit Clarissimus Gronovius, non extra veri speciem: quae manifestior est in gemma apud Hegerum Thesauri Brandenb. Tom. I. p. 185. ubi Cupido tridentem tenet pro flagello. Scholiastes autem Aeschyl. ad Eumen. 2. dicit Delphum Melanæus & Neptuni filium. Melanæam vero ex Melanthis & Cephalis natam. Vid. Parrhat. ad Claud. II. de Rapt. 246. qui & Pythia filiam ex Meandro Neptuno natam esse docet. Sensus Domæ explicabat, ut illud Plant. Casin. IV. 111. 14. nam sua expertus usquam. BURMANNUS.

122. Reddidit. Addidit Junianus & Medicus unus, ut sup. 110.

123. Utque modo accipitris pennas. Apollo interdum in accipitrem, interdum in leonem se commutasse in Arachnes tela videbatur. REGIUS. Quamquam autem occasiones aut modi earum transformationum hic nulli ponuntur, videtur tamen Ovidius non abs re istarum meminisse, certaque fabulis suis his quoque notasse. Sed has puto neque Regius, neque quisquam alius facile explicaverit, tanto eorum autorum, qui de his rebus scribere, factio interitu. METELL.

124. Macareida Ilsen. Macarei filiam, quam Apollo in pastorali habitu vitavit, ut hoc loco poeta narrat. REGIUS. Videtur autem Ilsa haec fuisse Lesbia, Macarei filia, ejus qui Jovis & Cyrenes fuit filius, insulamque Lesbium, ut auctor est Diodorus libro sexto, tenuit, cujus filiae, & Mytilene & Methymna fuerunt. Ab Ilsa autem & opusculum Ilsa nomen accepit. auctor Stephanus. METELL.

ETI. Iste puella Lesbia fuit soror Methymnae, & Macaris, vel Macarei filia. ab Ilsa Ilsa, a Methymna quoque Methymna in Lesbo civitates nomen acceperunt. lege Stephanum. CONSTANTIIUS FANENSIS. Hyginus sub. 161. Erubiam vocat Macarei filiam, ex qua Apollo Argeum sustulit. Macareida habet hic unum Moreti. Prochareida Lovaniens. BURM.

125. Liber ut Erigonen. Haec Erigone Icarii filia fuit: quam sub uvae specie Bacchus deceptus, & gravidam reddidit. unde natus puer nomine Staphylus, a facti qualitate ita appellatus. nam Staphylæ uvam significat, quaevis non desunt qui Staphylum Baccho & Ariadna natum Ilicem tradunt, ut in 3. Argon. commentario interpret scribunt, & Plut. in Theseo. lege autem prima hecat. nostrae. cap. 6. CONSTANTIIUS FANENSIS. Neque de hac fabula alibi certi aliquid extat. Sed tamen videtur de ea Erigone hic intelligendum esse, quae Icarii filia fuit, & postea inter systema relata, ut ab Higyno dicitur. Nam & Icarium Icario vitis propagationem Bacchus dedit, postea mortem contra rulos Atticos pelidantia vitis est. METELL.

126. Ut Saturnus equo. Saturnus, cum Philyrae Oceani filia, concubens, veritus ne Opis adventu deprehenderetur, in equum se commutavit, sicque centaureum genuit Chironem. Unde Virgil. libro Georgicorum tertio, vs. 92. Talis est ipse jubaam cervicem effudit equinae. Coniugis abentia pernix Saturnus, & altum Pelion humida sedit implavit aente. REGIUS. Vide fabulam apud Hygin. 138. & quos ibi citat Munckerus.

Ordinata tela. Ordita Raener. Heinl. quae postquam non habent.

Percussa esset. Codex Neapol. compulsa esset, & postquam, pro postquam. videtur velle, postquam Arachne, ordinata tela, contumeliose à dea percussa esset. Vaneta, cum contumeliose à dea percussa esset. MONCKER. Ita & Parm. & Lugd. cum contumelia à dea percussa esset. METELL. A Minerva cum contumelia percussa suspensio Raener. Heinl. percussa esset Colon.

Se affecit. Malim, se consecit.

Sui effectum. Hoc est, utilitatem. Marcellin. lib. XIV. Absque ulla expressu effectum, deinde tabescentibus immobilitas, MONCKER. Nullum usum effectum reperit Colon.

Plura vero. Haec ultima absunt a Colon.

Potior est. Potentior est Flor. codex. Potentiorum Neapolitanus. MONCKER.

Non illud livor. Proverbii speciem haec praefere docet Zinzler. Promuls. cap. XI.

Successu. Successus Sprotti codex. vid. ad lib. VII. 720.

Caelestia crimina. Suspecta haec vox fuit Hemlio, qui in uno codice suo cum reperisset, in opera, inde formabat, crimina, vel lamina, vel argmina, ut in margine coniecit. sed sana est vulgata: omnia enim, ut milles apud Nostrum & alios, hic stupra & adulteria eorum notant. ita apponit Propert. lib. II. eleg. v. de iisdem his agens:

Tum paries nullo crimine pictus erat.

Et talis illa Tabula, quam Chaerea Terentianus suspexit in Eunuch. III. v. 36. BURMANNUS.

nes poeta retulit fuisse, quam Minervae; ut hanc scientia artis, quae potior est, illam labore contendisse demonstraret.

130 Non illud Pallas, non illud carpere livor
Possit opus. doluit successu flava virago:

Et rupit pictas, coelestia crimina, vestes.
Uique Cytoriaco radium de monte tenebat;
Ter quater Idmoniac frontem percussit Arachnes.

135 Guttura. pendentem Pallas miserata levavit;
Atque ita, Vive quidem, pende tamen, improba, dixit:
Lexque eadem poenae, ne sis secura futuri,
Dicta tuo generi, serisque nepotibus esto.
Post ea discedens succis Hecateidos herbae
140 Spargit. & extemplo tristi medicamine tactae

De.

offet. MONCKER. Ita & Parm. & Lugd. cum contumelia à dea percussa esset. METELL. A Minerva cum contumelia percussa suspensio Raener. Heinl. percussa esset Colon.

Se affecit. Malim, se consecit.

Sui effectum. Hoc est, utilitatem. Marcellin. lib. XIV. Absque ulla expressu effectum, deinde tabescentibus immobilitas, MONCKER. Nullum usum effectum reperit Colon.

Plura vero. Haec ultima absunt a Colon.

Potior est. Potentior est Flor. codex. Potentiorum Neapolitanus. MONCKER.

Non illud livor. Proverbii speciem haec praefere docet Zinzler. Promuls. cap. XI.

Successu. Successus Sprotti codex. vid. ad lib. VII. 720.

Caelestia crimina. Suspecta haec vox fuit Hemlio, qui in uno codice suo cum reperisset, in opera, inde formabat, crimina, vel lamina, vel argmina, ut in margine coniecit. sed sana est vulgata: omnia enim, ut milles apud Nostrum & alios, hic stupra & adulteria eorum notant. ita apponit Propert. lib. II. eleg. v. de iisdem his agens:

Tum paries nullo crimine pictus erat.

Et talis illa Tabula, quam Chaerea Terentianus suspexit in Eunuch. III. v. 36. BURMANNUS.

De monte Cytoriaco. Cytorus mons est Paphlagoniae buxis abundans, quamquam Cytoriaco contage fere legatur. REGIUS. Radium textorium intelligit, nam negotium inter textrices agitur. Cytoriaco non Cytoriaco legendum esse Raphael tunc his adnotuit, ut antea diximus. GLARBANUS.

Arachnes. Libr. Vet. & hic & ubique, Aragus. CLOFFAN.

135. Legavit. Malim, ligatur. ut navephoria videtur in ligavit, & levavit. pro pendente Neap. pendenti, nempe levavit guttura. pro pende tamen Cantabrig. prim. Basil. & sex alii, pendens tamen. HEINS.

137. Lexque eadem poenae, etc. Eadem lex, scilicet ut pendeant. loquitur autem de araneis omnibus futuris. GLARBAN. Ne sis poenae Leidenf. & futurae Medic. & Basil. unde Heinlius, ne sis poenae secura futurae.

139. Postea. Illud postea suspectum, & nimis frigidum mihi semper visum est; mireturque aliquis, qui tandem hoc medicaminis contactu mutari potuerit capitis partes, ubi de ipso capite nulla mentio. quae omnia confirmant suspicionem meam, Ovidium nempe pro postea, scripsisse, oraque, aut aliquid ejus generis. versus certe erit multo cretior, & cetera melius cohaerebunt, si legas;

Oraque discedens succis Hecateidos herbis
Spargit etc. SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

139. Hecateidos herbae. Ab Hecate Medae matre inventae, quae prima venenosas herbas invenisse narratur, illisque Pericum patrem peremisse. REGIUS. Intelligere autem videtur Aconitum, nam id ab Hecate primum fuisse inventum, ea videlicet, quae Persei filia fuit, mater Medae, Diodorus auctor est, lib. v. Id quod & Ruellius annotavit. METELL. Aconitum intelligit, quod Hecate Medae mater prima dicitur reperisse, teste Diod. lib. v. CONST. FANENSIS. Helmolus Barbarus, in commentario Dioscoridem, putat Ovidium hoc in loco de cicuta loqui. Hecateis autem dici videtur ab Hecate Medae matre. GLARBAN.

Defluxere comae: cumque his & naris & auris.
 Fitque caput minimum, totoque in corpore parva est.
 In latere exiles digiti pro cruribus haerent.
 Cetera venter habet. de quo tamen illa remittit
 145 Stamen; & antiquas excrecet aranea telas.

FAB. III. ARGUMENTUM.

* Niobe Tantali Sipylo Lydiae orta, ob insolentiam, Apollinis ac Dianae numen contempserat. Nam ex Amphione septem filios totidemque virginibus editis, dum comitata gauderet, & quodam tempore Manto Tiresiae filia responso monuisset Thebas, ut Latonae & liberis ejus per precos tura redderent, sola exstitit, quae sacrificii interesse noluerit; praedicans potentiosem se minime deae, ac liberis ejus esse.

141. Naris & aures.] Lego, auris in singulari, teste Prisciano lib. vi. CONSTANTIIUS FARENSIS. Libri mei, Dominic. Abb. Brian. Urs. & Priscianus lib. vi. (apud quem legitur auris, non aures, per e) Cum quis, & naris & aures. Quod omnino rectius videtur. CIOFANUS. Auris ex melioribus. Scribe etiam, cumque his, ut excerpta Jurati & tres alii exhibent. & spargit pro sparsit paulo ante HEINSIUS.

142. Fitque caput minimum, toto quoque corpore parva est.] To est in multis non apparet. Scribe,

Fitque caput minimum toto quoque corpore parvae. HEINSIUS.

Ex tribus libris rescripti, totoque in corpore parva est: ut sentus sit, licet habeat totum & integrum corpus, parva tamen est, & omnia ejus membra sunt exilia. sic Propert. l. v. 23. Aut cur sum toto corpore nullus ego. id est integro quidem omnibus membris, sed maeie ita tenuatus, ut fere nullus videar & mortuus esse: cui simile fere illud Nostrum lib. II. Amor. IV.

Quam tibi tunc toto nullas in ore color.
 Et Epit. Sabin. l. 48.

Hec toto sanguis corpore nullus erat.

Julianus lib. XXVIII. 4. Inter haec Cleomenes post multas hostium caedes, toto corpore, suo pariter & hostium errore madens, supervenit. qui locus mihi semper mendosus visus fuit; nam ita narratur omnia, ac si Cleomenes domum reversus nullo vulnere fuerit debilitatus: quare illa, toto corpore, & suo errore madens mihi sibi contraria videntur, nec apte conjungas, toto corpore madens, suo errore. tunc enim vix ingredi, multo minus longo tempore rectus stare potuisset, quare mallet, toto corpore, suorum pariter, & hostium errore madens. ita Curt. lib. v. cap. 4. Ariobarzanes per mediam aciem Macedonum cum multo suorum atque hostium sanguine traxit. corrumpendo loco causam dedidit videtur locutio sollemnis & quasi in formulam re-

dicta, qua vir fortissime dimicans suo & hostium sanguine madens saepe describitur. sic idem Curtius IV. 6. Levis non sequens praecellens capisset, libris armis suo pariter atque hostium sanguine. Sicut lib. IV. 425.

Jamque suo, jamque hostili perfusa crure Memora madens.

Et ita alii. de locutione vero illa, toto corpore vid. optimum Drakenborchium ad eundem Silium lib. v. 334. Vid. & inf. lib. XI. 660. BUKM.

144. Venter habet.] Forte, vit. HEINSIUS.

145. Et antiquas excrecet aranea telas.] Hic pro animalculo ponitur, libro autem quarto in Murae ac Veneris fabula pro araneorum tela. Annae vero pro animalculo semper, ut puto, sumitur. GLAREAN.

* Niobe Tantali.] Non dubitavi hoc reponere ex MS. & Veneta. Elegans Graecismus est, cum foedis glossematibus deformarat Raenerus. Itaque inf. lib. VII. fab. 27. Cephalus Deionis; & lib. XI. Hyacinthus Amyclae resistentius huic scriptori. Servius ad Aen. x. vs. 167. Chrysis Tyrrheni, seu Iemachus Ulyssis. Confer quae scripti ad Hyg. Mythol. cap. 14. & 81. Non dissimilis & ille Melanthus Anacreontis od. 20. Η Ταντάληος τῆς Ἰφιτίδος & Antonini Liberal. cap. 22. Η δέω τῆς Στιλζίω. Quaedam ex Spectis filiabus. Ita enim exhiberi omnino locus ille debet. MURCERUS. Nati Tantali filia Sipylo Lydiarum Parm. Lugd. arbo addit Raenerius. ex Sipylo Lydiarum Micyll. Colon.

Ob insolentiam.] Cod. Neapol. ob insolentiam par Apollinis, &c. Iovis, ob insolentiam pariter. Supr. fab. 1. Qui pari insania &c. MURCERUS. Ob insolentiam pariter Colon.

Virginibus editis.] Al. filiabus Marg. Micyll. d. Dum.] Cuius Colon. e Comitata.] Forte, comitatu. e Et quodam.] Et deest Colon. a Manto Tiresia.] Tiresias vates vocantur rescripti Thebanus Colon.

que oratione insinuat Latona, quae cum filiis, quod suorum injuriarum ultores non existerent. Confestim itaque Apollo & Diana, tecti nubibus, ut praeciperat genitrix, Thebas venerunt, ac Niobes filios, cum in campo equis exercerentur, sagittis necaverunt. Quorum nomina haec sunt, Iphionus, Sipylos, Phaedimus, Tantalos, Alpheus, Damastion, Nionus. Pater Amphion post necem filiorum ferro lesit, Nec minor violentia desit esse Niobes: quod Diana indigna tulit. Nam viginti pari calamitate affecit. Vita novissime Niobe stens decessit, turbiueque ventura in patriam Sipyllum delata est, ceciditque in silicem voluntate Apollinis & Dianae.

Lydia tota fremit: Phrygiaeque per oppida facti
 Ramor it, & magnum sermionibus occupat orbem.
 Ante suos Niobe thalamos cognoverat illam,

Tum

Responso monuisset.] Proprie de vatibus dicitur respondere. Vide supr. fab. 5. Lib. III. Julius Obsequens cap. 87. Vates protulerunt Graecias fore exitum. Legem, responderunt. In eodem capite corrupta & illa, Romae in agro Cortasi latere pluit. Referibo, in Graecostasi. Graecostasis locus Romae fuit, cuius idem scriptor facit cap. 83. & 91. mentionem. Quamobrem mentiam tam obviam minor non vidisse Cl. Schefferum. Depravata & illa: Veritatis serena navis velum fulmine exanimatum, in aquas dejectum. Luge, navalem fulmen exanimatum in aquas dejectum. Sic habes cap. 89. Navales praecipue exanimavit. MURCERUS.

Daestion.] Daestion Parm. Damastion Micyll. Raener. Heinf.

Nec minor.] Nec sic tamen violentia desit Niobes Micyll.

Tuler.] Ferens virgines quoque pari, Colon.

Ducit.] Dirigit MS. cum Veneta ac Micylliana. Sed quid tu vita, quod post affecit exhibet cum MS. Venet. tum faciendum? Omitit illud Micyllus. Forte, Vita novissime Niobe stens dirigit. MURCERUS. Vita novissime Niobe stens dirigit. Parm. Villa n. N. f. dirigit Lugd. Nov. autem f. N. dirigit Micyll. Colon.

In silicem.] In lapidem Marg. Micyll. Colon.

Per precos.] Precos & tura Colon.

Exstitit.] Exstitit Niobe q. f. i. noluit Colon.

Potentem se.] Se potentiosem esse minime omnes Edn.

Itaque orationis.] Vel quae oratione scribendum, vel legendum cum Micyllo, itaque oratione haec. MURCERUS. Haec itaque oratione Colon.

Insinuat.] Insinuat Parm. Lugd. Raener. Heinf.

Quaestum cum.] Quaesitum est de filiis, qui Colon.

Non existerent.] Non essent Raener. Heinf.

Confestim itaque.] Apollo igitur & Raener. Heinf.

Cum in campo equis.] Cum in equis albitore. Colon.

Quorum nomina &c.] Haec omisit Colon. sed continuat, post quorum necem pater Amphion ferro lesit intermisit. nec sic tamen violentia cessit Niobes, trad. &c.

Iphionus.] Iphionus MSS. 2. & mox, Tantalos alter. MURCERUS.

Phaedimus.] Phedius Micyll.

Alpheus.] Archemor Flor. codex. & Veneta. Vide annotata a nobis ad Hygin. Myth. cap. XI.

Tum cum Maeoniam virgo Sipylumque colebat.
 150 Nec tamen admonita est poena popularis Arachnes,
 Cedere Coelitibus, verbisque minoribus uti.
 Multa dabant animos. sed enim nec conjugis artes,
 Nec genus amborum, magnique potentia regni,
 Sic placuere illi, (quamvis ea cuncta placebant.)
 155 Ut sua progenies: & felicissima matrum
 Dicta foret Niobe; si non sibi visa fuisset.
 Nam fata Tiresia, venturi praescia, Manto
 Per medias fuerat, divino concita motu,
 Vaticinata vias: Iliades, ite frequentes:
 160 Et date Latonae, Latonigenisque duobus,
 Cum prece tura pia; lauroque innectite crinem.
 Ore meo Latona jubet. paretur: & omnes

The

Me

Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant:
 Turaque dant sanctis, & verba precantia, flammis.
 165 Ecce venit comitum Niobe celeberrima turbâ,
 Vellibus intexto Phrygiis spectabilis auro:
 Et, quantum ira finit, formosa: movensque decoro
 Cum capite immisos humerum per utrumque capillos
 Conflitit: utque oculos circumtulit alta superbos;
 170 Quis furor auditos, inquit, praepondere visis
 Coelestes? aut cur colitur Latona per aras;
 Numen adhuc sine ture meum est? mihi Tantalus auctor,
 Cui licuit soli Superiorum tangere mensas.
 Pleiadum soror est genitrix mihi: maximus Atlas
 175 Est avus, aetherium qui fert cervicibus axem:
 Juppiter alter avus. socero quoque glorior illo.

thebias in Eroticiis. METELL. Niobes fabula diversissime traditur a multis, quae omnia hic corradere immensis esset operis, de ejus parentibus & reliquis satis erit scriptores notare. vid. Hyginum Fab. ix. Apollodor. lib. iii. cap. v. Lucret. ad Stat. iv. 578. Tzet. Chil. iv. 141. & praecipue Apollod. cent. xiii. 73. & xviii. 7. qui ex Schol. Eurip. ad Orest. 5. pleraque habet. Lutat. ad Statii iii. Theb. 198. & vi. 135. & alios interpretes. Callimach. Hym. Apol. 22. Anthol. lib. iiii. cap. vii. p. 316. Ant. Gell. xx. 7. Aelian. xii. 36. Schol. Horat. iv. od. 6. Allegoriam fabulae explicat Palaeph. c. ix. & Pausanias lib. i. c. 21. Et Cicero in Tusc. Quaes. 26. & alii. BURMANNUS.

146.] Phrygiacque.] Phrygiacque Thyssii codex.
 147.] Magnam urbem.] Foite, magnam urbem, ut Sardes intelligat, quas etiam magnas vocat xi. 137. sic & lib. vii. 553.

Pestis & in magnas dominatur maenibus urbi. HEINS. Vid. & lib. viii. 298. magna urbs est metropolis. rumibus etiam nonnulli codices. BURM.

149. Sipylumque.] Aliquot veteres, inter quos mei, Sipylumque, per P. CIOF.

152. Sed enim nec conjugis artes.] De regno Amphionis mox agetur. quare artes rescribendum. intelligit artes lyrae Amphioniae, per quas Thebani muri sunt exstructi. neque aliter ex codicibus antiquis Florentinus optimus, primus & secundus Medicus, alique complures. in priore Twissdenii codice glossa adscripta, quia interbaedus erat. Sicton. Apoll. in Narbone:

Hic Amphioniae studebat Aris
 Plectro, pellice, voce, tibique. HEINSIUS.
 Probant artes Berina. & Pontanus. vid. Broukh. ad Prop. iii. vii. 39.

154. Sic placere.] Nam pl. Vossianus, unde Heinzius tam faciebat, deinde haec cuncta MS. Berin. & septem alii. sua cuncta unus Moreti; ele-

ganter, ita ut ex formula sit dictum. Salust. Catil. i. sua cuique satis placebant. & Jug. 64. debere illi res suas satis placere. Vide & Petron. cap. xv. placebant etiam Leidensis & Moreti unus. BURMANNUS.

157. Nam fata Tiresia, venturi praescia, Manto] Virg. lib. x. Aeneid. 198.

Ille etiam patris agmen ciet Oceanus ab oris,
 Faidicae Maurus, & Tusi filius amnis:

Qui muros matrisque dedit tibi Mantua omnia.
 Quae carmina exponens Servius, ita scribit: Quae Mantuam dicitur condidisse, quam à matris nomine appellavit: nam fuit filius Tiberis & Mantae, Tiresiae Thebani vatis filia, quae post patris interitum ad Italiam venit. CIOFAN.

157. Sata Tiresia.] Tiresiae Leid. & Gronov. ut fit dativo casu. vid. lib. i. 748. sed imitatio Senecae in Agam. 302. vindicat vulgatam lectionem. BURM.

158. Concita meta.] Unus Moreti, una, sed vide ad lib. iii. 711.

161. Cum prece tura.] Multi codices, una, quae saepe cum precibus junguntur. nihil tamen mut. nam mox vers. 164. eadem repetit. & vide lib. ix. 159. & Epist. II. 18. BURM.

163. Iussis frondibus.] In Scholiis ad Senecam Agamem. 320. codicis MS. qui in Bibliotheca Tricetinae urbis est, citatur hic versus; sed pro iussis scribit frondibus legitur. eleganter. ita festa omnia lib. x. 596. Festa tempora. v. Trill. iii. 3. Festa astra Epit. xxi. 94. & similia. Floribus etiam Leidensis unus & Genev. BURM.

165. Celeberrima.] Celeberrima plurimi codices. vid. lib. iv. 89.

166. Vellibus intexto Phrygiis spectabilis auro.] 111. Art. 131. Nos prodite graves infuso vellibus auro. CIOFANUS.

168. Immisso.] Barthius ad Claudian. Coni. Olym.

Olym. iii. tam hoc loco, quam lib. v. versu 338. spargit & immisso hedera collecta capillo, ex vetulis codicibus legit, immensus. perperam. cum eam lectionem non nisi pauci. & quidem deterioris notae, prae se ferant. Faust. i. 503.

Laque erat immisso poppini stetit ante capillis.
 Trill. i. II. 111.

Squalidus immisso hirta per ora comit.
 II. II. IV.

Squalidus immisso frailla sub arundine crines
 libens.

Met. xii. 351.

Immossa praeterea peccora barba
 Hippoliti.

Sic & praemittere barbam dicebant, de quo ad Trill. iv. 2. HEINSIUS. Virgil. iii. Aeneid.

— dira illavies immisissaque barba.

Val. Max. i. vii. 7. homo ingentis magnitudinis, colous neri, squalidus barba & capillo immisso. ubi vide deinde intudunt aliqui, ut infra occurrit 229. Quint. xii. 3. qui fronte confecta, immisissaque barba. BURM.

171. Cur colitur.] Quid Sixii & unus Medicus. ut quid veniat supr. lib. v. 651. eadem varietas Epit. x. 111.

172. Sine tura.] Sine honore pr. Basil. vid. ad Petron. cap. cxxviii. & Broukhuf. ad Tibul. iv. vi. 1.

172. Mihi Tantalus auctor.] Tantalus Hymenaei filius, & Aescali frater fuit, Auct. Stephano, quem Plato in Cratylo quasi Τανταλον ταλαντομον id est infelicissimum dictum fuisse existimat. CONSTANTINUS FANENENSIS. Hac de re sic Pindarus Ode prima Olymp. οὐδ' Τανταλον, οὐδ' ἄντιον πατρὸς Φιργκίαν: ἴσθ' ἐκάλιστο πατρὸς τοῦ εὐνομήτατος ἐξ ἔργων, Φίλων τε Σίτουλον, ἀμαρτὰν βίωσι δὴται πατρὶζον. Filia Tantalii, te contra quam proterit laudale, Quando vocavis pater ad legitimas ep-

las, caramque Sipylum vicissim Diis caenam dant. Tangit & hanc rem Euripides initio Orestis. quod, ne sim longior, parcam scribere. CIOFANUS. De Tantaio, quem Jovis & Plutis filium facit, quaedam non vulgaria habet Anton. Liberal. cap. 36. ubi vid. Muncker. Apollodorus vero cent. xviii. 7. Timoli & Plutis filium facit. vide Muncker. ad Hygin. fab. 82. & 155. Nonnus vero Dionys. lib. i. pag. 16. Πλωτος filium facit, ubi & caelestia pocula furtum esse dicit. Pindar. i. Olymp. 97. tangit & causam, cur ejectus sit caelo, & hi Scholiaes, & Senec. Agamem. initio. Nicolaus apud Stob. in excerptis Grotii pag. 84. vide & Nonni Synagoga editam a Savilio post Nazianzenum in vetustas. pag. 171. BURM.

173. Cui licuit soli.] Atqui & Ixioni licuit, teste Luciano in deor. dial. Jovis & Junonis, & in Divites Saturno Salutem & Pelopi, eodem auctore, in Charidemo & aliis. sed Niobe illi posteriores, quare de parte suo haec non falso jaetabat. HEINS.

174. Pleiadum soror est genitrix mea.] Niobes mater Taygeta fuit una ex Pleiadibus Atlantis filibus. ROGIVS. Nullus ex veteribus, quomodo citavi, matrem Niobes facit unam ex Pleiadibus, sed vel Euryanassam, vel Euprato, vel Peniopen, vel Dionem. vide ad Hygin. fab. ix. unde Taygetam Regus petiverit, nescio. nomina Pleiadum Ovid. iv. Faust. 172. memorat Steropen, Halcyonen, Celaeno, Majam, Eledram, Taygetem, Me-

ropem. & ita passim alii scriptores. vide Lambin ad Horat. iv. od. 14. alia nomina sunt apud Scholiaes Theocriti Idyll. xiii. 25. Coccymo, Plancia, Protis, Parthenia, Maja, Stonuchia, Lampado, sed ex illis nulla, quae mater Niobes dicta. Quare suspicor Dionem matrem Niobes fuisse unam ex Hyadibus, quae sorores Pleiadum. ita enim patet unam vocatam ex Scholiae Homerii II. C. 26. quae vitiose apud Hygin. Poetic. Alon. ii. 21. dicitur

172. Mihi Tantalus auctor.] Tantalus Hymenaei filius, & Aescali frater fuit, Auct. Stephano, quem Plato in Cratylo quasi Τανταλον ταλαντομον id est infelicissimum dictum fuisse existimat. CONSTANTINUS FANENENSIS. Hac de re sic Pindarus Ode prima Olymp. οὐδ' Τανταλον, οὐδ' ἄντιον πατρὸς Φιργκίαν: ἴσθ' ἐκάλιστο πατρὸς τοῦ εὐνομήτατος ἐξ ἔργων, Φίλων τε Σίτουλον, ἀμαρτὰν βίωσι δὴται πατρὶζον. Filia Tantalii, te contra quam proterit laudale, Quando vocavis pater ad legitimas ep-

Me gentes metuunt Phrygiae: me regia Cadmi
Sub dominâ est: fidibusque mei commissa marito
Moenia cum populis à meque viroque reguntur.

180 In quamcumque domûs aduerto lumina partem,
Immensae spectantur opes. accedit eodem
Digna Deae facies. huc natas adijce septem,
Et totidem juvenes; & mox generosque nurusque.
Quacrite nunc, habeat quam nostra superbia causam:

185 Nescio quoque audete satam Titanida Caeo
Latonam praefere mihi; cui maxima quondam
Exiguam sedem pariturae terra negavit.
Nec coelo, nec humo, nec aquis Dea vestra recepta est.
Exsul erat mundi; donec miserata vagantem,
190 Hospita tu terris erras, ego, dixit, in undis,

Insta-

dicitur *Troyent*, ut notavit Munckerus. vid. & Me-
ziciac. ad Epist. viii. Heunon. 47. generis mihi
Neapol. Burm.

178. *Fidibusque*.] *Manibusque* Gronov.
180. *Adverti* (*inimam*).] *Adverto* multi veteres.
quod placet. nisi quod *adverto lumina* à Nafone
scriptum fuisse censeo. sic *dextris adductor littera*
remis. l. iii. 598. Plenus hinc Graecis Noster.
sic in *Fatis* l. i. v. 179. etiam emendo,

Ad primam vocem timidam advertitur aures.
vel *advertis*, sic *praeverti* passim apud bonos au-
ctores. etiam *deverti* & *averti* dicebant. Alii *Notas*
Amor. l. ii. Eleg. vi. v. 9. HEINSIUS. *Adverto*
rectum est. in lib. ii. *Trist.* 223. quidam scri-
pti,

Lapsus ut possit advertere lumen ineptis.
Inf. viii. 482. *Sacris oculis advertite vestros*. ita,
aures, mentem & similia *advertere* Noster dixit.
BURMANNUS.

181. *Speclantur*.] *Numerauntur* Gronovianus.
182. *Digna dea facies*.] *Deo* ex praesentioribus
nonnulli. multi, *daae*. duo, *dei*. Vide quae nota-
mus *Trist.* iv. Eleg. iii. v. 57. & *supr.* lib. v. 345.
deinde *pro*, & *mox generosque nurusque*, libens ve-
scribam, & *tot generosque*. HEINS.

183. *Huc natas adijce septem*, *Et totidem juve-
nes*.] Si quis filiorum Niobes nomina scire deside-
rat, haec fuerunt, ut apud Statii interpretem 3.
Thebaid. commentario inveni. marium haec, *Ar-
chemorus*, *Antegorus*, *Tantalus*, *Phaeceus*, *Sip-
pylus*, *Xenarchus*, & *Epimenes*. foeminarum haec,
Adyrcera, *Pelopeia*, *Chloris*, *Cleodexe*, *Ogyne*,
Phage, & *Neera*. Ovidius, *Thichylum* in tra-
gedia Niobe sequens, quosdam è maribus aliter
nominavit. puellarum vero nomina non apposuit.
CONST. FANENSIS. Mirificè hoc facit, quod colle-
git Agellius lib. xx. cap. vii. *Mira*, inquit, & *pro-
pè ad id ridicula diversitas fabulae quod Graecae pu-*

tas deprehenditur super numerum Niobae filiorum.
nam *Homerus* pueros puellasque ejus *seno diei fuisse*;
Euripides, *his septem*; *Sappho*, *his novem*; *Ar-
chylides*, & *Pindarus*, *his decem*. Quidam alii scri-
ptores tres fuisse solos dixerunt. ex quo apparet po-
tam nostrum Euripidem secutum. *Helianus* lib. su.
praeter *Homerum*, & *Pindarum*, quos, ut videt,
citât etiam *Agellius*, recenset *Lafum*, qui decem
& novem, *Alcmanem*, qui decem; & *Mimer-
mam*, qui viginti fuisse prodiderunt. *Videris*
est & *Eustathius* lib. ultimo *Iliados*, ad illud *Ho-
meri* *ἄρα τῶνδε κούρης*, &c. *Aulonius* de
Niobe:

*Thebarum regina sui, si pleia cauti,
Quae modo sum, laeso numine Latidam.
His septem natis generis laeta atque superba:
Tot duci mater funera, quot genii.
Nec satis hoc divis: duro circumdata saxo
Amisi humani corporis effigiem.
Sed dolor obscurus quamquam vitalibus haeret,
Perpetuaque riget fente pio lacrimis.
Pro facinus! tantaeve animis caelestibus irae?
Durat adhuc luctus, matris imago parit.*

Idem in ejusdem marmoream statuum:
*Vivobam, sum facta flet, quae deinde pallida
Praxitelis manibus, vivo stertem Niobe.
Reddidit artificeis manus omnia, sed sine fletu:
Hunc ego, cum laesi numina, non noveri.*

De Niobe sic *Palaeplatus*: *Niobes, duo viri et
super filiorum sepulchrum lapidem fustem esse
runt. Quicumque autem ex lapido hominum, ror-
susque ex homine lapidem fieri posse credit, statuit
quidem plane est. Verum autem hoc habet. Niobe
mortuis sui ipsius liberis, cum lapideam imaginem
sibi constitisset, eam supra naterum suorum sepul-
chrum posuit. Nos vero ipsi hanc atque qualem revera
esset, suspexitus. CIOZANUS. Vid. *Lutat.* ad *Stat.*
iii. *Theb.* 191.*

183. Ge-

Instabilemque locum Delos dedit. illa duobus
Facta parens: uteri pars est haec septima nostris.
Sum felix. quis enim neget hoc? felixque manebo.
Hoc quoque quis dubitet? tutam me copia fecit.

195 Major sum, quam cui possit Fortuna nocere.
Multaque ut eripiat; multo mihi plura relinquet.
Excellere metum mea jam bona. fingite demi
Huic aliquid populo natorum posse meorum;
Non tamen ad numerum redigar spoliata duorum
200 Latonae. turbâ quo quantum distat ab orbâ?

Ite facris, properate facris; laurumque capillis
Ponite. deponunt; infestaque sacra relinquunt:
Quodque licet, tacito venerantur murmure numen.
Indignata Dea est: summoque in vertice Cynthi,

Talibus

183. *Generosque nurusque*.] *Martial*. lib. xi. 54.
Quot sperat generos, quotque puella nurus.
Dona.

185. *Quoquomodo oculis genitam Titanida Caeo*.]
Andrus satam privus *Hamburgensis* & quinque
alii cum *Norico*, nonnulli, *natum*. *Nescio* quo-
que *auditi* satam *Florentinus* optimus. *Nescio* quo-
modo *auditi* satam *Neapol.* veteri *lectione* crasa,
quod in primo *Vaticano* aliisque nonnullis admis-
sum. tertius *Mediceus*, *Nescio* quoque *audete* *gena-
tam*, alii aliter. *Scribe*,

*Nescio quoque audete satam Titanida Caeo
Latonam praefere mihi.*
Nescio quo *Caeo* satam. *Hirtius*. *Quid* in vul-
gus legatur omnes sciunt; sed cuique suum caput
est, ego autem verum hunc *Ovidio* indignum
puto. legem:

*Pi nunc nescio quo genitam Titanida Caeo
Latonam praefere mihi.*
Tax. *Pasin.* lib. ii. *Epist.* 69.

189. *Exsul erat mundi*.] In quibusdam, *mundo*.
Nauger. *Recte mundi*: lib. ix. 409. *Exsul mentis*
que *domique*. sic *Florus* dixit iii. 1. *Fugitivum* *si-
nium* *forum*, *regnum*. *Plin.* xviii. 16. *negant* *su-
genius* *illius* *loci* *heri*. in *Argumento Aeneidos* viii.
quod *Ovidio* vulgo tribuunt ex *MSS.*

*Evandrum Arcadiae profugum, nova regna pe-
tentum*.
Sic *Prosper Aquitan.* *Jeromate* *Epigr.* xvii. *Omni*,
quod *superam* *perinet* *civitatem*, *peregrinus* *obstun-
di*. *Burm.*

191. *Instabilemque*.] *Plaut.* *Merc.* iii. iv. 68.
Quae patria aut domus tibi stabilis esse poterit.
191. *Ma ducem*.] *Daobus* privus *Gronovii*.
HEINSIUS. *Vid.* *supr.* ad lib. v. 415.
194. *Hoc quoque quis dubitet?*] *Dubitet* ex scri-
ptis *HEINSIUS*.

197. *Excessere metum*.] *Excussere* unus *Mediceus*
Tom. 11.

& *Leidentis*. ut lib. iii. 684. *exento corde metum*.
modam *Leidentis* unus: *metus* alius.

198. *Aliquid*.] *Aliquam* *Oxon.* & tres alii.
puerorum *Leidentis*. *numera* *natorum* *Mediceus*.
199. *Non tamen*.] *Ambrosianus* *venuste* *per*
interrogationem, *Num tamen* &c. *Spolianda* etiam
Genev.

200. *Quodque licet, tacito venerantur murmure nu-
men Latonae turbâ quantum distabat ab orbâ*.
Tantum animosa sui furis agitata doloris.] *Uri*
id fortasse rectius, quod in quibusdam, *Latonae*
turbâe. ut sit, *turbâe* *venerantur*, sic ex his, quae
sequuntur, praecaldubio sensus, qui placet, digi-
nullus potest. legitur in nonnullis, *quae quantum*
distat. in aliis, *quae quam distabat*. ego quoque
modo legatur, aliud quid desidero. est & exem-
plaria invenire, in quibus hoc infertum est carmen:
Tantum animosa sui furis agitata doloris Latonae,
quantum turbâ distabat ab orbâ. Sed ad marginem
prioris versus notatum est, *VACAT*. Quo signi-
ficatur verum esse adulterinum. In altero antiquo-
re *Urf.* duobus *Vatic.* & utroque *Maffii* est, *La-
tonae quantum, quae distat ab orbâ*. & versus, *Tan-
tum animosa*, &c. in his non legitur: itaque in
duobus aliis *Vatican.* Quare sine dubitatione tol-
lendus est versus, qui incipit, *Tantum animosa*.
In lib. *Briant.* est: *Quodque licet, etc. Latonae*,
turbâe? quae quantum distat ab orbâ, *indignata*, &c.
Viri docti suspicantur ambus supposititios esse, ac tol-
lendos censent. Mihi videtur hoc modo legendum:

*Quodque licet, tacito venerantur murmure numen
Latonae; quantum turbâ, quae distat ab orbâ,
indignata Dea est.*

Lectioni tamen *dijudicandum* relinquo. *CIOZAN.*
Ecc 201 It

205 Talibus est dictis geminâ cum prole locuta.
 En ego vestra parens, vobis animosa creatis,
 Et nisi Junoni, nulli cessura Dearum,
 An Dea sim, dubitor: perque omnia secula cultis.
 Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.
 210 Nec dolor hic solus, diro convicia factô
 Tantalis adjecit: vosque est postponere natis
 Ausa suis: & me (quod in ipsam recidat) orbam
 Dixit; & exhibuit linguam scelerata paternam.
 Adjectura preces erat his Latona relatis:
 215 Desine, Phoebus ait, (poenae mora longa) querelas.
 Dixit idem Phoebe. celerique per aëra lapsu

Con-

201. *Ita facris.*] Discedite à facris execrandis, ut Virgil. *Auti sacra fames.* RAGRUS. Dubitari tamen potest, utrum affectus causa verbum *facris* repetitum sit eadem significatione. Deinde & illud quatuor possit, utrum postea *propre* à, vel, *procul*, à *facris* scripserit. Est enim durior haec aphaereticis, ut *Ita*, simpliciter pro *Abito*, accipiamus. MICELLUS. Mita locutionis ratio facit, ut de veritate scripturae dubitem. DONZA. Locus mendosissimus, qui doctissimum quoque Gronovium Offendit. L. IV. cap. xv. miris modis exercuit. In Florentino & Neapol. haec majori ex parte in mendo cubabant. pro *propre* videbatur, *properate* fuisse, quomodo quatuor Medicus & unus Gronovii cum Vossiano uno. deinde, *Ita facris* in uno meo. quomodo & prius Alji editio. Margo Gryphianae, *Ita facris procul à facris.* Forte, *Ita satis, procul ita facris*, vel *properate*. nisi mavis, *Ita procul, procul ita facris*. ut error natus sit ex solenni librorum supinitate, qui *Ita procul* geminate neglexerat. Ceterum hinc verum praemittendus ille, qui paulo post legebatur,

Latentis turbae quantum distabat ab orbi,
 ut jam vidit in Observationibus sagacissimus Gronovius ex Menardi codice, qui munificentia viri polihistini Aegidii Menagii nunc est meus. Neque aliter optimus Neapolitanus, & fragmentum Vossianum. in uno Caroli Strozzae notatum erat, hunc verum loco, quo nunc à me repetitus est, esse collocandum. In uno Regio margini erat adscriptus. Praeterea scripti meliores, quae quantum distabat, quae quantum Benegegerianus. Scribe, *turbâ quo quantum distat ab orbi!* quo numero, quod praecedat proxime. HEINSIUS. Vir Clarissimus Jacobus Gronovius Tom. I. Antiq. Graec. in Niobe responi vult:

Ita aris prope à facris.
 Sed scabrosiore haec emendatio verum mihi facere videtur. possit rotundius legi:

Ita, manus prohibete facris, vel colubate,
 Sed nec turbâ aris satis placet, quare mallem turbâ

qua (scil. duorum, ut ironice vocat, vid. ad Epist. XIX. 154.) quantum distat ab orbi? BURMANNS.

203. *Quoqua licet.*] Et quantum permittitur. CIOFANUS.
 204. *Ita vertice.*] *E vertice* Junian. & Langem. Pindus alter Strozzae.

208. *An dea sim, dubitor.*] Ita veteres libri & recte. Non autem legendum est, *abito*, ut quidam volunt. CIOFANUS. *Dubito* plerique Manuscripti, sed & optimi, *dubitor*, quam locutionem ego inter singularia Ovidii referrem, ut & lib. II. 20. dixit *dubitatum parentem.* *dubitare* vero cum accusativo Cicero & optimis quisque Latinitatis auctor dixit. vid. ad Quinctil. lib. XII. tit. 11. cap. 1. & ita Tertull. Apolog. 20. *Scripturas non vestigatam, divinas probamus, si dubitatur antiquitas.* ita plurimi editi & scripti, alii *antiquas*, quod descendit posse non ignoramus; sed nobis altera lectio praeparet. capiat enim talia Tertullianus. BURMANNS.

208. *Perque omnia secula cultis.*] Longe melius Palatinus, quo Gruterus fuit usus, *perque omnia secula cunctis Arceor, o nati, nisi vos succurritis, aris.* DAN. HEINSIUS.

212. *Et me, quod in ipsam recidat, orbam dixit.*] Vetus codex, *decidat*: nam *recido* primam corripit. nisi communem eam quis probet, quod Lucretius dixerit:

Recidare assidè, quoniam fluere omnia constat.
 quo tamen versu etiam *decidare* nonnulli habent codices. MARTIANGUS ACCURSIUS in diatribis. Ita omnes habent libri, sed carmen claudicare videtur, quare quidam *Decidat* legendum arriantur, nisi quis *Reincidat* nallit, sed prius magis placet. GEAREAN. Corrigitur autem quidam hunc locum, quasi in verbo *Recidat* syllabarum quantitas non constet. leguntque, pro *Recidat, Decidat.* Sed ego, pace illorum, nihil video cur versus hic mutandus sit. Nam & apud Lucretium idem verbum eodem modo prima longa legitur, ut libro primo, *At neque recidare in nihilum res possit, seque*

antio

Contigerant tecti Cadmeida nubibus arcem.
 Planus erat, lateque patens prope moenia campus,
 Adfiduis pulsatus equis; ubi turba rotarum,
 220 Duraque mollierant subiectas ungula glebas.
 Pars ibi de septem genitis Amphione fortes
 Conscendunt in equos, Tyrioque rubentia fuco
 Terga premunt; auroque graves moderantur habenas.
 E quibus Iimenes, qui matri sarcina quondam
 225 Prima suae fuerat, dum certum flestit in orbem
 Quadrupedes cursus, spumantiaque ora coërect;
 Hei mihi! conclamat; medioque in pectore fixus
 TELA gerit, frenisque manu moriente remisiss

In

autem crescere de nihilo, &c. Sic enim habet verus lectio & sincera. Nam & *Reduces*, & *Refugio*, & *Relatus* apud eundem poetam *Re* longa alibi ponuntur. Deinde etiam pro *Recidat, Decidat* legitur, & proprietati orationis, & elegantiae multum detrahetur. Quamquam si quis pro *Recidat, Recidet, et* duplici, scribendum omnino contemdat, non multum equidem repugnaverim, quando idem & in Lucretianis, quae modo citavi, quidam fecerunt. Et non multum puto, referri, Eckfau hic an Diphthasimum fieri dicamus. MICELLUS. *Recidat* ex caltigationibus. de quo verbo ad Epist. XIV. vers. 46. Prudentius Apotheosis:

*Et quod tam mollicum est, ut certa sede locetur,
 Jovi titubare patet, & quod titubaverit intra
 Nauticum vitis est. vitiosum denique tristem
 Decidit in poenam.*

ubi cum alii vetuli codices, tum omnium vetustissimus Puteaneus. *Recidat, hoc est Recidit.* HEINSIUS. Nihil certius. ita Cicero. IV. Philip. 5. *Ita vero, Quiriti, ut precamini evocati, atque hujus amicitiae tota in ipsam familiarique ejus recidat.* Sueton. Aug. 98. *Constitit inter harsylices, quae periculosa & idcirco sacrificium denuntiata essent, cuncta in illo vacillata, qui extra haberent.* Apulej. lib. III. *Quod alterius rei causa facere iussa sum, mala quaedam mea sorte in tuam recidit injuriam.* & ita passim alii. de syllabae vero modo, vid. Brouckh. ad Prop. IV. VIII. 44. & nos ad Nasonis lib. I. Amor. VII. 62. & alibi saepe. BURMANNS.

214. *Disjunctura preces.*] Quis non videt, *adjectiva* esse legendum. CONSTANTIUS FARENSIS. unus Leidensis, *Admonuita.* Scribe, *Admotata.* inter 68.

Admotataque preces, quarum me didicet usus.
 aliter minus placet, quia jam praecesserat, *Tantalus adjecta.* mox pro, *Contigerant, lego, Contigerant.* unus Medicus, *Contingant.* HEINSIUS. *Admotata* preces frequenter & eleganter dici ostenderunt Viri docti ad Phaedri. lib. I. fab. 19. & recte adje-

ctura offendit Heinsium. sed *admotata* preces aliter dicimus, a quo quid patimus; an vero dicimus, *admotata* preces his relatis vehementer dubito; quare ego praeterrem codicis Lovanienfis scripturam, *admixtura preces.* sic Albinov. ad Livium 41. *Admixtura preces (scilicet Livias) et jus immoventi illis.* nimirum precibus. possit & legi, *admixtura preces.* BURMANNS.

215. *Poenae mora longa querela est.*] *Querela* Uerbinas sine verbo substantivo, quod & ab aliis multis abest. PUAO:

Desine, Phoebus ait, (poenae mora longa) querelas.

Adeantur quae notamus Actis lib. II. vers. 715. HEINSIUS.

417. *Contigerant.*] *Contigerant* tecti Cadmeide nobilibus crece codex Menardi, quod elegans & divinum celebritatem notat. *vesti* etiam nube Basilienfis. sic, *sub nubes per aëra vecta* Iphigenia lib. III. ex Ponto. 2. BURM.

218. *Prope moenia.*] *Ad moenia* Gebh. III. Crep. 9. non male.

220. *Duraque mollierant.*] *Mollierant* ex libris. mox pro *Tyrio* *fuco* reponendum, *fuco*, ut recte unus Medicus (cum glossa, id est, colore) ex meis item unus, & Jureti excerpta. de quo ad Claudian. lib. I. in Rufin. 208. HEISS.

223. *Auroque graves moderantur habenas.*] *Emenda* ex quinque l. f. *Auro* *gravidas moderantur habenas.* Vel potius, ut est in Abbo. & quinque aliis, *gravidis habenas.* CIOFANUS. *Auro* *gravidas habenas* multi veterum. unus Strozzae, *gravidas auro.* Legs, *gravidasque auro*, nisi praesens, *auroque graves.* quomodo Naugeriani codices & ex nostris duo. sic, *moderantur equum frenis* Lucretio lib. V. 1297. HEINSIUS. *Auroque graves* rectum est. ite

gravis argento manus Quinctil. decl. CCCXV. ubi vide, & ad decl. XII. 18. *moderari* vero dicimus & equum frenis. (ut lib. VIII. 795. & temperate Horat. I. od. 8.) & ipsa etiam *frena*, ut II. ex Ponto IX. 33. Stat. IV. Theb. 218.

In latus à dextro paulatim desluit armo.

230 Proximus, audito sonitu per inane pharetrae,
Frena dabat Sipylos: veluti cum praescius imbris.
Nube fugit visâ, pendentiaque undique rector
Carbasa deducit, ne quâ levis effluat aura.
Frena dabat. dantem non evitabile telum

235 Consequitur: fumantem tremens cervice sagitta
Haesit; & exstabat nudum de gutture ferrum.
Ille, ut erat pronus, per colla admissa jubaque
Volvitur; & calido tellurem sanguine foedat.
Phaedimus infelix, & aviti nominis heres

240 Tantalus, ut solito finem impoivere labori;
Transferant ad opus nitidae juvenile palacstrae:
Et jam contulerant arto luctantia nexu

Pectora

Dumque

Pectora pectoribus; cum tento concita cornu,
Sicut erant juncti, trajecit utrumque sagitta.

245 Ingemuere simul; simul incurvata dolore
Membra solo posuere: simul suprema jacentes
Lamina versarunt; animam simul exhalarunt.

Adspicit Alphenor, laniataque pectora plangens
Advolat, ut gelidos complexibus adlevet artus:

250 Inque pio cadit officio. nam Delius illi
Intima fatifero rumpit praecordia ferro.

Quod simul eductum, pars est pulmonis in hamis
Eruta: cumque animâ cruor est effusus in auras.

255 Adscit. ictus erat, quâ crus esse incipit, & quâ
Mollia nervosus facit internodia poples.

Arma simul pensafque jago moderatur habenas.
abi ex MSS. Rehoiti recte pressas legit Gronov.
diatrib. Stat. addend. ad cap. ix. pag. 401. quidam
eum codices, aurique graves moderantur habenis,
ut equi graves auro faciunt. BARN.

226. Quadrupedis curfus. Quadrupes scripti
quatuor. quod aridet. prior hâsit. & unus ho-
non, Quadrupede curfus. non longe à vero. &
mox, in pectore fixa, pro fixa plurimi veteres.
HEINSIUS.

226. Coerct. Retropet Argentor. & alius.
227. Hi mihi curulam. Liber Urbin. Hi sine
adspiratione. Quo modo scriptum esse in Virgilio
Carpensi (qui nunc Florentiae in Bibliotheca S.
Laurentii asservatur) ad illud n. Æn.

Hi mihi qualis erat, etc.

affirmavit mihi Achilles Stavius. Sed vide, quae ex
Prisciano notavi lib. 1. De Ponto eleg. 11. GIO-
FANUS.

229. Desluit. Desidit multi, quae elegantioris
verbi Glossa. vii. Gevartii Lect. Papin. lib. 1. c. 4.
& ad lib. 11. Amor. 11. 14.

230. Pharetrae. Sagittas Juniani. & Medic.
aenus.

231. Frena dabat Sipylos. Hic quoque lib. ver.
Sipylos. Dominicanus vero, Sipylos. GIOE.

231. Imbrisa. Imbris ex Berneggeriano & primo
Gronovii. HEINSIUS.

233. Carbasa deducit, ne qua levis effluat aura.]
Didacit legendum, ut intelligamus illum festinare
ad portum, ad quod vela diducit, ne qua levis
effluat aura. ut eo celerius portum apprehendat
tempestati clapsus. GLAREAN. Didacit etiam scripti
multi; quod admitti non potest, vid. sup. ad lib.
11. 663.

233. Ne qua. Mollia, ne quid levis effluat au-
ra. HEINSIUS.

234. Frena tamen dantem. Multi ex vetustio-
bus, Frena dabat tamen hunc. prim. Vatic. Frena
dabat tandem. quinque, Frena tamen dantem hunc.
Florentinus, Frena tamen tandem. quo modo &
alter Hamburgensis. Scribe:

Frena dabat: dantem non evitabile telum
Consequitur.

eleganter, & pro Nasoniano genio, ni fallor.
HEINSIUS.

236. Exstabat nudum de gutture ferrum. In uno
meo, De pectore ferrum. GIOFANUS. Ferrum unus
meus. Neap. nudo de gutture ferrum. Lege, nudo
ferro. sic lib. 11. 67. ex antiquis membranis,
toto descendit in illa ferro. HEINS.

Et plurimi codices, de pectore. ut lib. 1x. 128.
corpore quatuor. vulnere Thaucaus. vid. ad lib.
v. 95.

237. Per crura admissa. Propinqua, juncta,
affineta. REGIUS. Vel citata in curiam incitata,
ut alibi quoque. MICYLLUS. Admissa, veloci de-
beat exponi. CONSTANT. PANENSIS. Crura admissa,
exponit Raphael, propinqua, juncta, affineta, sed
dubie Sipyli equitis, non equi intelligens crura.
sed malim de equi cruribus hoc intelligere, ut ad-
missa crura, in cursum permittit, & equum, cui
laxatum fraenum accipiamus. GLAREAN. Quomo-
do volvebatur per crura admissa? quare amplexor,
colla admissa, quod erat in primo Gronoviano, &
sex aut septem aliis. HEINS. Vid. ad lib. 11. Amor.
xvi. 50. & Schott. 11. observ. 25.

238. Sanguine foedat. Vulture Medic. ten-
sidi MSS. Berolin.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

240. Finem impoivere. Pectore duo veteres. ut
ponere medium. mox Transferant pro Transferant
Urbin. HEINS. Ita sup. lib. 11. 506. eadem varie-
tas, Vegetius lib. 1. Art. Veterin. cap. ult. si liber.

cu iam pectus est suis, legentium non offendit au-
ditum. BERN.

241. Nitida palacstrae. Aptum Epitheton. E-
pist. xvi. 149.

Mox tuae gentis nitida dum nuda palacstra
Ladis, et ei nuda femina mista civis.

Martiali iv. 8.
Sufficit in novam nitidis ostrea palacstris.

Et ipse lib. v. Pastorum 667.
Lacti hinc pulvis, nitida quoque lacte palacstra.

Nitida autem propter oleum, quo se luctantes
obluebant. In Epist. xi. 19. eadem ratione dixit,
nullas dom palacstrae. GIOE.

241. Nexu. Motu MSS. Berlin. mixto nexu
Gronov.

243. Pectora pectoribus. Tale quippiam dixit in
Herculis & Acheloi lucta lib. ix. 44.

Cum tunc per juvenis: totoque ego pectore pronus,
Et digitis digitis et frontem frenato premebam.

GROFANUS.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

243. Cum tento concita nervo. Emenda ex fide
meorum, Annali, aliorumque, antique, Contento
conita nervo. id est, extenso, vel extento. exten-
ditur & porriguntur nervi, cum palacstra lucta-
tur. Sic mox dicit: Arcum contentum. GIOFANUS.
Resertit Groffanum Gebh. 111. Crep. 9. qui vulga-
tam defendit, licet non displiceat ei, cum torto
concita nervo. Ego tento retineo, nam mox 287.
concitato arca sequitur, unde liberalius huc intrufi.

247. Animam simul exhalant. Sic & Lucilius
lib. 111.

Symmetichus praeterea jam jam despositi bubulcus
Exhalans animam pulmonibus acer agebat.

Et ipse lib. vii. 865.

Me spectat, et in me
foelicem animam, nostroque exhalat in ora.

Alter Valer. Flaccus lib. iv. 466.
Tunc tonans spirans animam.

Ennius Annal. lib. vi.
Dixi hoc audite parumper:

Ut pro Romano populo pugnaciter armis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Alter Lucanus v. 263.
animas effundere viles
Quolibet hoste parat.

Virg. ad verbum in vi. Æneid. 435.
vitamque peristi
Proiecere animas.

Haec duo exempla notat Budacus in Comm. lin-
guae Graecae, in verbo, spiteret. GIOFANUS.
Spondeus in quinta sede moram animae aegre nec
sine lucta e corpore migrantis exprimit. FARSAR.
animas Regius unus.

249. Evolat. Evolat dictum videtur, quasi di-
ceret, advolat in auxilium cadentium fratrum.
GLAREANUS. Libri mei & Ur. advolat. multo
rectius. GIOE. Veritiores, Advolat. provolat
Thuan. forte, provolat, ut xii. 462. HEINS.

249. Ut gelidos complexibus adlevet artus. In uno
meo, Connexibus. GIOE.

250. Inque pio cadit officio. Epist. xii. 27.
Officium fecere pium; sed inuis nobis. IDEM.

251. Rumpit. Rumpit cum primo Regno & uno
Mediceo. HEINS. Latifero etiam multi. vid. lib. v.
182.

252. Quod simul eductum. Evulsam alii. ut
Bec 3

Dumque manu tentat trahere exitiabile telum,
 Altera per jugulum pennis tenus acta sagitta est.
 Expulit hanc sanguis: seque ejaculatus in altum
 260 Enicat, & longe terebrata profilit aura.
 Ultimus Ilioneus non profectura precando
 Brachia sustulerat: Dique ò communiter omnes,
 Dixerat, (ignarus non omnes esse rogandos)
 Pareite. motus erat, cum jam revocabile telum
 265 Non fuit, areitenens. minimo tamen occidit ille
 Vulnere; non alte percussio corde sagitta.
 Fama mali, populique dolor, lacrimaeque suorum
 Tam subitae matrem certam fecere ruinae,
 Mirantem potuisse; irascentemque, quod ausi
 270 Hoc essent Superi, quod tantum juris haberent.
 Nam pater Amphion, ferro per pectus adacto,
 Finierat moriens pariter cum luce dolorem.
 Heu quantum haec Niobe Niobe distabat ab illa,
 Quae modo Latois populum submoverat aris,

Et

275 Et mediam tolerat gressus refupina per urbem,
 Invidiosa suis; at hunc miseranda vel hosti;
 Corporibus gelidis incumbit; & ordine nullo
 Oscula dispensat natos suprema per omnes.
 A quibus ad coelum liventia brachia tendens,
 280 Pascere, crudelis, nostro, Latona, dolore;
 Pascere, ait; fatiaque meo tua pectora luctu:
 [Corque serum fatia, dixit: per funera septem]
 Effror: exulta; victrixque inimica triumphata.
 Cur autem victrix? miserae mihi plura supersunt,
 285 Quam tibi felici. post tot quoque funera vinco.
 Dixerat, insonuit contento nervus ab arcu:
 Qui, praeter Nioben unam, conterruit omnes,
 Illa malo est audax. stabant cum vestibus atris
 Ante toros fratrum demisso crine sorores.
 290 E quibus una, trahens haerentia viscere tela,
 Imposito fratri, moribunda relanguit ore.
 Altera, solari miseram conata parentem,

Con-

1. Fast. 367. (ubi Heinl. legit, quo simul educta.)
 & infr. ix. 129. exortum Gronov. sed nihil opus
 XII. 322. post ita educta.
 254. Danaïstona. Danaïstona vetustiores. Lege,
 Danaïstona, ut & in Ibide 381. fratres sex
 cum Danaïstona casos. Danaïstona Apollodoro
 est & Tzetzae in Chiliadibus lib. IV. HEINSIUS.
 Damantion: Oxon.
 256. Atollia nodosus facit intermedia poples. Vide
 utrum poplitum pro genu accepit, an nodosus pro
 nervosus accipere velit. sane ens ab utroque inci-
 pit, sed equi tanti genua citius haerent, quam pop-
 litum. CLAREANUS. Plurimi scripti, nodosus, sed
 vulgatum praefero: nam nodosus & intermedia
 non elegantur in unum versum conjiciuntur, deinde
 nervi sunt in poplite plurimi. Plin. VIII. 8. hoc
 erare cordato, aliterius poplitis nervos ferit. Noster
 lib. VIII. 364.
 Suetio liquorant poplite nervi.
 Et haec ratio cur succiderentur illis, quos inutilis
 & bello inhabiles esse volebant, poplites. vide ad
 Petron. cap. I. BURMANNIUS.
 257. Exitiabile. Esceruciale Leidensis unus.
 danteque manus pr. Bail. & unus Leidensis.
 259. Qui se ejaculatus. Sequae ejaculatus ex scri-
 ptis. HEINSIUS.
 264. & revocabile. Removibile unus Moreti.
 265. Occidit. Excidit unus Heinfil. exequo sci-
 licet.
 266. Non alte percussio corde sagitta. Non alte
 recte Oxoniensis. HEINSIUS. Nescio tamen an non

rectius alte dicatur; ut altum vulnus. Virg. II.
 817. & Petron. 136. ubi vide.
 267. Populique dolor. Labor unus Heinfil. unde
 ille coniecerat, paor. Deinde lacrimaeque serum
 unus Moreti. suarum Medic. unus.
 268. Tam subitae. Jam unus Med. vid. ad ut.
 Art. 33.
 269. irascentemque. Indignantemque unus Mo-
 reti & unus Palatinus cum altero Twissiano.
 HEINSIUS.
 270. Hoc. Haec Cantabr. & Medic. & quita-
 tum juris. pr. Moreti.
 272. Pariter cum luce. Cum voce quatuor scri-
 pti. unus Leidensis, tanta cum luce. forte, ju-
 rat moriens patriam cum luce dolorem.
 273. Haec Niobe. Haec abest a plurimi. excep-
 tu illa Virgil. II. Aeneid. 274.
 Quantum mutatus ab illo Hestore.
 274. Submoverat aris. Submorsit ab aris unus
 Moreti. submorsit ab aris fragm. Boala. II. Tril.
 251.
 Equid ab hoc omnes rigide submoverat aris?
 279. Brachia tollens. Tendens est in illo Ab-
 batis. ac, quoties ita loquitur, intelligo librum
 Francisci Sanaci, civis mei, qui Abbas fuit D.
 Mariae Caramanicensis. Cior. Ita scripti plurimi,
 & solemnitas illa consilio. vid. lib. II. 487. III.
 404. & alibi. luminis telluris Argentina. & Thy-
 fil.
 280. Pascere, erucicis nostro, Latona delro.
 Pascere ait, fatiaque meo tua pectora luctu. Ca-

Corque serum fatia, dixit, per funera septem.
 Effror.] In vetusto exemplari sic descripti sunt
 hi versus, praeterequam quod fatia secundo in loco
 scriptum est. Corque serum fatia. Quod si minus
 limati esse videntur, meminerimus opus ad au-
 ctore suo non fuisse caligatum, eoque nihil temere
 mutandum. RZOTUS. Corque serum fatia dixit.
 Dixit non temere repetitum, cum praecesserit
 proxime Ait. ne lector putaret jam loqui poetam.
 sic Virg. IV. 659.
 Druu, ex os impressa thoro, moriuntur inulsi
 sed moriuntur, ait. CLAREAN.
 In meo antiquiore, Urhni, & Dominic. Satira.
 Ad hunc autem locum respexit Seneca in Oedipi
 clavo: sed jurat ipso satiare Deos. Post hunc ver-
 sum in ambobus meis, Vaticanis, Ursi. Domini-
 cano legitur hic alius, hoc modo:
 — post funera septem,
 Dum pars nostra jacet, & dum per funera septem.
 In lib. Capian. eadem manu in ora repositus est:
 Quem hoc quidem loco una cum Petro Galefio,
 viro ingenio acerrimo, & eruditione praestante,
 respondendum sentio. In Abbatis est:
 Corque serum fatia: & dum per funera septem.
 Quod, etsi male omnino, offendit tamen a libra-
 rius existimans, qui, cum versum, Corque serum, &c.
 scribere debebat, ad sequentem propter verbum
 septem à pietis his possum, temere oculos reje-
 cerunt: Illi vero, qui versum illum, qui in vet.
 libro est, omiserunt, contra fecerunt. CLAREANUS.
 Cum aut jam praecesserit, otiosum est hoc loco rō
 dixit, quare tollatur meo periculo hic versus, quem

commenti sunt, qui non intelligebant quantum
 esset acuminis in illo, Effror. nisi majoris praeco-
 dentem tolli. alteruter certe est amovendus. Nam
 primus Palatinus pro posteriori hunc substitue-
 bat,
 Dum pars nostra jacet, & dum per funera septem,
 qui in plurimis membranis exilat. nisi quod qui-
 dam:
 Dum pars una jacet & dum per vulnera septem.
 HEINSIUS. Verum esse quod Glarcanus notavit,
 saepe repeti rō dixit, & ait, & hoc docet Servius
 ad Virg. III. Aeneid. 480. VII. & inf. lib. X. 412. pro
 pascere dolore, mallet, cum uno Leidensi & Medi-
 ceo, cruroe, quia mox lacus sequitur. conquestio-
 nem hanc parentum assiduam illustravit Jac. Gro-
 nov. ultima ad Lib. I. Herodoti nota. BURM.
 286. Dixorat, & sonuit. Insonuit Atondel. &
 unus Patavinus, omnino rectius. Insonuit unus
 meus, forte, en sonuit. HEINSIUS.
 288. Illa modo est audax. In antiquis, illa malo
 est audax. CLAREANUS. Illa melis audax Janian.
 & excerpt. Hieron. alii, audax illa malo est.
 289. Ante toros fratrum. Quidam hunc quo-
 que locum depravant, putantes magis regis quam
 toros esse legendum, cum toros ita exigit sentus,
 ut regis nullo proximo modo agnoscat. Nondum
 enim regi fuerant extructi, & unus omnibus satis
 esse poterat. REGIUS. Vid. ad lib. II. Amor. XIV.
 39. & ad Illeg. in Druf. 464.
 289. Demisso crine. Dimisso codices aliquot.
 Hartungus decur. II. cap. II. legebat, demisso. male.
 VI. Fast. 441.

Conticuit subito; duplicataque vulnere caeco est.

[Oraque non pressit, nisi postquam spiritus exit.]

295 Haec frustra fugiens collabitur; illa forori
Immoritur: latet haec; illam trepidare videres.
Sexque datis leto, diversaque vulnera passis,
Ultima reslabat: quam toto corpore mater,
Totà velle tegens, Unam, minimamque relinque;
300 De multis minimam posco, clamavit, & unam.
Dumque rogat; pro quâ rogat, occidit. orba refedit
Exanimis inter natos, natasque, virumque;

Dis

Attentae stabant demisso crine sorores.
Vide sup. 38. 168. immisso crine.

290. *Interstita viscere tela.* Quidam codices, *viscera tela*, & ita Vivianus, alii, *viscere telam*, alii, *viscera ferro*, sed nihil muta. ita enim citat Priscianus lib. vi. p. 71. & sequentem versum lib. ix. p. 863. *Hiis.*

293. *Duplicataque vulnere caeco est.* Vide ut illud *duplicata* accipi credas. Raphael pro incurvata est, exposuit. quod nescio, an unquam legerim, quanquam casus hic ita habet. Et illud *ibat* pro exibat positum videtur. GIAREANUS. Recte Regius. sic apud Virg. xi. 645. ex MS. *Duplicataque virum transfixa dolera.* Val. Max. v. 1. ext. 1. *corpore frigore duplicatum.* ubi male Pigh. *consolidatum.* plura vide apud Gronov. lib. iv. obl. 19. & nos aliquid dicemus ad Val. Fl. vi. 509. BURMANUS.

293. *Pallore caeco est.* In uno meo, non *caeco*, sed *caeco* legitur. CIORANUS. Editi *tota est* Aldus. & ita Cantabr. & undecim alii, & Vivian. *tota est* duo. *cata est* Oxon. *corpore toto est* MS. Bestman.

294. *Oraque compressit.* Non pressit cum primo Medice. Thuan. sec. Valic. & quatuor alii. *exit* etiam pro *ibat* meliores. Sed & hic versus est adulterinus. HEINSIUS.

294. *Nisi postquam spiritus ibat.* Unus Mass. *spiritus exit.* CIORANUS.

298. *Utina.* Atqui Hyginus fab. x. dicit Chloë superstitia, & nuptam Nleco. ubi vide Muncikerum.

298. *Corpor.* Pallore Medice. Arg. & tres alii.

305. *Nihil est in imagine vivum.* Pivi Ubomas eleganter, & pro diversa lectione alter Estfurtanus. HEINSIUS. IV. Pont. VIII.

Si quid adhuc igitur pivi Germaniae nostrae
Resat in ingenio, serviat omne tibi.

Inf. XIV. 308.

Nec quidquam antiqui Pico, nisi passuma, restant.

BURMANUS.

307. *Discedunt.* Discedant Langermanni excerp-

pta. ita *discre* pro consecrere poni docuit Holom. ad Cicer. Pro Quintio cap. xxi. & sic apud nostrum lib. 111. 359. *ut prior ipsa loqui dicitur.* elegantior Plinius lib. xvi. praefat. *arbores ab hominibus distat blandis saporibus adspersione et columbinis delictis anare,* etiam Noster Remed. 21. pro delicta dixit: ubi etiam *delictis* Saravianus: & ibidem 297. *aeque delictis anare,* & ibi in uno Heinsii, *delictis* erat. quae omnia glossatorum, ut & hoc, esse puto. Vide plura apud Bartii. ad Stat. ii. Theb. 409. BURMANUS.

308. *Nec brachia reddere gestus.* In duobus scriptis, *reddere motus.* Sed nihil mutò. CIORANUS. *Gestus* primus & sec. Palat. alique plurimi. recte. *gestus* enim proprie est manuum. hinc *gesticulatio*. lib. xi. 673. *gestumque manus Ceycis habebat.* ubi frustra quidam codices, *septrumque*. lib. xiv. 219. *Orantemque septrum gestu,* non *gemitu*. quod in multis veterum. Apulej. Met. xi. Auctor Panegyrici ad Pisonem.

Sus gaminare pilam juvat, aut rotas rotedentem,

Et non sperato fugientem reddere gestu.

A. Gellius lib. 1. Noct. Attic. cap. v. *Manusporum inter agendum forent argutae admodum, et gestifae.* de Hortensio. & hinc, *gesticularium* & *Discessum*, quae minima erat illorum temporum. a quo quatuor fuisse nominata ibidem prodit. de Sabianibus, ubi male *gressus* substituerant, Apulej. Met. xi. *Erunt, et quae pellicae cornu ferentes, gestibutionem suamque digitorum ornatum operantur omnino regulam sengerent.* Xantippeus Quintilianus lib. 1. cap. xix. Inult. Orat. interpretatur *legem* *gestu*. de qua re adeantur quae annotamus Remed. Amos. v. 334. HEINSIUS.

309. *Intra quoque viscera saxum est.* De Niobe in saxum convensa sic Sophocles in *Antigonè*: *ήκουσα δὴ λογιστέον ἔλεόςτι τὴν φρονίαν ἑταίραν Ταντάλω, Σπιδω πρὸς ἄμφω. πᾶν, κισσὸς: ἀπειθὲς πετρῆαι βλάττα δάμασπον. κινεῖν ἄρβω ταντίαν ἢ φάτις ἄνδρῶν, ἤτοι τ' ἀδύνατον ἔστιν. ἢ ἐν Εὐρώπῃ ἢ ἐν ἀσπίδι παρακλιούσας δὲ ἰσθμῶν. ἢ ἐν Εὐρώπῃ: ἢ ἐν τῷ πᾶσι τῶν Νιόβης, οὐ δ' ἔργον ἔστιν ἑταίρῃ ἢ ἐν τῷ πετρῆαι ἢ δακρύσας. Docilius lib. 110.*

Diriguitque malis. nullos movet aura capillos.
In vultu color est sine sanguine: lumina moestis
305 Stant immota genis: nihil est in imagine vivi.
Ipsa quoque interius cum duro lingua palato
Congelat, & venae desunt posse moveri.
Nec flecti cervix, nec brachia reddere gestus,
Nec pes ire potest. intra quoque viscera saxum est.
310 Flet tamen, & validi circumdata turbine venti
In patriam rapta est. ubi fixa cacumine montis
Liquitur, & lacrimas etiamnum marmora manant.

FAB.

Duo yfius Lambinus exponens illud lib. iv. Carm. Horatii Ode vi. *Proles Niobasa*, haec scitu digna ex Homeri interprete transtulit: Niobe Tantalifilia Amphionis uxor, filios ex eo suscepit duodecim, sex mares, totidemque feminas. Haec liberos multitudine & pulchritudine ferocis, Latoniam puer se contemnere ausa est, cum diceret, illam duos solum peperisse, Apollinem & Dianam: se duodecim. Iecitque Di, hac contumelia offensa, Niobe filios ad unum interemerunt: Apollo masculos in Cithaerone venantes; Diana feminas in parietes domesticos, & propemodum in complexu & gremio matris, sagittis confixit. Juppiter autem Nioben suam miseriam desentem ac deplorantem miseratus, eam in saxum vertit: quod usque ad hoc tempus (ut aiunt) in Sphylo monte Phrygiae lacrymarum fontes profundius ab omnibus cernitur. Haec & plura Lambinus CIORANUS.

312. *Lacrymis etiam nunc Marmora manant.* *Lacrymas manant* Florentinus S. Marci, primus Medicus, & unus Basileensis cum Nonico, quem ex publica civitatis patriae Bibliotheca depromptum ad me nihil vi doctissimus Christophorus Arnoldus venale. Seneca Agamemnone 376. ubi de Niobe:

Stat nunc Sisyli vertice summo
Vlens saxum, et adhuc lacrymas
Mossa aeternum marmora manant.

Ita veterinus liber Medicus. possit & legi, ut vulgatae scripturae propius accedatur,

— et adhuc lacrymas
Marmora manant antiqua novas.
nam utinamque agnoscit membrana, nisi quod *Marmora* *manant* cura vulgata illa. Respexerat haud dubie hunc Nasonis locum Seneca. Plinius lib. xv. cap. 20. *Arborum succo manantium picem refectumque, alias ortas in oriente, alias in Europa struant.* lib. xxxvii. 10. *Jovis gemma in atritu sudorem perspirem manant.* qui locus non est sollicitandus. lib. xxxiii. cap. 3. *Urtis et succus sanient manantibus.* Auctor incertus de Orthographia: *Emmet soni sive terra aquam, id est signis et pro-*
Tom. II.

ducit. Juvenalis Satyra vi. 622. de Claudio Caesare:

Illo sauis tremulamque caput descendet iussu
In caelum, et longam manantia labora salvari.
ita codices vetusti magna ex parte. Idem Juvenalis Sat. xv. 136.

— cuius manantia saxum
Ora puellares facient incerta capilli.
ita vetustus liber Vossianus. sic *manare* poetice melle Horat. in Epist. i. xix. 44. sic *pluere, stillare, rivare* & similia verba etiam cum quieto aune, nunc cum casu festo jungebant. Solinus cap. xx. *Padaenas silvae creduntur lapidum flevisse.* ipse Nalio Ambrusius iii. xii. 37.

Flere genas elobira tuas, auriga, sorores.
Vide quae noto ad Claudian. lib. 1. in Rufin. v. 383. & Epigrammate in Jacobum Magistrum Equitum. ubi *fluere vna habes. Oculi vnum lacrymantem caligant,* apud Rutilium Lupum de figuris scientiarum lib. ii. Venantius Fortunatus.

Candide desecto lacrymas sua gaudia votis.
Prudent. Cathem. Hymno viii.
Arboris quoniam vis facit ignes
Imbrem de madido fluere cacumine.

Sic & *plorata balsama* Dracontius Hexaëmetro:
Balsama Casareas plorant virgulta per agros,
Et nimis ambrosium lacrymas dent manus odori.
Ita in optima Sirmondi editione; sed locus est mendosus, quid enim *agri Casarei* sibi volunt? opinor reponi debere:

Balsamea Assyrios rotant virgulta per agros,
Et simile Ambrosio lacrymas dant munus odori.
Vel *balsamaque*. si quis *plorant* haud metendum censeat, non omnino dissentio. nam & Plinius lib. xii. cap. xxv. de Balsamo: *Tenuis guttae ploratu colligitur.* recte autem *Assyrios per agros*, cum non in sola Judaea, sed in Syria quoque balsamum gignatur, teste Plinio. per *Casareas* tamen *agros Casarea* Palaestinae urbs possit intelligi. *calere animas* Juvenalis dixit Satyra prima, 38. 81.

Est quo Dorsalium nimbis tollentibus aequor
Navigio montem ascendit, fortisque poposcit,
Pantiatimque animas caluerunt mollia saxa.
Ita
F f f

FAB. IV. ARGUMENTUM.

^a Agrestes Lyciae in Ranas.

Latona Coeli filia, cum Junonis ira ob adulterium^b ex Jove conceptos Apollinem & Dianam parere non posset, & nulla eam errantem regio reciperet, necesse est in Lyciam, & cum ex ardore aestus ac longitudine viae sitim sedare vellet, ab illi, qui aliam & junonem secundum lacum legerent, prohibita est propius accedere. Quam obrem ira incensa, discedens petiit à deis, ut nunquam accolae stagnum crearent. Auditis itaque precibus ejus, Jupiter agricolas in speciem ranarum transformavit.

TUm vero tanti manifestam numinis iram
Femina virque timent: cultuque impensius omnes

Magna

Ita tres codices scripti, quibus sum usus, non *anima*. Fors tamen sit, ut scripserit Juvenalis:

Paulatim inque animas caluerunt mollia saxa.

HEINSIUS.

^a Agrestes Lyciae.] A. Lyti Parm.

^b Ex Jove.] A. Jove Colon.

^c Parere non posset.] Difficiliter peperisset Colon.

^d In Lyciam venit.] Antoninus Liberalis, qui paullo aliter hanc fabulam narrat cap. 35. *Απόδ' ἐπεί ἔτακτο Ἀπόλλωνος καὶ Ἄρτεμιδος ἐν τῇ Λυκίᾳ, ἀφίστατο εἰς Λυκίαν &c.* Lyciam tum appellatam vult eam regionem à lupis, qui deae sic viae duces praebuissent. *Ἄλκιος δὲ, inquit, στυγερῆτος καὶ στυγερῆτος ἐφ' ἧσ' ἔτακτο τῆς ἐδῶ.* Iterum monendum mihi est *ἐκείνου* Iulius patere, quam quidam reunt. Leonibus etiam illud tribuit Tzetzes ad Lycoph. pag. 131. Ed. Steph. *Ἐδὸν ἔξ' ἑδῶν τῆς ἐδῶς τῆς Κίονος λίκου καὶ λίκου τῆς ἑρῆου, στυγερῆτος ἀπὸ τῆς τῆς ἑρῆου.* Hieronymus in vita Pauli Cremitae: *Et illi (leones) directo cursu ad cadaver beati Jonis subsisterunt, adulterantibusque cunctis circa eius pulvis accubare.* Nimirum *στυγερῆτος* proprie est cauda adulari: quaecumque ergo animalia sic hoc consueverit, *στυγερῆτος* dicuntur. Apollon. i. Argon. vs. 1144. *Θῆρες δ' αἰλουῖες κατὰ Σολύχουτος ἀπὸ τῆς, Οὐδὲν στυγερῆτος ἐπ' ἧρῶν.* Ceterum quod Lyciam *Τριμιλιδα* dictam ibidem affirmat Liberalis, id contactum vitio est. Legendum omnino, *Τριμιλιδα*. Incolae *Τριμιλιδῆς* & *Τριμιλιδῆς* appellatos dicit Stephanus. Perperam ergo *Τριμιλιδῆς* vocatos ait Eustathius ad Dionys. pag. 113. Ed. Steph. Corrige ex Stephano. MURCETUS.

^e Secundum lacum.] In lacu Colon.

^f Petiit.] Petiit Parm. Raener. Heinf.

^g In ranarum.] U. deest Parm. Lugd.

^h Stagnum carere.] Vide Barth. Adv. Lib. 2. cap. 8. MURCETUS.

ⁱ Precibus ejus.] Ejus deest Colon.

^k Transformavit.] Transfiguravit Parm. Lugd. Micyll. & reliquae. in *ranas* transformavit Colon.

313. *Tunc vero cuncti.*] Incidens, tanti manifestam numinis iram. non male. quia sequenti versu omnes repetitur. ubi tamen aliter habet Gronovianus. deinde, *femina virque paventi* Langem. *propensius etiam* Neapol. & Medic. tertius.

315. *Divae gemelliparae.*] Latonae, quae uno eodemque partu duos, id est Apollinem & Dianam peperit. Sic lib. v. *Past.*

Scorpion immisit tellus, fuit impetus illi
Curva gemelliparae specula ferre Diae.

Sic Plautus in *Bacchid.* eas, quae uno eodemque partu eduntur, *gemelliparum* fetum vocat, cuius haec sunt:

Diis Sorores debachantes Samias,
Motretices lepidas uno prognatas tempore,
issem parentibus fetu gemelliparo,
Non minus sumiles, quam lac lacti si conferas.

CROFANUS. Sunt ista non Plauti sed supposititia.

316. *Reverrant.*] Tertius Gronov. & Bach. *retrahant.* quod nescio an rectius. nam non tantum sermionibus, sed & animo repetitio significat. ut IV. 569.

dum prima retrahant
Fata domus.

lib. VII. 714.
Mecumque deae memorata retrahit.

v. *Trist.* VII. 83.
Ubi loquor mecum, defaetque verba retrahit.

lib. i. *Met.* 746.
Timido verba intermissa retrahat.

315 Magna gemelliparae venerantur numina Divae.
Utque fit, à factò propiore priora renarrant.
E quibus unus ait: Lyciae quoque fertilis agris
Haud impune Deam veteres sprevere coloni.
Res obscura quidem est ignobilitate virorum;
320 Mira tamen. vidi praetens stagnumque locumque
Prodigio notum. nam me jam grandior aevo,
Impatiensque viae genitor deducere lectos
Jusserat inde boves; gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat. cum quo dum pascua lustro,
325 Ecce lacus medio sacrorum nigra favilla
Ara vetus stabat, tremulis circumdata cannis.
Relitit: & pavido, Faveas mihi, murmure dixit
Dux meus: & simili, Faveas, ego murmure dixi.
Naadum, Faunine foret tamen ara rogabam,
330 Indigenaene Dei; cum talia reddidit hospes.

Non

Ut quidam codices. vulgo *retentat.* quod utrumque verbum apud Senec. de *Brevit. vitae* cap. x. occurrunt. *Non audent ea retentare, quorum vitia citius, quae aliquo praesentis voluptatis lenocinio subsipiuntur, retrahendo patefcunt* (olumella lib. I. cap. 4. *Non prima inspectione, neque vitia neque vitiositas obditas ostendit. quas mox retrahentibus facile apparent.* usus & aliquoties Cicero & alii hoc verbo, etiam cum de secundis curis, quas scriptis adhibemus nostris, agunt. vide Schaefer. de *Stilo* cap. VIII. §. II. *à factò* etiam Argentinensis. BURMANUS.

320. *Stagnumque locumque.*] In quibusdam, *lacumque*. *Lacumque* primus Vatic. Berneg. Cantab. tertius & quartus è Medicis. Quomodo mox, *Ecce lacus medio* nam ita Berberinianus, pro *lacu*. Nisi illic *loci medio* reponas. Nam in medio lacu aram fuisse vix est verisimile HEINSIUS. Ego *lacum* praefero, cum quia fere idem est *stagnum* & *lacus*. tum quia saepe Noster hanc vocem alteri rei, quae est in loco, de quo agit, subijcere solet. vi. *Past.* 423.

Vili templumque locumque.
II. *Art.* 363.

Quas praebet lectum studioque locumque.
VI. 472.

Reverrat lectusque locumque.
Et alibi saepe. BURMANUS.

324. *Prodigio notum.*] Malim, *notas*, si rò lacum non admittimus. & *grandior aevo* pro *aevo* tam hic, quam *Trist.* IV. eleg. ult.

Saepe saas volucres legit mihi grandior aevo.
Sic *aevo* *maturnus*. vide infra VIII. 618. *integer aevo* lib. IV. v. 441. Vide ad Claudian. II. in *Stilich.* 388.

HEINSIUS. Contra scriptos nihil moveo, cum *grandis nata* veteres dixisse notet Donatus ad Terent. Adel. IV. v. ubi de voce *grandis* plura observat. & ita Cicero, Horatius, Terentius & alii loquuntur. BURMANUS.

322. *Impatiensque viae genitor deducere lectos.*] Lanius hic fuisse videtur, qui hinc pro bobus e Graecia in Lyciam miserit. Et pro longinquitate dixit, *Impatiens viae genitor*. GLARLANUS.

322. *Lactos.*] *Felles* Neapolit. & sec. Medic. *pinguis* unus Gronov. *lentus* unus Heinsius, ut passim *tardi boves*. vel, ut ad pascendi morem referatur, ut lib. III. 15.

Lente videt ira juvenentem. BARM.

327. *Et parvo, faveas mihi, murmure dixit.*] E-menda ex duobus meis & aliquot aliis, *pavido, faveas mihi, murmure dixit*. CROFANUS. Paulo *murmure* Florent. S. Marci, Neap. prim. Palat. sec. Medicis, uterque Erfurt. & decem alii. quod Zwanzlingo Promus. cap. IV. ardebat, non mihi. Unus Medicis, *pavido*. hinc paulo perperam fecerunt. lib. x. 273.

— *Cum munere functas ad avar*
Constitit, & timide, si, di, dare cuncta pot-
estis,

Sit conjuncta opta, dixit, mea.

Et lib. VIII. 682.

Concipiant Baucisque preces timidusque Philemon.
proximo versu, *Faveas, ego*. non *mihi*, cu: melioribus Apulej. Florid. initio. *Reliquos quoniam moris est, cum aliquis locus sanctus in via volens est, votum postulare.* HEINSIUS. Eadem varietas IX. 568. ubi vide.

330. *Cum talia retulit hospes.*] Cui primus Muret,

Non hac, ô juvenis, montanum numen in arâ est.
 Illa suam vocat hanc, cui quondam regia Juno
 Orbe interdixit: quam vix erratica Delos
 Orantem accepit, tum cum levis infula nabat.
 335 Illic, incumbens cum Palladis arbore palmae,
 Edidit invitâ geminos Latona novercâ.
 Hinc quoque Junonem fugisse puerpera fertur:
 Inque suo portasse sinu, duo numina, natos.
 Jamque Chimaeriferæ, cum Sol gravis ureret arva,
 340 Fimbis in Lyciæ, longo Dea fessa labore,
 Sidero siccata sitim collegit ab aestu:
 Uberaque ebiberant avidi lactantia nati.
 Forte lacum melioris aquae prospexit in imis
 Vallibus: agrestes illic fruticosa legebant
 345 Vimina cum juncis, gratamque paludibus ulvam.
 Accessit, posiroque genu Titania terram
 Pressit; ut hauriret gelidos potura liquores.
 Rustica turba verant. Dea sic adfata vetantes:

Quid

reti, & unus Voss. & Basil. deinde, *reddidit* Bernegger. prim. Basil. & sex alii. HEINSIUS. Vide supr. ad lib. III. 387.

332. *Regia conjux.*] In nonnullis, *regia Juno*. sed & *regia conjux* non minus recte. id quod sequitur in nonnullis fortasse rectius, *orbe interdixit*. NAUGER. Cum *interdixit* verbum dativo & ablativo jungatur, *orbe* mihi legendum videtur, non *orantem*, ut est fere in exemplaribus depravatum. Ut enim *aquas* & *igni interdixisse* alicui populum Romanum dicimus, sic orbe Junonem Latonæ interdixisse poeta eleganter dixit. REGIUS. Sed nihil opus erat ista curiositate. Nam & Livius dixit lib. XXXIV. *feminis usum, purpuræ interdiximus*. Et Suetonius in Domitio. *interdixit libitinis stannum*. MICILLUS. Restitue *orbem*, uti omnes prius codices habebant. super qua re in secunda Collectionum hecatosty multa dicemus. CONSTANT. FAKENS. *Orbe interdixit*, Naugerius in suis invenit. alterum tamen etiam Latinis auctoribus usitatum Gronovius ad Senec. Epist. XVIII. docuit. mox, *Orantem accepit* cum castigatibus, pro *Erantem*. nam *erratica Delos* praecedit. *Regia* etiam *Juno*, non *conjux* prim. Basil. Langern. Hamburg. & decem alii. ut apud Strabonem Theb. VII. *nuneregia Juno queritur*. Noster ipse hoc libro supra 94.

— *quam regia Juno*
in volucrum vertit.

Sed lib. XIV. 592.

Assensere Dei, nec conjux regia vultus
Invictos tenent.

Et lib. X. 46. de Proserpina,

— *nec regia conjux*
Sustinet oranti, nec qui regis ima, negare.
 HEINSIUS. Citat hos Ovidii & sequentes aliquot versus Scholiastes MS. Senecae ad Agamem. 371. in Bibliotheca Ultrajectina, qui habet, *regia conjux, & orbem interdixit*. deinde versus 434. *infula nabat*. v. 335. *incumbens illic*. & 338. *numina vates*. ceterum *orantem* posset defendi ex lib. IV. ex Pont. XIV. 58. BURMANIUS.

333. *Quam vix erratica Delos.*] Ita vet. libri: In vulgatis q. male est, *quamvis* per f. & unca dictione. natus error, qui librari interdam pro x. f. scribebant: ut *vix*, *vix*: *Siax*, *Siax*: *nos*, *nos*: *Aphyanax*, *Aphyanax*. & pleraque alia. Porro ad hunc locum mirifice pertinet, quod recentit M. Tullius Aët. II. lib. I. in Ver. *Latonam*, *inquit, ex longo errore & fuga, gravidam, & jam ad parturandum vicinam, temporibus exaltis sine Delum, atque ibi Atallinam, Dianamque peperisse. Quae ex opinione hominum illa infula totam Deorum sacra putatur: tantaque ejus auctoritas religio, ut & semper fuit, ut ne Persae quidem, cum bel-lum toti Graeciae, illi hominibusque indixisset, & mille numero navium classem ad Delum oppidisset, quidquam conarentur aut violare, aut attingere.* CIOFANUS.

335. *Cum Palladis arbore.*] Cum oliva. Significat autem illam & palmae & olivæ inmixtam peperisse. REGIUS. Hinc & Catullus in carmine Scurlari dixit: *Latona maximi Magna progeniti Jovis*
Quam mater prope Delium Deposuit olivam.

Quid prohibetis aquis? usus communis aquarum.
 350 Nec solem proprium Natura, nec aera fecit,
 Nec tenues undas. ad publica munera veni.
 Quae tamen ut detis supplex peto. non ego nostros
 Ablucere hîc artus, lassataque membra parabam:
 Sed relevare sitim: caret os humore loquentis;
 355 Et fauces arent; vixque est via vocis in illis.
 Hautus aquae mihi nectar erit: vitamque fatebor
 Accepisse simul. vitam dederitis in undâ.
 Hi quoque vos moveant, qui nostro brachia tendunt
 Parva sinu. & casu tendebant brachia nati.
 360 Quem non blanda Deae potuissent verba movere?
 Hi tamen orantem perstant prohibere: minasque,
 Ni procul abscedat, conviciaque insuper addunt.
 Nec fatis hoc. ipsos etiam pedibusque manuque
 Turbavere lacus: imoque è gurgite mollem
 365 Huc illuc limum saltu movere maligno.
 Diffulit ira sitim. neque enim jam filia Coci

Suppli-

sententiae etiam accedit comment. Homer. Iliad. A. vers. 9. *cujus verba haec sunt: Ζεύς δὲ ἐπαθείς*
ἀπειτὴς τῆς Κίως ἄρχαίης, ὕμνου αὐτῆς ἐποίησε.
ἣν ἀκακροατοῦ χρεῖον διαγομένην ἐποίησε διὰ
καλῶν: πρὸς ἃ ἔστην τῆν ἕσσην μίαν εἶσαν τῆν
Ἰνκελάδην. Ἐκείνη δὲ ἐλάουσα, ἀρραμμένη δὲο Φυ-
τῶν, ἰδοίης καὶ Φοῖβου, δίδόμενος ἀπεισίση καί-
δας, ἔστην καὶ Ἄπῆλλαν, καὶ τῆν ἕσσην ἐκά-
λεσε, ὄψαν, ἔτι ἐξ ἀδύλου βίαιος ἐπέχισθη.

Quae eo hic adjecti, quod ab aliis de arboribus hinc variatur, plerisque dicentibus laurum & pal-
 mum fuisse, quibus Latona innixa pepererit. De
 qua re & Cofius annotavit in primo sermone. Mi-
 CIELLUS. Ad hujus loci intelligentiam vide ea,
 quae observavit Muretus in Catullum in Carmine
 Saeculari ad Dianam, ubi hoc citat versus. CIO-
 FANUS.

337. *Fugisse puerpera.*] *Per avia* Leidenfis.

338. *Inque suo portasse sinu.*] *Suos sinus* multi ex
 melioribus. Forte,

Inque suo portasse suos, duo numina, natos.
 HEINSIUS.

341. *Sidero siccata sitim collegit aestu.*] In
 quibusdam, *concepit*. NAUGER. Duo libri mei,
 Binanti, duoque Caesii. *siccam concepti ab aestu*.
 Abbatii vero, & ambo Maffeiiani, *Collegit ab aestu*.
 CIOF. Vid. lib. v. 416.

342. *Uberaque ebiberant.*] *Ubera combiberant* Spro-
 tu & alius. *uberaque ebiberant* Thyfil. sed vulgatam
 approbat Pafician. lib. x. p. 883.

343. *Fortè lacum mediocri aquae.*] *Melioris aquae*
 consueveram. quod unus Strozuae confirmat. HEINSIUS.

Melior fontem vocat Anton. Liber. c. 35. *cujus*
nomen forte in melioris hic latet.

348. *Rustica turba verat.*] *Scribe, verant*, cum
 sic exigit τὸ *verantes*, quod sequitur. vid. ad Ep.
 XIV. 27. HEINSIUS.

349. *Quid prohibetis aquis.*] *Aquis* ex Florentino
 S. Marci, Neapol. prim. Pal. prim. Vatican.
 prim. Erfurt. & septem aliis. *Adi Notas Artis lib.*
II. p. 335. IDEM. Ita apud Serv. ad Virg. Geor. I.
 378. (ubi Cereri quacenti Proserpinam hanc ta-
 bulam adferibit) MS. Leidensis Bibliothecae, *inas*
eam Lycii rustici potatui prohibuerunt. BURM.

350. *Nec solem proprium.*] Respicit ad cognomen
 solis, qui καὶθε Graecis dicitur. vide Spanh. ad Ju-
 lian. Caesares. Add. pag. 327. & comment. ad Pe-
 tron. cap. 100. IDEM.

357. *Vitam dederitis in unda.*] Videtur esse he-
 misticheum Ennii Poetae. unde & *dederitis* verbi
 penultima est producta. REGIUS. *In unda melio-*
res. HEINSIUS. *Tribuetis in unda* Marg. Edit. Venetae.
praestabitis unda Cantab. & Thuanus, sed *dederitis*
 recte, neque tamen ideo Ennii debet videri, cum
 saepe Noster, & alii illam syllabam producant. vid.
 ad Epist. VII. 53. BURM.

360. *Quos non.*] *Quos non* Neap. & Medic.
 unus.

363. *Nec fatis hoc.*] Olim editi, *nec fati est*,
 & ita scripti plurimi. lib. II. 358.

Nec fati est, trunco avelere corpora tentat.
 Sed parum recitet: nam saepe hanc formulam varie
 efferre solet. Ita IX. 83. *Nec fati id fuerat.* & Ep.
 v. 69. *Nec fati id fuerat.* Stat. I. Achil. 600.

Supplicat indignis; nec dicere sustinet ultra
Verba minora Dea. tollensque ad sidera palmas,
Aeternum stagno, dixit, vivatis in isto.

370 Eveniunt optata Deae. jivat isse sub undas;
Et modo tota cavà summergere membra palude:
Nunc proferre caput; summo modo gurgite nare:
Saepe super ripam stagni confidere: saepe
In gelidos resillire lacus. & nunc quoque turpes
375 Litibus exercent linguas: pulsoque pudore,
Quamvis sint sub aquà, sub aquà maledicere tentant.
Vox quoque jam rauca est; inflataque colla tumescunt:
Ipsaque dilatant patulos convicia rictus.
Terga caput tangunt; colla intercepta videntur:
380 Spina viret: venter, pars maxima corporis, albet:
Limofoque novae saliant in gurgite ranae.

FAB.

FAB. V. ARGUMENTUM.

Marsyas in flumen.

Satyri nomine Marsyas, dum cum Apollino tibis contendit (quas Minerva invenisse proditur) * pro audacia, quod Deo cedendum non putaret, suspensus, b ac cute nudatus est. Quem Nymphae, c ac Satyri, ceterique ruris incolae d sletu persecuti sunt, quod ejus cantu carituri essent, ita ut ex lacrymis eorum flumen e increverit, quod ejus nomine f in Phrygia Marsyas à g prioribus nostris nuncupari h videtur.

Sic ubi nescio quis Lycià de gente virorum
Retulit exitium; Satyri reminiscitur alter:
Quem Tritoniacà Latois arundine victum
385 Adfecit poenà. Quid me mihi detrahis? inquit.
Ah piget: ah non est, clamabat, tibia tanti!

Cl-

Nec satis est. vid. ad lib. II. Amor. XIV. ult. BORMANNUS.

366. Dissidit ira sim. Mei libri scripti, Capan. & quidam alii, Salsali ira sim. quod omnino relictus est. CIOF. Dissidit cum mellioribus. sic apud Statium Theb. s. 404. Dissidit ira precat. Theb. VII. 531.

gaudentque in corpore capto
Securam differre famem.

Val. Flaccus lib. v. 460.

Dissiderant sed bella thorum.

Gnatharus Ligrini lib. IV.

Dissidit ira cibos: hostili sanguine malunt
Dilatam sustinere famem.

HEINS. Absidit Gronov.

369. Aeternum stagno. Metam fontem vocari ait Probus ad illud Virg. lib. I. Georgicor. 378.

Et veterem in limo ranae coecino querelam.

Ujus verba sunt: in Lycia Latona aestis exhaustis
Iberibus educans Apollineum & Dianam infantes, accessit ad Metam fontem, & cum vellet bibere, prohibuit eam Neotes pastor. Cum autem illa permatior esset, prohibuerunt aqua. Itaque Deae minime mutati sunt in ranae. Quo loco Servius etiam haec notat: Fontis duplex est. Nam, ut Ovidius dicit, Ceres cum Proserpinam quaereret, ad relevandam sitim accessit ad quendam fontem. Tunc eam Lycii rusticus à potu prohibere coepit, & consurgentes pedibus fontem, cum contra eam amitterent turpem naribus sonam, illa irata eos convertit in ranae: quae nunc quoque ad illius fontis imitationem coarant. Sed hoc non est valde aptum. Nam illa magis insultatio fuit, quam querela, & poenam sacrilegii iusto pertulerunt: Unde magis Aescopus est sequendus, qui dicit hoc: Cum Juppiter omnibus animalibus reges daret; & ranae, ni fallor, calcidam brevissimum

lignum dedisset, illae quae & aspernatae fuerunt, & tunc eis Hydram iratus dedit, qui vestium ranae CIOFANUS.

370. Jivat esse sub undis. Undas unus Basil. Lego, isse sub undas. Certe in uno Mediceo, ire sub undas. primus Moreti, ire sub undis. HUSS. Recte ita II. Fall. 403.

Nata simul, peritura simul, simul ite sub undas Corpora.

Virg. VIII. Aen. 538.

Quam multa sub undas
Scuta virum, galeaque, & furcia corpora volat.
Vid. lib. v. 504. BURM.

373. Super ripam stagni consistere. Repono cum sec. Pal. tert. Medic. & Genev. confidere. HUSS. Conspurgere Medic. unus.

374. Sed nunc quoque. Scribe, & nunc quomodo prior Hamburg. pro diversa lectio. HEINSIUS.

175. Pulsoque pudore. Pastroque Leidensis. ut VII. 568. vid. Ep. XVII. 249.

376. Quamvis sint sub aqua. Sicut sec. Moreti. prim. Gronov. sicut. Puto, Quamvis nent sub aqua.

Virgil. Culice de ranae,
quis nantia limo
Corpora lymphis sovet.

HEINSIUS. Sub aquis, sub aquis Sprotti & Leidensis.

377. Tumescunt. Videtur pr. Basil.

379. Colla intercepta. Interruptus unus Medicus & Sprotti. terga caput tangi etiam quatuor libri.

380. Spina viret. Ruber duo libri, unde, rubeas dictas Heinalius notavit. patet Mediceus. viret unus. vires alii.

381. In gurgite. Margino unus Medicus. HEINSIUS.

* Pro audacia. Sic MSS. Editi, quos videremini contigit, pro audaciam. sed pro audacia idem est, quod propter audaciam. Epiphanius Hist. Tripart. lib. x. pag. 222. Ed. Rheu. Alios qui pro pane vendunt, alios, qui illuc pro libidinibus turpitudine vendunt. Schol. Horat. lib. IV. od. 12. pro stupro foras ad evadendam. Vet. Interpr. I Reg. cap. XV. 23. pro eo ergo, quod abiecit formam domini. Isid. XII. 14. pro omni errato adducit Deus in iudicium. Licinius Rufinus Collat. Leg. tit. VI. Ira exortantia juris videtur admissa. Salvian. de Provid. lib. I. nec pro praesentibus supplicamus. Sex. Rufus Breviar. cap. 2. in Africam pro defensione Sitorum Romana transmissa &c. Cap. 24. Pro qua admirativa veritas superioribus esse Romanos confessi sunt. Immo nec Classici scriptores loqui ita dubitant. Consule illos, qui de particulis Linguae Latinae scripserunt. MUCKER. Per audaciam omnes editiones praeter Colon. qui &, qua deo.

b Ac cute nudatus est. MS. Venet. ac Micyll. & caenudatus est tergore. Lege, a Schyze; vel, ac a Sypho nudatus est tergore. Vide quae annotata sunt nobis ad Hygin. Mythol. cap. 165. MUCKER. Cum Micyllo faciunt Parm. & Lugd. ac nudatus tergore est Colon.

c Ac Satyri. Ac ceteri Satyri rurisque Colon.

d Ita sletu. Ita repetunt mox, ita ut lacrymis erant. Parm. Lugd. sed secundo loco, ut & ex omnibus Ragner. Frell. Heinf. ita sletu Colon.

e Videtur. Roverium malle, creditur, sibi magis placere proditur, notaverat Heinsius.

f In Phrygia Marsyas. Vibius Sequester: Marsyas Phrygiae nobis Cilene, lege Celenanum, & conlocat quae scripsi ad Hygin. Mythol. cap. 165.

MUCKERUS. Marsya Lugd. deest vero Ragner. Heinf.

g Prioribus nostris. H. e. majoribus. consule Barth. adv. lib. x. cap. 8. MUCKER. de coad Val. Plac. IV. 351. videbimus.

h Videtur. Solitum est Colon.

383. Retulit exitium. Ita distinguit ubi nescio quis exitium narravit virorum Lycià de gente. sic Avondel. HEINSIUS. Ita distinguit etiam S. Petrus lib. I. Obf. 10.

384. Tritoniaca arundine. Tibia ex arundine Tritoniaca confecta, est enim metonymia. Tritonis autem palus est Libyae, juxta quam Pallas in virginali habitu apparuisse fertur, unde Tritonia vocatur. REGIUS. Arundinem Tritoniacam, tibiam a Tritonia, id est Pallade inventam, atque ab eadem abjectam interpretare, cujus rei idem poeta in G. Pastor. & Proper. in 2. meminere. CONS. FANENS. Tritoniacam arundinem intellige, a Tritonia, hoc est Pallade primum inventam, quam postea ob deformitatem vultus ex statu intumescens, ab eadem dea resjectam, Satyres, hoc est, Marsyas excepit, ejusque cantu Apollinem provocavit. sic enim ipsa Pallas apud eundem poetam VI. Pastorum 697. ait:

Prima reserato per rara foramina buxo,
Ut daret effeci, tibia longa sonos.

Et mox:
Inventam Satyres primum miratur & usum
Nescit, & affatam sentis habere sonum, &c.

MICYLLUS.
384. Latois. Latois Strozzi. Latois Parov. forte, Latois HEINSIUS.

385. Adfecit poena. Melius scriberetur, Adfecit ut poena, & mox, non es mihi tibia tanti. ut VI. Fall. 701. Valeas mea tibia. HEINSIUS.

386. Ah

Clamanti cutis est summos derepta per artus:
 Nec quidquam, nisi vulnus erat, cruor undique manat:
 Detectique patent nervi: trepidaque sine ulla
 390 Pelle micant venae, salientia viscera possis,
 Et perlucet numerare in pectore fibras.
 Illum ruricolae, silvarum numina, Fauni,
 Et Satyri fratres, & tunc quoque clarus Olympus,
 Et Nymphae serunt: & quisquis montibus illis
 395 Lanigerosque greges, armentaque buccera pavit.
 Fertilis immaduit, madefactaque terra caducas
 Concepit lacrimas, ac venis perbibit imis.
 Quas ubi fecit aquam, vacuas emisit in auras.

Inde

386. *Ab piger, ab non est.*] Hic quoque libri scripti habent, *Ita piger, ha non est.* Qua de re superius CIOFANUS.
 387. *Derepta.*] *Derepta:* monti lib. III. vs. 52. HEINSIUS.
 390. *Pelle micant venae.*] Ita loquitur M. Tullius lib. II. De Nat. Deor. *Jam vero venae, & arteriae micare desinunt, quasi quodam igneo motu.* Et ipse infra 557.
Radix micat nitima linguae.
 Aliter lib. x. 289.
salient tentatae pollice venae.
 Et rursus III. Vss. 35.
Corla micant regis, totaque à pectore sanguis.
 Plautus in Aulularia IV. 3.
Cor meum in pectus coepit emicare.
 Idem in Cistellaria III. 3.
 — *Cor salit, CIOFANUS.*
 Vid. ad Epit. I. 45.
 390. *Salientia.*] *Salentia* Cantabrigiensis elegant, Lucanus lib. III. 724.
Excipit haec Juvencus generos sanguinis Argus,
Qua jam non vulnus desit in ista venter.
 Ita scribit, cum in multis membranis, *Ascedit* legatur, vulgati, *descendit.* similis error eundem Lucanum eodem libro 629. turpavit, ubi de navi agit:
At postquam ruptis polargus compagibus hausta,
Ad summos repleta foras, desit in midis.
 Ubi *descendit* inulso editi ac scripti omnes praeter unam optima notae, in quo *desedit*, proxime verum. de ea locutione ad Manonem plumbus egimus Aeneid. III. 555. Idem Lucanus eodem lib. 674.
Salentia pessum
Corpora caesa tenent. HEINSIUS.
 Illud *salientia* vis se probat mihi, cum quia loca, quibus hoc firmare nititur vir illustris, non multum hic facere videntur. tum quia *salientia* plautus & magis obvium est. in Caesetis Pithoei pag. 88.

Pectoris ingenii salientia viscera flammis
imposita.
 Senec. Thyest. 755.
Erepta visis extis pectoribus tremunt,
Spirantque venae, corque adibus percidium salit.
 Val. Flac. I. 205.
Protulit ut crinem densis lactatus in extis
ignis, & ascendis salientia viscera tauri.
 Praeterea, *pelle livens* unus Heinii, qui inde, *livens*, id est apparet, faciebat, ut *livescant* pro *liviscent*, saepe codices. vid. lib. VII. 551. BURM.
 393. *Et tunc quoque clarus Olympus.*] Hic Olympus non pro monte, sed pro Marfyae discipulo accipiendus, qui tum quoque clarus esse tibi inflandae peritia. lege primam hecrotolyn Collectaneorum. cap. 94. CONS. FAVENSIS. Non satis intelligo. Florentinus S. Marci, *carus.* Puto, & tu quoque *carus, Olympi.* qui Marfyae discipulus, alius frater. Pater Straboni & Apollodoro. Sines autem nos docet, illum Marfyae in amoribus fuisse. *Ὀλυμπὸς Μωρῆς, ἀδελφὸς Μαρτίου καὶ ἑταῖρος Μαρτίου.* ut jam intelligamus, cur *carus* cum Marfyae dixerit Naso, a Paulania quoque habita Pueri jam pubescens describi Olympum videtur. Hic ego nihil muto, ut sensus sit, quamvis discipulus esset Olympus Marfyae, vivente tamen magistro jam famam & celebritatem consecutus est. Constantius in collectaneis ridet eruditum quendam, qui pro Olympo monte capiebat, ipse autem Olympi fabulam multis illustrat. *caesus Olympi in Palat.* & Berimanii codicibus est. quasi de morte ageretur. Pontanus quoque in eodem versum est errore. Olympi meminit Elian. XII. 20. ubi videt Schefferum, & Celeberrimum Perizonium, & Hygin. fab. CLXV. & CLXXII. sic cum Marfyae Olympum componit Dio Chrysost. Orat. I. principio. & Basilus in excerptis Grotii Stobaeus p. 98. BURMANNUS.
 394. *Et Nymphae serunt.*] Ex hoc loco videtur confirmari vetus scriptura in Pliniani coadjuvibus, non uno loco, quoties hujus in Phrygia loci

Inde petens rapidum ripis declivibus aequor,
 400 Marfyae nomen habet, Phrygiac liquidissimus annis.

FAB. VI. ARGUMENTUM.

Pelops humerus in ciburcum.

Tantalus optis Jovis cum interesset, velletque experiri an futura prospiceret, invitato ad epulas Pelopem nothum ex filiis interemit, visceraque ejus reliquis dapibus immiscent. Quo pro merito punito, misericordia deorum, qui convivii participes fuerant, partes viscerum Pelops composuerunt, & humerus, qui dextrat, de ebore factus est.

Talibus

mentio sit. *Autlocrem*, non *Aulocrem* illi appellent. HEINS.
 398. *Fecit aquas.*] *Aquas* ex melioribus. IOLM.
 398. *Vacuas emisit in auras.*] Dubito an recte: esse Cantabr. & Basileensis, *vacuos emisit in auras*, planius sensu. & ita saepe *vacuos* agros Noster habet. vid. lib. IV. 341. *immisit* etiam pr. Moreti & duo alii. BURMANNUS.
 400. *Marfyae nomen habet, Phrygiac liquidissimus annis.*] *Livius* lib. XXXVIII. 13. *Et Marfyas annis haud procul à Maandri fontibus oriens, in Maandrum cadit: samaque ita tenet, Celenis Marfyam cum Apolline tibiaram cantu certasse.* Et hic Noster lib. VI. Vss. 393. loquens de Marfyae, ac de ejus tibia, quam antea Minerva abjecerat:
Juvencum Satyrus primum miratur, & usum
Necur: & assatum sentis habere sonum.
Et modo dimittit digitis, modo concipit auras:
Jamque inter Nymphas arte superbus erat.
Provoct & Phoebo: Phoebo superante pendit:
Cassa recessant à exte membra sua.
 Apollodorus sic de Marfyae ait lib. I. *Apollo etiam, ubi B. Aegii interpretatione, Marfyam Olympi filiam accecit. Hic enim, cum tibia invenisset, quas Minerva, quod deserviret efficerent vultum, abiecit, Apollinem de musica provocare non dubitavit. Hoc de conspectu in certamen descendunt, ut victor arbitratu suo devictam afficiat. Inito igitur certamine convorsa tibiara certabat Apollo, idemque ut Marfyae faceret, imperavit. quod cum illo tibus nequirit, Apollo praestantior est inventus. Quare suspensum Marfyam à proximae ac palatae pini ramo, detracta pelle, ita conficit. Hujus quoque fluxit mementum Q. Curtius lib. III. & Strabo lib. XII. Ovid. ipse in lib. 551.
Inducta direpta patent tua viscera pelle,
Phrygii, cujus nomina flumen habet. CIOF. Plutarchus de Flumin. in Marfyae, ex sanguine Marfyae Satyros & Fluvium ortum narrat ex Alexandro Cornelio, ubi vide Maussaci notas. sed apud Zua. II.
 Athenaeum lib. XIV. cap. 2. ex Telesio Selinuntio profert fragmentum, ubi Nymphae genitum Marfyam vocat, *Νυμφαγενέα*, quia aqua hujus fluvii ex Nympharum lactymis nata, ut recte Dalechampius. Ceterum de Patre ejus diversa tradunt veteres. Hyginus fab. 165. Oeagri filium facit, alii vero Hyagnis: vide ibi Munckeri notas. Celeb. vero Gronovius in Tom. I. Antig. Graecar. in Marfyae Oeagri corrigendum in Hygmo censet. Qua auctoritate, nescio. in Proverbio ex Vaticano. Append. Centur. I. 18. Maecandri filius dicitur, & ejus frater Babys vocatur. ubi vide Schott. de Marfyae. & ad Zenob. Cent. IV. 81. Male vero Obscurus ad Anthol. I. cap. XI. Epig. I. Hyagnin matrem Marfyae facit. & Hyagnin primum tibia invenisse docet Ill. Spanhem. ad Callim. Hym. in Dian. 245. reliqua de Marfyae obvia sunt. in eum est alterum Epigramma in Anthol. lib. III. cap. VII. p. 321. Ptolem. vero Hephraestionis lib. III. narrat cum natum die festo Apollinis, quo illi Deo solebant animalium pelles dereptae dedicari, quod omen ejus supplicii fuit. Mulas vero iustas inter Apollinem & Marfyam fuisse narrat Libanius in Diegem. cap. XIV. & Lucian. Dial. Junonis & Latonae. ubi & injuste damnatum dicit. A Minerva quoque caesum Marfyam, quia tibia, quas ipsa projecerat, sustulisset, dicit Paulan. lib. I. cap. 24. suspensum vero ab Apolline fuisse ad platanum, auctor est Plinius lib. XVI. 42. ubi Harduinus notat alios, ad pinum pependisse, tradere de ejus pelle plura vide apud Celeb. Periz. ad Elian. XII. cap. 21. & quae nos olim ad Petron. cap. XXVII. Ceterum Aldus edidit, *Marfyae nomen habet*, quod in nullo Codice reperit. *Phrygiac* etiam Leidenf. & Argent. BURM.
 * *Tantalus.*] *Tantalus cum in caelibus suis Jupiter ageret, & vellet experiri an futura inspiceret, eum invitavit ad epulas, Pelopemque unum ex filiis interemit, visceraque ejus.* COLON.
 b *Nothum.*] Ita rescripti ex Veneta & Micelliana, cum *notum* praeferebat MS. Consule Hygin. Ggg Ny.*

Talibus extemplo redit ad praesentia dictis
 Vulgus, & extinctum cum stirpe Amphiona lugens,
 Mater in invidia est. tamen hanc quoque dicitur unus
 Flēsse Pelops: humeroque suas ad pectora postquam
 405 Deduxit vestes, ebur ostendisse sinistro.
 Concolor hic humerus, nascendi tempore, dextro,
 Corporeusque fuit. manibus mox caesa paternis
 Membra ferunt junxisse Deos, aliisque repertis,
 Qui locus est juguli medius, fummiq; lacerti,
 410 Defuit. impositum est non comparentis in usum
 Partis ebur: factoque Pelops fuit integer illo.

FAB. VII. & VIII. ARGUMENTUM.

Proene & Philomela in aves. Tereus in volucrem Epopem.

Tereus Martis filius, cum consilia multis regibus ferret; Pandion quoque Athenis regnanti, cum à proximis civitatibus oppugnaretur, non desuit. Quamobrem filiam suam Progen illi in matrimonium dedit. Quae deportata in mariti regnum

Mythol. cap. 83. & quae ibi annotamus. Raenerius flagitiose haec pervertit. Moxck. Raener. edidit, invitato ad epulas Pelops filii intererunt viscera reliquis huius immixta apposuit. Invitato eo Miccyll. Pelopem volucram Parm. Miccyll.
 Pro merito.] Pro meritis Colon.
 Misericordia decorum.] Dii misericordiae meri Raener. Heinf. & Marg. Miccyll. numine decorum Colon.
 Et humerus.] Cum autem deesset humerus, loco eius choracum suffosuerunt Colon.
 De ebore effictus est.] Suffictus est Barth. adv. x. cap. 8. Muxcker. Male, Vid. ad Ovid. lib. vii. Met. 129.
 401. Talibus exemplis.] Scribe, estemplo. ut optime Florentinus, S. Marci, & unus Stronzaepro diversa lectione. mox, lugens pro laget nonnulli. HEINSIUS.
 403. Hanc tunc quoque dicitur unus.] Tamen hanc quoque dicitur ex primo Gronovii, Avondel. & deccem aliis. ni major, sic hanc quoque. IDEM.
 404. A pectora postquam duxit vestes.] Lego, diducit, id est laecavit, ut sicbat in luctibus. CONSTANTINUS FARENSIS. Ad pectora, quomodo meus, quem ab Algido Menagio habui, & fragmentum Moreti. Dicitur Amor. lib. 1. El. vii. vs. 48. malum etiam, humerisq; HEINS. Dianxis volebat Douza.
 405. Ebur ostendisse sinistro.] Eleganter codex Palatin. Ebur ostendisse sinistro. DAN. HEINS.
 406. Concolor hic humerus.] Multo rectius in quibusdam, hic humerus. NABGER. Hic homini meliores. sinistral videlicet. HEINS.
 408. Aliisq; repertis.] Receptis Leidensis. vbi lib. v. 572.
 409. Medius.] Vid. ad lib. v. 584.
 Martis filius.] addunt, Thraciam rex omnes Editiones.
 Regibus.] Deest Colon.
 Rogant.] Roganti Lugd. sed tunc Athenarum scil. regi legerem.
 In matrimonium.] In matrimonio Cod. Neap. ut & mox, regno, pro regnum. MUXCKER.
 Martis.] Regnum martis est. Ex intere. Colon.
 Petiti.] Petis Parm. Lugd. Raener. Heinf. & Ut adduceret.] Adulterus Raener. Heinf. & profectus Athenas sororem sibi videndam adducere Colon.
 Incidit.] Exarst Colon.
 Mandato uxoris.] Deest Colon.
 Et stabulis clausit.] Ita MS. cum Venet. Miccyllus una voce auctius, & corruptam stabulis clausit. Raenerius multo liberalius, ut solet. stabulis autem suis violatam clausit. MUXCKER. Cum Miccylo fiet & Colon.
 Ut sine.] Ut ad eam sine suspitione committatur committatur Colon.
 Linguam truncavit.] Ita cum MS. Venet. quoque ac Miccyll. Raenerius, Linguam, ne commissa eloqui posset, ei truncavit. si quid mandatum sit, legerim, lingua eam truncavit. MUXCKER.
 Et conjugii cautius est.] Et conjugii est cautius

eam ex intercapidine sororem Philomelam desideraret; petiit à Tereo, ut proficisceretur Athenas, sororem sibi ad sollemne sacrificium & adduceret. Qui ut Athenas pervenit, speciei usus hospitio in Philomelae incidit amorem, quam secum digressus mandato conjugis duxit in Thraciam, & stabulis clausit, ut sine cuiusquam suspitione ad eam facilius committatur. Ac ne eloqui commissa posset, linguam truncavit, & conjugii cautius est. dixit enim sororem ejus interuisse. At Philomela ea, quae lingua prodire non poterat, vestri intexuit notis literarum, quam uni dedit perferendam sorori. Qua inspecta illa, cum conjugis libidinem, casumque germanae comperisset, constituit sacra celebrare Ibero patri & more Bacchantis ad stabula venit, sororemque raptam in regiam duxit. Filium Ityn interemit, ac dapibus immiscuit. Quibus expletus Tereus, cum filium Ityn desideraret, caput in suum abiecerunt, Ityn dicentes, intus habes, quem desideras. Tereus cum intellexisset ejus scelus scelere ultum esse, conjugem novissime & sororem conjugis dum persequitur, decorum voluntate versi sunt in aves; Progne in hirundinem, Philomela in lusciniam, Tereus in epopem, Ityn in phasianum. Pandion dolore natarum tactus, caruit vita: regnumque ejus filius Erichthens possedit.

Flinitimi proceres coeunt: urbesque propinquae
 Oravere suos ire ad solatia reges,
 Argosque, & Sparte, Pelopeiadesque Mycenae,

Et

tu Parm. Lugd. Miccyll. Uxori vero mentius est Raener. Heinf. Conjugi Progenae mentius est Colon.
 Sororem ejus interuisse.] S. e. ob itineris asperitatem interire Margo Miccyll. Colon.
 Ea quae.] Ea deest Heinf. Raener. Colon.
 Prodere.] Prodere scelus Colon.
 Vestri intexuit.] Veste MS. ut & fab. 10. lib. v. Cujus liquore Athenas annis insudavit E & I perquam facile inter se à librariis permutantur. factum id etiam Catull. carm. 30.
 Ut ista vestra distuta mentula
 Ducantes comisset, aut trecenties.
 Lege, comisset, hoc est comederet. Ita flagitant cum antiquis editi, tum & ratio ipsa Latinitatis. Neque enim comissare, sed comedere trecenties recte dicit. Martial. lib. v. 70. O quanta est gula, centies comisset MUXCKER. Veste Colon.
 Quam sorori.] Eamque sor. Miccyll. Marg. in textu omisit uni. Quae sorori sacrificium ad stabula dedit perferenda. Parm. quam ad sororem jussit perferri Colon.
 Illa.] Deest Raener. Heinf. quae inspecta conjugis libidinem, casumque g. e. comperisset Colon.
 Constituit sacra celebrare.] MS. Constituit itaque sacra, &c. Vide supra ad lib. i. fab. 7. MUXCKER.
 Duxit.] Duxit. Ityn filium interemit, & opulendum patri apposuit. Quo expl. s. Ityn desiderat. Eius caput in Tereus junum abiecerunt dicentes, intus habes. Raener. Heinf.
 Abiecerunt.] Obiecit, atque intus habes, quod peris, ait Colon.
 Ityn, dicentes.] Ityn deest Lugd. & Miccyll.
 Alium Colon.
 Dum persequitur.] Dum non habent Raener. Heinf. & mox, decorum autem vol. persequatur Colon.
 Versi sunt.] Versi omnes sunt Miccyll. Colon.
 In Epopem.] In Epopem Lugd. Miccyll. Colon. reliqua etiam Parm. & Lugd. non habent, & Miccyllus a Pandion ad finem versis inclusit. quae in Parm. & Lugd. subjiciuntur sequenti argumento.
 Pandion.] Pandion quoque Colon.
 Argosque & Sparte, Pelopeiadesque Mycenae.] Has tres urbes Junoni castissimas esse, ait Homerus lib. iv. Iliad.
 Argos & Sparte, & Mycenae Muxck.
 Idem docet ipsa Juno apud Ovidium lib. vi. Fall. 47. cujus haec ibi leguntur:
 Poenunt, Spariam, Argosque, meisque Mycenae.
 Dux item ex his ponit Horatius lib. i. carm. Ode VII.
 plurimus in Junonis honorem
 Aptum dicit equis Argos, dicitque Mycenae.
 Et Silius lib. i. 26.
 Hic Juno ante Argos (sic credidit alta vetustas)
 Ante Agamemnoniam, gratissima tellus, Mycenae,
 Optavit profugis aeternam condere sedem.
 Livius lib. xxxiv. 24. ait, Argos esse in Junonis tutela. Cujus haec sunt: Ne istuc, inquit, Juppiter

415 Et nondum torvae Calydon invisa Dianae,
 Orchomenosque ferax, & nobilis aere Corinthos,
 Messeneque ferox, Patracque, humilesque Cleonae,
 Et Nela Pylos, neque adhuc Pittheia Troezen.

Quaeque

Quaeque urbes aliae bimari clauduntur ab Isthmo,
 420 Exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo.
 Credere quis possit? solae cessatis Athenae.
 Oblitit officio bellum, subvectaue ponto.

Bar-

ter opt. max. fuit, Junaque Regina, cuius in tela sunt Argi, ut illa civitas, &c. De Sparta ita idem Livius ibidem cap. 38. *Fuerat quondam sine muro Sparta.* Atque hoc ipsum indicat hic Noster lib. x. 169. *immunitatem frequentant Spartam.* Cornelius Nepos in Agellio cap. 6. *idem, cum Epaminondas Spartam oppugnaret, effectus sine moris oppidum, talis se imperatorem praebuit, ut eo tempore annulus apereretur, nisi ille fuisset, Spartam futuram non fuisset.* CIOFANUS.

414. *Et Sparte.* Regio Laconice Sparta fuit appellata, à Spartis Casim: hoc est, à feminis à Cadmo, qui eam tenuisse à Timagora feruntur. RIGIUS. Haec Stephanus fere, ut Strabo, item Pausanias & alii plerique non regionem; sed urbem Lacedaemoniorum Spartam vocant, eamque à Sparta filia Eurotae nomen accepisse Pausanias autor est. Lacedaemonis autem nomen & terrae & urbi commune fuisse ibidem tradunt. Vide Strabonem lib. viii. Pausaniam in Laconicis. METELLUS.

414. *Peloponnesusque Mycenae.* Mycenae urbs est Peloponnesi, à Mycenaeo Spartonis Phoronei filio denominata: quas Pelops auxilium ferret, unde & Pelopidae vocat' ens poeta. RIGIUS. Non Pelops, sed Pelopidae, hoc est posterii Pelopis, Mycenae auerunt: sic enim Strabo libro octavo *ὅδ' αἱ Μυκῆναι*, inquit, *μαζὸν Ἰπιδῶν λαβόντων διὰ τὴν Πελοποννήσον εἰς αὐτὰς μεταβῆσαν.* Et rursum: *αὐτὰ Μυκῆναι μετέβησαν εἰς τὴν Πελοπόννησον, ἀποβήσας ἐκ τῆς Περσῆας, &c.* Non ergo Pelops, sed Pelopidae inelarescere illas, & de se Pelopidae vocari fecerunt. Conditas autem Mycenae, & Strabo & Pausanias tradunt à Perseo, vocatisque *ἀπὸ βόωντες* hoc est, gladii capulo, qui illi eo loco exciderat, quamquam rursus sunt, qui eas à Mycene, Inachi filia, Arestoris uxore nominatas velint, cuius opinionis autor is est, et apud Graecos, poetae, quod *βοῶντες μεγάρων* vocant, scribitur. METELLUS.

416. *Orchomenosque ferax.* Fertilis Orchomenos urbs est Boeotiae, & Thesaliae, & Arcadiae, & Ponti. Mons est etiam inter Macedoniae & Thesaliam, nomiae Orchomenos, ut scribit Apollonius enarrator. Ab Orchomeno autem Jovis & Helionis filio nomen & urbi & monti inditum fuit. RIGIUS. Videtur autem Ovidius de Arcadia urbe intellexisse, quam Homerus *ὄρχομενον* vocat, in Catalogo, ut *αἱ θεῖαί τ' ἑσπέρων, καὶ ὄρχομενον πελοπόννησον.* Quamquam & altera Boeotiae inter opulentas numeratur ab eodem poeta, ut, cum ait, *lib. i. 387.*

ὄρχ' ὄρχ' ὄρχομενον περὶ νηεῖν, οὐδ' ἄρα βίβ' Ἀργυραίας, &c.

Sed huic Epitheton *Movēov* peculiariter adidere solet, ut in eodem Catalogo. *ὄρχ' Ἀργυραίας πόλις, οὐδ' ὄρχομενον Μοῦσαιον* a gente Minyarum videlicet, ut Strabo indicat: Quare de Arcadia hoc loco intelligendum puto. Et ut Homerus *ὄρχομενον* dixit, ita Ovidium *feracem* vocasse. METELLUS. Strabo de Orchomeno in Boeotia multa lib. ix. de qua poetam loqui puto. (Arcadiae non ita nobis fuit) neque enim de solis Peloponnesi urbibus loquitur, quod de Calydone patet. Et *Pittida* *πυττῆς* & *πυττῆς* duplici legendum, ut ex Graecis loquitur Arcadiae certe intelligenda, nam & Pompon. Mela lib. ii. cap. xii. Orchomenon inter Arcadiae urbes recenset. & Noster lib. v. 605. *Sat. lib. ix. 295.*

Dives & Orchomenos pecorum & Cynusa firarum.

Ubi Tiliobrog. rescribi jubet, *Orchomenos*. Pindarus, quem Hémsius laudat, de sacrotiae urbe agit, ut & Od. lib. i. 57. Scholias Apoll. Rh. ad lib. ii. 1190. enumerat diversas urbes hoc nomine dictas, & inter illas etiam Arcadiae unam. BOMANNUS.

416. *Ferax.* Recte *ferax*, nam *καταρὰ ὄρχομενον* vocavit Pindarus, *Olymp. Od. xiv. 4.* ἄρχος Ἀπόλλωνι dicitur Argonauticon tertio. Iuc tamen id ferri non potest, cum versu proximo *Μεσσηνίας* etiam *ferax* dicatur. Venustiores, *Orchomenosque ferox*, quidam, *Messeneque ferox*. Puto scribendum; ne quid per ambages lectorem circumducimus:

Orchomenosque, Pharaeqque, & nobilis ante Corinthus.

vel *Pharaeqque*, ut à Pheris Thesaliae distinguntur. nam Stephano *Φαραί*-tam Messenes, quam à Chajae oppidum, neque aliter Herodotus. Homero *Φάρα*. A Ptolemaeo *Φεραί* ad Messenicam sinum in Peloponneso ponitur. Vide Plin. ix. cap. 5. sic apud Gratium de caulis 182.

Comparat his varfata suas Atimoniae fraxile, Argivusque, Pharaeqque & claudensinus Atimonia

ita scribo. Vulgati nullo sensu, *Acra, que*. Erratum fuerat, *Acra*que solenni librorum lapsum mutato g. in t. *Taygerusque*, quod doctissimo amico meo videbatur, longius abt à vestigiis membranarum, & de Spartanis seu Laconicis agere possea Gratius. *Ἀργεῖδες* inter nobiliores venantur à Polluce recensentur. Sequitur non longe post apud eundem Gratium, *ss. 221.*

Al' adhaec non vile genus, non patria vulgo Sparta sua & Creta sua promittit alumnus.

Loco corammatissimus. Scribe, Par' vestro non vile genus, Nonaria, vulgo Sparta sua, & Creta sua promittit alumnus.

Nihil enim cause erat, cur Gratus canes Arcadis, tanopere in venatu ab omnibus commendatis, omitteret, recensitis aliis longe ignobilioribus. hos recte Sparanis & Cretensibus, qui maxime vulgares, conjungit, quod & Noster in Actaeonis fabula fecit, eos autem leporinae venationi habiles fuisse estimatos in comperto est. Noster *Artis Am. lib. i. 272.*

Atimoniae lepori dat sua terga canis.

Potest etiam apud Gratium scribi, *Par' vestro non vile genus nunc, Caria, vulgo.*

Canes enim Cressiarum traduces. Certe eos non minus quam Arcadas & Argivos Oppianus commendat. At si vulgatae apud Gratium scripturae credendum, nec Argivos ille, nec Arcadas, nec Canes commendavit. praestattamen prior conjectura. *vulgo* pro canibus idem Gratus alibi quoque non semel dixit. Nunc ad Nasonem redeamus. HEJSTIUS.

416. *Et nobilis aere Corinthos.* Quis Corinthum considerat, docet C. Vel. Parer. lib. i. his verbis: *Probo ante Halitus, sextus ab Hercule, Eipposis filius, Corinthum, quae antea fuerat Ephyre, clausura Peloponnesi continentem, in Isthmo condidit.* CIOFANUS.

416. *Nobilis aere.* Lucius Florus lib. ii. De bello Achaico: *Quantas opes & affluerit & cremauerit, hinc sitas, quod, quidquid Corinthii auri esse laudatur, incendio superfluisse comperimus. Nam auri totam praetiosissimam ipsa opulentissima reliquit inopia, quia incendio perustis plurimis statui, atque simulacris, aeri, auri, argenteisque vanae in animane fluxere.* De aere praeterea hoc vide, quae scribit Plin. lib. xxxiv. Vide etiam Muscatum lib. 111: cap. v. Variarum locutionum. IDEM. Non puto eo tempore Corinthum jam aere suo nobilem fuisse, sed ulus est licentia sua Poetae, de quo egimus ad lib. iii. 169.

417. *Messeneque ferox.* Messene & urbs & regio est Peloponnesi, altera est in Sicilia, unde *Messeni* possessivum declinat. RIGIUS. Quod autem additur, *Ferox*, id eo videtur pertinere, quod pro libertate & imperio suo perpetua propè bellam cum Lacedaemoniis, sub quorum potestate ante Heraclidarum descensum fuerunt, Messenii gesserunt. Neque etiam victi aliquoties, & excisi, domum potuerunt. Ut est videre apud Pausaniam, qui

totam illorum historiam profecutus est. METELLUS. *Ferox* MSS. duo. vitiose, dicitur enim *ferax*, ob suscepta toties pro libertate bella. BOMANNUS. Et ita plurimi melioris notae scripti.

417. *Patracque.* Corrupte trisyllabum legitur. Patrae namque bisyllabum ubi est Achaiae, de qua hoc loco sentit Ovidius. RIGIUS.

417. *Humilesque Cleonae.* Urbs est Arcadiae parva. RIGIUS. A Pausania & Strabone inter Argolicas urbes numerantur Cleonae. *Humiles* antea poeta vocat, non à situ, sed à quantitate. Modicum enim fuit oppidum, ut Pausanias lib. ii. cap. 14. ait. Unde & à Strabone *πρόσθον* dicitur. Situm autem fuit in loco edito & munito inter Corinthum & Argos, eoque per seipsum satis validum. Quare & Homerus dixit *lib. β. 570.*

Ἀφιδόντε Κορινθίω, ἐνστυμβόντε Κλεόνει.

Nominatum alii tradunt à Cleone Pelopis filio, alii à filia Afopi Cleone. Non proci autem ab eodem oppido Nemea fuit, & antrum Iconis, quem occidit Hercules, quem ob id Cleonacum interdum vocant poetae. METELLUS. Recte Mycylus, *Humiles* interpretatur, nam Statius lib. iv. 46. vocat *ingenti turritis mole Cleonas*, ubi MSS. pro *Cleonas*, *Dions*, ut & hic *Deoms* in Cantabrig. & *Deome* in Oxoniensi erat. alias vero fuisse Cleonas hinc quoque constat quod & mons Cleoneus fuit, qui idem & Nemeus, teste Lutatio, ad Stat. i. 485. & Nemeus Leo & Cleoneas promissive dicitur à Poeta, quia vicina inter se loca. vid. & ad lib. iv. 169. & Strabon. lib. viii. p. 377. qui & in tumulo & bene munitam & habitatum dicit. sic & *humilem Mysonem* instr. vii. 426. & *humilem Scriphum*, apud Stat. i. Ach. 205. explicat viri docti ignobilem. BOMANNUS.

418. *Nec adhuc Pittheia Troezen.* Lib. vet. *Philthia*. CIOF.

420. *Exteriusque sitae bimari spectantur ab Isthmo.* In neutro meorum legitur hic versus: sed deinde aliena manu & aramieto in margine utriusque repositus est. IDEM. Non habent etiam Junianus & unus Gronovii.

421. *Solae cessatis.* Cessatis & possi Meliores. HEJSTIUS.

422. *Subjellaque ponto.* Adjecta mari Euxino. Reges enim Asiae bellum Atheniensium indixerant. RIGIUS. Quos Asiae reges hic intelligat RIGIUS, nescio: neque enim Darium aut Xerxen potest, qui multo posteriores aetate fuerunt. Ego autem accipiendum puto, vel Thracense bellum, quod Eumolpi temporibus gelum traditur, quando Thracae magna manu in Atticam descenderunt, &

Barbara Mopfopios terrebant agmina muros.
 Threicius Tereus haec auxiliaribus armis
 425 vuderat; & clarum vincendo nomen habebat.
 Quem sibi Pandion opibusque virisque potentem,
 Et genus à magno ducentem forte Gradivo,
 Connubio Procnes junxit. non pronuba Juno,
 Non Hymenaeus adest, non illi Gratia lecto.
 430 Eumenides tenuere facces de funere raptas:
 Eumenides stravere torum: tectoque profanus
 Incubuit bubo, thalamique in culmine sedit.
 Hac ave sunt juncti Procne Tereusque; parentes
 Hac ave sunt facti. gratata est scilicet illis

Thra-

& pugna circa Eleusim commissa Erechtheum regem Atheniensium occiderunt, ut ex Pausania patet. Et sic, gens *subiecta ponto*, appellative accipiendum erit, pro accola maris. Nam & Thraeces ad mare habitant. Vel rursus accipiendum de bello Amazonico. Amazones enim aliquando assumptis Scytharum auxiliis in Atticam incurserunt, cujus rei & Justinus meminit libro secundo, atque hoc temporibus magis respondet. Pandion enim, de quo hic dicitur, Thesei, à quo bellum hoc tandem finitum traditur, avus fuit, *Augei* pater. Quamquam non ita de temporibus laborandum videtur, quandoquidem & in aliis rationem hanc confirmat Ovidius, & quae posterioris Pandionis sunt, ad prioris tempora refert. Ut infra de Erechtheo dicemus. Quod si igitur de Amazonibus hoc loco intelligamus: *Gens Ponto subiecta*, proprie accipiendum erit, de Ponto Euxino scilicet, ad quem habitavit Amazones in agris Themiscyris, ut inquit Justinus, juxta fluvium Themodontem. Tradit autem & Pausanias Pandionem cum Tereo affinitatem junxisse, *ἀνὰ πρὸς ἑνεκα*, inquam, *πρὸς τὸν ὄρεα τὸ κτλὸς ἐπίστευε*, &c. Porro utriusque belli meminit & Isocrates in Panathenico. Nicellus. Meursius vero de Reg. Attic. lib. 1. c. 14. bellum cum Labdaco fuisse docet. sed non video qua ratione tunc *Barbara agmina*, vocare posset, multo minus, *subiecta ponto*.
 422. *Subiectaque ponto.*] E veteribus lib. quidam habent, *Subiectaque ponto*. CIOFANUS.
 423. *Barbara Cecropios.*] Libri scripti, *Mopfopios*. In duobus vero meis, & Capranic. *Mopfopios* sine primo P. IONAS.
 423. *Terebant agmina muros.*] In altero Regio erat à manu prima, *mandros*, quod non de nihilo est, neque à librario profectum. legendum vero, *Mopfopios mandros*, id est septa pecudum, stabula, ovilia, ut illa vox ita usurpatur. Callimach. in Cerer. 165. *Ἄστει μὲν μανδρῶν*. Vid. & Pollebe. lib. 11. cap. 4. & Hesychius boum & equorum

stabuli reddidit. sed & possit capi de autris vel specibus; ut apud Theocritum occurrerentotatitographi. sic in Glossario, *μανδρα*, *σπλωνα*. veteres vero Athenienses habitasse in specubus, & postea ab Eurialo & Hyperbio domos extructas ex Plinio & aliis docet Meurs. Fortun. Att. cap. 11. neque muri ante Theseum fuere. apud Mariam quoque lib. v. 23. occurrit haec vox:
Vixque datur longas malorum vincere manus.
 Ubi Domitius notat legi etiam, *murorum manus*. hinc quoque *mandros* in ludo calculatorum dictae fuere. & posteriori aegro *mandras*, monachorum claustra, & hinc *Mandras* & *Archimandras* dicebant, de quibus vide Cangii Glossarium. pro *Mopfopios* plurimi quoque codices, *Cecropios* habebant. sed vide Meurs. de Regn. Att. 1. cap. 14. BO-MANNUS.
 428. *Connubio Procnes junxit.*] Virg. lib. 1. Aeneid. *Connubio junctam stabili*. CIOFANUS.
 428. *Progus.*] Verustiores & hoc, & aliis locis, *Proenes*, Graecorum more. ut *cyrenis pro genus*. *πρόγον καὶ κτλ.* neque aliter apud Virgilium lib. 14. Georgic. 15. verustissimi codices scribunt, & in antiquo marmore Romae:
 CAECILIA PROCNE DIANA VALERIANAE.
 HEINSIUS.
 429. *illi, non gratia lecto.*] In uno meo, *gloria*. CIOFANUS.
 430. *Eumenides tenuere facces de funere raptas.*] Dicantur & *Erimyos*. Epist. vi. 45.
At mihi nec Juno, nec Hymen, sed ipsi
Erimyos
Praeterea insausas sanguinolenta facer.
 Et XI. 103.
Ferte facces in me, quas fertis, Erimyos atque
Ut mens ex isto lucaei igne rogas.
 De his multa Phrynus De Natura Deorum. CIOFANUS. Gebh. III. Crepund. 12. legit, *retulere*, in duobus Heinii erat, *stravere torum*.
 431. *Tectoque incubuit.*] *Tectumque Thyfianus*.
 431. *Tectoque incubuit.*] *Tectumque Thyfianus*.
 431. *Tectoque incubuit.*] *Tectumque Thyfianus*.
 431. *Tectoque incubuit.*] *Tectumque Thyfianus*.

Thracia: Disque ipsi grates egere: diemque,
 435 Quaque data est claro Pandione nata tyranno,
 Quaque erat ortus Itys, festam jussere vocari.
 Usque adeo latet utilitas. Jam tempora Titan
 Quinque per autumnos repetiti duxerat anni:
 440 Cum blandita viro Procne, Si gratia, dixit,
 Ulla mea est, vei me visendae mitte forori;
 Vel foror huc veniat. redituram tempore parvo
 Promittes focero. magni mihi numinis instar
 Germanam vidisse dabis. jubet ille carinas
 445 In freta deduci; veloque & remige portus
 Cecropios intrat; Piraeaque litora tangit.

U:

suspensum est, nec *est* apte jungi posse videtur. cum gravis sit *incubare*, quam in culmine *strare*. h. *incubare*, vel *ingemere* ex MSS. possemus scribere, magis placeret. sed suspitionem tantum potissimum. simile insausam omen ex Ammian. lib. xxx. c. allicipserat Heiniius ubi, *Bubo culminibus regni laevam insidisse & occentasse funebria* narratur. DANI.
 431. *Hae ave conjuncti.*] *Hae ave sunt juncti* duo GONON. & sex alii.
 435. *Disque ipsi.*] Immo, *ipsi*. quod primus Gronovianus, unus Leid. & Lovan. confirmant. Insuper veris, *grataeque saluti illis*, non *gratae est* primus Moreti, Langerman. & quatuor alii. HEINSIUS.
 436. *Quaque data est.*] *Quaque* legendum esse facile ex eo, quod inseritur, adjectivo colligi potest. Regius. *Quaque* tam hoc, quam proxime sequenti versu meliores, & tum *festam* scribe, pro *festiva*. quomodo Gronovianus tertius, & duo alii. HEINSIUS.
 436. *Itys.*] *Itys* tres libri.
 438. *Ullae adeo latet utilitas.*] *Ullae* est. & ego tamen, quid sibi proprie velit, vix me explicet. GLEAFEM. Sensus minime obcurus. nimirum Progus ignoravisse, quam inutile sibi esset focos ad se adventum a marito impetrare.
 439. *Repetiti duxerat anni.*] *Repetiti anni* veteres. HEINSIUS. *Auxerat* Junian. *torserat* BODIN.
 441. *Mea est.*] *Mei est* duo Medicei & tres alii. vid. lib. v. 633.
 441. *Visendam mitte forori.*] *Visendae* legendum, quicquid discedent libri veteres. Certe *visenda* in primo Strozzae & uno Medic. HEINSIUS. *Visendam* Lovan. in inf. 88. 476.
 443. *Magni mihi numinis instar.*] *Numinis optimi* Thomeus, Arondelianus, & sex alii. probe. Epist. III. 107.
 Praepe trinum sortes animas, mea numina fratrum.

Et Ep. xxxi. 159.
Per reditus, corpusque tuum, mea numina juro.
 Lib. xiv. 408.
Numinis instar eris semper mihi.
 Et ibid. 843.
 ——— & offer
Conjux ora mihi; caelum aspexisse scilicet.
 mox, *Piraeaque litora*, non *Pyraeaeque*. Graecis *περαία*. HEINSIUS.
 446. *Piraeaque litora tangit.*] Attica. nam Piraeus promontorium est Atticae, ut scribit Prolo. Unde Athenarum portus Piraeus fuit appellatus. Regius. Ego vero, *Piraeaque litora* legendum puto. sic postulante versu. Nam & Stephanus auctor est, Veteres *Piraeam* dixisse, & inde possessivum, *Piraeus a, um*, tribus syllabis, pro quo posteriores *Piraeus*, fecerunt. Et apud Terentium legitur: *Hic aliquot adolescentuli coimus in Piraeum*, sive, ut commentator vult, *Piraeo*. Nam neque hic versus quadrissyllabum *Piraeum* recipit, cum sit tetrameter catalecticus. Quamquam vulgo in epistolis ad Atticum libro septimo epistola tertia, ubi idem hic locus Terentii citatur, *Piraeum* passim quatuor syllabis, pro *Piraeum* legitur. Sed illic proprium est, hic possessivum, sive gentile. A *Piraeum* autem, cujus obliqui quatuor syllabum sunt, Stephanus format gentilia, *Piraeates*, & *Piraeites*, item *Piraeus*, nusquam autem *Piraeus*, aut *Piraeus*. Sed tamen & *Piraeaque litora*, si diceretur, in versu defendi poterat, si quis *επιπεραία* admittat, nisi quod compositio duntaxat aliquanto fiet, & ab Ovidiana facilitate alienior. Ceterum de significatione vocis *Piraeus*, etiam apud Ciceronem quaeritur loco supra citato. De portu tamen Atheniensi plerumque intelligitur, in eaque significatione potissimum usurpatur. Pro monte autem, quod hic Regius ait, non facile apud idoneos autores possum alibi invenies. MEYER. *Piraeus* portus est Atheniensium notissimus. unde *Piraeus* forma esse derivativa. Sed Stephanus admonet, *Πυραία* & portum

Ut primum foceri data copia, dextera dextrae
Jungitur; & fausto committitur omine sermo.
Cooperat, adventus caussam, mandata referre
450 Conjugis; & celeres missae spondere recursus:
Ecce venit magno dives Philomela paratu;
Divitior forma. quales audire solemus
Naidas & Dryadas mediis incedere silvis:
Si modo des illi cultus, similesque paratus.
455 Non secus exarsit conspecta virgine Tereus;
Quam si quis canis ignem supponat ariflis:

Aur

eum sonare, & aliquem illius portus. Raphael ait, Piraeae a Ptolemaeo Atticae promontorium dici, quod apud Ptolemaeum non reperis. Admonuit & hujus loci nos Erasmus praeceptor noster. GLAREANUS.

447. *Dextera dextrae.*] *Dextraque multi veteres. deinde pro, in fausto committitur omine sermo, cave legas, ordine:* quod multos codices tam editos, quam scriptos occupavit. Virgil. *Aeneid.* xi. 589.

Tristes nisi in fausto committitur omine pugna. Valerius Flaccus lib. vii. vs. 250.

— *tristes thalamos, in faustoque cerno Omnia.*

sic scribendum, ubi vulgo legitur, *in faustoque cerno omnia.* Claudianus praefatione lib. ii. in Eutropium, ii.

In faustum populus in se convertitur omen. Et Raptu Proserpinae iii. 124.

Somnia quin etiam variis in fausta figuris saepe movent.

Diæus Cretensis lib. iii. 25. *Helenam Velut contagione in fausti omnis repellit.*

Noter ipse Trist. ii. 3.

Carmina fecerunt, ut me cognoscere vellent Omine non fausto.

Güntherus Liguin. lib. vi. 82.

Nec prisco more tributa Anna quingentas curabant pendere marcas, Omine non fausto.

Lib. vii. 402.

Perterritus hostis, Maenia nota petens, in faustum civibus omne Retulit.

Contra faustum omen. Lucan. lib. vii. 101.

Non scilicet lacto voces simulare tumultus, Vix edisse vacat.

Sic scribe, *omina secula nunc legitur minus bene.* Solius libro iii. 217.

Janque Ulyssæ regi Martique sub omine fausto Infaustus homo.

Libro ix. 3.

Non secus ac si fausta forent & prospera pugna Omnia venturas.

Noter lib. ix. 785.

— *fausto tamen omine lacta Mater abis templo.* HEINS.

Vid. ad Suet. Aug. 57. Callig. 13. & Claud. xi. ubi male quidam, *fausta nomina* Tacit. i. Ann. 35. *Fausis in Germanicum omnibus* sic & V. An. 5. ubi male, *sestis in Caesarem omnibus* quidam legunt in Hist. 74. *Fausa Vitellio omnia praecantem.* Quae tamen id omen fuerit, aut unde captum, non audit Noter. nec verosimile Tereus initio sermonis omne omnia verba protulisse, sed blandissima: quod & dextrarum conjunctio, quae optum omnia erat, indicat. quare ego cum nullis scriptis legem,

Ut primum foceri data copia, dextera dextrae Jungitur, & fausto committitur omine sermo. Crediderunt correctores, quia supra Ovidius non in nuptiis omnia enumeraverat, hic etiam debuisse infausta repeti. Sed male: non enim aliquid sceleris Tereus meditabatur, sed simpliciter uxoris mandatis perfungebatur. postea deum visa Philomela, in ejus amorem incensus est. si cum Heinsio legas, *dextraque dextrae*, inconcinnè *pergitur* subjecti *vix data* puto, & *justa* debuisse *dicere* Nalo. Et *fausto* vero est in Oxon. Turin. Urbin. Argent. Francof. & tribus aliis ex melioribus. BURM.

450. *Celeres recursus.*] *Regressus* multi codices; ut ii. Art. am. 32. eadem varietas in scriptis apud Virgil. xi. *Aeneid.* 413.

Neque habet Fortuna regressum. Ubi alii, *recursum.* Stat. vi. Th. ult.

Et tristes domino spondebat arundo recessus. Ita *reverso* Jul. xxii. 8. *interca Agathades persegatis in Africa rebus in Siciliam recurrit.* BURMANNUS.

452. *Divitior forma.*] *Divior et forma* Cap. Sproitii & excerpta Langerm. *divior et mini alii.*

454. *Si modo des illi cultus, similesque paratus.* Cultus illi nonnulli. videtur scribendum, *si modo des cultus similes, similesque paratus.* No-

Aut frondem, positasque cremet foenilibus herbas.
Digna quidem facies. sed & hanc innata libido
Exstimulat: pronumque genus regionibus illis
460 In Venerem est. flagrat vitio gentisque suoque.
Impetus est illi, comitum corrumpere curam,
Nutricisque fidem: nec non ingentibus ipsam
Sollicitare datis: totumque impendere regnum:
Aut rapere, & saevo raptam defendere bello.
465 Et nihil est, quod non effreno captus amore
Ausit: nec capiunt inclusas pectora flammis.

Jam

Neglexerat libarum geminare et similes solemi errore. HEINSIUS. *Des illi* Leidensis scilicet Philomela non convenientius est Philomelae dare Nympharum cultum, ut illis similis sit, quam Nymphis Philomelae: similis erat enim Philomela Nymphis, si modo adfuisset ipsi cultus Deorum. elegantius ergo est Philomelam ad Nympharum praestantiam extollere, quam Nymphas deprimit. praeterea si illis legas, omnes fere voces in fibulum exirent. quod vitiosum esse notavimus, lib. i. 327. BURM.

455. *Conspecta virgine Tereus.*] *Thracus* in uno Mediceo & uno Ambrosiano. venuste. sic infra 661.

Thracus ingenti mensas clamore repellit. Antonius Technop. 21.

hanc inestam tibi vim, Philomela, serus Thracus. Poller & Thracus legi. Vide Notas Trist. lib. iv. El. v. 11. *Thracas tellus & Thracas palus* apud Virgilium, Horatium, Val. Flaccum, alios. *Nicanor genere Thracus* Apulej. Millef. lib. iv. & eidem in *Apologia, Xanakis quidam Thraci generis.* Gell. lib. xii. 12. *ne id accidat, quod cuiquam Thracis, insipienti & rudi.* & post, *Homo Thracus ex ultima Barbaria;* pro convicio & exprobratione. videntur quae observamus ad Epistolam xix. vs. 16. & 100. HEINSIUS.

460. *ignem supponat.*] *Submittat* prior Gronovii & duo ibi. non male: quia *positas* mox sequitur. HEINSIUS. *si quis fecis* sex libri. *ignem* etiam Leidensis, quod idem *noxius* efficeret.

459. *Pronumque genus.*] *Thracus* enim maxime in Venerem sunt prom. REGIUS. Proinde & singuli plures uxores ducebant, ut Mela scribit, & Solanus cap. 15. *Uxorum numero, inquit, viri jo jactantur, & horum loco ducunt multiplex conjugium* &c. Quo minus novum aut mirum videri debet, si idem hodie quoque faciant. Jam & Homerus hoc indicat, Martios ac bellicosos homines, ejusmodi Thracas semper habiti, utpote apud quos Mars ipse habitare a poetis dicitur. in Venerem proclives esse. Id etenim fabula Martis & Veneris sibi velletur. Et in exercitu Graecorum illi mulieribus potissimum operam dede-

runt, qui bellicosissimi fuerunt, ut Achilles, Ajax, Agamemnon, &c. METELL. Livius lib. xxxiii. *Prona Junper civitas in Laccariam.* Et xxx. *in sunt ante omnes Barbaros Numidae effusi in Venerem.* Et xxx. *Ut est genus Numidarum in Venerem procepta.* Cicero in Partit. *Verosimile est adolescentiam praeviosorem esse ad libidinem.* CIOFINUS. In MSS. deest *et est.* & priori versu, *sed & illum* duo Medice. & unus Moreti. *sed adhuc* Lovaniensis. quae legere:

Sed ad hoc innata libido

Exstimulat, pronumque genus regionibus illis In Venerem.

Ad hoc, est praeterea. praeterquam quod pulchra erat, libido innata Tereo, & gentilis furor in Venerem exstimulat. Flor. ii. 8. *Ad hoc coelestes minae terribant.* & ibid: *Elephantis ad hoc immensae magnitudinis.* iii. 9. *Infulam veteribus devotius abundantem, & ad hoc Venari sacram.* ita lege cum Frenshemio. & ita saepe alibi idem scriptor. Salust. Cat. 21. *ad hoc maledictis increpabat omnis bonis.* ubi alii, *ad haec* etiam bene. vide Pincier. Pareg. lib. i. cap. 24. sic apud Quintil. iii. 5. *adhuc adjicitur.* ubi alii *ad hoc,* alii *ad haec.* BURMANNUS.

461. *Corrumperé curam.*] *Turbam* multi libri.

463. *Defendere bello.*] *Multri, sero;* sed unus Moreti, *Mario,* cujus alias lectiones glossas esse puto. ita inf. xiii. 255.

Quid Lycii referam Sarpedonis agmina serro Devulso men.

Ubi etiam *Marte* nonnulli. & 275.

Ansum etiam Heleoro solum concurrere Marti Se putat.

Et ibi variant codices. Claud. ii. in Rufin. 351.

Hic ultrix acies ornata fulgida Martis.

Ut Heinsius restituit pro *serri.* *Marte* autem pro bello Noter passim utitur. et iii. Ep. 45. vii. 154. Rein. 466. & alibi. BURMANNUS

Jamque moras malè fert; cupidoque revertitur ore
Ad mandata Procnes; & agit sua vota sub illis.
Facundum faciebat amor. quotiesque rogabat
470 Uterius justo; Procnen ita velle ferebat.
Addidit & lacrimas; tamquam mandasset & illas:
Prò Superi, quantum mortalia pectora caecae
Noctis habent! ipso sceleris molimine Tereus
Creditur esse pius: laudemque à crimine fumit.

475 Quid: quod idem Philomela cupit? patriosque lacertis
Blanda tenens humeros, ut eat visura sororem,
Perque suam, contraque suam, petit usque, salutem.
Spectat eam Tereus, praecontractatque videndo:
Osculaque, & collo circumdata brachia cernens;
480 Omnia pro stimulis, facibusque, ciboque furoris
Accipit. & quoties amplectitur illa parentem;
Esse parens vellet: neque enim minus impius esset.

Vincitur

465. *Effrensus captus amore.*] *Inopino*, teste Prisciano libro nono. CONSTANTIVS FANENSIS. *Inopino* Priscianus lib. ix. pag. 868. & pro diversa lectione codex Urbinas, & ita agnoscit Scholiastes MS. Juvenalis ad Sat. iii. vs. 118. quem Osoniae in collegio Corporis Christi vidi. & Persii Scholiastes MS. Bodlejanae Bibliothecae ad Prologum, qui & *hausa* habent. mox *caras* pro *sanctas* unus meus. Vide Notas ad lib. Remed. Amor. vers. 495. HEINSIUS.

468. *Mandata ad Procnen.*] Vigor numerusque carminis Ovidiani vix est, ut unquam duxerit incedat. quare praepositione ante posita, ut in MS. cod. advenimus, legendum duxerim, *ad mandata Procnes*: commutasse vero eam nescientes N litteram non liquecere solum, sed quandoque etiam amoveri, ut apud Petron. Arbitr. *Testis sivestris Aëdon*, *Atque urbana Procne*, quae circum gramina *fosse*, *ac molles violas cantu sua rura colebant*, *Ichneumon* quoque apud Martialem, *Cygnus* in Horatio, nec non Antonio primam corrumpunt. MARIANG. ACCURSUS. In Diatribis. Alii, *Ad Procnes mandata*. Vetustiores, *Ad mandata Procnes*, elegantius & Graecorum more. sic in Antholog. lib. i. cap. 9.

Χαίτε Πρώην παρὰ σεία κεντρήτης Φιλαμίδης.
PETRONIUS cap. cxxxi.

Dignus amore locus, testis sivestris Aëdon.
Atque urbana Procne.

sic scribendum. perperam in vulgatis, *sivestris* *Isidor.* Idem Petronius libid. *Et bates redacta Daphne*. priore correpta. quomodo & in *cygnus* apud Horatium ac Aufonium, & in *Tremossa* apud Horatium eundem. secundam quoque syllabam in

Therapneus apud Silium libro xlii. & in *Clytemnestra* apud Aufonium Epitaphis Heroum, & in *Ichneumon* primam apud Martialem, vii. 86. correptam invenias. pro *sub illa*, etiam recte, *sive* unus Medicus. HEINSIUS. Hinc locum in animo habuit Salmastius Epist. xcii. qui tunc ipsi non succurrebat. vide & eum Epistola sequenti. & additata ad Epist. xvi. 250. sic apud Martialem. ix. 166. ubi vulgo:

Quas capta est cyeno nupta Lacaena alio.

Codex Vossianus habebat:

Quae capta est alio nuda Lacaena cyeno.

Quam veram scripturam esse censo. *Inopino* habet etiam vetus Glossator, ex quo quaedam producit Barth. xxxvii. adv. 5. *Inferno* Moreti unus. BURMANNUS.

470. *Uterius.*] *Liberius* vel *uberius*: olim Heinssius malebat. nihil muta. est enim, ultra modum julum rogabat. sic *ulterius* medio lib. ii. 477. vid. ad Plag. in Druif. 50. & de illo *justo* ad Ep. 231. 30. BURMANNUS.

471. *Mandasset.*] *Mandavit* Lovan. puto, *mandavit*. HEINSIUS.

473. *Molimine Tereus.*] *Molimine* *utemur* Cat. tab.]

477. *Petit illa salutem.*] Corrige, ex optimo libro meo, *Petit usque salutem*. CROFANUS. *Uspit* rectius vetustiores, vel *issa*. HEINSIUS. *Issa* Cat. tab. & Francof.

478. *Præcontractatque videndo.*] Haec locutio stuporem Clerici indicat, qui in Laetantio fere non potuit, *Oculis contractare*. Sed ejus incertam & temeritatem recte contulit Viri Doctissimi & Christiani Augustus Heumannus in Paregisi Critici

Vincitur ambarum genitor prece. gaudet, agitque
Illa patri grates: & successisse duabus
485 Id putat infelix; quod erit lugubre duabus.
Jam labor exiguus Phoebo restabat: equique
Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.
Regales epulae mensis, & Bacchus in auro
Ponitur. hinc placido dantur sua corpora somno.

490 At rex Odrysius, quamvis secessit, in illa
Aeluat: & repetens faciem, motusque, manusque;
Qualia vult fingit, quae nondum vidit: & ignes
Ipse suos nutrit, curâ removente soporem.
Lux erat: &, generi dextram complexus euntis,
495 Pandion comitem lacrimis commendat obortis:
Hanc ego, care gener, quoniam pia causa coëgit,
[Et voluere ambae, voluisti tu quoque, Tereu,]
Do tibi: perque fidem, cognataque pectora supplic.

Per

pag. 147. quem legere & laudare debes lector. Senec. Med. 422. BURMANNUS.

481. *Neque enim minus impius esset.*] Non minus se rogari à Philomela pareretur, ut diutius ab ipsa amplecteretur. CONST. FANENS. Non minus illum suam contumperet, si esset, & rem cum illa haberet.

483. *Ambarum.*] *Ambarum* vetustiores. sequentia confirmant. HEINSIUS.

485. *Quod erat.*] *Eris* cum altero Hamburgensi. IDEM.

486. *Jam labor exiguus Phoebo restabat, equique Pulsabant pedibus spatium declivis Olympi.*] *Vetulo* *Pulsandi* ita utitur vetus poeta apud Varronem lib. iv. De Ling. Lat.

Molite, quae pedibus magnum pulsatis Olympum.
lib. viii. lib. x. 215.

Jamque dies caelo concesserat: almaque curru Nostrago Phoebo medium pulsabat Olympum.
CROFANUS.

488. *Regales epulae mensis.*] Hic locus facile convincit Servium, qui ait, *dapes*, esse regum; *epulae*, privatorum. Horatius quoque facit cum poeta nostro. ejus verba sunt lib. ii. & Satyra secunda: *Stedum omnis abacta Danperies epulis regum.* Eam autem differentiam, si quis locum quaeret, ponit ille ad illud primi Aeneidos 706.

Quae dapibus mensas onerant. CROF.

489. *Dantur.*] Nonnulli, *tradunt*. NAUGER. Nihil etiam, *pectora*. nihil muta. ii. Fall. 327.

Sic epulis suavis, sic dant sua corpora somno.
lib. iv. 332.

Dantque levi somno corpora sumela cibo.

Senec. Med. 422.

Somnoque ipsam lumina ignota dano Insonne monstram. BURM.

490. *Odrysius.*] Sic eundem fere legitur, sed *Adrysius* per d legendum est: nam *Adrysis* populi sunt Thraciae, & *Adrysa*, urbs eorum, quae & *Adrysa* dicitur, unde *Adrysius* derivatur. REGIUS. *Atrysius* etiam scripti plurimi, & apud alios Poetas eadem confusio. Vid. Barth. ad iv. Theb. 794. & Vinet. ad Aufon. Epigr. i. BURM.

490. *Secessit, in illa Aeluat.*] Variant codices: quidam, *secessit ab illa, Aeluat*; *secesserat illa*, alii aliter. sed nihil muta. vid. ad lib. iv. 234. *secessit ab illa* Berfm. editio vitiose.

491. *Motusque manusque.*] *Valtusque manusque* Gronov. & tres alii. Heinssius olim malebat, *coltusque, motusque* Medicus unus & Edit. Berfm. *motus faciensque* Junianus & alius.

495. *Lacrymis commendat obortis.*] *Committit* prin. Gronov. & duo alii. HEINSIUS. *Commisit* Lovan.

497. *Ut voluere ambae.*] Quidam codices hunc versum superiori praemittunt, ego ejusdem censeo. nonnulli, *Et voluere*. pro *pia causa coëgit* alter Hamburg. & unus Medicus, *subiegit*. sic Virgilius aliisque passim. lib. iv. Georg. 84. ut quidem scripti codices uno consensu agnoscunt:

— *dum gravis aut hos Ant hos vestra faza videro dano serga subiegit.*

nam vulgati, *coëgit*. dixi nonnihil ad Claudianum ii. in Rufin. 314. Silius libro 1. 635. ex optimis membranis,

— *populi ferro parere subacti.*
HEINSIUS.

Per Superos oro, patrio tuearis amore:
 500 Et mihi sollicitae lenimen dulce senectae
 Quamprimum (omnis erit nobis mora longa) remittas.
 Tu quoque quamprimum, (satis est procul esse forem)
 Si pietas ulla est, ad me, Philomela, redito.
 Mandabat; pariterque suae dabat oscula natae:
 505 Et lacrimae mites inter mandata cadebant.
 Utque fide pignus dextras utriusque poposcit;
 Inter seque datas junxit; natamque nepotemque
 Absentes memori pro se jubet ore saluent:
 Supremumque vale, pleno singultibus ore,
 510 Vix dixit: timuitque suae praefugia mentis.
 Ut semel imposita est pietae Philomela carinae;
 Admotumque fretum remis, tellusque repulsa:
 Vicinus, exclamat: mecum mea vota feruntur.
 Exsultatque animo, vix & sua gaudia differt.

Bar.

Statius x. 184.

Sumere vittas:

Vestra fides, isto non discordante, solagit.
 Vid. Heins. & Drakenb. ad d. l. Silii.

498. Cognataque pectora.] Mallet, cognataque foedera; plus enim relationis est inter fidem, foedera & Deos; quam si hic interferas pectora. Passim Noster, huius foedera, socialia, conjugalia iura, &c. Scanzver. apud Tan. Fabr. lib. 11. Ep. 71.

499. Per Superos.] Cum superiora per articulum connectat, non recte hic omitti videntur. in Merardi est, perque Deos. in aliis, per superosque. in Regio. Et Superos oro. pro cognataque pectora, quae non recte capio, mallet quoque cum Scheppecro, si per codices liceret, cognataque foedera, vel pignora. quae voces saepe consulae. Vide Schott. 11. obscr. 57. Sic etiam lib. vii. 497. confunduntur. apud Lucianum quoque lib. vii. 335.

500. Sive quis infesto cognata in pectora ferro
 hit, seu nullum violabit vulnere pignus.

Plurimi codices habent, pectus. & apud Val. Flac. 1. 605. nil me tua pignora sanguis, recte viri docti pro pectora referri iusserunt. BURN.

499. Patrio ut tuearis amore.] Tò ut non agnoscat secundus & quartus Medicus cum Mureti excerptis. eleganter. pro sollicitae lego, sollicitae foestas cum utroque Hamburgensi, & decem aut duodecim aliis. HEINSIUS.

500. Satis est vidisse forem.] Procul esse scripti omnes uno Patavino & uno Strozzae excerptis. quod cur rejiciamus, nihil causae est. HEINSIUS.

501. Pariterque suae dabat.] KuziQyov illud mandabat, dabat, vitari posset; si cum quinque scriptis dedit legatur.

506. Utque fide pignus.] Simplicius in Palatino, Ut fidei pignus dextras utraque poposcit. DAN. HEINSIUS. Vide supr. ad lib. 111. 341.

506. Dextras utraque poposcit.] Utraqueque Priciano lib. viii. p. 781. HEINSIUS.

508. Rogat saluent.] Jubet Sxianus, & unus meus, ex veteri formula, Jubet salvere. Iuxta Sed regat & salutes. agnoscit Pricianus lib. vi. p. 764.

511. Ut simul imposita est.] Lege, ex fide meorum lib. aliorumque vet. Ut simul imposita est. Ut fit simile illi:

Navim cum semel conscendit, visus est nunquam. CIOFANUS.

Multi veteres, ut semel. HEINSIUS. At simul plurimi, ut lib. viii. 449. sed ut semel placet. ita Epil. xii. 175. ut semel intravit Calchos Pegasus iusto. sic supr. vs. 252. quod fioni vid ad Quind. decl. vi. 2. ut primum unus Moreti. sic supr. vers. 447. BURNMANNUS.

512. Admotumque fretum remis.] Hypallage est: mari namque remi, non mare; admovetur remittunt autem remi admoveri dicuntur mari, cum remigatur, navisque remis impellitur. Recor. Immo simpliciter intelligendum, ut sit aversio in admoto freato, & repulsa tellure. MICEVLIUS. Insolentior haec mihi locutio videtur, nisi per hypallagen capiamus cum Regio. nec Micylli interpretatio placet satis. Scio, admoveri loca dici, atque iter, ut ostendit Gronov. Diar. Stat. cap. 21. & ita posset capi, pro provecta in altum, ut illi loquuntur: sed videamus scriptos codices. in uno Leidensi erat, amovum. forte scriptum, amovumque non male: nam proprie moveri & amoveri aequat remis dicitur: vide ad vers. ultimum huius libri. Lox.

515 Barbarus: & nusquam lumen detorquet ab illa.
 Non aliter, quam cum pedibus praedator obuncis
 Deposuit nido leporem Jovis ales in alto:
 Nulla fuga est capto: spectat sua praemia raptor.
 Jamque iter effectum; jamque in sua litora fessis
 520 Puppibus exierant: cum rex Pandione natam
 In stabula alta trahit, silvis obscura vetustis;
 Atque ibi pallentem, trepidamque, & cuncta timentem,
 Et jam cum lacrimis, ubi sit germana, rogantem,
 Includit: fassusque nefas, & virginem, & unam
 525 Vi superat; frustra clamato saepe parente,
 Saepe sorore sua; magnis super omnia Divis.
 Illa tremit, velut agna pavens, quae faucia cani
 Ore excussa lupi, nondum sibi tuta videtur:
 Utque columba, suo madefactis sanguine plumis,
 530 Horret adhuc, avidosque timet, quibus haeserat, unguis.

Mox

Lormentis, percussisque fretum. etiam non male: deinde post repulsa, est dele ex trium codicum auctoritate. BURNMANNUS.

513. Nemo.] Vicinus Palat. Medic. & quinque ali. vid. lib. iv. 496.

514. Exsultatque.] Hic etiam verus est suspensio. HEINSIUS. Videtur effectum ex lib. iv. 350. & it. 863. posset tamen legi,

Exsultatque animo vix jam sua gaudia differt.

in uno etiam Leidensi erat, Exsultatque animo & vix in Basiliensi, Exsultatque animo, vix & etiam bene.

515. Lumen detorquet ab illa.] Variant admodum scripti, distorquet, deflectit, sua lumina torquet, vel fessit nonnulli. sed praecipue aridet utinus Moreti & Gronoviani lectio, Lumen declinat ab illa. ita & inf. vii. 88.

Sic se declinat ab illo.

Uti etiam alii, detorquet. Val. Flac. iii. 69.

At miserae declinant lumina Thebas.

Stat. ii. Acaill. 213.

illae quoque obliquos disiecta ad moenia vulnus Declinat.

Nonnulli etiam multi libri. BURN.

516. Pedibus aduncis.] Obuncis Florentinus S. Marci. & Neap. cum duobus Medicis, bene, ab uno Moreti, & tres alii. vide adnotata nostra ad Virgil. xi. Aeneid. 755. proximo versu, nido in alto multi ex melioribus, pro ab alto. HEINSIUS.

517. Jovis ales in alto.] Emenda, ut legitur in vet. Jovis ales ab alto. Quod sensus videtur postulare. CIOFANUS. Non video, nisi distinguas, Jovis

ales. Ab alto nulla fugae est. ut Gruterio placuisse notavit Heinsius in ora codicis sui.

517. Jovis ales.] Desiquant; est Aquilae, quae nunquam à Jovis latere, ut ajunt, discedit. Sic & 111. Art. 420.

Et Jovis ad multas devolat ales avos.

CIOFANUS.

518. Capto.] Rapto Leidens. Lovan. & quatuor alii. praena victor duo Basil.

519. Iter effectum.] Expulsa Gronov. in restum Leidens. effectum sec. Medic. & Neapol.

519. Fessis.] Fessis quatuor scripti. Ioffi Vossianus sed nihil mutandum: ita fessa carina 111. Art. 748.

522. Atque ibi.] Atque ita Cantab. & Sprotii. jamque ita unus Heinsii. Cuncta parentem Basil. alii, timentem, sremtentam.

525. Vi superat.] Vi superat Gronov. male. sic lib. Art. 343.

Ergo ego ne dubita cunctas superare puellas.

Ubi nihil mutandum ex hoc loco patet. BURN.

526. Super omnia.] In primis, praesertim, maxime. Sic lib. viii. 677.

super omnia vulnus

Accessere boni, nec iners, pauperque voluvas.

CIOFANUS.

527. Tremis.] Tremis Palatini omnes, duo Basil. & tres alii: pavet Lovan.

528. Ora.] Dente duo lib. expulsa Sprotii & unus Moreti.

529. Utque.] Utrae Medic. unus.

Mox ubi mens rediit; passos laniata capillos,
 [Lugenti similis, caesis plangore lacertis,]
 Intendens palmas, Prò diris, Barbare factis,
 Prò crudelis, ait! nec te mandata parentis
 535 Cum lacrimis movere piis, nec cura fororis,
 Nec mea virginitas, nec conjugalia jura?
 Omnia turbasti. pellex ego facta fororis:
 Tu geminus conjux. non haec mihi debita poena.
 Quin animam hanc (ne quod facinus tibi, perfide, restet)
 540 Eripis? atque utinam fecisses ante nefandos
 Concubitus! vacuas habuisssem criminis umbras.
 Si tamen haec Superi cernunt; si numina Divum
 Sunt aliquid; si non perierunt omnia mecum;
 Quandocumque mihi poenas dabis. ipsa, pudore

Pro.

Urque

531. Mox ubi mens rediit. Lib. ix. Mens tamen ut rediit. Et lib. xiv. usus est priore hemistichio. Aliter alibi: Urque animus rediit, pariter redire dolores. Et Terentius in Heecyra:

Illic verbo animus mihi rediit. CIOFANUS.

532. Lugenti similis. Versus adulterinus. HEINSIUS. Plangenti similis test. Medic. Heinsius tentaverat, liventesque sinus. vel fulgentisque, vel lucteque.

533. O diris, barbore factis. Duo veteres, Prob. Scibe,

— prò diri barbore facti!

Prò crudelis! ait. HEINSIUS.

535. Fii. Sais Junian. nec causa fororis. Idem.

536. Nec mea virginitas, nec conjugalia jura. Conjugalia hexasyllabon est, non pentasyllabon, ut fere codices erant. GLABRANUS. Vid. lib. v. 3.

538. Tu geminus conjux. Geminis primus Gronovii. foreri unus meus chartaceus. Geminus conjux, quomodo duplex thalami Statio de eadem se lib. xii. l'heb. 479.

— Geteas non plura queruntur

Hospitibus rectis trunco sermone volueres,

Cum duplex thalamos et iniquum Therae clamant. HEINSIUS.

538. Non haec mihi debita poena est. Hostis mihi dubia veteres plerique. Hoc hemistichium puto additum à scolo: & hecnam esse relinquendam, quales in Virgilio etiam multae occurrunt HEINSIUS. Ovidium reliquiae lacunas nulla potest esse suspicio, cum in scriptis semper & ubique pleni versus exhibeantur, aliter atque in Virgilio. puto autem recte sentium sibi coniare elegantem, si modo legitur, *non haec mihi credita poena, ut poena pro calamitate, miseria, infelici casu ponatur.*

ut Lib. ii. 99. poenam pro munere passis. & alibi laepe. vid. ad Trist. ii. 507. possit & vulgata exponi, non merui hanc poenam. ita debere poenas Juvenal. Sat. x. 213.

Et poenas metuet, quascumque maritis iratis debent.

Et ita debere saepe sumi notum est. BONMARTINUS 539. Quin animam hanc. Multi delent à hanc. HEINSIUS. Neque hanc voculam delendum hanc, id est, tam vilem nunc, quam post dedecus hoc retinere non laboro. 1. Trist. ii. 35.

Opprimet hanc animam fluctus.

Val. Fl. l. 675.

Da reddere teris

Has animas,

Et 749.

Quin rapis hanc animam.

vii. 285.

Ut tamen hoc sacra corpus de morte receptam; Hanc animam sciat esse suam.

Virgil. r. Æn. 98.

Tuaque animam hanc effundere destra.

Ubi videndi Servius & Cerda. & ita centies Poetae. BURM.

539. Restet. Diste Junii & Vossii. parum refert ita Florus & alii saepenumero. vid. ad lib. ii. 471.

541. Si tamen hoc. Haec meliores. HEINSIUS.

543. Si non perierunt omnia mecum. Ita pene dolore saepe omnia secum intevire miferos optasse, notat Munckerus ad Anton. Liber. cap. 5.

547. Saxa movebo, etc. Implera sicut ita solate nescio, an ex consuetudine Ovidiana sit dictum. Certe excerpta Langermanni multo elegantius, meo iudicio,

Implero silvas, et conscia saxa querelis.

ita lib. ii. 37.

Dapas virides, amplamque querelis

Etiam implerat, si vanaque fororis auctam. Lib. iii. 179.

Sedistque elatibus omnia implere nemus. Epist. v. 73.

implereque secretam querulis ululatus idem.

ix. Fast. 381.

Quaerensque ingreditur, miseris losa cuncta querelis Juvener.

Et ita passim Nofter. Valer. Flac. ii. 167.

Tom voce Deus, tuum questibus implent.

Et vi. 746.

Tergoque versa tuens his coelum questibus implat.

viii. 171.

Sanctique implet furor omnia quæsta.

Vide infra ad lib. vii. 120. pro conscia saxa, unus Lavamensis, concava. BURM.

548. Audiat. Idem, Audiat. HEINSIUS.

551. Quo fuit acinelus. Ita supra de Pyramo iv. 119.

Quo erat accinctus, demisti in illa ferrum.

CIOFANUS.

551. Vagina liberat ensam. Mellior est lectio meorum lib. Dominic. atque unius Caelsti. & Maffiacani, in quibus est, *Vagina deripit ensam.* In theto Caelsti. *Traxerat.* Sed illud multo magis mihi aridet. Ita enim loquitur Virgil. lib. x.

Veniens nitidam vagina deripit ensam. CIOF.

Impertini fecere Ciofano librarii: hic enim versus est apud Nollum lib. x. 475. ubi eadem lectionis varietas, ut & lib. ii. Fast. 793. apud Virgilium quoque lib. iv. 579. pro, *vaginaque eripit ensam.* quidam codices liberat habent. Diætyl. Cret. lib. iv. cap. 11. *Quo Alexander liberato gladio procurrrens, in castrum hostem per utrumque latus geminato ietu transijit.* vulgo, *librato.* male etiam ibi, *adversus*

hostem legebatur. Heinsius hunc locum recte constituit ad Petron. cap. cxxxvi. BURM.

552. Arreptamque comâ. Arreptamque nonnulli. HEINSIUS. vid. ad lib. ii. 476.

553. Jugulum parabat. Quindil. decl. cccc. jugulum contumaciter parabant.

555. Ille indignanti. Indignanti, vocanti, & Luctantique loqui. Arondelianus. quod probò. pro forcipe prim. Medic. prim. Erfurt. prim. Vatic. voss Mentel. & Nonicus, forcipe. S. Marci, forcipe. ut & Spiritensis. sic libro ix. 78.

Cæs guttura forcipe pressus.

Et libro xii. 227.

Quod forcipe curvas

Cum sabet eduxit.

Posteriore loco idem S. Marci codex, forcipe pro-ri, forcipe Bernegg. Spir. & prim. Vatic. & sic in illo Maroniano loco libri viii. 453. variatur in pificis exemplaribus, *versatque tenaci forcipe.* sed enim forcipe veram esse illic scripturam Cæsius & Servius testantur. Persius Sat. iv.

Illicisq; natos labefactant forcipe.

Columella lib. vi. cap. 26. *duobus angustiis ligneis regulis, veluti forcipibus, apprehenderi testium nervos.* ubi in vetustissimo codice scriptum ostendit, *por-ficibus* pro forcipibus. HEINSIUS.

556. Compræsam. Plurimi codices, *compræsam,* quod majorem vim notat. lib. ix. 78.

Ses guttura forcipe pressus.

556. Linguam abstulit. Linguam abstulit. Sic loquitur Plautus in Amphitruone, ii. 1. 6. *Quid est quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam (scilicet) scelus, linguam abstulit.* Alio modo in Aulularia ii. 11. 12. *Quasi ego jam linguam præcidam, atque oculus effodiam domi.* Idem alio modo in Mil. Glorioso ii. 11. 47. *Nonne tibi istam præternocari linguam Laryngum jubet?* Anacreon docet, Terentium Hirundini linguam abstulisse:

Utque salire solet mutilata cauda colubrae,
 560 Palpitat, & moriens dominae vestigia quaerit.
 Hoc quoque post facinus (vix ausim credere) fertur
 Saepe sua lacerum reperisse libidine corpus.
 Sustinet ad Procnem post talia facta reverti.
 Coniuge quae viso germanam quaerit: at ille
 565 Dat gemitus fictos, commentaque funera narrat.
 Et lacrimae fecere fidem. velamina Procne
 Deripit ex humeris, auro fulgentia lato:
 Induiturque atras vestes: & inane sepulcrum
 Constituit: falsisque piacula manibus infert:
 570 Et luget non sic lugendae fata sororis.
 Signa Deus bis sex actō lustraverat anno.
 Quid faciat Philomela? fugam custodia claudit:

Structa

1^o μῦλλον, inquit, ἐὺδῶλον ἐστὶ
 τὸν γὰρ ἄλλοθεν, ὡς ὁ Τεγεῶδες
 Ἰσχυρὸς, ἐκέρειν. Clor.
 Absciderit margo Berlimanni: & seras multi scripti,
 sed confuso etiam Statius hoc sensu lib. 111.
 Th. 87.

Media orsa loquentis
 Absulerat planam capulo latas.
 558. Tremens immurmurat atras.] Puto, fremens.
 quod & alibi non semel corruptum. tremens enim,
 & palpitat, quod sequitur, eadem sunt. HEINS.
 immurmurat adae Lovaniens.

562. Libidine corpus.] Dominic. & Caesell. ca-
 piline. Clorfan.
 566. Et lacrimas fecere fidem.] Scribe, Et la-
 crymae. Deinde, Deripit pro Deripit; ex fide ve-
 tulliorum. de quo alibi. lib. ix. 635.

— à pectore vestes
 Deripit.
 apud Maronem libro x. 114. in Veterimis exem-
 plaribus,

Strymonio dextram fulgenti deripit ense. HEINS.
 Vide ad lib. 111. 53. deripit Gubhardus volebat, quem
 resutavit Gronov. Diatr. Stat. cap. 56. Scripsit u-
 nus. Scripsit duo.

568. Induiturque atras.] Induiturque nigras unus
 Moreti.

569. Confutuit.] Insistuit tres libri, quod ele-
 gantius mihi videtur. ita 1. Fall. 581. ex MS.
 Insistuitque tibi, quae maxima dicitur, aram.
 Vulgo, consutuit: ita enim & Val. Plac. 111.
 427.

Circum humiles aras, ignotaque nomina divum
 Insistuit.

Ita insistere mentas, toros, & similia, de quibus
 latus aliquando de Valer. Flaccam. insistere arbori-
 gen dixit Sueton. Galb. 1. & vitina Grammat. 23.
 BURMANNS.

569. Piacula manibus infert.] Male alii, effor.
 hinc enim & Inferiae. pari modo apud Maronem
 Aeneid. v. 632. de inferis,
 — nec meritis Aeneidae inferret honori.

Et lib. 111. 66. de iisdem:
 Inferimus tepido spumantia cythra lactis.
 Diety's Cicerentis lib. v. 8. Inter quae tam sellata
 Cassandra Deo plena visummas Hectoris unum inferi
 impurat; ita probe vetustus codex apud me. vulgo,
 transferro. Lactantius lib. 11. Divin. Insit. cap. 4.
 Ergo his ludicris et ornatis et grandibus pupi, et
 angustis, et thura et odore inferunt. piamia h-
 rond. voce Nafoniana. HEINS. Hinc in curatissi-
 ma dona tulit, postea defendi lib. 111. Am. ix. 30.
 pro insulit.

572. Custodia claudit.] Servus Loidensis: sed in
 iter claudere Epist. xix. 140. fuga vero est hic si-
 gendi facultas; ita inf. lib. xiv. 219. erasque ju-
 gam. Florus III. 10. Cum inter moras Casjar ab-
 hisset fugam. Diety's. lib. iv. 9. undique odenta feg.
 BURMANNS.

573. Solido.] Rigido alter Gronovii.

574. Grande doloris ingenium est.] Dolorum quo-
 tuor scriptis: ut verbum substantivum forte fit tol-
 lendum. HEINS. Dolentis Oxoniens. ego nihil im-
 peto. Petron. c. 135. Grande quiddam paupertatis inge-
 nium. Stat. 111. 153. ingenium crudelle necis. ubi vid.
 Barth. 11. Theb. 462. Nec piger ingenuis scelerum. It.
 facie Tertullianus. Ingenium vestigiae de Pallio. cap. 3.
 ingenia poenarum. de Resurr. car. 3. & similia. Ph.
 ix. cap. 17. M. Apicius ad omnia luctu ingenium mi-
 ris. simile vero huic Ovidiano loco illud Manili
 lib. 1. 80.

Et labor ingenium miseris dedit.
 Et Martial. Spect. xiv.

O quantum est subitis castibus ingenium.
 Quem locum etiam Douza adscripsit. alia est ve-
 10

Structa rigent solido flabulorum moenia saxo:
 Os mutum facti caret indice. grande dolori
 575 Ingenium est: miserisque venit follertia rebus.
 Stamina barbarica suspendit callida tela:
 Purpureasque notas filis intexuit albis,
 Indicium sceleris: perfecta que tradidit uni:
 Utque ferat dominae gestu rogat. ille rogata
 580 Pertulit ad Procnem: nec scit quid tradat in illis.
 Evolvit vestes saevi matrona tyranni:
 Germanaeque suae carmen miserabile legit:
 Et (mirum potuisse) filel: dolor ora repressit:
 Verbaque quaerenti fatis indignantia linguae
 585 Desuerunt: nec flere vacat. sed fasque nefasque
 Confutura ruit: poenaeque in imagine tota est.

Tempus

10 ratio constructionis in illis Statii lib. v. Silv.
 111. 18.

Da vocem magno pater ingeniumque dolori.

BURMANNS.
 575. Sclertia rebus.] Curis Langerni. sajientia
 rebus Vossian.

576. Stamina barbarica suspendit callida tela.]
 Si tela est opus ipsam, quod examine, & trama
 paulatim conficitur, hic certe abusus videtur no-
 mine, & vel pro iugo, vel transversa pertica in
 altum suspensa, accipiendum, quomodo texunt,
 qui proloque conficiunt texta. GLAREANUS. Multi
 ex vetullioribus, pallida, sed callida verum est.
 quomodo Zalicemianus. Cantabrigiensis etiam,
 & unus meus, cum Moreti fragmento pro diversa
 lectione. lib. iv. 43.

Callida per tentoras versato cardine Thibe,
 Fuguliter.

Lib. vii. 301.

— quas tempore callida parvo
 Colaris amicitiae mendacis imagine cepit.

Simile mendium ex Propertio quoque tollendum
 libro iv. Eleg. III.

Afflat una soror curis; et callida nutrix
 Peperit hyberni temporis esse moras.

Vasa, inquit, nutrix pejerat moram reditus tui
 hybernae tempestati esse imputandam. Codices
 scripti editque perperam illic, pallida nutrix. Sta-
 tius lib. 11. Silv. vi. 25.

Non talem Crossa superbum
 Callida sollicito revocavit Thygea filo.

Et Achillides 11. 321.

Callida foemineo genetrice ovarit amicta. HEINS.
 Vide ad 1. Amor. x. 4. unus codex pendula hic ha-
 bebant.

578. Tradidit.] Credidit unus Leid. & alter Hein-
 si. Tradidit Medicus pr.

Tom. II.

579. Illa rogata] ille primus Medicus excerpta
 Calandrac, prior Hamburg. & octo alii. quomo-
 do Urbinas quoque & Neapol. pro diversa lectio-
 ne. quod si admittimus, ut adnotandum censco,
 mox pro, nec quid tradat in illis, expono, quid
 tradat nefcius illi. non nonnulli, quod tradat nefcit
 in illis, vel, quid tradat nefcia in illis, aut etiam,
 quid nefcia tradat in illis, ut de ancilla sermo fit
 lib. ix. 155.

— quid tradat nefcia, lactus
 Ista suos tradit.

LIBRARIUS libro vii. 190.

Moera, et ignorat causas, animoque dolentem
 Corripit, Lematibus quid perdat nefcius arvis.

Ita optima membranae vulgati, quid perdat ne-
 scit in arvis. duo veteres, ille rogatur. nonnulli,
 rogatum. HEINS.

581. Fortunaeque suae.] Tres Vossiani, unus
 Moreti, unus Patav. Germanaeque suae. rectius.
 HEINS. Fortunae crimen Gronov. ut lib. 111. Met.
 141. Fatum unus Heins. ut vi. 19. & alibi. Germa-
 naeque suae casum Ambros. ut tunc miserabile in pa-
 renthesi ponatur, ut indignum & similia apud No-
 strum. sed carmen miserabile lib. v. 118. paulum a-
 lio sensu.

583. Dolor ora repressit.] Dolor ore crecescit Gro-
 novianus. pudor, vel, timor ora repressit Urbinas.

585. Desuerunt.] Desuerant unus Vossii bene HEINS.

85. Sed saepe nefasque. Confutura ruit. poenae-
 que in imagine tota est.] Hoc etiam in loco, nec
 non vers. 611. ubi ait: Non est lacrymis hoc, inquit,
 agendam, sed serro, alludit ad Tomium Regium
 Scytharum ferocissimum, quae filio a Cy-
 ro Persarum Rege interfecto, haudquaquam la-
 crymis foemineo more parentavit, sed ultione
 plusquam virili. Cyrum namque cum darentis
 milibus Persarum, dispositis in montibus insulis,
 111

Tempus erat, quo sacra solent Triëtérica Bacchi
 Sithoniae celebrare nurus. nox conficia sacris.
 Nocte sonat Rhodope tinnitibus aeris acuti:
 590 Nocte sua est egressa domo regina: Deique
 Ritibus instruitur; furialiaque accipit arma.
 Vite caput tegitur: lateri cervina sinistro
 Vellera dependent: humero levis incubat hasta.
 Concita per silvas, turbà comitante suarum,
 595 Terribilis Procne, furiisque agitata doloris,
 Bacche, tuas simulat. venit ad stabula avia tandem:
 Exululatque, Evoxque sonat, portasque refringit:
 Germanamque rapit: raptæque insignia Bacchi
 Induit: & vultus hederarum frondibus abdit:
 600 Attonitamque trahens intra sua limina ducit.
 Ut sensit tetigisse domum Philomela nefandam,
 Florruiat infelix; totoque expalluit ore.
 Nacta locum Procne, sacrorum pignora demit,
 Oraque develat miseræ pudibunda forori;

Am.

trucidavit, ut scribunt Trogus & Justinus. Quæ etiam de re tales sunt Hendecasyllabi Sidonii Apollinaris, Carm. ix. 28.

Non Cyrum Assyriæ loquor nepotem,
 Nutritum ubera quem seruit canino,
 Cuius non valuit rapacitatem
 Vel Lyli satiare gaze Cressi,
 Cuius nec scribas subacta iunc est,
 Cæcis millibus ante cum duceris
 In vallis Scythicæ coactis arctum
 Orbata ad Tomyris veniret utrum.

JACOBUS A CRUCE.

588. Nox conficia sacri.] Sacris meliores. & sane præcellerat sacra, non facrum. Tibull. I. viii. 48.

Et levis oculis conficia tista sacris.

Sic apud Maronem in veterissimo codice Mediceo alisque lib. iv. 167. conficiens æther Covanbii. Ausonius Parental. carmine iv. ut in Vossiano scribitur exemplari, ex quo Elias olim Vinæus illud poemâ ecidit:

Tu coeli numeris & conficia sidera satis
 Collebas.

Fati nunc legitur. neque obstant Virgilio & Manilii loca à Vinæo adducta, cum utrumque sit in xii. libro vii. 194. Noster,

— tunc, quæ coepit conficia nostris.
 Adjutrix vitæ.

Quare miror vitum maximum in his literis Isaacum Calaubonum in Apulei Apologia pro hominibus suis mysticis dum conficiam, velle reponi, 117

mysticis, Valer. Flaccus I. 211. ex veteri codice:

— Nostris modo conficiens ausi
 Zæqueos vocat ecce Deos Neptunus.

Alii accuratissimum Vossium operis Grammatici libro ultimo de Constructione cap. xiii. ubi plura ad rem. Noster Trist. III. cl. vi.

Nil ita elabas, cui non ego conficiens essim.
 Sic ibi legendum. Stat. Theb. III.

Annusum timeant apicem, qui conficiens alii
 Nollis. HEINS.

Ego tamen mallem:

— Mox conficia sacris

Nocte sonat Rhodope t. ac. a.

Ut passim loca conficia dicuntur. Epist. xv. 158.

Conficia deliciis illa fuere meis.

Ubi vide, & Pier. ad Virgil. iv. Aeneid. 167. & plura ad Val. Flac. I. 211. dabimus. BURM.

591. Accipit arma.] Furialia concipit Leideni & alius, furiosaque concipit Ambros. Heinicus malebat, furiosaque corripit arma. ut furiosi ignis II. Fast. 761. risibus indatas etiam Cod. Menardi. sed ita instrumenta pro cultu lib. xiv. 767. BURM.

592. Vite caput.] Vitta capus tegit & Medic. Aug. & Viviani.

595. Furiisque agitata doloris.] Sorori Gronov. & Lovanienis, quod fere se Heinio probavit. sed vide quæ ad Petronii cap. I. notavimus. & ad Eleg. in Druf. vs. 325.

596. Stabula avia tandem.] Stabularia fragmentum Moreti & unus Palat. Boxhornii fragmentum 78 avia abest. Gebhard. III. Crep. II. etiam se-

605 Amplexuque petit. sed non attollere contra
 Suffinet hæc oculos; pellex sibi visa fororis:
 Dejectoque in humum vultu, jurare volenti,
 Testarique Deos, per vim sibi dedecus illud
 Illatum, pro voce manus fuit. ardet, & iram
 610 Non capit ipsa suam Procne: sletumque sororis
 Corripens, Non est lacrimis hic, inquit, agendum,
 Sed ferro; sed si quid habes, quod vincere ferrum
 Possit. in omne nefas ego me, germana, paravi.
 Aut ego, cum facibus regalia tecla cremaro,
 615 Artificem mediis immittam Tereâ flammis:
 Aut linguam, aut oculos, aut quæ tibi membra pudorem
 Abstulerunt, ferro rapiam: aut per vulnera mille
 Sontem animam expellam. magnum, quodcumque paravi.
 Quid sit, adhuc dubito. peragit dum talia Procne;
 620 Ad matrem veniebat Itys. quid possit, ab illo
 Admonita est: oculisque tuens immitibus, Ah quam
 Es similis patri! dixit. nec plura locuta,

Triste

lularis legit, & sumat loco Columellæ libro vi. cap. 23. de hubus: si voluit ex militari disciplina intra stabulariæ castra manserint. HEINIOS. Sed in Columellæ loco agitur de stabulario vel præfecto stabulis; sic & lib. viii. 553. stabularia pro stabulis. alia quidam scripti. mox, portasque refringens, pro refringens MSS. habere testatur idem Gebhardus.

598. Insignia Bacchi.] Bacchos unus Mediceus. sed male. ornatus enim ille erant Dei insignia. ita Justin. viii. 2. insignia Dei Apollinis vocat coronas aureas. sic insignia Jovis lib. III. Met. 286. libris lib. ix. 775. &c. BURMANNUS.

599. Frondibus abdit.] Abdit tres scripti. ad illa prim. Vatic. & duo alii. ambis quatuor. HEINIOS. Implet unus Medic.

602. Vitta sua moenia.] Alii, limina. NAUGERIOS. Quidam vet. intra sua moenia. CIOFANUS. Amicus fec. Palat. Urbini. excerpta Jureti, & sex alii. quod magis placet, cum à sequentibus confirmetur. HEINIOS. Eadem varietas lib. xiv. 456.

603. Horrit.] Corruit Oxon. & Florent.

604. Ora arcuat fororis.] Sorori septem veteres. bene. HEINIOS. Demdat Neap. & quinque alii.

605. Amplexuque petit.] Amplexusque tres. duo, Amplexuque. Lege, Amplexuque petit, cum dicitur Mediceis & uno Boschnano. ora videlicet. sic Epist. xiv. 69.

Duo petit amplexu, sopitaque brachia iactas. Ita cum illic scribendum. HEINS. Vid. ad illum locum notata.

606. Sororis.] Sorori Leidenis & sex alii. vid. sup. 537.

607. Dejectoque in humum vultu.] Dejectoque quartus Medic. unus item, in humo. Forte, Dejectoque in humo vultum jurare volenti.

HEINIOS.

610. Hætuoque.] Hætuoque plurimi.

611. Non est lacrimis hoc, inquit, agendum.] Hic scribe. nam duo libri, his. Lovanienis pro diversa lectione, ut coniecimus. HEINIOS. Vide ad lib. I. 278.

612. Sed si quid habes.] Sed si quid ex scriptis. HEINS. Vide ad lib. v. 17. & 507.

613. Cum facibus.] Cum adverbium temporis est, quod plerique quæ scribunt: non autem præpositio. CONS. PANENSIUS. Sed si sequenti versu legas, artificem & molis, ut in sex scriptis est, vel artificem molisque ut in quinque, cum posset esse præpositio. nam illam etiam instrumento, quo aliquid agitur, addidisse veteres indubium est. vid. ad III. Art. 356. Præterea vulgata artificem molis servari potest, cum passim talia hæc dicitur apud Nolum occurrant. sed & si cum uno Mediceo legas, cremando, planior erit sententia. BURM.

614. Cum facibus cremabo.] Scribe vel invite libris, cremaro. HEINS.

616. Et quæ tibi membra pudorem Abstulerunt.] Ita est in lib. prælo subjectis. In meo antiquiore, Abstulerunt. In aliis omnibus, Abstulerunt. CIOFANUS. Aut rectius multi veteres. & Abstulerunt, pro Abstulerunt cum melioribus. & magnum quædamque sine qd. HEINS. ita apud Claudian. I. in Eutr. 237. Pro.

Triste parat facinus; tacitæque exaestuat irâ.
 Ut tamen accessit natus, matrique salutem
 625 Attulit, & parvis adduxit colla lacertis,
 Mixtaque blanditiis puerilibus oscula junxit;
 Mota quidem est genetrix; infraetque consistit ira;
 Invitque oculi lacrimis maduere coactis.
 Sed simul ex nimia matrem pietate labare
 630 Sensit: ab hoc iterum est ad vultus versa fororis;
 Inque vicem spectans ambos, Cur admovet, inquit,
 Alter blanditias; raptâ filet altera lingua?

Quam

Prodigium quodcumque loquor.
 Ut Heinſius reſtituit, & hoc Naſonis loco conſirmavit.

620. *Ad matrem veniat Ilys.* Ilys & appellatio eſt, qua rotæ curvæ circumferentia ſignificatur. & pueri Prognæ & Tereï filii nomen, qui & *Iylas* ſuit cognominatus, quod ſignum & argumentum fuerit calamitatis, quæ parentibus ipſique evenit. *vôlav*: enim Græci ſigna miſeriæ vocant. REGIUS. At hoc remotius fuerit *ἀπὸ τῶν πτόλων* vocari *Ilym*, ſive *Ilylam*, cur enim propoſita litera *I* foret? quare *Ilym* à voce hirundinis, quæ *τῶν ἰτρῶν ἕρμενεύειν, ἰτρ, ἰτρ*, gemebunda voce ſonat, ut & Græci ſentire videntur; aut certe *Ilylam*, & per Apocopen *ἰτρῶν*, quaſi *viv*, ſive *ἀπὸ τῶν*, ſive etiam *ἕρμην* (hæc enim Græcis *ἰτρῶν* ſignificat) dictum puto. METELL.

620. *Ab illa admonita.*] Barberin. cod. in illo.

621. *Invictibus.*] *Non vitibus* unus Moreti. vid. 3. Amor. vi. 17.

622. *Et ſimilis patri*] *Quam ſimilis patri ei*, non inconcinna repetitione unus Baſil. & unus Medic. HEINſIUS. Hæc ex ſchola & declamationibus tranſtulit Naſonem putat Baſil. XLII. Adver. 18.

625. *Et parvis adduxit colla lacertis.*] Matris colla parvis brachiis circumdedit. eſt autem hypallage. collo enim adduci brachia dicuntur potius, quam è diverſo. REGIUS. *Adducere* conſtringere hoc loco ſignificat. CONSTANT. FANENS. Neſcio, quid hoc loco ſonnet Regius. Verbum autem *Adduxit*, expono amplexus eſt, circumdedit, conſtrinxit. Sic lib. ix. 52. *Adducta brachia dixit*, implicata, connexa: *Adductaque brachia ſolvit*. Aliter loquitur lib. xi. 240.

— *Invictis: ambobus colla lacertis.*

Plautus in Aſinaria. III. III. 106.

Circumdato me brachiis, mentique collata compleſte.

Pa autem figura, quam hoc loco eſſe ait ille, uti videtur, poeta lib. item ix. 457.

Quæd jam fraterne circumdedit brachia collo.

CIOPIANUS. *Motris lacertis* primus Moreti, prim.

Hamburg. & alii duo. *patris* Moreti fragmentum. Forte, *utris*. lib. ix. 33.

— *tenens varas in ſtatione manus.*

Lib. xi. 83.

— *longos quoque brachia vara*

Effu pates ramos

Sic omnino ſcribendum puto. ubi *vara* nunc circumſertur. Martial. lib. vii. 19. 33.

Vara nec injecto carmate brachia tendis.

ut ibi legendum viri docti jam monuerunt. Statius Theb. vi. 847.

Collaque demerſere humeris, & brachia late

Vara tenent.

De *varis cornibus* egimus Amor. I. el. 111. 24. *varum pedem* habes apud Perſium Sat. IV. 12. & *varam gauram* vi. 18. eidem *varicofis* contumones dicuntur, ſed de *varicis* & *varicofis* plura congeſſiſti artis amatoriae tertio. ys. 304. HEINſIUS. Ego *varis manus*, facile patior in viris ad luſtam & pugnam aut aliud paratis, ſed infanti matrem amplectenti *parvas* magis convenire puto. Epiſt. viii. 93.

Non ego captavi brevibus tua colla lacertis.

E hoc *adduxit* probat, nam cum infantes vix attingere poſſint colla matrum, captant, & inclinantes matris colla adducunt, id eſt attrahunt. male ergo Regius, ſic *adducta ſuavis arbor* lib. viii. 775. *adductus ramus* 111. ex Pont. v. 9. ſic *adducere vinola* Val. Flac. v. 160. & *adducere laquei turmas*. idem vi. 133. & ita paſſim Noſtro & aliis *adductus arcus*, quando nervo cornua ejus attrahuntur. vid. ad lib. I. Poſt. 305. BURMANN.

(27. *Infracaque conſiſtit ira.*] Puto, *conſiſtit*.

HEINſIUS. *Conſiſtit* rectum eſt. *ceſſavit* aliquantum, nec ulterius it. nam *conſiſtere* proprie de iis, qui à vehementiori animi motu *quæſcunt*. ut ſæpe apud Noſtrum. vid. ad Petron. cap. XLVI. & ſupr. ad lib. v. 280. & Gronov. iv. obl. 26. non ergo tota ira concedit, ſed aliquantum infraetæ quæſcit, donec iteram vehementius mota eſt. BURM.

629. *Sed ſimul ex nimia mentem pietate labare ſenſit.*] Duo Varie. & unus meus. *Sed ſimul extimâ*. quod valde probo. CIOPIANUS.

629. *Mentem.*] *Mortem* Cantabrig. Oxon. ſe-

quendo

Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa ſororem?
 Cui ſis nupta vide, Pandione nata, marito.
 635 Degeneras. scelus eſt pietas in conjuge Tereo.
 Nec mora; traxit Ilyn: veluti Gangetica cervæ
 Lactentem foetum per ſilvas tigris opacas.
 Utque domûs altæ partem tenuere remotam;
 Tendentemque manus, & jam ſua fata videntem,
 640 Eia, & jam, mater, clamantem, & colla petentem
 Enſe ferit Procne, lateri quâ pectus adhaeret.
 Nec vultum avertit. ſatis illi ad fata vel unum.

Vultus

emulus Medicus, prior Erfurt. Spireniſis, uterque Hamburg. & octo aut decem alii. Lege, *matrem* cum tertio Medic. Lovan. & uno Baſil. *matrem*, pro materno adfectu. Seneca Medea 927.

— *ira deceſſit loco:*

Materque itæ conjuge expulſa reſtit.

Cluſt. III. Rapt. 104.

Quod ſi non emicum populiſſi pectore matrem.

ſic lib. viii. 463. de Althæa, Noſter:

— *pugnans materque ſororque.*

Libro XII. 19.

— *juſſuquam pietatem publica cauſa*

Reſque patrem viſit.

Quod non eſt mutandum. Statius Theb. xi. 659.

de Creonte,

— *jam ſeſtere patrem*

Inviti, atque datis aboleræ Minoetæ regnis.

Et poſſet 668.

Mox reſti in regem.

Perſus Sat. I. ubi agit de rure:

Ubi ſeſens, ſulcoque terens dentalia Quinti,

Cui trepidæ ante boves diſtatores induit Uxor.

Sic abitor eſſe corrigendum. *diſtatores* pro *diſtata* legi in nonnullis exemplaribus perveſtitaæ notæ jam alii monuerunt, & nos quoque id ipſum invenimus. ſed *eam*, pro *quem*, caſtigari oportere nemo, quod ſciam, viderat. in uno ex tribus codicibus manu exaratis Bibliothecæ Leideniſis ſcriptum eſſeſſi *eam*, in altero *quam*; proxime veram lectionem. *diſtatores induere* pro habitu induere dictiorum. poſſet etiam legi in Perſio, *quem induit diſtatores*, & rectius fortaliſſe. ſi *eam* induit, quod Cæcubono aridebat, tum etiam *diſtatores* accipias, ut ſe ſubintelligat. HEINſIUS. Confirmat Heinſii emendationem Francofurtenſis codex. ſic Grat. Cyrog. 304.

Frangique induſtria matres.

Cluſt. IV. conſ. Honor. 157.

Induente patrem.

Valer. Max. v. viii. 1. de Bruto, *exiit patrem, ut*

complem agerem. Noſter, XIII. 187. *Atque in regem*

tamen pater eſt. Vid. ad declam. Quintil. I. 2.

& XII. II. & Calpur. decl. I. & Baſil. ad Stat. x.

616. XI. 107. *extimâ* vero multi ſcripti: ex *minima* unus. ex *ima* alius. in *minia* Regius nōus. *extimâ* MSS. Berſman. ſentit etiam Baſil. & Leideniſ. BURMANN.

632. *Rapta.*] *Tacita* plurimi. *muta* Lovan. unde *mutila* Heinſius conjiciebat.

633. *Quam vocat hic matrem, cur non vocat illa ſororem.*] In eodem mco, & Abbat. : *Cur vocat hic matrem? cur non vocat illa ſororem?* CIOPIANUS.

634. *Cui ſis nupta vide.*] Ita Senecæ locum in Medea 171. Heinſius legendum credebat. *M. Medea fugiens?* N. *Mater* et. *M. cui ſis vide.*

635. *Degeneras.*] *Degener* ab! Neap. *degener* ha! Cantab. & duo alii. & ita ex Palatinis Gebhard. Crep. II. 2. *degener* es nonnulli. *degener* ad *ſeſelus* eſt Cæcubonus volebat.

636. *Gangetica.*] Urbinas codex, *Gangetica*. *Gangetica* Gron. & tres alii.

637. *Lactentem.*] *Lactantem* plurimi. *lactantem* unus Medic. *lactantis*. pr. Baſil. & unus Medic.

639. *Videntem.*] *Timentem* Sprotti codex.

640. *Eia mater, mater, clamantem.*] In Bernegg. inter utrumque *mater* tres literæ erant cratiæ. & vel *ia* ſuiſſe videbatur. *Et eia mater clamantem* Neapolitanus à manu prima. Scribe,

Eia, et jam mater clamantem.

quod eſt blandientis. Sæpe hanc vocem corruptam eſſe jam ſupra monuimus. Apud Senecam Hippolyto Act. II. 412.

Incato triformis eia adeæ coaptis favens,

Animum rigentem trifidis Hippolyti doma.

Sic ſcribo. Vulgati, em. veterimus liber, *an*. vid.

ad lib. II. 692. & lib. XII. 422. HEINſIUS.

640. *Colla petentem.*] Medicus, *prementem*, quod & admitti poſſet; jam enim tangebatur lacertis ſuis, & brachiis adduxerat colla matris, cum ſuribunda eum ferit mater. Vide ad iv. 596. *tenentem* duo. BURM.

641. *Adhaeret.*] *Inhaeret* unus Heinſii.

642. *Nec vultum vertit.*] Non eſt dubium, quin matris ſævicia hic exprimat. ſed ſi ſuum vultum

Vulnus erat: jugulum ferro Philomela resolvit.
 Vivaque adhuc, animaeque aliquid retinentia membra
 645 Dilatant. pars inde cavis exultat aënis:
 Pars veribus stridet: manant penetralia tabo.
 His adhibet conjux ignarum Terea mentis:
 Et patrii moris sacrum mentita, quod uni
 Fas sit adire viro, comites famulosque removit.
 650 Inde, sedens folio, Tereus, sublimis avito,
 Vescitur: inque suam sua viscera congerit alvum.
 Tantaque nox animi est, Itya huc arcessite, dixit.
 Dissimulare nequit crudelia gaudia Procne:
 Jamque suae cupiens exillere nuntia cladis;

Intus

Corpora

655 Intus habes, quod poscis, ait. circumspicit ille,
 Atque ubi sit quaerit; quaerenti, iterumque vocanti,
 Sicut erat sparsis furiali caede capillis,
 Profluit: Ityosque caput Philomela cruentum
 Misit in ora patri: nec tempore maluit ullo
 660 Possé loqui, & meritis testari gaudia dictis.
 Thracius ingenti mensas clamore repellit,
 Vipereasque ciet Stygiâ de valle forores:
 Et modo, si possit, referato pectore diras
 Egerere inde dapes, demersaque viscera gessit:
 665 Flet modo, seque vocat bustum miserabile nati:
 Nunc sequitur nudo genitas Pandione ferro.

dicanus, videtur veriti, pro averiti positum: quod ipsam tamen carmen suspiciebat. Et dilant, vide an Progne, an Philomela. GLAEKUNUS. Malim, averiti cum uno Vossiano. HEINSIUS. III. Amor. IX. 45.

Averiti vultus, Erycis quae possidet arces.
 In Strozae codice erat, nec vulnus resedit. BURM.
 643. Jugulum Philomela resolvit.] Hinc vindiciae Virgilio in eclogâ sexta:

Quas illi Philomela dapes, quae dona paravit,
 Et aliis, qui Philomelam in hircuniam, Progenem in luciniam mutatam referunt: Πανδρέου κόρη γλαυκῆς ἀδελφὴ Πατρὸς ἀλοφρομένη Ἰτυλον φίλον, ὅς ποτε κλέψατο Κρητῶν. Hom. Odyss. 19. Varro 4. Orig. Lucinia ex Attica Progne in Iucta facta avis. Scholiales Aristoph. Πρῶτον εἰς ἀδελφὴν. ἢ δὲ φιλομήδεια εἰς γλαυκῆν μεταβλήθη. Sic & Apollodorus lib. III. & Tuetzes 7. Chil. 131. Πρῶτον εἰς ἀδελφὴν, τὴν φιλομήδων κληθεῖσαν βεβίη εἰς γλαυκῆν. Ovid. ipse, epist. Sapphus: Mater Concinuit Ithyriam Daedalus ales Itya, Anacreon, ut ad 557. vers. supra. E contra, plurimorum autorum testimonio allentur metamorphosis Progenes in hircuniam, Philomelae in luciniam. FARNAB.

645. Dilatant.] Dilatantur ex caligacionibus. HEINSIUS.

646. Pars inde cavis exultat aënis, Pars veribus stridet.] Hunc locum expressit Val. Flaccus lib. VIII. 254. Pars veribus, pars undantis desumpnat aënis. CIOF. Pars una cavis Moreti unus de verbo stridere vid. ad Petron. cap. XIV. corruptus in hoc verbo Nonius in lateriti, ex Atreo Accii. Consequitur partem vapore flammam, tribuit veribus lacerta in foetu. ubi malleum, e. p. vapore flammæ stridens veribus lacerta in foetu. Conter & lib. II. Fast. 371. Seneca Thyest. 765. BURM.

650. Ipsy sedent.] Eleganter codex Leidensis, inde. id est ex pueri membris. ut paulo ante, pars inde exultat. Apposue Flor. II. 18. Sic conferta manus plarimi scissi, & quam urgetur sa-

mes, aliquantisper inde vixerunt: id est ex occisorum carne. plura in hanc rem acute dicta invenies in Declam. XII. Quincilianus sub nomine citta. Tertul. Apolog. IV. Infantididum, & pabulum inde. II. Fast. 257. Inde satur. scilicet a pomis. BURMANNUS.

651. Inque suam sua viscera congerit alvum.] Hunc locum forte respexit Valer. Max. lib. VII. cap. 6. Uxores suas utroque ad usum nefarias dapii vertentur, quoque diutius armata juvenis viscera sua visceribus suis aleret, infelices cadaverum reliquias salire non dubitavit, quidam codices hic pro congerit, condidit, alius, inque suam condit sua viscera ventrem, alius, atque suam sua viscera condit in alvum. sed nihil mutandum esse docet mox opposita vox egerere. & lib. XV. 89.

Conspicuous avidum pinguisque corpore corpus. BURMANNUS.

653. Tantaque nox animi est.] Supra 471. Pro Superi, quantum mortalia pectora caecata Noctis habent! CIOFANUS.

Animo flagm. Boxhornii.

655. Quem poscit.] Quod poscit meliores. HEINSIUS.

657. Sparsis furiali caede capillis.] Idem Moreti capillis. Quod mihi probatur maxime: licet priorem lectionem non proflus improbem. CIOFANUS. Furiali è fado malle Gruterum notavit Heinsius.

658. Profluit, Ityosque caput, &c.] In uno meo & uno Caesellino, Profluit, Ityosque. CIOFANUS. Profluit ex scriptis, quia vocalis litera sequitur. HEINSIUS.

658. Ityosque caput.] Quoniam & Ovidio servatum ceterisque pariter, ut prima in Itya syllaba corripitur, excudendam putavere, Ityosque, Graeca inclinatione. Cur non autem extat figura dictum etiam videri possit? ut corrupta syllaba contra rationem producat, quale illud, Exeret Nitona choroi. Et, versa polvis inscribitur hosti. Ait-

qui, si epiti immutandum censeretur, longe aptius credendum, Ityosque: forma sane τὸ πῶτος & indignitatem experimente, ut apud Catullum:

Quaia sub densis ramorum concinit umbris
 Daedalus, absjuncti facta genens Ityli.

MARIANO. Accurs. in Diatribis. Ityosque omnes nostri contra veterem, uno excepto, in quo, puerique caput. Sed scribendum haud dubie, Ityosque caput, atque ita paulo ante etiam lego, quaerenti Ithyosque vocanti, non iterumque, ut est in vulgato. Nam Ityosque vocanti in quatuor libris veteris enarrum offendi. Homerus Odyss. T. vs. 518.

Ὡς δ' ἔτε Πανδρέου κόρη γλαυκῆς Ἀδελφῆ
 Κλέψατο κλέψατο Κρητῶν νέον ἰσανένοιο,
 Διήθητο ἐν πετάλοις κατεζόμενη πυκνῶσιν,
 Ἦτε κατὰ τρωάδα χρεῖς πολυπύργου Φωνῆ,
 Παιδ' ἀλοφρομένη Ἰτύλον φίλον, ὅποτε χυλῆ
 Κρίμα δ' ἀφράδια, κέρου Τηῆος ἔκκερσε.

Que poscis Catullus expressit elegia in obitum suum:

Quaia sub densis ramorum concinit umbris
 Daedalus, absjuncti facta genens Ityli.

Habes Itylam utroque loco, pro Itya ἑπιουσι- κῶς. Illud vero mirum, quod observant viri eruditissimi in Catulli exemplaribus nonnullis antiquis pro Ityli exstatum esse, Prothoi. Ceterum Homerus Actionem Pandarei filiam, Itylam filium Zethi facit. nisi quod Eustathius monet in nonnullis Homeri exemplaribus pro Zetho fuisse scriptum, Zythum, ut Zeten Itylo patrem assignet. recentiores poetae in hac fabula consentientes. Vide quomodo ex Homeri sententia eam interpretentur ad illum locum Eustathius & Didymus. Antoninus Liberalis Metamorphosi XI. ex Boei Ornithogoniâ sic recenset fabulam, ut Homerum in plerisque videtur sequi. Nam & illic Pandareus Epiethus est Aristonum pater. Sed marcus Polytechnus Colophonius, ex quo natus sit Itya. HEINSIUS.

659. In ora patri.] Patri Francofurt. supr. 604. ora devolat forori. Ita lib. IX. 770. ex MS. Crinalem capiti vittam nataque siveque Detrahit.

Non capitis. vid. & lib. XII. 294. Lucan. 7. 193. ea scriptis:

Tum porculis horror
 Membra daci.

Vulgo daci. & VII. 318.
 Ne caedera quisquam

Hosti terga veli.

Ita scripti; vulgo hostis. Martial. VIII. 51.
 Terga premit pueri geminis Amor aureos alii.

Ita Vossianus Codex, vulgo pueris. insuavi geminatione τῶν ἰς. BURM.

660. Et mentis testari gaudia dictis.] Meritis dictis veteres plerique. & recte. HEINSIUS.

661. Thracius ingenti mensas clamore repellit.] In eodem meo, clamore replerit. ad cuius quoque marginem, eadem manu & atramento, scriptum est, Laceravit, vel repellit. mihi replerit, non proflus displicet. CIOFAN. Alia ratio est locutionis huius replerit supr. 547. hic repellit omnino retinendum. id est averiti, protulit. sic lib. IX. 164.

Vista malis postquam patientia repulsi aras.

Et lib. II. 157. repellere repugna. & XV. 299. tellurem repellere. Apulej. IX. Donec sui nimietate commotus maritus, quod res erat tandem suscipiat, ex impulsu mensa proinus, remotaque caeca producit bistium. Removet hic Gronovii codex, sed hoc quicquid ministerii verbum, ut apud Virgil. mensaeque remotae; hic furoris omnia plena. BURM.

662. Vipereasque ciet.] Movet Urbinas. vocat Leidensis & tres alii. Stygia de sedes etiam Moreti fragm.

664. Immensaque viscera gessit.] Neque Immensa, neque Demersa, ut Regius legit, placet. Omnino probatur lectio mconum veterum, quae est, Emersaque viscera gessit. Immensa autem, & Demersa, hoc quidem loco, uonltra sane sunt. CIOF.

Corpora Cecropidum pennis pendere putares;
 Pendebant pennis. quarum petit altera silvas:
 Altera tecta subit. neque adhuc de pectore caedis
 Effluxere notae; signataque sanguine pluma est.
 Ille dolore suo, poenaeque cupidine velox,
 Vertitur in volucrem: cui glant in vertice cristae:
 Prominet immodicum pro longa cuspidis rostrum.
 Nomen Epops volucris: facies armata videtur.

675 Hic dolor ante diem, longaeque extrema senectae
 Tempora, Tartareas Pandiona misit ad umbras.

FAB.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Zetes & Calais ex parte in aves.

Aquila cum Orithyiam Erechthei filiam diligeret, neque ullis precibus à parentibus puellae impetrare potuisset, ut se in adfinitatem recipere, viribus usus suis, Albatas advenit, & puellam raptam in Thraciam perrexit, ibique gravidam fecit: ex qua Zeas & Calais procreavit: quorum humeris alae volucrum increverunt, per quas parentis imaginem referrent.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus;
 Justitià dubium, validisne potentior armis.

Quat.

CIOFANUS. Emersaque vel immeraue pluvium veterum. tertius Medicus, Juris excerpta, & quatuor alii, semelque. quod verum est. neque alter pro diversa lectione Neap. secund. Medicus, & prior Hamburg. sic semel corpora apud Petronium cap. 131. semel ossa apud Statium lib. 11. & Apulej. lib. VIII. & Virgilium, & Silium semel praeda apud eundem, Semel lardi frusta, & semel pisces, apud Horatium. apud Silium libro VI. semel membra. HEINS. Mihi prae omnibus, demersa placet: avide cum comederat Tereus, & in alvum suam viscera filii penitus demerserat, (vers. 651.) unde non recte semeja dici posse mihi videntur, neque tam facile egerere poterat. Ita Phaedr. IV. fab. 5.

Quas immolatas victor avidis dentibus
 Capitis alvi misit tartareos specus.

Noster lib. IV. Vall. 199.

Ille saevi metuens, ut quaeque erat edita, prolem
 Devorat, immerfam visceribusque tenet.

Demittere in alvum dixit lib. VIII. 833, & in lib. 387.

Ubi etiam nonnulli, demersit. vid. ad lib. XV. 203. praeterea excerpta Langem. habent, refecit pro flore diras egere inde dapes. venule sane. Gronovianus, evigere inde dapes, etiam eleganter. ut VII. 337. Adhuc jonathan extigit Evomere ex MS.S. profert Bertramannus. BORMANNUS.

665. Seque vocat bustum miserabile nati. Ita Lycophron Caes. 130. de Cerere mandente Pelopis humerum dixit, ἐρύσσεντο τὰ φῶν, ubi Tzetzes dicit ἐρυβλῶνας τὰ φῶν dici, pro γαστήρα & vide ibi Canterum & Meursium. sic Attius in Atreo in fragmentis Tragic. Voß. p. 106.

Natis sepulchrum est ipse parens.
 Vid. ad lib. XII. 17. BURM.

668. Quorum petit altera silvas. Philomelam, quae in Luciniam versa est, intelligit. Haec avis, ut in Supho, est veris nuncia. ἴσο: ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς; ἀδελφῶ. Fabulam Terei, Philomelae, & Progne copiose tractat Apollodorus lib. III. CIOFANUS.

669. Altera tecta subit. Progne, quae in luciniam sui transfigurata, inquit Raphael. potentem autem liberiorum error videri, si non antea iam indixisset. Progne enim in hirundinem, non in luciniam, at Philomela in luciniam mutatae fuerunt. GIAREANUS.

669. Neque adone de pectore caedis Excessit utae, signataque sanguine pluma est. Progne, quae in hirundinem mutata est. lib. II. De Arte 389. Altera dira parens, haec est, quam cecini hirundo, Alpitae, signatum sanguine pectus habet. CIOFANUS. Nescio in qua editione Giareanus legerit Raphaelis illum errorem, certe in meis, quos habeo, Regis Prognem in hirundinem mutatam non vidi, & Philomelam in luciniam. ac veteres dissentisse in hac fabula probat Meursius de Regis. Athen. lib. II. cap. 5. Vide & Cerdam ad Virgil. ecl. VI. 79. praeterea in uno Moreti erat, altera tecta colit. unde Urbana Progne Petron. 131. BURM.

670. Excessere notae. Receptimus elegantissimum Lovanienis codicis scripturam, excessere, cujus vulgata glossa est. ita Sueton. August. 97. Subiit tempus ista fulminis ex inscriptione statuae ejus praenominis litera effluxit. BURM.

671. Dolore suo. Dolore furentis olim conjectit Heinsius. inde etiam Cantabrig.

673. Pro longa cuspidis. Praeterea cuspidis idem maluerat.

674. Facies armata videtur. Ita enim pennae circa oculos sunt dispositae, ut eos galea ferre testos habere videatur, ideoque torvo est aspectu haec avis: haec autem omnia in Dauidae, quae supra Chironiam, ubi Tereus regnavit, perpetua fuisse Thucyd. & Pausan. scribunt. RUGES. Unde & Dauidas ales Philomela à poetis dicitur: sed eam terram Thraces tum habebant, ut Thucydidem ait, quamvis Megarites affirmant circa fontes, qui Megarides vocantur, illa fuisse geta. eorum vero locorum ditionem Tereus amisit propter ea, quae & ipse in Philomelam, & Progne, Philomelaeque adversus ity admiserunt. unde Megarites & Megarum concivita Tereus: cui Megarites & Numulum statim erexerunt, & singulis quibusque an-

vis sacra perolverunt, in quibus calculis pro hordeo muntur. ibi upam avem primam visam asserunt; mulieres autem Athenas rediisse, lugentes, & quarentes quid passae essent, lacrymisque miserabiliter confectae. unde earum in luciniam, & hirundinem transfigurationes consecratae fuere, ea occasione, quod haec aves nescio quid miserabile & luctu simile canunt. Haec Pausanias lib. I. cap. 41. MERTZOS.

674. Videtur. Armata romanis codex Metoni.

675. Erechthei. Deest Colon.

676. Potuisset. Postea Micyll. Colon.

677. Albatas advenit. Venit Parm. Lugd. Plant. RUGES. Heins. advenit Micyll. Colon.

678. Perrexit. Remisit Micyll.

679. Gemellis Micyll. Colon.

680. Zeas. Zeas Parm. Lugd. Micyll. Colon.

681. Quorum humeris. Quorum postea humeris Parm. Lugd. Micyll. & reliquae.

682. Imaginem. Imagines Parm. Lugd.

683. Rerumque capit. In quibusdam, regnumque. NABOZZIUS. Regni etiam scripti aliquot.

684. Erechtheus. Videtur hoc loco Ovidius ferriem hilotiae, atque ordinem successione regum Aethiopiae confundere, aut alios saltem antores eundem nos habemus, secutus esse. Nam & Eusebius, & Pausanias, Erechtheum superioris Pandionis, ejus, qui post Cecropem primum, quintus regnavit, successorem faciunt. Prognem autem & Philomelam filias Pandionis posteriori, Erechthei reponi Pausanias attribuit, ei videlicet, qui à Metionibus (familia haec Athenis fuit) regno eiecius, Megaris vitam suavit. Post cuius mortem ex filiiis natus maximus Aegaeus, depulsis rursus Metionibus, Athenis regnavit. Cui rei etiam consentit, quod de Thracensibus & Eumolpo Isocrates in Pausanico dicit. Nam Thracensibus bello, quando

685. Sortis. J. Sortis duo libri. male. vid. lib. XIII. 651.

686. Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus; Justitià dubium, validisne potentior armis.

687. Erechtheus. Erechtheus Florantinus S. Marci. Legit, Erechtheus, tam lic, quam alibi. Graeci est E. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

δῶνος εἰς Ἄπτιον ἐπέβαλον, ὅς ἐμπεδύθησεν Ἐρεχθῆϊ τῆς πόλεως φύσκις Πατριδῶνα πρότερον Ἀδελφῶν καταλαβεῖν αὐτῶν, Erechtheus, cuius filiae Procris & Orithya & hic & apud Eusebium dicuntur, interfectus fuit, ut Pausanias ait. deinde & Amazonicum bellum, quod aliquanto post secutum fuit, à Theseo Aegaei filio, Pandionis nepote, confectum est, ut vel hinc appareat Pandionem hunc Erechtheo posteriorem fuisse. Jam Prognem & Philomelam posteriores fuisse Procris & Orithya, etiam illa testantur, quae de genere Eumolpi à Pausania lib. I. cap. 38. traduntur. Fuit enim, inquit ille, Eumolpus is, qui cum Thracensibus in Atticam venit, Neptuni filius ex Chione. Chione autem Boreae & Orithyae, & cetera. Ceterum ordo successione regum Atheniensium usque ad Theseum ita se habet. Primus Atticam tenuit Aethaeus. Post hunc regnavit Cecrops, gener Aethaei, qui Diphyes cognominatus fuit. Post Cecropem Cranaus, quo per vim eiecio, regnum Amphictyon (non ut vulgo legitur Amphityon) gener Cranaei accepit. Amphictyoni autem successit Erichthonius, quem fabulae ex Pallade & Vulcano genitum ferunt. Erichthonio Pandion, Pandionis genitum ferunt. Erichthonio Pandionem, Pandionem hunc Erechtheo posteriorem fuisse. Erichtheo Pandionem successorem facit. Micell. Lugd. Refert haec Pausanias Meursius lib. I. Reg. Ath. cap. IV. & V. & Pandionis I. filias fuisse ostendit.

687. Erechtheus. Erechtheus Florantinus S. Marci. Legit, Erechtheus, tam lic, quam alibi. Graeci est E. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Quattuor ille quidem juvenes, totidemque crearat
 680 Feminæe sortis: sed erat par forma duarum,
 E quibus Aeolides Cephalus te conjuge felix,
 Procri fuit: Boreæ Tereus Thracæsq; nocebant:
 Dilectaque diu caruit Deus Orithyia,
 Dum rogat, & precibus mavult, quam viribus, uti.
 685 Ast ubi blanditiis agitur nihil, horridus irâ,
 Quæ solita est illi, nimiumque domestica, vento;
 Et merito, dixit: quid enim mea tela relinqui,
 Saevitiam, & vires, iramque, animosque minaces,

Ad.

Admovere preces; quarum me dedecet usus?
 690 Apta mihi vis est. vi tristitia nubila pello:
 Vi freta concutio, nodosaque robora verto,
 Induroque nives, & terras grandine pulso.
 Idem ego, cum fratres coelo sum nactus aperto,
 (Nam mihi campus is est) tanto molimine luctor;
 695 Ut medius nostris concurribus intonet aether;
 Exsiliantque cavis elisi nubibus ignes.
 Idem ego, cum subii convexa foramina terræ,
 Suppoluique ferox imis mea terga cavernis;

Solli-

680. Sed erat par forma duarum.] E quattuor filiabus duas aequales pulchritudine fuisse ait, Procrin, quæ Cephalo Deionei filio nupsit, & Orithyam, quæ a Boreæ vento dicitur fuisse raptam. Hefagoras in Megaricis scribit non à vento, sed à Boreæ Strymonis filio Orithyam fuisse raptam. Choerilus vero narrat Orithyam flores colligentem juxta fontes Cephalo fuisse raptam: cui Simonides accessit, qui in Naumachia scribit, ipsam ex Attica à Boreæ raptam, & in Thraciam ad Sarpedoniam usque petram fuisse perlaram, ubi & rem cum illa habuisse dicitur. Apollonius quoque Orithyæ raptum elegantissime in primo Argonauticon describit, quem Ovidius potissimum sequi videtur. versus Apollonii sunt lib. 1. 211.

Ζήτησ, ἀν Κελαιότε: Βυβλίη τις ἴστρον,
 Οὐκ περ' Ἐργολέ: Βεβύη τέλει Νύβλην
 Ἐργολέ: Βεβύη: Βυβλίη τελευτῶν ἰδ' ἀπ' ἰστρον,
 Θρηάσι: Βεβύη: ἀντιπάρη Κερρονίηδον
 Ἰστρον: πρὸς ἀπὸς γῆρας ἐπὶ δεικνύσασα. MET. VII.
 680. Forma duarum.] Duabus cum uno Vossiano. HEINS.

681. E quibus Aeolides Cephalus.] Cephalus, ut Strabo ait Deionei filius quidem fuit, qui ab Aeolo genitus duxisse videtur, unde & Aeolides à poëta vocatur, ut in omnibus, quæ mihi videre contigit, exemplaribus legitur. sed quo modo ab Aeolo ducatur originem Cephalus, nondum memini me legisse. REGIUS. Plautus in Amphitr. Strabo in x. Pausanias in Attica, Deionem Cephalo patrem fuisse testantur: quem Deionem Callimachus vocat in hymno in Dianam. unde Aeolides Cephalus Aeoli filius interpretari non potest. vereor autem ne Deionem, vel Dilon Aeoli filius fuerit: unde Aeolides Cephalus Aeoli nepos sit intelligendus. sed hoc pro conjectura, non iudicio, haberi volumus, dum patet veritas. Audio nonnullos velle, ut Eiolides pro Deionides hoc loco legatur, id est Deionis filius, & in septimo, Assisat Eionidem ignota ex arbore factum Ferre manu jeculon, quoniam consonantia à dictionis principio lones demant: ut in Acto, Mæco (quod fuit vetulae infansientis nomen) videtur. sed nobis lectio hujusmodi non probatur: quia Deion, & Eion trium, non duarum syl-

labarum est nomen. Callimachus in hymno Dianæ, καὶ Κεφαλὸς ἔσθ' ἀδελφὸν Δειονίδα, id est, & Cephalo flavant uxorem Deionidae. Ovidius in nono 442. Tunc erat involidus Deionidem iuvenatæ. Homerus in x. Iliad. ἐν δὲ σφίδ' ἵστρε: βεβύη: ἀδὲ πρὸς Ἰσθίησ, id est, cum suis Riosu et filio Eionis. At quoniam de Deioneo, & Eioneo dixerimus: non prætereamus alterum Deionem Imythi filium fuisse, cujus meminit Plutarchus in Theleto, tertium Thestalam Phylaci patrem: cujus meminit Stephanus in Phylaca. Eioneus quoque alter Dæ, ob quam Ixion à Jove detrusus in inferos dicitur, pater fuit, de quo à Diodoro in 5. & Apollonii interprete in tertium Argonauticon sit mentio. fuerit & due civitates, quibus nomen Eion, altera in Cherroneo, altera in Pieria, ut idem Stephanus scribit. CONSTANT. FANUS. Aeolides legit Raphael, quod in aliis legitur, Bionides. Quod in septimo libro rursus asserit, ubi de Cephalo. GAREAN. Deioneus Aeoli filius fuit frater Salomonis, ut ex commentariis Odysseæ apparet, ubi Dilymus, seu quisquis is fuit, ἄ Τῆν Σαλμονεὶ φίλων, cum a Neptuno compressa, & ob id a patre ejecta fuisset, ad Deionem patrum confugisse tradit, qui illam Cretheo fratri collocavit. fuerunt enim tres Cretheus, Salomoneus, Deioneus, Aliamas, & Sisyphus. MET. VII. E quibus Aeolides Cephalus sine ulla dubitatione legendum est. Huius rationem satis probabilem reddit, quicunque Regii Commentario Annotationes addidit. Hoc ideo dixi, quoniam video quosdam, qui legant, Eionides. Sed hi toto, ut dicitur, errant coelo. CIOFANI. Vid. ad lib. vii. 673.

683. Dilectaque.] Dilatæque codex Sicii. HEINSIUS. In Menardi codice erat, calui; etiam non male.

686. Quæ solita.] Propert. iv. 7.

Et solitam digito Beryllus adederat igni. DOUTA. Duabus his vocibus solita & domestica expressisse Graecam vocem εὐαίος puto Ovidium, de quo vide Victor. ad Cicer. 1. ad Att. 10. BURMANS.

687. Reliquis.] Reliquis Ed. Borfman. quæ in origine, reliquimus; sed reliquis omnes scripti & editi.

690. Apta

690. Apta mihi vis est. hac tristitia nubila pello: hac freta concutio, etc.] Videtur aliquanto melior veterum librorum lectio: in quibus aperte legitur hoc modo:

Apta mihi vis est, ut tristitia nubila pellam:
 Vi freta concutiam, nodosaque robora vertam:
 Induroque nives, et terras grandine pulsem.

Sed in meo antiquiore eo loco, Ut freta concutiam, est, Et freta. CIOFANI. Ut pellam, ut concutiam multi veteres, & mox, vertam, indurem & pulsem. ut pello, ut concutio Florentinus S. Marci, tertius Mediceus, excerpta Mureti, prior Erfurt. prior Strazæ, & duo alii. Scribe, ut monuitur ad Epist. xvii. v. 186. ubi simile mendam tollebamus,

Apta mihi vis est: vi tristitia nubila pello,
 Vi freta concutio, nodosaque robora verto.

Quam conjecturam postea confirmavit codex Joannis Georgii Graevii, qui in manus meas pervenit, dum hæc præcio typographico committuntur. Noller paulo post:

Non trandis erat, sed vi faciendus Erechtheus.
 Ita enim veteres membranæ. Potest & pro verso legi, vello cum uno Mediceo & uno Thunneo.

Certe in uno Leidensi & uno Ambros. Vi freta concutio, unus meus, Vi concutiam. I & T literæ in scriptis exemplaribus frequenter confunduntur. in libro proximo vs. 208. pro aut restitimus avi. apud Valerium quoque Flaccum libro 1. 341. in pulcherrima Aesoni oratione similis error commissus, ubi pro tu deus reponendum, video es. Audiamus illam:

Sed pariter valueris preces, audis que magnis
 Vota dei. video es nostro tot in aequore reges,
 Teque ducem. tales, tales ego ducero suos.

Pro video es legebatur ante Carrionem videam. illic suo codice ut dicit, proxime verum, reposuit. restis autem, nostro in aequore; cujus aperti laus Jafoni sit servata. HEINS.

690. Tristitia nubila pello.] Adscripterat Ger. Vossius locum Helychii, Ἄδης κρητὲν, ἀδύκρον τι κρητὲν, & περιβύλλωνται εἰ δὲ, ἔσται ἑλκων ἀλλήλους με γυλακασίας νεφελῶν ἀφάνης, ἢ ἐπαδυστῆμονοι οἱ τοὶ ἀδύκρον γίνονται ἀλλήλους.

692. Et terras grandine pulso.] Hoc duobus aliis modis dicitur ab Horatio lib. 1. od. 3.

Non verberatas grandine vineas.
 Et Epist. viii. 5.

Haud quia grando contuderit vites. CIOFANI.

693. Idem ego, cum fratres.] Fratres dicit ventos. Ita lib. 1. Tanta est discordia fratrum. Fratres vero existimo non solum vocasse, quod ab uno, ut fabulantur poëtae, geniti sint; verum, quia inter se similes essent. Hoc licet cognoscere à Satyris, quos item poëta postea Fratres appellat: quos ab uno natos esse, à nemine, quod sciam, traditur. Poëtae autem verba sunt superius hoc ipso libro:

Et Satyri fratres.

Sciendum præterea, ut hoc, aliud agens, admoneam, libros, qui ab uno eodemque auctore conscribuntur, inter se Fratres vocari. Lib. 1. Trist. eleg. 1. 107.

Adspicias illic postis ex ordine fratres,
 Quos studium eunelios evigilavit idem.

Quin etiam Scriptor dicitur Pater, sumpta metaphora ab homine, qui filios gignit. lib. id. vers. 115.

Deque tribus mones, si qua est tibi cura parentis.
 Et 1. Trist. vi. 35.

Orba parente suo quicumque volumina tangis.
 Quare tibi libros appellat, viscera. Versus, quibus hoc docetur, sunt lib. 1. Trist. vi. 19.

Sic ego non meritis inuicem paritura libellos,
 Imposui rapidis visceribus vestra rogis.

Eodem modo, quæ studendo comparantur, 111. Pont. v. 29. Pignora nominavit:

Quod licet, ut videar tecum inagis esse legendo,
 Saepe precor, studii pignora mitte mihi.

CIOFANI.

694. Tanto molimine luctor.] In Dominic. Tanto molimine vertor. IDEM.

695. Concurribus insonet aether.] In uno meo, resone concurribus aether. IDEM. Insonet rectius nonnulli. HEINS. Concurribus secundus Palatiensis, incurribus Mediceus. nihil tuto. lib. xv. 811.

Quæ neque concursus coeli, neque fulmini iram,
 Nec metuant ullas, tanta atque aeterna, ruina.

lii 2 Vid.

Sollicito manes, totumque tremoribus orbem.
 700 Hac ope debueram thalamos petiisse: focerque
 Non orandus erat, sed vi faciendus, Erechtheus.
 Haec Boreas, aut his non inferiora locutus;
 Excussit pennas, quarum jactatibus omnis
 Adstrata est tellus; latumque perhorruit aequor:
 705 Pulvereamque trahens per summa cacumina pallam,
 Verrit humum: pavidaque metu caligine tectus
 Orithyian amans fulvis amplectitur alis.
 Dum volat; arserunt agitati fortius ignes.

Nec

Ergo,

Nec prius aërii cursus suppressit habenas,
 710 Quam Ciconum tenuit populos, sua moenia, raptor.
 Illic & gelidi conjux Actaea tyranni,
 Et genetrix facta est; partus enixa gemellos;
 Cetera qui matris, pennas genitoris haberent.
 Non tamen has una memorant cum corpore natas:
 715 Barbaque dum rutilis aberat submissa capillis;
 Implumes Calaisque puer, Zethesque, fuerunt.
 Mox pariter ritu pennae coepere volucrum
 Cingere utrumque latus; pariter flavescere malae.

Vid. & lib. xl. 436. xiv. 544. BURM.
 697. *Conversa foramina.*] Devertit Gronovianus.
 vid. lib. viii. 330.
 699. *Tonitribus.*] Tonitribus Menardi codex.
 701. *Non orandus erat mihi, sed faciendus.*] Lan-
 germanianus & prior Twisslenius concinne:
Non orandus erat, sed vi faciendus Erechtheus.
 HEINSIUS.
 703. *Excussit.*] *Concessit* secundus Medicus &
 alius codex. sed nihil opus. vide ad Petron.
 cxxviii. & ad Nolri lib. i. Amor. viii. 45. BOU-
 MANNUS.
 705. *Pulvereamque.*] *Purpureamque* Leidesis &
 Regius. *pellam* etiam Vatic. & Medic. tertius.
 708. *Pavidaque metu.*] *Petens caligine pectus*
 MS. Beumannii.
 707. *Orithyiam amans fulvis complectitur alis.*
 In veteribus prope omnibus rectius:

*Orithyiam illis amans transiens Boreas rapit,
 & cum ea concubuit.* In antiquiore meo, *Orithyiam
 que adamans fulvis amplectitur alis.* In alio non
 meo & Capran. *Orithyiamque amans fulvis ample-
 ctitur alis.* Quo modo, si recipitur, que, in
 demetiendo necesse esset non elidi. Hujus rei p-
 sum exempla occurrunt. In alio Fulvii Ursini spe-
 te sine ulla litura legitur: *Orithyiam adamans fulvis
 amplectitur alis.* Ceterum acutiores judicent, qui
 legendum sit: nolo autem ego judicium intepone-
 nere. Satis est verum longe meliorem, quam ille,
 qui legitur in typis excusis, reperisse. CROASUS.
Amplectitur scripti fere omnes. sed hoc leve. p-
 terea legendum *Orithyiam amans*, cum primo &
 sec. Pal. primo Medic. Cantabrig. Oxon. aliisque
 compluribus. Florent. S. Marci, Urbinas, Nap.
 aliique nonnulli, *Orythiam amans*; proxime verum.
 aliter alii. sed mendose. sic ultimam in *Iphigeniam*
 contigit in Pont. iii. 2.

— fuisse per aurat
Nescio quam dicunt Iphigeniam iur.
 Et apud Statium Achilleides ii. 367.
Quid si nunc aliquis patrii abducere ab oris
Deidamiam eat, viduaque sedo revellat
Aetoniam?
 Quomodo castigandi illi versus. eat abducere fami-
 liaris Statio Graecinus: nunc legitur, *potius re-
 p-urans ab oris. vidua sede, pro patria sede* & mem-
 branis est. HEISS. Recte Heinsius, & ita jam con-
 jecerat Berimanus, & correxerat Varianus &
 Pontanus. i. Fast. 307.

Non ut ferat Ossa Olympas
 IV. 174.
Majan & Elestran.
 477.
Hinc Camariman adit.
 Vid. ad Epist. xviii. 151. *Avidis ampl. alis* etiam
 unus Medic. ut vii. 143. & xl. 65. ex MSS.
 BURMANNUS.

Orithyiam amens fulvis complectitur alis. NAUGER.
 Ita legitur hic versus in impressis, quos ipse adhuc
 viderim, omnibus: sed non recte. Primum, *Ori-
 thyiam amans*, in sequente vocali non abjici & ab-
 sumi, est contra carminis rationem. Est scio Eni-
 nium eo usum esse: Alii postea recentiores non
 ita. (Licet Lambinus apud Horat. lib. ii. Sermi.
 Sat. ii. doceret eundem Horat. & Lucret. in non
 extrinso sequenti vocali, usos esse, cujus ego opi-
 nionem non damno: idque apud Lucret. notavit
 etiam Gifanius.) Deinde, superest alter error A
 in *ans*, quod, ut vel pueri sciunt, breve est. Li-
 bri scripti in hoc aliquid afferunt opis & adjumen-
 ti; quo rectius, & fortasse etiam vere legi possit.
 In Abb. ita est:
Orithyiamque rapit, fulvisque amplectitur alis.
 Quod videtur Propertius confirmare libro ii.
 xx. 51.
Crudelem & Boream rapta Orithyia negavit:
 Et Apollonius lib. i. 213. *Εὐὸς ἔργου πύργος Ἐρεχθίδος*
Ἐρεχθὶς ἀντιφύλαξ Κρονίου κούρου. Ubi certe hanc (Ori-
 thyiam) *Ἐρεχθίδος* Boreas rapuit ab Athenis, & Ap-
 pollodoros lib. iii. *Ὁ Ἰσθίου δὲ περὶ τὴν Ἰλίου*
ἐστὶ παραμῶν, Ἰσθίου δὲ περὶ τὴν Ἰλίου. Interus vero

709. *Aërii cursus.*] Alii volatis. CROASUS.
Aërii cursus unus Heinsii, quod ipsi non displicebat
 propter habenas.
 710. *Populos & moenia.*] *Sua moenia* Basilien-
 sis eleganti appositione, de qua vid. ad lib. iv. 669.
moenia etiam duo Medici. BURM.
 711. *Illic & gelidi.*] Scribendum puto, *gelidi*,
 una parte orationis, ut in veteri Cod. legitimus.
 Nec ignoramus ea voce & mediocriter, & vehe-
 menter gelidum significari: In priori significato usus
 Celsus. Antonius Danubium septentrionalem ite-
 rum fluvium, nunc *gelidam*, nunc *eglidam* appel-
 lat. *Eglidi* quoque in Val. Flac. secundo Argo-
 nauticon. 325. legi malim:
Qualis alii & gelidi Boreas convallibus Hebr
Tellum. MARIANG. ACCENSUS. in Diatribis.
gelidi unus Medic. & pr. Palat. a. m. f. Vid.
 ad lib. ii. Amor. xi. 10.
 712. *Partus enixa gemellos.*] Sic lib. scripti, &
 recte. Cave ne legas, ut quidam volant, *partu-
 que*, aut *partu* casu. CROASUS.
 714. *Memorant una.*] *Pariter memorant* qui-
 dem. *has plenas mem. ex corpore natas* duo MSS.
 Heinsii.
 715. *Submissa capillis.*] *Submissa* decem libri ve-
 teres. sic & *promissa* barbam dicebant. Nisi le-
 g-ssolam, *subpexa*. ut *propexa* barba passim apud
 poetas. Ceterum meus, *subnexa*. Sed nil miran-
 dum esse certissimo, sic apud Maronem iv. 216.
Mazma mentum mitra crinemque madentem
Subnexa.
 Disputet de hoc verbo erudite Gronovius Diatri-
 bes Statianae cap. lv. qui refutat Gevarium, qui
 lib. i. Eled. 7. volebat, *subnexa*. Claudian. lib. ii.
 in Entrop. 413. *Padua caeno tenaci subnexa*. Apud
 Siliam lib. ii. habes, *galeam cornicis subnixam crispis*.
 ceterum pro *Zethus* perperam plerique scripti, *Zeta*.
 quomodo apud Sidonium Apollinarem Pa-
 negyrico Majoriani & alibi quoque apud eundem
 peccant;

Zethes & Calais fratres, fratres iidem Amphio &
 Zethus. HEISS.
 716. *Implumes Calaisque puer, Zethesque fuerunt.*
 In omnibus scriptis est, *Zethus*, non *Zetus*. Atque
 ita legitur illud Propertii i. xx. 26. in meo scripto
 lib. quem F. Ursino dono dedi:
Hunc super ex Zethus, hunc super ex Calais.
 Sed emendatus & rectus est *Zethes*, & in Propertio,
 & hoc loco. Er, quoniam hic de Boreae fi-
 lis agitur, sciendum eos ab Hercule interfectos
 esse. Seneca in Medea:
Straivit Alcides Aquilone nates.
 Ad hujus autem fabulae originem intelligendam
 pertinent quae notavit Parrhasius in Clauclianum.
 Cuius haec sunt: *Fuit ex Strymonis filius Boreas,*
Orithyiae raptor, ut Isagoras in Megariis tradit,
sed postea rem ab homine ad ventum transferent.
Hermias vero Platonicus Erechthei filiam Orithyiam
Aquilonis impetu ex alto de caelestium perfisso erudit; &
*inde factum, ut hominum sermone a vento repa-
 licatur. Idem docet Aeschylus, referent Apollodoro*
 lib. iii. CROASUS. *Calais pariter Zethesque* ex MSS.
 probabat Heinsius.
 719. *Concessit.*] *Successit* Thuanus.
 720. *Radiancia.*] *Florantia* Cod. Menard.
 721. *Non motum.*] In aliquibus codicibus *no-
 notum* legitur. sed utrumque in eadem declinat
 sententiam. CONSTANTIUS FANENSI. Prim. tert.
 Medicei, & undecim alii, *non intum.* Legendum
 forte, *trium*. duo, *non tactum*, ut, *intacti clau-
 fra sui* apud Claudianum bello Getico, primo,
 ubi agitur de Argo. Valerius Flaccus tamen libro v.
 vs. 660. de Jafone.
— maria & nondum qui nota subibat.
 tres codices, *mare non intum.* Scribe, *non mo-
 tum.* & sic unus meus. quomodo & Constantius
 Fanensis in suis invenerat. sic lib. ii. Amor. xi. 3.
O nitam, ne quis remis freta longa moveret,
Argo summas pressa bibisset aquas.
 Val. Flaccus lib. v. 44.
Te sine, Theopido, nos illa movemus nitra
Argorant HEISSIUS.

Pennaeque volanti
 Du. Calais Zethisque mihi.

Ergo, ubi concessit tempus puerile iuventae,
720 Vellera cum Minyis nitido radiantia villo
Per mare non motum primâ peticre carinâ.


Sic *innotum pontum pro igno* apud Manilium re-
cto defendit summus Gronov. lib. 111. obs. 15.
721. *Primâ peticre carinâ.*] Primam navem di-
cit fuisse, in quam Argonautae conscenderunt.
Quod non hic solum, verum quoque indicat lib.
111. Met. 302.

— *primaeque ratis molitor Iason.*
Et i. Am. 117.
Prima malis docuit pirantibus aequoris undis,
Pelias pinus vertice caesa vias;
Quae concurrentes inter temeraria cautes,
Conspicuum sulvo vellere vexit ovem.
Et 111. Pont. 1. 11.
Aequor Iasonis pulsatum revolve primum;
Quaequas nec hoste sero, nec nive terra caret.

In hac sententia fuit etiam Sallustius, cujus lae-
citae Priscianus lib. vi. *Namque primam Iasonem,*
novo timore maris, Aetiae hospitii donatum villosi.
Et Seneca in Medea 363. loquens de aucto ve-
lere:

Merces digna prima carina.
Et mox 664.
Iste, qui praedam, spoliumque jussit
Aureum prima revelat carina
Ustus accenso Pelias, etc.

Piget plura testimonia congerere. Non desina-
mus, qui dicant fuisse eam, quae à Danno facta est. Sed
rejicio lectorem ad Commentarium Mureti in
Catullum de nuptiis Pelei, ubi multa scitu digna
studiosè & diligenter collegit. Carina a parte ve-
tum, *κατὰ συνέκδοχην*. GIOFANUS.



P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER SEPTIMUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Dentes Draconis in homines.

Iason Aesonis filius, missus à Pelia Neptuni filio cum proceribus Grajorum Col-
chis ad pellem auream adportandam, adjuvtribus Junone ac Minerva, ut Aetiae So-
lis filii coniugit regiam, pulchritudine sua perculit Medeam adversus parentem, ut
sibi potius, quam patri consuleret. Ergo obligatum Iasonem coëgit, ut fidem pro-
staret conjugi erga se. Nam tauros spirantes ignem, & draconem custodientem tem-
plum, & tergus auratum, venenis atque carminibus coëgit parere Iasoni; ut proficis-
so solo dentes absereret serpentis, ex quibus seges armatorum procresteret. Inter quos,
ut ei praeceptum erat à Medea, jactato silice, coëgit eos inter se dimicare. Qui
mutuo bello considerunt. His gestis, Iason cum Medea Iolon abiit.

Jamque

¹ Grajorum.] Graecorum Colon.
² Aetia.] Oetae Parm.
³ Regiam.] Regiam dantis Colon.
⁴ Pulchritudine sua perculit Medeam.] Ea de re
satis est non protra in Lycor-
plon. pag. 59. Ταύτων τῶν Φαιρὶ τῆν Ἰόγγα πλάτη
ἀφαιρῆ Ιάσον ἀδύνα ἐδίδαξε τῶν τῶν, ὅπως Μή-
δου ἔδωκε, λέγουσα ὅτι αὐτὴν ἠ ἰούξ ἰούξ ἢν πρὶ-
τῆν, ὀργάνῃ Πελοῦς, ἢ Ἡραῖος καὶ Πάρος, Φαρ-
μακείαν τῶν δία εἰς τῶν Ἰόδς πῶλον, ὅφ Ἡρα
ἔταρῆν. Dixerat in praecedentibus, Ἰούξ δὲ
ἔταρῆν. Αἰγῶν ἑσῶτων εἰς constanter tradunt vete-
res omnes. Sed qui eam avem movere semper
civiliam ajunt, contradicunt Aristoteli, Plinio, &
Scliofatae Pindari, ut ostendi ad Antoninum Li-
beralem. Retro tantum cervicem torquet, reliquo
corpore quiescente: unde & torticollo ab Italis vol-
go appellari ait Victorius Var. Lect. lib. xxiv.
cap. 3. Ab eadem perisufione ortum, quod Chil.
xi p. 86. scribit Thetices: ἰούξ ἢ ἕμπε, ἢ κικλιε, ἢ
εἰς τῶν εἰσῶτων ἢ πῶ καὶ σμῆτῶν κελῶμεν Φε-
ρῆκα. Scribe, σισσοτόρον & κικλιε pro κ-
κλιε. Verum avis ista, quam innuit, ab aliis
κικλιε, κικλιε, vel κικκλας vocatur, non
κικλιε, quod longe aliud est. Fallum tamen & hoc,
κικλιε εἰς σισσοτόρον. MUNKERUS. In Hein-

sii edit. omisso ut, erat, Aetia S. f. c. regiam, pul-
chritudineque sua. & eadem cum Racnerio addit,
Medeam, avertitque à patre, sed perculit Medeam,
ita ut adversus parentem potius Iasoni, quam pa-
triae consuleret Colon.
⁵ Quam patri.] Quam patriae Parm. Lugd. Mi-
cyl. & reliquae omnes.
⁶ Obligatum.] Obligatum Iasonem, ut fidem con-
jugii servaret, foedere coëgit Colon.
⁷ Nam tauros.] Itaque tauros Racner. Heinf.
⁸ Et tergus auratum.] Non habent eadem Edk.
tergus aureum Colon.
⁹ Ut proficisso.] Ita ut in prof. f. d. sereret Co-
lon.
¹⁰ Segetes armatorum.] Genus arm. Lugd. Micyl.
segetes armatorum virorum procrevit Colon.
¹¹ Ut ei.] Ut eis Lugd. Micyl.
¹² Silice.] Lapide Colon.
¹³ Coëgit eos.] Coëgit inter f. d. & mutuo bello
considerare omnes Colon.
¹⁴ Iolon abiit.] Perperan MS. cum Venetiâ &
Micyl. Corinthum abiit. Ait enim Naso: Pilius
Iolietas tetigit cum conjuge portus. Non ignoro tu-
men quomodo & alterum possit defendi. Con-
sule Micylli commentarium in hanc sôulam.
MUNKERUS, Corinthum Parm. Lugd. Iolon deest
Colon.

1 Jamque fretum Minyae Pagafacâ puppe fecabant,
 Perpetuaque trahens inopem sub nocte feneſtram
 Phineus viſus erat; juvenesque Aquilone creati
 Virgineas volucres miſeri ſenis ore fugârant;
 5 Multaque perpeſſi claro ſub lâſone, tandem
 Contigerant rapidas limoſi Phafidos undas.
 Dumque adent regem, Phryxæaque vellera poſcunt;
 Lexque datur numeris magnorum horrenda laborum;
 Concipit interea validos Acetias ignes:
 10 Et luctata diu, poſtquam ratione furorum
 Vincere non poterat; Fruſtra, Medea, repugnans;
 Neſcio quis Deus obſtat, ait. mirumque, niſi hoc eſt,

Aut

2. Perpetuaque.] Perpetuanque trahens inopi ſub nocte duo Medici.

3. Phineus viſus erat.] Sic plerique veteres. unus Leidenſis, juſſus erat. unus meus, auſus. duo Medic. Phineus ultus erat. eleganter. Val. Flaccus lib. iv. 750. de Amyco:

Nec vero præcepta mihi ſuprema tyranni
 Fata querar, bellove magis lactarer & aruit
 Ore miſere utis; quam lege quod occidit ultus
 Iſſe ſat.

Forcius Latro in Catilin. Quid erit, judicis, quod aulicis de aulicenda crudeliſſimi ſceleris inhumanitate? Salluſtus bello Jugurthino: Quicquid ſine civium ſanguine ulciſi negatur, jure factum ſit. Sic iuratus quoque tam active quam paſſive ſumitur. HEINS. Vid. ad Epil. viii. 120.

3. Juvenesque Aquilone creati.] Calais & Zetes Val. Flaccus iv. 431.

— Spei tua ſeni, quod pellere ſarcan
 Quondam ſata lucem dederunt Aquilone creatis.
 CIOFANUS.

6. Limoſi.] Limofas Florentinus. limoſi fluminis prior Gronovianus.

8. Faxque datur Minyis.] Lexque cum primo Gronovii. & numeris laborum, non Minyis cum vetulionibus majori ex parte. Senec. Herc. Fur. §22.

Deerat hoc ſolam numero laborum.

Vide Notas ad Pont. ii. El. ix. Florent. S. Marci, Iſſeque datur. HEINSIUS. Non deo non rō lex. vid. ad Epil. xi. 39. & ita Lex horrendi carminis Livius lib. i. 26. ſed & ver datur defendi poſſet ex vulgata leſione lib. iii. 310.

Prima ſide, cuiſque datur tentamina ſanſta
 Cæcilia Liriæque.

Quod neſcio an movendam: nam de reſponſis, proprie rō dicit videbimus ad Val. Flac. i. 534. yid. & quæ notaviſus ad Noſtri Epil. xvi. 279.

confunduntur etiam vox & lex, lib. iv. 588. vel Gronovianus, hanc illi legem natura reliquit. & vox de reſponſis ſæpe dicitur. Val. Flac. i. 209.

Vix reddita tandem

Vox horrenda viri.

Numeris etiam in Francofurtenſi erat. Ita & Græcis ἀριθμοί; Ariſtoph. Plut. Act. ii. ic. 5. Φαίησι ἀριθμοί. BURN.

9. Validos.] Rapidos Leidenſis unus.

10. Et luctata diu, poſtquam ratione furorum Vincere non poterat.] Hunc locum expreſſit Seneca, apud quem Medea ipſa loquitur, 123.

Inertia, vecors, mente non ſana feror
 Partes in omnes. CIOF.

Eadem ſere verba repetit Noller lib. xv. 701.

12. Mirumque quid hoc eſt.] Alii, mirumque; fruſtra. duo Voſſiani, quis hic eſt. quid hic Rotendorph. Lovan. quod hoc ſit. Scribe, mirumque, niſi hoc eſt. Mirum eſt, inquit, niſi amo. ita veteres loquebantur. Plautus Amphytr. Act. i. Sc. 1.

Mirum, ni hic tuo quaſi marcenium excuſare cogit.

Et paulo ante:

Mira ſunt, niſi invitavit ſeſe in cenâ pulchrum.

Et ſæpe alibi. ſic & mirum quia paſſim apud eundem. ut Amphytr. Act. ii. Sc. 11. Mirum, quia te adverſus dicas. Sulpicius Servatius de Capitulate in Catalectis Pithœi,

Mirum, ni pulcras artes Romana preterat
 Diſcat, & egregia ſudet in eloquio. HEINS.

Terent. Aul. iii. iv. 19. mirum ni domi eſt, & ſæpe alibi. Noller iii. Titul. xii. 35.

Ille quidem mirum, ni de regione propinquæ, &c. BURMANNUS.

13. Aut aliquid.] Auto aliquid ſedit. Beſſianus autem aliquid Ed. Janſſonii.

14. Nimitum mihi dura videntur.] Tili Lantmannianus codex, & mox duo Medici; ſiſſi,

Aut aliquid certè ſimile huic, quod amare vocatur.
 Nam cur juſſa patris nimum mihi dura videntur?
 15 Sunt quoque dura nimis. cur quem modo denique vidi,
 Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſſa timoris?
 Excute virgineo conceptas peſtore flammas,
 Si potes, infelix. ſi poſſem, ſanior eſſem.
 Sed trahit invitam nova viſ; aliudque Cupido,
 20 Mens aliud ſuadet. video meliora, proboque:
 Deteriora ſequor. quid in hospite, regia virgo,
 Ureris? & thalamos alieni concipis orbis?
 Hæc quoque terra poteſt, quod ames, dare. vivat, an ille
 Occidat, in Dis eſt. vivat tamen. idque precari

Vel

ſi, ſanior eſſet, ut pergat Medea ad ſe ipſam ſermonem convertere. Adi Notas ad Epil. x. v. 75. HEINSIUS.

15. Sunt quoque.] Sunt modo MSS. Beſſmanni.

16. Cur, quem modo denique vidi? Ne pereat, timeo? quæ tanti cauſſa timoris?] Alibi de Medea ipſa: Hinc amor, hinc timor eſt, ipſam timor angit amorem. CIOF.

16. Quæ tanti cauſſa timoris?] In uno meo, Cauſſa furoris? Quo modo Claudianus lib. iii. De Rapta Proſerpina, hæc ſorte reſpiciens: Tanti quæ cauſſa furoris? CIOFANUS. Doloris Argentin. & duo alii.

17. Excute virgineo conceptas peſtore flammas.] Excute flammas: Metaphora, ſumpta à ſilice, qui cum percutitur, ab eo ſcintilla excutitur. Atque hoc proprie dicitur. Infra lib. viii. 338. priorè illo modo:

— Ut excuſſus aliſis nubibus ignis.

Et ix. 276.

Excuteſque ſeris rutilos concuſſibus ignes.

Et xii. 280.

Sautis hifſatis avidum de crimibus ignem

Excuit.

Et ix. 745.

— Et ſultus excuſis ignes.

Seneca in Medea 112.

Excute ſolemnum digitis marcenibus ignem.

Proprie Virgilius lib. i. Æneid. 174.

Ac primam ſilicis ſcintillam excuſit Achates.

Et Plineus: Ad excutiendum, inquit, ignem non ſemper lapidis oſoſo eſt. CIOFANUS. Non accurata hæc ſatis, & confundere videtur Ciofanus diverſa verba, excudere, & excutere. excutere enim eſt jactando abjicere, à ſe depellere, ut ſolemus ex verſibus & aliis rebus pulverem & ſordes excutere. vid. ad lib. i. Amor. viii. 46. & ita hic excutere flammas, ſumendum, non ut tanquam ignis e ſilice Medea excuderet, ſed contra, ut abjiceret. Sic lib. x. 416. excutere divos amores. excutere metum

xiv. Ep. 43. & ſimilia alibi. vid. ix. 745. aliud eſt excudere ignem, ut legendum in Virgilio & Plinii loco, qui eſt lib. xvi. cap. 40. BURN.

19. Sed trahit invitam nova viſ.] In uno meo; Sed gravat. CIOFANUS. Gravat Florentinus S. Marci, primus Vatican. prior Hamburgienſis & unus Bononiienſis, ut apud Senecam Hercule Furente 618. quæ domum clades gravat. ita frequenter veteres. HEINS.

20. Video meliora, proboque, Deteriora ſequor.] Hanc ſententiam alibi quoque ita expreſſit:

Odi, nec poſſim cupiens non eſſe, quod odi:
 Huius quam, quod ſudeas parere, ferri grave eſt.

Et:

Quod ſequitur ſugio, quod ſugio iſſe ſequor.
 Et Phædra apud Senecam in Hippolyto 693.
 Et ipſa noſtra ſata cognoſco domus,
 Tengenda peſimus: ſed mei non ſum potens.
 Expreſſa autem eſt hæc ſententia ab hoc Noſtro ex Euripidis Medea, ubi ita legitur:

Τὸ γὰρ ἐπιεικέστατον, καὶ γενναϊώτατον,
 Οὐκ ἀποποιεῖται δὲ. CIOF.

Sequitur deteriora illuſtravit Salmajuſ ad Jus Atticum pag. 396. ſententiam vero hanc, ad Epictet. pag. 118.

21. In hospite ureris.] Vid. Turneb. xix. adv. 27. & ſupr. ad lib. iv. 234.

22. Concipis.] Concupiſi Beſſmanni & plerique Heiniſii codices. & certe jam bis verbo concipere uſus erat. ys. 9. & 17. nihil tamen audeo mutare. ii. Faſt. 761.

Interea juvenis ſurianos regis ignes
 Concipit.

iii. Pont. vii. 19.

Cur ego concipiſi Scythicis me poſſe carere
 Fimbriis.

Val. Flac. iii. 226.

Spemque auctoris amens
 Concipit.

25 Vel sine amore licet. quid enim commisit Iason?
 Quam, nisi crudelem, non tangat Iasonis aetas,
 Et genus, & virtus? quam non, ut cetera desint,
 Forma movere potest? certe mea pectora movit.
 At, nisi opem tulerō, taurorum adflabitur ore:
 30 Concurrentque suae segeti, tellure creatis
 Hostibus: aut avido dabitur fera praeda draconi.
 Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
 Tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.
 Cur non & specto pereuntem? oculosque videndo
 35 Conscelero? cur non tauros exhortor in illum,
 Terrigenasque feros, infopitumque draconem?
 Di meliora velint. quamquam non ista precanda,
 Sed facienda mihi. prodamnē ego regna parentis,

Atque

Concipere amorem operis Noster lib. x. 249. *Mente*
Aethera l. 777. *furor* l. 64. & similia. sic *con-*
cupira nefas Horat. l. od. xlii. 9. *concupere scelus*
 Cicero. l. Catil. 4. BIRMANIUS.

23. *Vivat, an ille Occidat, in Diis est: vivat*
tamen.] Hunc locum imitatus est idem Seneca in
 Medea 140.

Si potest vivat meus

Ut fuit, Iason; sin minus, vivat tamen.

CIOFANUS.

25. *Commisit Iason.*] *Iason* trium syllabarum u-
 bique est, non duarum. unde cavendum est, ne
 cum quodam literato scriptore offensus in lapidem,
 qui hoc nomen duarum interdum syllabarum esse
 exillinat, auctoritate huius carminis:

Quem nisi crudeliter non tangat Iasonis aetas.

cum in ipso tam trium sit syllabarum, quam in an-
 tecedenti, *Quid enim commisit Iason.* CONSTANT.
 FANENS.

26. *Quem, nisi crudeliter.*] *Quam* probe unus
 Vossianus pro diversa lectione. & tum mox quo-
 que, *quam non.* quomodo Lovaniensis, & unus
 Medicus. HEINSIUS.

28. *Forma movere potest?*] Ore multi ex meliori-
 bus. quod si admittimus, versu proximo pro, *tau-*
rorum ore, erit reponendum, *igne cum primis.* More-
 ti, Oxon. p. 114. Hamburg. & aliis duodecim. *af-*
flabitur aura Graevianus pro diversa lectione.
 HEINSIUS.

29. *Taurorum afflabitur ore.*] In Vatic. & Abb.
 129, non Ore. CIOF.

30. *Concurrentque.*] *Occurrentque* septem codices.
 sed nihil muta. xii. 595. *Concurrere* cominus *hosti-*
nes datur. Stat. xi. 185. *Fratri concurrere*, eadem
 diversitas mox s. 61. praeterea, *suae segetis* MSS.
 Beriniani & plurimi alii, ut & editi quidam: sed
 rectius *segeti*: nam est appositio, *segetis, hostis.*
 BIRMANIUS.

32. *Hoc ego si patiar, tum me de Tigride natam,*
Tum ferrum & scopulos gestare in corde fatebor.
 Hoc copiosius dicit infra lib. ix. 612.

— *neque enim de Tigride natus,*
Nec rigidus silices, solidamve in pectore ferrum,
Aut adamantam gerit, nec lac bibit ille Lanius.

Et III. Trist. xi. 3.

Natus es de scopulis, nutritus lacte ferino,
Et dicam silices corpus habere tuum.

Et II. Ep. 134.

Duritia ut ferrum superes, adamantaque, tui.

Et x. Ep. 109.

Illuc in silices, illuc adamantam tulisti,
Illic qui silices Thesaea vincat, habet.

Et rursus VII. Ep. 37.

Te lapis & montes, innataque rupibus alci
Robora, te saevae progenuere ferat.
Aut mare quale vides agitari nunc quoquo ventis,
Quo tamen adversis fluctibus ire parat.

CIOFANUS.

34. *Et specto.*] *Respecto* plurimi. *confesto* quo-
 que. *aspecto* Barberin. *amplector* pr. Gronov.

37. *Di meliora velint.*] Tibullus iii. iv. 1. *Di*
meliora ferant. Pacuvius in Chryse. citat Nonius:
Di meliora ferant. Plautus in Aulularia: *Di le-*
ne vorant. Quod usurpavit Terentius in Adelp-
hi bene vorant. Idem Plautus in Bacchidibus:
Di melius faciant. CIOF. Puto, *Di meliora, velint.*
 ex veteri formula, *Di meliora*, vel *Di meliora* cui
 ferant vel dent subintelligitur. sic Graecis aliquando.
 Virgil. *Di meliora pii.* Cicero Philipp. vii. *ergo*
habet Antonius, quod suis pollicetur? quid non?
memquid tale habentus? Di meliora. Val. Maximus
 lib. iv. cap. iii. *Sophocles aetate iam senior cum al-*
eo quidam quoseres, an etiamnum rebus parvis
mereretur: Di meliora, inquit? Idem Valerius lib.
 vi. cap. i. sub finem: neque aliter Livius non u-
 no loco. De Sophocle narrationem Valerius ex-
 CIO-

Atque ope nescio quis servabitur advena nostrā,
 40 Ut per me fospes, sine me, det lintea ventis,
 Virque sit alterius; poenae Medea relinquitur?
 Si facere hoc, aliamve potest praepone nobis,
 Occidat ingratus. sed non is vultus in illo,
 Non ea nobilitas animo est, ea gratia formae,
 45 Ut timeam fraudem, meritique obliviam nostrī.
 Et dabit ante fidem: cogamque in foedera testes
 Esse Deos. quid tuta times? accingere; & omnem
 Pelle moram. tibi se semper debet Iason,
 Te face sollemni junget sibi: perque Pelasgas
 50 Servatrix urbes matrum celebrabere turba.
 Ergo ego germanam, fratremque, patremque, Deosque,
 Et natale solum, ventis ablata, relinquam?

Nempe

Carone Ciceronis hausit, ille ex sui Platonis libro
 primo de Republicā. uterque *Di meliora* in respon-
 so Sophocles reddiderunt, quod apud Platonem,
 aliqui, & alij. Noster Remed. 439.

Di melius, quam nos monuimus tanta quinquam.
 Et II. 388.

Di melius: vix hoc nuptia tenere potest.

Lucanus libro II. 537.

Di melius, bellū tulimus quod damna priores.

Libro III. 93.

Di melius, quod non Latias Eous in oras

Nunc facer intulisti.

Atque ita saepe. Apulejus lib. III. *Met. Di mihi*
melius, quam ut mei causa vel tantillum serpsulum
potius, nec absudum ista Gellii XI. cap. 13. Di
mentem meliorem mihi, sic & Di bene, de quo
Tull. lib. I. El. II. diximus. vers. 41. HEINS. Vid. ad
 II. An. 388.

38. *Prodamnē.]* *Prodamnē* Regius & Vivian. &
 multi alii. male. Epist. XII. 109. *Proditus est geni-*
tor. Ep. vi. 135. *Prodidit illa patrem, & passim.*
quae paterna etiam Medic. unus.

41. *Virque sit.]* *Utrique sit* unus Med.

41. *Occidat.]* *Occidat* Vaticanus & unus Heinsii.
 Vid. lib. vi. 10. & x. 10.

43. *Sed non is vultus in illo, Non ea nobilitas ani-*
mo est, ea gratia formae.] Describit ipse Iaso-
 nem Ep. XII. II.

Cur mihi plus atque flavi placere capilli?

Et datur ex linguae gratia sella iuae.

Et hoc postremo versu exprimitur, quod ait Sta-
 tus in v. Theb. 456.

— *& si blandus Iason*

Virginitus dare vincula noxii.

Horatius videtur significare fuisse formoso corpore
 Epod. II. 9.

Ut Argonautas praeter omnes candidam

Medeā mirata est ducem.

Et ipse paulo supra:

Forma movere potest? certo mea pectora movit.

CIOFANUS. *Non ea nobilitas* Oxon. & quatuor
 alii, ut *nobilis Aesonides* dicitur Lips. vi. 109. &
 ita passim has voces confundi scio. sed hic nihil
 mutuo. nam *vultus* & *gratia* hic requirunt *nobili-*
tatem. sensus autem est, non esse nec tam vultu
 malo, nec degeneri nobilitate, ut posset inde ti-
 mere Medea. elegans ille vero vius pronominis
 it. sic Iulian. v. 6. *Neque is miles erat, qui nomen*
Atheniensium tueretur, neque eae viros, quibus vin-
cere consueverant, neque ea scientia militaris in his,
quos vincula, non castra continuerant. LUCAN. I.
 171.

Non erat is populus quem pax tranquilla juvaret:
 Status II. Theb. 89. *Nox ea,* ubi Scholiae exponit
 tali. sic apud Livium lib. xxviii. 27. legendum:
is denique ego sum, cujus imperii tacere exercitum
minime mirandum sit, male eiecerunt viri docti: et
is, quia in quibusdam codicibus desit, quod accidit
ob praecedentis vocis creditur ultimam syllabam.
 pluribus etiam hanc elegantiam illustrat Cl. Bentle-
 jus ad Horat. I. Sat. IX. 55. BIRMANIUS.

44. *Fa gratia formae.]* Quia praecelset, *sed*
non is vultus in illo, ne his idem dicat, videtur
referendum, ea gratia morum. HEINS.

46. *In foedera.]* *In foedere* Leidensis.

47. *Quid tuta times?]* *Stultia times* Lovan. &
 Basileens.

48. *Semper debet.]* Non damno hanc lectio-
 nem; & ita saepe Noster & alii loquuntur. sed ne-
 que absurda Regii codicis lectio: *tibi se semper pro-*
bebit Iason. vide ad I. Amor. vi. 41. BIRMANIUS.

50. *Turba.]* *Turma* unus Basileensis & pr. Me-
 diceus. vid. ad II. Amor. XIII. 18. & III. Anis
 Amat. 2.

51. *Ergo ego germanam, fratremque, patremque,*
Diisque, Et natale solum, ventis ablata, relinquam.]
 Hoc

Nempe pater saevus, nempe est mea barbara tellus,
 Frater adhuc infans: stant mecum vota fororis.
 55 Maximus intra me Deus est. non magna relinquam;
 Magna sequar: titulum servatae pubis Achivae,
 Notitiamque loci melioris, & oppida, quorum
 Hic quoque fama viget, cultusque, artesque virorum:

Quem.

Quemque ego cum rebus, quas totus possidet orbis,
 60 Aefoniden mutasse velim: quo conjuge felix,
 Et Dis cara ferar, & vertice sidera tangam.
 Quid? quod nescio qui mediis concurrere in undis
 Dicuntur montes, ratibusque inimica Charybdis,
 Nunc forbere fretum, nunc reddere; cinctaque faevis

Scylla

Hoc ipsum se Jafoni benigne & cumulate praefati-
 mie, epuloa, quam ad eum misit, exclamans,
 ita consequitur, ac debet vers. 159.

*Lae pater gaudet, Geloidi gaudere relicti,
 infans umbrae fratris habere mei.
 Deserit amictus, reges, patriaque, domoque,
 Coniuge, qui nonis cuncta ista erat.
 Serpente regem docuit, tauri quoque forentes,
 Unam non petiti perdonasse virum.*

Rursum in eadem epuloa, multis interpositis car-
 minibus:

*Redde tamen, pro quo tu res infans reliquisti
 Adile filium hostis, auxiliumque refer.
 Atque hoc Hypsipyle, superior Jafonis uxor,
 ipsi Medae visio venit Ep. vi. 133.
 Frelidit illa patrem, rapta de caelo Thoanta,
 Deseruit Caelum, me mea Lemnos habet.*

Et Medea ipsa, apud Valerium Flaccum VIII.
 46.

*Linguis domus patrias, se propter, optaque mes-
 ram, &c.*

Hac de re nonnulla Euripides in Medea: Unde
 aliquid Poetam nostrum sumptisse arbitror. Et na-
 tale solum: Pariam. Sic & 1. ex Pont. III. 35.

*Nescio, qua natale solum dulcedine canthos
 Ducit, & immemores non finit esse sui.*

CIPRIANA.

53. *Est mea barbara.* Mibi plures, quidem rō
 est non habent, unus Basil. & mea. nihil muta.
 Epist. XVII. 64. *Cerid barbara terra tua est.* BUR-
 MANNUS.

54. *Vota fororis.* Ema Medic. unus.

56. *Titulum servatae pubis Achivae.* Pubis in
 nonnullis; sed & passis Achivae, quod in qui-
 busdam, legi recte potest. NAVGIA. Veteres fere
 omnes, passis. CIOPAN. Cavendinitas, quod in
 plurimis extat membranis, passis Achivae, apud
 Val. Flaccum simili modo non semel peccatur, ut
 initio lib. vi. ubi, *Gravianus absumere pulcin, pro
 passum scribendum.* ut & libro v. 38. 620.

Præmissaque vellera puli Tassallitae.
 Et libro IV. 328.

Mox ista, & foete videri peris agmina pulci.
 Apud Statium quoque libro v. Sylv. Epicedio
 Hilli.

*Nec ego mercatus Ponia de puli lespates
 Dicitur*

legendum, sic primo pro Primo apud Propertium
 lib. II. Eleg. II. & ita hoc libro apud Nostrium,
Janusque Præditi pro Bivres constant in membra-

nis. HEINSIUS. *Gentis Lovanien. Athana* tunc
 Heinii.

58. *Artesque virorum.* In uno meo, dubus
 Vado. *Artesque virorum.* Placet. CIOPAN. *Luxum*
 plerique venustiores. quod impendit placet, et
 jun praecessisset, *Notitiamque istiusmodi scilicet*
 te illic sibi reponendum. Vide quae notavi lib. II.
 vs. 765. *colony primus Medic. Bernegger & o-*
 nus Moreti. Trist. III. Eleg. VIII. ex vestigiis ven-
 rum librorum:

*Cunctaque solum, merisque heminum, cultusque in-
 tarum*

Cerimus. HEINSIUS.

Nescio an non praetaret, *cultusque habitusque vi-*
 rorum, quae saepe jungi videmus. Curt. III. 6. *Col-*
tus habitusque paullatim à privato abberrent. IV.
 Fast. 107.

*Prima feros habitus homini detrahit, ab illa
 Ventram cultus, mundaque cura sui.*

Quamquam neque artes virorum dicitur, ut apud
 Horat. IV. od. 1.

Puer nullo artium.

Noster II. Amor. x. 6.

Artibus in dubio est, haec sit, an illa, pro.

Non male etiam unus Leidensis, *atqueque virorum,*
 quod alludit alter Heinii, qui artus habebant, artus
 sunt *arta*, nam & illo vocabulo utebantur: vid.
 Barth. ad Claud. I. Laud. Silic. 14. Val. Flaccus
 II. 5.

Platitoseque Deis neu deservat astitit.

Justin. XXXI. 2. *Senatus ad spectandum alius Heu-*
balis legatum in African Gn. Sereulium mittit. A-
 vienus Oib. Defer. 351.

*Nec proci illa virum qui incola, astitit omi
 Quae prior humanis leges & jura notavit.*

Ita legendum ex veteri codice, *perperam vulgati,*
humanas. Sic *alios Apolloniam Sulpicio Severo*
 lib. I. cap. 1. & aliis Ecclesiae praecae scriptoribus.
 BURMANN.

60. *Mutasse velim.* Si *notum* legeretur, ut Ra-
 phaelem legitur suspicor, nulla esset difficultas, quia
 autem carmen poëta *velim*, videtur hoc dicitur
 vè legendum, hoc sensu; sequar cultus artesque
 virorum, & Aefonidem, quem putat, ac velim
 cum rebus, quas orbis possidet, permutare, quasi
 diceret in fine. GLAR. Nihil est quod haeret Glar-
 reanus, idem enim sensus erit, sive dicat *velim*, sive
velim, si enim potuisset per metrum dicere *velim*,
 sensus esset, quem cariorum habeo omnibus re-
 bus, si quis mihi eas offerret: si *velim*, erit, pro
 quo.

quo omnia vellem dare, si possiderem omnia. *mu-*
tare enim Jafona cum rebus, & res cum Jafone,
 si distulset, eodem rediret. Vide Doctissimi Bentleji
 notas ad Horat. II. od. XVI. 19. & II. Sermon. VII.
 109. sic lib. XII. 34. ex MS.

Suspensam scribo mutasse Aefonide terram.
 Ita & *posare* utroque modo usus docui ad Vel-
 lej. II. 12. & 88. vid. & inf. lib. VIII. 477. praet-
 erea duo codices, *quosque ego non rebus*, quod
 aequè probum est: *mutamus enim rem re*, vel,
cum re. Justin. v. 5. Ut ex continentis Aelbiadem du-
cem Cnove mutarent. Noster III. Fast. 491.

Jam bene per juro mutarat conjuge Bacchan.

Ubi codices quidam, *pro juro*, ut forte, *pro duro*
 potest legi, ut & hic quatuor codices: *pro rebus*
 exhibent, *non ego pro rebus* Basilensis unus. BUR-
 MANNUS.

60. *Quo conjuge felix, Et Dis cara ferar, & ver-*
tice sidera tangam. Antonius Gallus consil deli-
 gatus:

*Illam ego si cernem, tum terque quaterque beatus,
 Tunc ut his consul, tum tangam vertice caelum.*

Cicero ad Attic. lib. II. Epist. 1. *Nostri autem prin-*
cipes digni se caelum potest attingere. Et prover-
 bio dicitur: *Capite vel digito caelum attingere.* CIO-
 PANUS.

61. *Gara.* Grata Gronovii unus.

61. *Quid quod nescio qui.* Aliam causam assi-
 gnat Medea, qua Jafonem sequendum esse sibi
 pensaret. Multa namque nova periculosaque se
 vitarum ait, quales sunt Cyanæae petrae ad Thra-
 cum Bosphorum, quae inter se concurrere dicun-
 tur. REGIUS. Imo diversum facit, metum & pe-
 ricula sibi opponens, propterea etiam infra ad hanc
 objectionem rursum sibi ipsa responderet:

*Nempe tamen quod amo, gremioque in Jafoni
 haerens,*

Per frua longo ferar, nihil illum amplexa timebo.
 NICELLUS.

62. *Qui mediis incurere in undis Dicuntur mon-*
tes. In istem lib. & uno Caelest. *Occurrere in*
undis. In altero meo, *Concurrere.* CIOFANUS. Co-
 dices majores ex parte, *occurrere*, secundus & ter-
 tius Pal. primus Basil. Rottendorph. & decem
 alii, *concurrere*, vere. ita de Cyanæis caudibus pas-
 sim scriptores. Noster Amor. lib. II. XI. 2.

*Quae concurrentes inter temeraria rupes
 Conspicuum sulco vallere vexis vcan.*

Et Metamorph. lib. XV. 337.

*timuit concursus Aegae
 Undarum sparsas Symplegades elisuram.*
 Virgil. Aen. VI. 692.

*credas innare revulsas
 Cycladas, aut montes concurrere montibus altis.*
 Statius Theb. XI. 438.

Cyanos vultus concurrere montes.
 Juvenal. Sat. XV. 19.

vel concurrentia saxa Cyanis.

Claudian. lib. II. in Eutrop. 29. *Concurrere freti
 fauces.* & initio libri de Bello Getico, *Descriptum va-*
gat concurrunt rupes dixit agens de Argonautis. Ac-
 cius Argonautis apud Cicronem lib. II. de Natu-
 ra Deorum, *undae concurrentes.* Plinius lib. IV. cap.
 XIII. *Cyaneae, alii Symplegades appellatae, tradi-*
taeque fabulis inter se concurrunt. Mela lib. II. cap.
 VII. *Contra Thracium Bosphorum duas parvas, parvoque
 spatio distantes, & aliquando creduntur distaque con-*
currere, & Cyanæae vocantur & Symplegades. sic
 & Hyginus Fab. XIX. neque aliter passim Valerius
 Flaccus. Theocritus Idyll. XXI. 1. *πέτραις τῶν ἐν-
 νούταις* appellavit. à concurrendo *συνεπιβάδεις* dicitur.
 HEINSIUS.

63. *Ratibusque inimica Charybdis, Nunc forbere
 fretum, nunc reddere.* De qua XII. Ep. 125.

*Quaque vomis totidem fluctus, totidemque refer-
 bet.* CIOFAN.

63. *Charybdis.* Hujus & postea Scyllae, qui
 mentionem facere potuerit Medea, vide ad Epist.
 XII. 123.

64. *Cinctaque faevis Scylla rapax, &c.* Dici-
 tur, quod & ex hoc loco satis patet, Scylla ha-
 bere canes succinosos. Ad quod alluisse videtur
 Cicero, comparans Verrem cum Charybdi &
 Scylla. Ejus verba sunt lib. V. Act. II. *hoc enim
 iste inferior, quod pluribus & majoribus canibus suc-*
cinxerat. De hac quoque ita III. Amor. XII. 21.

*Per nos Scylla patri canas furata capillos,
 Pube premit ravidos inguinibusque canes.*
 Antonius in Griffo. 83.

*Scylla triplex commissa tribus, Canes, Virgines,
 Piscis.*

Tibullus III. IV. 89.
Scyllaque virginam canibus succinella figuram.
 Seneca Medae vs. 350. ad hunc forte nostri poë-
 tae locum respicit:

*Quid cum Siculi virgo Pelori
 Ravidos utero succinella canes.*

65 Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo?
 Nempe tenens quod amo, gremioque in Iasonis haerens,
 Per freta longa trahar. nihil illum amplexa verebor:
 Aut, si quid metuam, metuam de conjuge solo.
 Conjugiumne vocas, speciosaque nomina culpae
 70 Imponis, Medea, tuae? quin adspice quantum

Adgre-

Virgilius in 111. Aeneid. 424. scilicet eam describit:
 At Scyllam caecis cingit spulcra lateribus
 Ora exsertantem, & naues in saxa trahentem.
 Prima hominis facies, & pulchro pectore Virgo
 Pulcherrima: postrema immittit corpore Pisces,
 Delphinum caudis utero commissa luporum. CIOV.
 67. Per freta longa ferar.] Sic prope lib. VIII.
 Per freta longa trahar. CIOFAN. Trahar secundus
 Vatic. prim. Baill. opt. Thuan. & duo alii. ut lib.
 VIII. 141.

— pappionque amplexa recurvam
 Per freta longa trahar.
 Ferar paulo ante praecesserat. HEINSTUS. sic Ho-
 rat. lib. 1. xv.

Passer cum traheret per freta navibus
 Ideis titulum.

Et licet verbum trahere sere de invitis dicitur. &
 ita hic Medaeae fluctuanti recte convenire possit,
 his tamen locis potius longam iter, & variis er-
 roribus productam notat. ut idem Horatius lib.
 III. 24. de errantibus Scythiis:

Quorum planstra vagas
 Rite trahunt domos.
 Virg. v. Aeneid. 709.
 Quae fata trahunt, retrahuntque sequuntur.
 Val. Flac. vi. 81.

Planstrisque ad praecia cunctas
 Corvatas traxere manus.

VII. 271.
 Ipsae, ego quas necum per mille pericula traxi,
 Desecere Duae.

II. 280.
 Me tecum solus in aequor
 Rerum traxisti amoe.

Sequitur etiam unus Gronov. vid. Epist. XVI. 323.
 In freta etiam Leidensis, non tam bene. BUA-
 MANNUS.

67. Nihil illum amplexa timebo.] Ita libri vete-
 res. CIOFANUS. Verebor est in plurimis. nihil hunc
 etiam Gronov. & unus Heinli.

69. Patas.] Venit secundus Medicus, Neap.
 & duo alii. ut apud Virgil. IV. Aen. 172.

Conjugiumne vocas, hoc praestitit nomine culpae.
 HEINSTUS.

60. Speciosaque.] Speciosa unus Patav. pretiosa
 que Strozzeae. vitiosaque Langem.

70. Imponis.] Praestitit vel praestitit Francof.

73. Confiterant.] Insisterant pr. Baill. contige-
 rant: Sicill. male. vid. Ep. xv. 162. xx. 73.

74. Ad antiquas Hecates Perfidis aras.] Dixit
 κατὰ συνδοξὴν poeta, ad antiquas aras, hoc
 ad templum. eodem enim modo & apud Aëtolio-
 num III. 840. unde plerumque haec transumpta
 sunt, Medea ancillis imperat.

Εστρωπίς ἕκτας ὑπερβόροισι ἀπίη,
 Οὐκίμη τις Ἐκίας ὀφεικῶδία ἴσοις ἀγῶνι, &c.

Quoniam autem hic locus occasionem offert, &
 bet aliquantum exspatiari calamo, & quae de
 Hecate apud auctores alios atque alios traduntur,
 simul & sub uno veluti capite, hic exponere. Vetus
 Dea Hecate fuit ἡλιώδης καὶ νυκτερά, ἰστέον,
 hoc est, inferorum, ac mortuorum rerum praesida,
 coque etiam magorum & veneficam canibus
 frequentata. Hujus potentiam prolixè describit
 Hesiodus (Theogon. 412.) illicque statim à
 Jove sit μίστην, hoc est, partem ac facultatem
 omnium terrestrium & maritimorum, καὶ γῆρας
 ἐν γαίῃ, καὶ οὐρανῷ ἰδὲ θαλάσῃ, solumque omnium
 Titanici generis, potentiam, atque honores suos
 integros mansisse, cum ceteri ad inferos detrahe-
 rentur ac, damnarentur. proinde eandem etiam
 aliorum parte fungi, & quaecunque libuisset, ho-
 minibus elargiri. atque ubicunque, inquit, idem,
 aliquis

— ἰσθητοῖς ἀπὸ τῶν,
 Ἐκίας ἴσα κατὰ νότον ἰλακῶνται
 Κακῶδ' Ἐκίας, πῆλδ' ἢ ἢ ἴσῃσι τῆρι.

Quare etiam dictam voluit Ἐκίην alii quia
 Ἐκίην, quod singulorum curam ac providen-
 tiam gerat, singulaque ad ipsam referantur: alii
 ab ἑκῆτων, quod centenaria, hoc est multiplicem,
 & infinitam potestatem habet. praecipue tamen
 ac peculiariter illi cura inferorum attribuitur. ce-
 jus rei ridiculam quandam rationem afferunt. nam
 cum intra primos annos adhuc esset, Junonem
 ajunt persequi illam coepisse. illam autem primam
 in domum puerperae cujusdam, postea ad quon-
 dam, qui defunctorum corpora osserebant, con-
 fugisse, quare tum Junonem ἀκαθάρτησιν μετὰ
 delictis, à persequendo desistit: Jovem autem
 per Cabiros (sacerdotum id genus est) lastram illam
 iterum praecipisse, à quibus cum ad Acheron-
 iam paludem deducta fuisset, mortuorum isdem
 curam ac praesecturam sortitam esse. unde & is-
 crificis mortuorum, & expiationibus item & ero-
 cationibus illorum adhibetur, ἡλιώδης, hoc est,
 & νυκτερά, hoc est, inferam, & nocturnam. Sicut
 que etiam, qui Ἐκίην dictam putant, quoniam

Adgrediare nefas: & dum licet, effuge crimen.
 Dixit: & ante oculos rectum, pietasque, pudorque
 Confiterant: & victa dabat jam terga Cupido.
 Ibat ad antiquas Hecates Perfidis aras:
 75 Quas nemus umbrosum, secretaque silva tegebant.
 Et jam fortis erat, pulsusque residerat ardor;

Cum

centum annos vagari pateretur eorum umbras,
 quorum corpora sepulta non fuissent. plerique can-
 dem cum Proserpina, ac Luna faciunt, eoque I-
 aster, quia quae ἑκας, hoc est, longe à nobis
 distat, vocant volunt. A poetis autem etiam
 triformem inde, & tripitem dici putant, quo-
 niam luna modo plena luceat, modo obscura te-
 getur, aliquando partim luceat, partim obscura
 sit. Ita nunc nunc in coelo appareat, nunc apud
 inferos promatur, interdum circa sylvas ac mon-
 tes vegetat, unde etiam nomina illi subinde alia,
 saepe alia esse, ut nunc Luna, nunc Proserpina,
 nunc Diana dicitur. Sed mihi triformis Hecate
 inde potissimum dici videtur, quod illi compita,
 ac trivis antiquitus dicata fuere, in quibus & fa-
 cificia mensura illi fiebant, quas Hecates coenas
 vocabant, ut ex Ploto Aristophanis apparet &
 sicutae triformes, sive tripites eidem consecra-
 bantur. Hinc & Ovidius lib. 1. Fast. 141. dicit:

Una videt Hecates in tros vargantia partes,
 Servat ni in ternas compita sella vias.

Quoniam Orpheus, aut quisquis is fuit, in Ar-
 gonautis, vs. 973. etiam ipsam deam tria capita
 habere dicit, hominis videlicet, equi, & canis
 his vultibus:

— οὐδ' ἀλλολεμεφθ' ἴσασα,
 Τρομαίφατος ἰδῶν, ἰδοὶ τῆρας, ὅτι ἐκπύω
 Ταρταρέου Ἐκίην καὶ δ' ἀρ' ἰστέον ὄμω
 ἴσῃσι γένεσι, κατὰ δὲ τῶν ἰσῃσι
 ἰστέον σπυλακῶν, μέτρη δ' ἴσῃ ἀρχαίμεφθῃ.

De genere autem, & parentibus hujus deae varie
 à auctoribus traditur. nam alii Jovis & Aetheriae,
 alii Aethae filiam faciunt. rursum alii Cereris, alii
 Noctis filiam. Apollonius, & post hunc Ovid.
 Perfidis vocat, hoc est, Perfae filiam, sive ille
 Solis filius, & Aetiae frater fuit, ut Diodor. lib. v.
 & Diodor. ille, de quo Regius meminit, tradide-
 runt: sive Crei potius, & Euribiae, Titanici ge-
 neris, ut Hesiodo placet, apud quem in Theo-
 gon. 174. ita legitur:

Κρήνη, Εὐροῦ τῆσι ἐὼ Φιδότην ἠγύισα
 Ἀγῶνι μέγαν, Πάλλαντά τε, δὴν δὴ δῖον,
 Περσίδα, ἢ καὶ πῶσι μιστήρησι ἰστέονισσι.
 Et rursus 207.
 Πῆλδ' ἢ ἰσῃσι ἰστέονισσι, ἰσῃσι Περσῆς
 Νύκτι ἢ ἰσῃσι ἰσῃσι Φιδῶν κακῶδης ἰσῃσι.
 ἢ ἰσῃσι ἰσῃσι ἰσῃσι τῆσι, τῶν ἰσῃσι πῶσι
 Ζῆσι κακῶδης ἰσῃσι, πῆρσι ἢ ἢ ἰσῃσι ἰσῃσι.

Vocatur autem eadem haec à poetis etiam Ἐρημῶ,
 hoc est terrifica, eo quod terrorem immittat ho-
 minibus, & spectra, quae ab ipsa dicitur
 dicitur. item δαίμα, & per contractionem, δαίμα,
 ἀπὸ τῶν δαδῶν, ut placet grammaticis, quod sacra
 illius cum facibus peragantur, quae de causa etiam
 δαδούλης appellatur. Et μολογῆσαι, quasi dicas u-
 nigenitiam, & κενωτῆρος, hoc est, quae puellas,
 ac pueros nutriat. quae tamen nomina etiam Pro-
 serpinae communia sunt. Ponebantur autem & sta-
 tuae illius ante domos & valvas potentiorum.
 Hinc Aeschylus alibi dicit, δέσπον' Ἐκίην τῶν βα-
 σιλείων προδούλης μελίμην. Atque haec de He-
 cate ab auctoribus sere traduntur. quoniam autem
 & de Medea hoc loco agitur, & de Aetia, non
 abs re fuerit illorum quoque genus persequi. nam
 & hoc ab auctoribus varie traditur. Medaeae igitur
 matrem alii Eurylytem vocant alii Nezeram.
 Dionysius, quem supra Regius citavit, & Diodo-
 rus, Hecatem, nam Perfen & Aetam fratres
 fuisse, Solis filios; ac Peden quidem ex nymphā
 quadam indigena sustulisse Hecaten, veneficis in-
 signem, quae patris suo nupsit, ex coque Cir-
 cen, Medeam, & Aegaleum, quem alii Absyrtum
 vocant, peperit. quod ideo fictum puto, quod
 cum veneficis insignes fuerunt Circe, & Medea,
 creditum propterea sit ex Hecate illas prognatas.
 Hesiodus autem in Theogonia 958. Iduam vocat
 Medeae matrem, his verbis:

Ἀΐτας δ' οἷος φαινεβόρην Ἠΐδιον
 Κεῖλον ὀφεικῶδ' ἰσῃσι πῶσι
 ἴσῃσι Ζῆσι θελήσει ἴσῃσι καλλοτάτην,
 ἢ ἢ οἱ Μέδουσι ἰσῃσι ἐὼ φιλῆσσι
 ἴσῃσι ὑπερβόροισι Ζῆσι γῆσι Ἀφροδίτην.

Hunc & Apollonius sequitur. nam & ipse Medeam
 Iduae filiam, Hecates autem sacerdotem dicit, &
 proinde circa templum illius versari. eodem autem
 & III. 530.

Φάρμακ' οὐδ' οἱ Πυθέσι φῶσι, ἢ ἰσῃσι ὄμω.
 Et vs. 478.

Φαρμακῶν Ἐκίας Περσῶν ἰσῃσι.

Similis diversitas auctorum, & circa patris Aetiae
 genus est. nam ut patrem hujus Solem esse pler-
 que affirmant, ita matrem contra sunt, qui Iphy-
 ren vocant. Homerus Periam nominat. Hesiodus
 autem, & post hunc etiam Hyginus, Perfidem,
 Circenque non filiam, sed sororem illius faciunt.
 Hesiodi versus sunt Theog. 956.

Heid

Cum videt Hecatoniden: extinctaque flamma revixit.
Et rubuere genae; totoque recanduit ore.

Ut

Ut solet à ventis alimenta adfumere, quaeque
Bo Parva sub inducta latuit scintilla favilla,

Cresce-

Ἥκων δ' ἀκάρωτι τις κλονὶ Ὀκείων
Γεγρῆς Κερκυάτι, καὶ Διότῳ βασιλῆϊ.

Homeri autem Odyss. K. 136. hi:

Ἥκων δ' ἰσπλάκμος, δὴν δὴς, αἰδέσσα
Ἀντοκας, γρηὶ ἐλάφουμ Ἀίψα.

Ἄμφω δ' ἐσχυρῶτος φαινεμῆρτα ἧλιος,
Ματρὸς τ' ἐν Πύργῳ τῶν Ὀκείων τίσι παῖδι.

Eumelus autem vetus poeta, etiam Antiopem vocat, Hecatae matrem, ipsam Corinthium facit, è Corinthio autem in Colchos profectum ait. cuius versus, ut quidem in comment. Pindari citantur, ita se habent, Olymp. xiii. 75.

Ἄδ' ἔτι δ' Ἀίψης, καὶ Ἀλκονὶ ἱερῶν
Ἥκωντι, καὶ Ἀντιόπῃ, τίτι δ' ἀδίκῃ χερσὶ
Δάκρυο παῖδι ἰὸς Ἰπυρίης ἀγλαῖος οἴος.
Ἦν μὲν ἴσ' Ἀντιόπῃ, τὰκτίῳ κείνῳ ἄν' Ἀλκῶν,
Τῶν δ' Ἐφύρῃ, κτερεῖται Ἀίψης δόκον ἄσασσι.
Αἰδέσῃ δ' ἐπ' ἑσπῶ Βουῖο περιδόντι φροῦσσι,
Ἔσπερον αὐτῶν Ἥκωντ' ἢ ἐξ αὐτοῖς τις ἀδός
Ἥκων, ἢ ἰσπλά, ἢ ἔσπε Κελύβη γούρι.

Atque hinc factum alii tradunt, ut Corinthum postea venerit Medea, regnumque paternum repetiverit, quam tamen Corinthii ubi eiecerunt, ac liberos istius, ne quis successor, aut haeres illius amplius relinqueretur, occiderunt, sparsa fabula quasi a matre ex invidia interfecti fuissent. atque haec de Aëta, & ejus genere. Micyllus. De Hecate multa scitu digna collegit Parrhasius in Claudianum lib. 1. v. 5. Cujus haec sunt: Hecate Persei fratris Aëtae Colchorum regis filia fuit, ut Dionysius Milesius in Argonautico refert. Ea, dum vaga per saltus venaretur, aconiti vim prima apprehendit: & ita necato parente, regnum occupavit, à suis in coelum post mortem relata, ut apud Diodorum legimus. ejusdem nominis altera ex Aëtia, Latoniae sorore & Perseo Titane nata, cui Juppiter elementa subiecit, & Coelo Erreboque potentem fecit, ut canit Maro: unde & Hecate dicta, ut discimus ex Hesiodo. Virg. Aeneid. iv. Ter centum tenet ore Deo; sic enim nos interpretati sumus, ut dicat Hecaten à saga ter invocatam, quam per centum obscure quidem, sed peritissime designavit, ad amplissimam Deae potestatem, & nominis rationem simul alludens. Id ab ἐκατόν trahitur, quod apud Graecos idem valet quod centum. Ternarius porro numerus in ejusmodi sacris adhibebatur ex ritu, ut ex Homero, Nasone, Tibullo, Papinio colligitur; & Porphyrius ille Philosophus in Responsis abunde diffinit. Nec obest quod à poeta statim subjicitur:

Tercentinaeque Hecaten tria virginit ora Dianae,
Nam sui moris est, ut etiam Macrobius observavit, in quibus non convenit inter doctos, utram-

que sententiam complecti: quo fit, ut filii plerumque non consent, ut Servius, & alii post eum Grammatici notaverunt. Notat diversitas in Hecate opiniones, & eam, quam superius attulimus, & eorum, qui cum Junone conjungunt, ut si eadem Juno, Diana, & Proserpina, ex quibus Hecate, ut est apud Lucanum, commune nomen efficiatur. Idcirco ne alterutrum poeta daret, utrumque dixit. In haec divertere libet propter eos, qui znicularum deliramenta fecit à Servio discesserunt. Hecaten Noctem genitam tantum Bacchylides, Jove & Aëtia Musaeus, eodem & Cerere Orpheus. Pherecidas Aristici Peoni filium tradit. Eadem Perseis appellatur à patre. Apollonius Argonaut. 111. πόρτα δὲ Περσῆ, & in vi. νεκροπέλαυ Περσῆδες ἔργα κέρως, id est, Noctem vagam tutor Perseidos orgia Divae. Nec aliud in Callandra, cum Persei Virginem dicit Lycophron, intellexit. Et Papinius in evocatione Manium à persona Tircliae:

Tu sperare cœtu

Elyfos Persea pios, virgaque potenti
Nubilus Arcas agat.

In quo Persei quoque legi potest, ut Instidi, Phylli, Amarylli. Hinc apparet eos falli, quae Persans legendum putant; & invidere Bacchum, vel Mercurium bis inculcant. Opius in signa nautico triplex eam caput habere fingit, dextram equi, sinistram canis, medium hominis & quidem rustici. Ovidius in Fastis:

Ora vides Hecates in tres vergentia formae.

Alcámenes omnium primus Hecatae trifonae bognum fecit. Id Athenis videbatur juxta Vidonae statuam, quam, quod alii carceat, implentem vocabant, ut docet Pausanias. Hecatae canes in molibantur, ut Minorum poeta scribit Sophocles. CIOFANUS.

75. Quas nemus umbrifera, sacraque silva tenebat. Locus hic ex eo, qui in Medaeae epistola est, & ille ex hoc aeque illustratur:

Est nemus & picis, & frondibus ilicis atrum:
Vix illic radiis Solis adire licet.
Sunt in eo (suarant certe) delinora Dianae,
Aurea barbarica stat Dea salta manu. Iovis.

Vid. & Parrhas. Quae sit, per Epist. iv.

75. Sacraque silva. In Lovaniensi erat, et insula, quod an pro vastata libravit cepit, an sit insula nescio. sed nisi vulgata recta sit, ego nullam sacraque silva. nam mox vers. 95. nunc in libro suo fuisse dicit. ita apud Virgil. lib. 1. 681. Coedices scripti pro,

Aut super idalium sacra sede recedam,
habent sacra. & xi. 157.

Fas mihi Grajorum sacra solvère jura.

Hic

etiam nonnulli. Male sacra. & mox 138. in Medaeae uno erat, sacraque adiecit artes: sed relinquimus sacra, quod facis Magnis, quae arcana erant, convenit. HANM.

75. Tegetat. Tegetat primus Regius & multi alii. HANS. Tegetat Oxon. & tres alii.

76. Et jam fractus erat. In uno meo, Briantii, Caelest. Dominic. & Abbatis, Et jam fortis erat. In tribus Vatican. Junonis, & meo antiquiore, & utroque Mussiano est superior lectio; quae magis mihi videtur probanda, propter verba, quae sequuntur: Passaque residerat ardor. In hacsecunda editione mihi hunc locum diligentius consideranti magis placet, Et jam fortis erat, quae verba ad Medeam referenda sunt, & à poeta dicuntur. CIOFANUS. Fractus erat multi veteres ex melioribus residerat etiam Bernegger. & tres nostri. PAIO,

Et jam fortis erat, fractusque residerat ardor.

HEINSIUS. Tibul. 1. 5.

Alia eram, & bene diffidam me serbo loquubar,
At mihi nusquam longa gloria fortis abest.

DOVA. Rectè Heinsius fortis praefert. vide ad 1. Art. 261. ita ipsa Medea apud Val. Flaccum v. 248.

Perlis ante

Sola sui.

Martial. v. 38.

Quid esse vestro fortius potest Proeto,
Ducimus accipit, & tamen vivit.

Insti. xv. 38. & passim. sed pulsus non moverem. sic in 200. pulsus fugit macies. & ita pelli morbi dicuntur. Vid. Remed. 115. BURMANNUS.

77. Extinctaque flamma reluxit. Revixit longè elegantius primus Gronovii, Arondel. & alii complures. Remed. Amor. 731.

Te hanc extinctum cinerem si sulphure tangas;
Vires, & è minimo maximus ignis erit.

PAIO. in. 427.

Quas sancta fovet ille manu, bene vivitis
ignes,

Vires inextincti flammaque duxque precor.

Plant. Amphitrua 1. 11. 15.

Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo.
Propertius libro iv. Eleg. 111.

Hanc vireas, ut vivat, ventilat ipsa facem.
atque in passim optimi Latinitatis auctores. ut & recentior auctori. Noster Amor. libro 1. Eleg. 11.

Vidi ego jussatas mox facie crescere flammam,
Et vidi nullo consentiente mori.

Tam. 11.

Martiali quoque libro iv. Ep. 19.

— spurca moriens lucerna Lada.

Sic vivens favilla Fall. iv. 152. & vicia flamma Fall. vi. 201. Vires quoque favilla Seneca Epicedio Glauci Viva Lucerna apud Horatium, vici carbonis apud Petronium, & apud Capitolinum in Pertinace, vivacissimi carbonis. Dracontius Hexameron:

Jam mortua flamma resurgit,

Redditur ignis edax redvivuo lumine candens.

Flor. 113. iv. Ut extincta peram fideliter incendia majore flamma reviviscunt. sic viciem ignem dixit Seneca in Consolatione ad Marciam cap. 23. Et viciem torrens Val. Flac. 111. 114. HEINSIUS. Eodem modo lib. iv. Trist. v. 3.

Cujus ab alloquiis anima haec moribanda revixit,
Ut vigili insusata Pallade flamma solet.

Vid. Gebh. 111. Crep. 7. Multa in hanc rem undique collegit Th. Grenius Animadv. Philol. & Hist. Tom IX. pag. 144. Vid. & Barth. ad Stat. xii. Theb. 424. BURMANNUS.

78. Erubescere genae. Ita vet. lib. itaque legendum, non autem, Et rubuere. CIOFANUS. Et rubuere meliores. & mox, Ut solet à ventis, non, Utque solet ventis. HEINS.

78. Totoque recanduit ore. In uno meo, Totoque excaudit ore. Quod maxime placet Br. exsultat. CIOFANUS. Totoque incanduit volubat Franciscus, & ita unus Heinsii habet. exsultat plurimi libri. repalluit Sprotti codex, quod verbum non temere alibi reperias. sed vulgata etiam haud temere repudianda lectio. vid. ad Remed. 734. BURMANNUS.

79. Ut solet à ventis alimenta resumere. In eodem meo, Bri. & uno Caelest. Alimenta adfumere. CIOFANUS.

79. Quaeque Parva subinducta latuit scintilla favilla Crescere, & in veteres agitata resurgere vires. Hoc idem dixit polissimus scriptor, Q. Curtius lib. vi. Parva saepe scintilla contempta magnam excitarvit incendium. Et Seneca in Troadibus. 544.

Sic male relictus igne de magno cinis
Vires resumit.

Horat. Epist. 1. xviii. 85.

Et neglecta solent incendia fumere vires.

CIOFANUS. Resumere hic multi, unde Heinsius; hinc veteres a. resumere vires.

Crescere; & in veteres agitata resurgere vires:
 Sic jam lentus amor, jam quem languere putares,
 [Ut vidit juvenem, specie praesentis inarfit.]
 Et casu, solito formosior Aefone natus
 85 Illa luce fuit. posses ignoscere amanti.
 Spectat; & in vultu, veluti nunc denique viso,
 Lumina fixa tenet: nec se mortalia demens
 Ora videre putat: nec se declinat ab illo.
 Ut verò coepitque loqui, dextramque prehendit
 90 Hospes, & auxilium submissa voce rogavit;
 Promisitque torum; lacrimis ait illa profusus:
 Quid faciam video: nec me ignorantia veri

Deci.

82. *Sic jam lentus.* CROFANUS. *Lentus* primus Reg. & tres alii. de quo ad Epit. Sapphis & Remed. vers. 768. *Lacus* Genev. HEINS.

83. *Ut vidit juvenem, specie praesentis inarfit.* Ex hoc quoque loco facile licet percipere ac cognoscere, Jafonem formosum & pulchrum fuisse. De quo, praeter quae supra adduximus, ita ipse Naso in persona Medae Ep. XII. 33.

*Et vidi, & prius, nec notis ignibus arsi,
 Ardet ut ad magnos picea taeda Divos.
 Et formosus eras, & me mea fata trabebant,
 Absisterant oculi lumina nostra tui.*

84. Chorus apud Senecam in Medea 75.

*Vincit virginis decus
 Longae Ceteropias virginitatis:
 Et quas Taygeti jugis
 Exeret juvenem modo,
 Aturis quod caret, opidam:
 Et quas Aonius latus,
 Alphasque facer lavat,
 Cedens Aefonio diti,
 Si forma velis adipisci.* CROFANUS.

Hic versus pro spurio: & ἀβλαβήσ ἀβλεγανδία. HEINSTUS. Neque mihi satis placet versus; non enim recte dicitur ipse amor inardere specie juvenis, sed desiderari tamen alium, qui respondeat praecedenti, & sensum perficiat puto, & hunc fortè pro vero suppositum: nam non solet Noster ita comparationes claudere, ut scintilla solet resurgere in veteres iras, ita lentus amor; sed addi deberet, sic jam lentus amor & jam languere visus, nova incrementa capere, vel simile quid. BURMANNUS.

81. *Casu solito formosior.* Subito in ulti codicibus: quod non displicebat Heinio ex illo Martial. Spect. 14. *Quantum in subitis casibus ingenium.* & *subitum casum*, Nostri etiam dicere novi lib. v. Trist. 19. 17. Pont. III. 36. sed implicatus ita esset

sensus, & ambiguum faceret hic sententiam. nam capi debet, *casu suis formosior solito.* vid. ad lib. II. Amor. v. 42. *solito* autem Noster centies hoc modo utitur, ita *uberius solito* lib. IX. 105. *solito vultu* XIV. 388. & alibi. BURM.

85. *Posses ignoscere amanti.* Amori Gronovius. *possis* unus. *ignosci* postea duo. *ut amanti ignoscere possis* unus Heinii. ut similis caesura supr. 61. vid. ad lib. II. 744. BURM.

86. *Veluti cum denique viso.* In uno meo, & uno Caestino, *Tanquam cum denique viso.* CROFANUS. Ita omnes fere scripti. sed Baehem. *veluti nunc denique*. quem secutus videtur Henlius: & maxime placet. dictum autem pro *nunc* *primum*. sic lib. III. 650. *tanquam modo denique standens ferit*. ubi etiam *tunc denique* alii. forte, *nunc*, ut saepe hanc particulam in *tunc* mutasse notavimus ad Epit. XVII. 95. & sup. v. 210. & 471. *tanquam tunc denique* quatuor. BURM.

88. *Nec se declinat.* Deterquet & hic quicquam. Vid. ad vi. 515. *dimisit* unus Heinii.

89. *Ut vero.* Ut vidit Medic. tert. Cantab. & undecim alii cum Gron. *utque vero*, *utqueque* idem pro var. lect. & Vatic. & Medic.

90. *Et auxilium submissa voce rogavit.* De hoc in Epistola ad Jafonem XII. 2.

Arx mea, cum peteris, ut tibi ferretis epem. Et vs. 65.

Oras epem Minyis, possit altera, & altera libebit,

Aefonio juveni, quod rogat ille, damus. Et ipsa, apud Valerium Flaccum VII. 385.

Ipsa rogat certe, meque ipso implorat Jafonem.

CROFANUS. Regius hic *submissa voce* capit, pro suppressa, ne ab aliis quae dicebat perciperentur. perperam: eo enim sensu Latine dici *submissa voce* recte negavit Sylvius ad Cicero. pro Sulla c. 10. sed *suppressa voce* dicendum esset. *submissa* vero voce est, supplicii, precanti. Noss. IV. Pont. III. 41.

Quid

Decipiet, sed amor. fervare munere nostro:
 Servatus promissa dato. per sacra triformis
 95 Ille Deae, lucoque foret quod numen in illo,
 Perque patrem loceri cernentem cuncta futuri,
 Eventusque suos, per tanta pericula jurat.
 Creditus, accepit cantatas protinus herbas,
 Edidicitque ufum; lactusque in castra recessit.
 100 Postera depulerat stellas Aurora micantes:
 Conveniunt populi sacrum Mavortis in arvum;
 Consistuntque jugis. medio Rex ipse refedit
 Agmine purpureus, sceptroque insignis eburno.
 Ecce adamanteis Vulcanum naribus efflant

Acti-

*Quid sacras Mavortis majus? tamen ille rogavit
 Submissa fugiens voce clonatis epem.*

Sat. II. Achil. 193.

*Tunc acer Ulysses
 Animus lateri submissa voce.*

Cicero. Orator. 23. *submissus est & humilis.* Et 17. *Volat ignis, qui eloquentiam principatum petet, et contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter.* Sic *tudera submissas manus* Epit. XX. 75. BURMANNUS.

91. *Quid faciam video.* Quid faciam en video Medicus unus.

94. *Servatus promissa dato.* Ita ineptissimè legitur in quibusdam typis excusis. Tu vero lege, ut est in Massepianis, & aliis optimis libris scriptis, *Servatus promissa dato.* Quam lectionem habet & Aldinus. nam de Jafone est intelligendum. CROFANUS.

96. *Conveniunt.* In Basilicensi uno & Palatino uno erat, *servantem*, ut & Gebhardus testatur lib. III. Crepand. 15. & certe nisi jam his illud verbum praecessisset, recipere auderem: eruditius enim est, quam ut rudi librario in mentem veniret. Ha. I. Metam. 627.

Castra servabant, atque in statione manebant, Et 64.

Virenti arundinis servantia lumina tentat. BURMANNUS.

97. *Et tanta pericula.* Per tanta primus Gronov. tert. Medic. & tres alii, & deinde recedit pro *regis* cum iidem & optimo Thuan. HEINSTUS. De repetitione praepositionis per vid. ad lib. I. Art. 56.

98. *Credulus, accepit.* In Dominic. *Credulus.* *Credulus* hoc loco, modo ita sit legendum, interpretare fidem habens. quamquam *Credulus* non spurius mihi displicet. CROFANUS. *Creditus* hic est cum Jafoni fides esset habita a Medea, ita apud Virg. II. Aen. 246.

*Tunc etiam satis aperit Cassandra saturis
 Ora Dei iussa, non unquam credita Tenentis.*

Ubi Servius dubium esse dicit, an *credita Cassandra*, an *credita ora* debeant intelligi. nonnulli codices hic habent, *creditor*. etiam non male Terent. Adel. III. v.

Ignotum est, tacitum est, creditum est. Quintil. VIII. Inst. Or. 6. circa finem, ubi de Hyperbole; quam *mentiri docet, sed non ita ut mendacio fallere velit.* Quo magis intusendum est, quo usque debeat extollere, quod nobis non creditur. BURMANNUS.

99. *In ista recessit.* In quae vero *recessit*? an jam advena Jafon sedes in Colchide habebat? Lovaniensis codex hic *castra* habet, nec dubito quin vera haec sit lectio. eleganter ita vocat locum, ubi in statione erat navis Argo: & ita conveniet Nostro cum Apollonio Rhodio lib. III. 1124.

Vires Virent

Et *εραυρος και νησ κεχαρημενος* supra *virentibus*.

Et ita *castra* explicimus Epit. VI. 52.

Hospita semina pellore castra manu.

Et plura exempla dabit Passeratius ad Propertii lib. III. eleg. VIII. pag. 279. facilis vero lapsus, quia librarii saepe voces has, *testis* & *castra* confundere. Vide III. Amor. IX. 14. BURM.

101. *Sacrum Mavortis in arvum.* In sacrum Martis lucum. In illo namque vellus aureum super phago arbore collocatum à pervigili dracone servabatur. RAGIUS. Falsus est hoc loco Regius, qui *arvum* & *lucum* pro eodem accipit. Non enim in luo Martis, sed in campo, sive arvo ejusdè, sub jugum tauri missi, & dentes serpentis seminati fuere. Ita enim & Apollonius vocat, ubi ait lib. III. 1268. *ἄρφα μάλ' ἐς πεδίον το ἄγρον κείνου*. *Lacus* autem Martis, in quo vellus aureum servabatur, alio loco, & ab urbe Colchorum aliquantum remotiore, fuit. Quare etiam navi ad eum transisse Jafonem idem poeta dicit his versibus lib. IV. 100.

Mm 2

105 Aeripedes tauri: tactaeque vaporibus herbae
 Ardent. utque solent pleni resonare camini,
 Aut ubi terrenâ silices fornace soluti
 Concipiunt ignem liquidarum adspergine aquarum;
 Pectora sic intus clausas volventia flammâs,
 110 Gutturaeque ista fonant. tamen illis Aefone natus
 Obvius it. vertèrè truces venientis ad ora
 Terribiles vultus, praefixaque cornua ferro;
 Pulvereumque solum pede pulsavere bifulco;
 Fumificisque locum mugibus implevere.

Dicitur

H' δὲ σφῆν ἐς ἑρῶν ἄλλοις ἀνάγει
 Νῆα ἰὼν ἰάκω ἀπὸς ἑρῶν, ἔφ' ἔτι νεκτῶρ
 Κῆρα: ἰάκωτες ἄρῳτο παρὰ νῆον Ἀίγυπτο.

Et tursum ps. 162.

Ἐλάδ' ὁ μὲν χροῖον ἀπὸ δυνὸς αἰθῆρας κῆρας,
 Κεῖρας κεκομένους ἢ δ' ἐμπέδον ἰακωνῆ
 Φαρμάκω ἔφωρον ἐπὶ δὲ κῆρα, εἰσετο δὲ μιν
 Αἰστέος ἐν' ἐπὶ νῆα πάλιν τροπῶσθαι ἰσῶν
 Ἦνῳγεν, λείπον δὲ πολέσμων ἄλλοις Ἄρῳ.

Quo loco & illud obiter notandum, δῆν generaliter accipi pro arbore. Nam alibi eandem arborem, in qua vellus scivabatur, sagum vocat, ut!

Φυγὸν ἀπαρῆσιν διζυμένω, ἢ' εἴτ' κῆρας
 Ἐβλάτο, νεφῶν ἐυαλγῶν, &c.

Pond & illud admonendum eodem hoc loco videtur, vellus, de quo hic dicitur, quod vulgo aureum fuisse fertur, à quibusdam non aureum, sed aurei sive purpurei coloris fuisse dici. Simonides etiam purpuris, sive conchylis, quae in mari nascuntur, tinclam tradit. Ut quidem in commentariis Euripidis in Medeam annotatur. MICYLLUS. In uno meo, in agrum. CIOFANUS. Codices hic variant. sex etiam agrum habent: duo, autem, tres, arum. unus, durum Mavoris in arum. alius, 12000000.

102. Medio rex ipse refedit. In eodem meo, & eodem Caeleli. Rex ipse sedebat. CIOFANUS. Et ita multi codices. confiterantque simul Oxon.

103. Scoproque insignis oburna. Invisus in nonnullis veterum. ut lib. 1. 178.

Celsus ipse loco, scoproque innixus oburna.
 HAIKA. Ita & inf. 507.

Aiacus in capulo seipri nitente sinistra.

104. Adamanteis. Adamantiniis Lovani. & Sprelli.

105. Aeripedes. Aere pedes armatos habentes. RSCIVS. Apollonius non aere armatos sive indutos, sed totos aereos pedes habuisse dicit, à Vulcano factos: praeterea & ora ex aere facta, quas Ovidius adamantinas dicit. Apoll. versus sunt lib. 311. 128.

Τεῖ' ἀπ' ἐνὶ μεγάροισι Κορυθαίος Αἰθήρας
 Τερχίρας Ἠφαιῶος ἐμίστω δόρυκα ἔργα.
 Καὶ οἱ χαλαίπυδος τῆρας κῆρας, χαλαίη δὲ
 σφῆν

Ἠγέρμετ', ἐν δὲ πυρὸς δυνὸν σίλας ἀμπήσων.
 Πρὸς δὲ καὶ ἀνθῶνσι τῆρας ἀδαμαντες ἄρῳ
 Ἦλασαν, ἰελεῖν τῶν χαίρων, ἔξ ἰά μιν ἰπῶν
 Δέξατο Φλογεαίη κοκκινῆτι διοσῆτι. MICYLL.

Vide ad Epist. vi. 32.
 106. Ardent. Ardens malim. Vide notis ad lib. viii. ps. 289. HAIKA.

107. Terrena. Admodum suspecta mihi haec vox, qua Ovidius fere uti solet pro subterraneo. quare conjici posset, hic Tyrrhena fornace legendum esse; quas voces apud Claudianum lib. iii. de Laud. Sul. 260. confusus in MSS. reperci.

Terrenaeque Neræus

Confere monstris suis.

Ubi MSS. quidam, Tyrrhena, quamquam peperam in illo loco. & ut in Etruria multae erant sigillinae, ita verosimile est & calcem ibi coctam fuisse. Calcem vero postquam aserit in fornace, aquis accendi, ut mirum notat Plinius lib. xxxvi. 23. nihil tamen movere hic audeo, qui Priscian. lib. v. pag. 655. Terrena citat. & terrae fornax potest esse ex lateribus coctis concludo. BURMANNUS.

114. Impleverunt. XV codices, impleverunt praecessit, pulsavero. ita lib. 1. 121. & 111. 315. inf. 296. MSS. & alibi centies. IDEM.

115. Dirigere metu Minyae: subit ille, nec ignes Sentit anhelatos. Sic in veteribus, praeterea quod non ignes, sed illos, aut nillas scasti anhelatos, aut, anhelatos, aut anhelantes. varia enim sunt in hoc exemplaria. sed nos ignes legendum putavimus, ut & Ovidius Epist. xii. 15.

Istos anhelatos non praemedicatus in ignes.

NAUGERTIUS. Sic legitur in impressis quibusdam, sed peperam. In uno meo, Caelesti & Dominic. Dirigere metu subit Minyae, ille nec illos scasti anhelatos. In ambobus Massici, Anhelantes. In altero meo antiquiore, & Vaticanis, Ille nec illos scasti anhelatos: in reliquis cum aliis antiquis conve-

115 Dirigere metu Minyae. subit ille; nec ignes
 Sentit anhelatos, (tantum medicamina possunt)
 Pendulaeque audaci mulcet palearia dextra:
 Suppositosque jugo pondus grave cogit aratri
 Ducere, & infuetum ferro proscindere campum.
 120 Mirantur Colchi: Minyae clamoribus implent,
 Adjiciuntque animos. galea tum fumit aëna
 Vipereos dentes; & aratos spargit in agros.
 Semina mollit humus, valido praetincta veneno:
 Et crescunt; fiuntque fati nova corpora dentes.

Utque

simt. Atque ita versus, ex insulso & depravato inter, ut reor, restitutus est. CIOFANUS. Frustra plerumque veterum, illos anhelatos, vel illos anhelatos. Noller Epistola Medecae, 15. ut jam vidit NAUGERTIUS.

Istos anhelatos non praemedicatus in ignes
 Immo Aesopides.

Lib. iv. Fall. de Acta 580.

Cujus anhelatis ignibus ardet humus.

Sic & anhelatas flammâs Aufonio in Mosell. 339. Praeterea sicut legendum cum nonnullis. HAIKA.

119. Et infuetum ferro proscindere campum. Ita Lucilius lib. xxx. citat Nonius:

Tunc iugo jungas me ante, & succedero aratro
 incitum, & glebas subigas proscindere ferro.

CIOFANUS. Proscindere Medic. tert. & novem ali.

120. Minyae clamoribus audent. Implet prim. Reg. tert. Medicus, & quinque alii. recte. nebis idem dicit. implere pro hortari. apposite apud Virg. lib. vii. 474.

Taurus humilis animis audacibus implet.

Silius libro 1. 105.

Attollatque animos hortando & talibus implet.

Lib. v. 150.

Non his nunc illos abis atque hortatibus implet.

Lib. viii. 29.

— blandis hortatibus implet.

Val. Flaccus lib. iv. 81.

— desert celeranda parentis

Impria, atque alacrem laevis hortatibus implet.

Id libro 11. 126.

Illos superantem Veneris, atque his vocibus

implet.

Statius Theb. x. 35.

— sic ille truces hortatibus implet

Laodiceas.

Paulo aliter sumitur apud Virgilium lib. xi. 396.

— Taurum in silvis sacrosissimus implet.

Nonius.

Item Statius lib. vii. 492.

— vocat attentione Cadmeus heros

Obvius, & raptum Laryngis gaudentibus implet.

Sic Maueribus deos implere infra hoc ipso libro. Epicurid Drofi 23.

Gradivumque patrem Iovis implere parabas.
 Val. Flaccus lib. 11. 167.

— tum voce dicit, tum quibus implent.

Ex implere spes, vota & similia. HAIKA. Vid. ad lib. v. 547.

121. Adjiciuntque animos. Terentius in Heautont. Nisi mihi quidem addis animum. Plautus in Amphit. Perduellas penetras se in fugam, ubi nostris animis additis. Cic. ad Attic. lib. vii. Epist. 11. Libros (de Repub.) tu laudando animo mihi addidisti. CIOFANUS.

122. Vipereos dentes. Serpentis illius, quem in tercio Poeta narravit à Cadmo fuisse interiectum: nam ut Pherecydes narrat, pars illorum dentium à Mante & Pallade Cadmo tradita fuit, altera Aetnae Regi Colchorum, ut ante diximus, RSCIVS. Apollonius lib. 111. 1175.

Πῆρα δὲ σφῆν ἰάκω
 Κεῖρας Αἰθήρας χαλαίπυδος ἐς ἑλῆσαν ἔδουρας
 Αἰετῶσι δαμάκωτος ἐν ἀργυρῆ ἐνὶ Θέβη
 Κἀδῆρας, ἐπ' εἰσῆσαν διζυμένους εἰσαφίνας
 Πέφρον ἀρρητῆδῃ κίβησιν ἰακωνῶν ἔστω
 Τοῖς δὲ θέα Τυρραῖος ἐπ' ἔκ γαυλῶν ἐλάσσει
 Αἰετῶν πρὸς δῶρον ἄρῳ τε Φοῆσι. MICYLL.

Vid. Hygin. fab. 151.

123. Semina mollit humus. In uno meo legitur non Mollit, sed Tollit. CIOF.

123. Valido. Gelido alter Regius. calido Cantabrig. & Leidensis unus. madido Junii. nigro Bail. sed nihil mut. mox 137. nove parum valent a se dato gramina. ita & inf. 13. 132.

Calido velamina tincla cruce.

Ubi alii codices, valido. ut mox 162. Validum medicamentum. & 316. validi fucci. & ita alibi. polentes herbas dixit. plura ad Val. Fl. vii. 305. dabitur. BURM.

123. Praetincta veneno. Lego, praetincta. COSTANTY. PANINS. Praetincta erat in uno Regio & uno Gronov.

124. Et crescunt, fiuntque fati nova corpora dentes. De toto hoc, quod ad aureum vellus ascendendum pertinuit scribit, in Epist. vi. 11.

M m m 3

Scelus

125 Utque hominis speciem maternâ sumit in alvo,
 Perque suos intus numeros componitur infans;
 Nec nisi maturus communes exit in auras:
 Sic ubi visceribus gravidæ telluris imago
 Effecta est hominis, foeto confurgit in arvo:
 130 Quodque magis mirum, simul edita concutit arma,
 Quos ubi viderunt praeacutæ cuspidis hastas
 In caput Haemonii juvenis torquere paratos;
 Demisere metu vultumque animumque Pelasgi.
 Ipsa quoque extimuit, quæ tutum fecerat illum:
 135 Utque peti juvenem tot vidit ab hostibus unum,
 Palluit; & subito sine sanguine frigida sedit.
 Neve parum valeant à se data gramina, carmen
 Auxiliare canit, secretasque advocat artes.
 Ille, gravem medios filicem jaculatus in hostes,
 140 A se depulsum Martem convertit in ipsos.

Ter-

Muneris

Terrigenæ pereunt per mutua vulnera fratres;
 Civilique cadunt acie. grantantur Achivi:
 Victoremque tenent; avidisque amplexibus haerent.
 Tu quoque victorem complecti, barbara, velles;
 145 Oblitit incepto pudor: & complexa fuisses;
 Sed te, ne faceres, tenuit reverentia famæ.
 Quod licet, adfectu tacito lactaris: agisque
 Carminibus grates, & Dis auctoribus horum.
 Pervigilem superest herbis sopire draconem;
 150 Qui cristâ linguisque tribus præsignis, & uncis
 Dentibus horrendus, custos erat arietis aurei.
 Hunc postquam sparit Lethæi gramine succi;
 Verbaque ter dixit placidos facientia fomnos,
 Quæ mare turbatum, quæ concita flumina sistant,
 155 Somnus in ignotos oculos subrepat: & auro
 Heros Aëlonius ponitur: spolioque superbus,

*Seminibus castis segetes adoleffe virorum,
 Inque necem dextra non eguisse tua.*
*Pervigilem spoliis pœcudis servasse draconem,
 Rapta tamen forti velleris sulva manu. Et.*
 Et Epist. XII. 15.
*Istæ anbelatæ non præmedicatus in ignes
 Immittitur Aëlonides, oraque adunca bonum.
 Scintilla jecisset, totidem sumpsisset & hostes,
 Ut caderet culta cultor ab ipse suo, &c.*

CIOFANUS.

126. *Perque suos intus numeros.*] *Perque suos
 artus numero* Oxon. & fragm. Boxl. vid. ad lib. I.
 428. Lucan. lib. I. 562.
*Monstrisq; leonum partus numeroque modoque
 Memborant.*

Sic & capæ in Catal. Pithoei. pag. 141.
Corpore in exiguo tot numerosa sui.

Et Claudian. præfat. lib. II. de Rapt. Proserp. 39.
Terzeminisq; ductis numerosos dejicit artus.
 BURMANNUS.

129. *Effecta est hominis.*] In uno meo, & uno
 Vatis. *Perfecta.* CIOFANUS. Ita & excerpta Mo-
 reti. sed male: effecta enim dicuntur, quæ quasi
 artificis manu perfecta sunt & elaborata. Quintil.
 XII. 10. *Pudias diis quam hominibus efficiendis me-
 lier artifex traditur.* Diel. Cret. IV. 14. *addiderat
 etiam vitæ quendam auro effectam.* Lactant. arg.
 lib. II. libel VI. *& humerus, qui defecerat, ex clo-
 re effectus est.* ubi male Barthius, *suffectus.* Plura
 dicit Gronovius ad Statii VI. Theb. 243. Vid. &
 ad Quintilian. d. I. & ad lib. V. cap. 12. BUR-
 MANNUS.

129. *Foeto in arvo.*] *Foetum confurgit in arvom*
 unus Heinii.

130. *Concutit arma.*] *Concutit Leid. concuta u-
 nus Gronov.*

131. *Præacutæ cuspidis hastæ.*] *Præacutæ ex
 scriptis plerisque.* sic *præacutæ fides* Sallustio apud
 Servium, & Ammiano lib. XVIII. *præcipue* sicut
 Virgilio. *equisq; spatha præacuta* Apulejo Met.
 & libro VI. *novacula præacuta.* & libro VI. *sicut
 præacutæ.* & lib. VIII. *fides præacutæ.* IS. *gela sicut
 præacuta frustra:* familiaris quoque vox Plinio in Na-
 turali Historia. HEINSIUS.

132. *Parantes.*] *Paratos* Medicæus rectius. pro-
 priam enim hoc de milite. vide ad Petron. cxxx.
 & Græc. ad Cicer. 111. Catilin. 7. Virg. IX. 138.

Pænam sperare parati.
Torquere per aures. MSS. Bestman. Francius malebat
parentes. BURMANNUS.

133. *Demisere.*] *Dimisere* plurimi scripti. *dimise-
 re metum* Oxon. unde Heinii olim, *dimisere me-
 tum* vultuque animoque Pelasgi. ut lib. III. 381.
submisere Ambrosianus. *vultuq; animosq; Medi-
 ceus & tres alii.*

134. *Ipsa quoque extimuit, quæ tutum fuerat
 illum.*] De hoc ita Ep. XII. 97.

*Ipsa ego, quæ dextram medicamina, pallida sibi
 Cum vidi subito arma tenere viri.*

Terrigenas perant per mutua vulnera fratres.
 Et:

*Donec terrigenæ (facinus miserabile) fratres
 In se conscriptas conferere manus.*

Medea ipsa, apud Senecam: *Com ipsa meo Ter-
 rigena miles mutua caudo occidit.* CIOF.

138. *Advocat artes.*] *Adjicit* quidam. ut VI.
 214. alii, *addidit, admovet, adjurat.* ego nihil
 mutuo.

143. *Victoremque tenent.*] Adludit ad Formu-
 lam, *teno te*, de qua nos ad Petron. cxi. &
 Gronov. ad Senec. Herc. fur. 623. ita supr. 66.
Neque tenens quod amo, conjungit vero eleganter
 cum amplexibus, ut Epist. XVI. 214. *To tenas, am-
 plexu perfrenaturæ tuæ.* Justin. XIII. 2. *Discedentes
 tarenti sibi ululatu amplexi patrem teuebant.*
 BURMANNUS.

145. *Oblitit incepto pudor: at complexa fuisses.*]
 Etiam hunc versum meo tolle periculo. HEINSIUS.
 Posset ferri, sed cum antiquis editionibus legerem:
*Oblitit incepto pudor. Et complexa fuisses,
 Sed te, cæc.*

149. *Pervigilem draconem.*] Sic Epist. XII.
 101.

*Pervigilæ oca draco squamis crepitantibus horrens
 Sibilat, & toto corpore verris humum.*
 Apollonius lib. IV. 145. sic hac de re scribit:

*Ὅτι δ' ἄσπετος κατὸμακτοῦ δεικτο κολοῦ,
 Ἴππῳ ἀσπεύει, δειῶν ὑπ᾽ αὐτῶν, καλῶσα
 Μᾶρι, ἐπεὶ δὲ λῆξαι πέρας.*

*Styx (serpentis) autem rotantis in oculis insidit
 vultu (Medea) somnum opulenterem; Duorum su-
 premum invocans suavi voce sopire monstrum.* CIO-
 FANUS.

150. *Custos erat arboris aureæ.*] Synærcetis. Sic
 & Ep. VI. 49.

*Non erat hic aries villo spectabilis auro:
 Non semis Acætæ regis Lemnos erat.*

Ex hinc versibus manifeste apparet, potius esse
 Synærcetis, vel Synzelin, quam versum hyper-
 metrum. CIOF. Nescio an rectè dicatur *arbor au-
 reæ*, quod aureum vellus ferat. in altero Hambur-
 genâ pro diversâ lectione, *arietis auri*, cum gloss.

sa, celestis auri pro dactyle. Scribe, *arietis auri.*
 Epistola XII. 201.

Aureus ille aries villo spectabilis auro.
 Ita passim Latini aries Pelopeus dicitur: *ἄριος χρυ-
 σόμαλλος* Græcis. est autem *πρωκταουματιώδης*, quo
 pede nihil vitatus, maxime apud Virgilium. qui
 pari modo *ad abietis, arietis, abietibus, arietat*, &
 familia solet contrahere. Vide quæ notamus lib.
 IV. vers. 221. certe in Norico, qui inter melio-
 res est,

— custos erat velleris auri.
 Apposite & pari licentia apud Senecam Medea;
 471.

*Adice cæpita spolia Phœyxæ arietis
 Somnoque jussim lumina ignota dare
 Infosse monstrum.*

Vellus Avienus Descriptione Terræ, 227.
*Altera se cautes similis procul arietis ovi
 Exerit.*

Priscianus periegesi,

*Arietis hanc rupem simulatam vertice frontem;
 Pro merito Græci Cris dixerunt metopon.* HEINS.

152. *Gramine succi.*] *Carmine* plurimi libri. mox,
gravidus somnos ex Palatinis faciebat Gebhard. 111.
 Crep. 19.

154. *Flumina sistunt.*] *Sistant* ex octo libris.
 HEINSIUS. *Flamina* Sprotti liber.

155. *Somnus in ignotos oculos advenit.*] Omnes
 libri scripti & Aldinus, *Oculus ubi venit.* CIOFANUS.
 Interrupta oratio. ab uno Mediceo *ad ubi abest.*
 Editio Gryphii, *advenit.* unus Moreti, *nunc ve-
 nit.* alius, *huic venit.* unus Vossianus, *sibi venit.*
 Scribe,

Somnus in ignotos oculos subrepat.
 Vel

Muneris auctorem secum, spolia altera, portans,
Victor Ioliciacos tetigit cum conjugē portus.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Aeson ex senē in Juvenem.

Jason postquam Medeam abductam a parentibus in Graeciam duxit, et cum illi
sibi conjugio copulavit; multis rebus expertus ingenium ejus, petiit ut patrem
suum

Vel, obrepit. Statius lib. 7. Sylv. 19. 57.

— sessor penitus subrepat in artus
insidiosa quies.

Horat. Arte Poetica 360.

Verum opere in longo fas est obrepere somnum.

Ubi scribendum, operi longo. Statius Theb. VIII.

217.

— facilis lacrymis irrepere somnus.

Et Theb. 1. 339.

— jam somnus avaris

irrepat curi.

Ita enim ex membranis scribendum, vel surrepit,
quod est in aliis. vulgati, inserpit. Paulinus natali
sexto Felicitis:

Quid mihi somno tam densum irrepere somnum
Passus est?

Seneca Troad. 441.

Brevi tempore somnus obrepit genis.

Noster Fast. III. 19. quae illic vera lectio,

Blanda quies faciem vestris obrepit ocellis.

Non, vultus oppressit ocellis. subiti lumina victa sopor
Epitola Heris. videntur lumina somno apud Va-
lerium Flaccum lib. VIII. vers. 65.

— an lumina somno
Vergitur, et dominum potius tibi tradimus an-
guem!

Ita scribo. perperam nunc Morgin in vulgaris ex-
stat exemplaribus. Elegans Graecismus & familia-
ris Valerio. sic declinari somno oculi Propertio dicitur
libro 11. Eleg. 1.

Ses cum pescentes somnus declinat ocellis.

Ubi tamen somnos somnum cum scriptis malim.
ut apud Nostrium lib. 11. Fast. 791.

Finitus erat dubibus: postquam sua tempora som-
num.

Idem Propert. lib. 7. Eleg. VII. inclinare ocellis.

At mihi non ocellis quisquam inclinavit oculos.

Ubi hiantes oculos opinor reponendum esse, quo
verbo saepe videtur Propertius. sic, hiantem cala-
manis, & hiantes fessis, & mortuos hiantes alibi. perpe-
ram Scaliger, inquam, dicitur declinare lumina
somnia apud Maronem Aeneid. IV. 184. Declinare
genas Statius Theb. VIII. 653. Marcotes oculos
ad soporem demittere Apuleius Met. IV. non demit-
tere. demittit lumina somni Statius Theb. VII.

462. demittit Noster Amor. lib. III. Eleg. V.

Max erat et somnus lassos submisit ocellis.

Oculos supinat somnus apud Dracontium Hexa-
ro. Malum etiam, at auro potitur, 1700. Hrs.
Nullum dubium est, quid eleganter somnus opo.
obrepere, subrepere, &c. dicitur. sed contra scripto
codices talia obtundere periculosum pro. cum e-
recte venire somnus dicitur; ut etiam abire palca 58.
643. & IX. 471. discedere XV. 25. redire somnus IX. 479.
in Francofurtensi erat devent, non male: pe-
ignos, immetos Lovaniens. nihil muta. ignomoni
erant somno, qui raro ad infomnem veniebant.
ut contra ignotum somnum insomni somno de hoc
eodem Dracone dixit Senec. Med. 472. Bon-
mannus.

156. Heros Aesonius.] In uno Vatic. Heros Ha-
emonius. GIOFANO.

156. Spaiogno superbit.] In uno meo, Spai-
ogno superbit. IDEM.

158. Colchiacos portus.] Sic quidem ferè legitur,
sicque legendum esse ego quoque olim contendi:
nunc cum in vetusto exemplari animadvertimus,
Ioliciacos scriptum esse, facile in eam sam adducimus
opinionem, ut sentiam, Colchiacos in Ioliciacos esse
commutandum. Est enim Iolici (quae & Iolici
dicitur ab Homero) urbs Thessaliae Iasonis patria
ab Ioleo Amyri filio dicta: ut Stephanus de Urbibus
scribit. Unde Iolicius & Ioliciacus declinatur.
Tameñ is, qui hoc egregium opus è Latina in
Graecam linguam transtulit, Cereopias terras legit:
hoc est, ανερωπιους περιουος, sed & ipse in depre-
vatum incidit exemplar. De Ioleo autem memi-
nit & Seneca, An maris vasti dominum Ioleo. Revers.
Testatur hoc loco Regius ita (Victor Ioliciacos) leg-
hunc versum in vetusto exemplari. Quod verum sit
se non puto. Illud potius crederem, cum conjectu-
ra fretum, ut ita legeret, in hanc versisse opinio-
nem. Ego enim hoc loco scriptos omnes libros ex-
pensis diligenter inspexi, in quorum nullo est lectio, quam
Regius se invenisse affirmat. Itaque in plerisque
erat: Victor Cereopias tetigit, & reliqua. In uno
meo aperte legitur:

Victor ad Haemonios intrat cum conjugē portus.

In uno Vaticano.

Haemonius victor tetigit cum conjugē portus.

Quae quidem lectio illam libri mei non parum

sua Aesonem senectute elisum in adolescentiam rediret. At illa, nondum amo-
re deposito, quem ex ejus juventute ceperat, nihil denegando ei, abenim constituit,
herbarumque genera, quarum scientiam habebat, variis regionibus quaesita incoquens,
postquam animadvertit stipitem, quo versabat herbas, in arborem oleam, oneratam
herbis, esse conversum, quae despumata abeno in terram deciderant, in herbam lac-
tissimum esse conversa, maturatum tempus existimans, Aesonem interemptum mader-
tibus herbis immiscuit: Et ut promiserat conjugi, ex senectute in pristinum vigorem
cideret perducisse.

Hae.

adjuvat, ac fultit. Quam hic Noster hac de re lo-
quens Epist. VI. 23. etiam confirmat:

Noster ab Haemoniis hospes mihi Thessalus oris

Venerat, et lactum vis bene limen erat.

Et ratis multo magis Epist. XII. 125.

Sopos ad Haemonias, visorque reverteris urbes,

Portus ad Haemonias, visorque reverteris urbes.

Per portus Haemonios intelligere atque accipere de-
betur Thessalos. In Thessalia enim, ut notum
est opinor, erat Iasonis patria. Quare paulo su-
perius vocavit eum Poeta, juvenem Haemonium:
atque alibi quoque, maritum Haemonium. Vale-
rius praeterea Flaccus Haemonium ducent dixit. At-
que eodem modo Achillem, aliosque, qui è Thes-
salia oriundi sunt. Si quis tamen mallet, ut est in
libro Vaticano, non magnopere pugnabo. Lectio-
nem libri mei probavit is, cujus famam nulla um-
quam desitit oblivio, optimus ac clarissimus vir,
Paulus Manutius. Cujus ex obitu Romae anno
50 d. LXVII. oct. Id. Aprilis sub hoam vigesi-
mam, magnum Latinus sermo accepit jaeturam.
In Epistola, quam, cum ab eo hoc cognoscere
arceam, ad me misit, ita scribit. Etque ita in
manibus.

P. MANUTIUS HERCULI
GIOFANO S.

Non possum non amare vehementer indultiam
tam, qua te uti video in emendando gentili tuo,
poeta summo. Perge, ut coepisti. nam & gloriae
tuae consules, & alios ad eandem laudem excita-
re visis. Tametsi is, qui hoc egregium opus è Latina in
Graecam linguam transtulit, Cereopias terras legit:
hoc est, ανερωπιους περιουος, sed & ipse in depre-
vatum incidit exemplar. De Ioleo autem memi-
nit & Seneca, An maris vasti dominum Ioleo. Revers.
Testatur hoc loco Regius ita (Victor Ioliciacos) leg-
hunc versum in vetusto exemplari. Quod verum sit
se non puto. Illud potius crederem, cum conjectu-
ra fretum, ut ita legeret, in hanc versisse opinio-
nem. Ego enim hoc loco scriptos omnes libros ex-
pensis diligenter inspexi, in quorum nullo est lectio, quam
Regius se invenisse affirmat. Itaque in plerisque
erat: Victor Cereopias tetigit, & reliqua. In uno
meo aperte legitur:

Victor ad Haemonios intrat cum conjugē portus.

Non Colcho. nam lib. IX. Ep. xxx. Thessalicam rhom-
bum dixerat. apud Virgilium in Ciri, solentis ani-
mum degerere votis. apud Horat. denique vera lectio
est Ipod. v. quana codices castigatissimi adstrunt:

Herbisono quas solos atque Iberia

Nativis nuptiarum ferax.

Perperam nuptiae ditiones, Colcho. Sed ad rem:
Dionys Cretensis lib. 11. 26. Quid Medeam ignotasse
ne à Colchis in Iolitorum fines transtrari. Helio-
dus Theogon. 997.

Τους τελευτας εκ Ιολιας αφιεται, πολλα μίγνεται,
Ω κεινος ηπι υδος ηρωος ελευθερια κεινον,
Αλωιδας, και τον βαλεριου περιουος αυουτο.

Huiusmodi.

158. Tetigit.] Tenit Gronov. & quatuor alii.
vid. ad lib. III. 2. & III. Fast. 219.

Medeam.] Medeam Colon.

Abductam à parentibus.] Abductam parentibus
Parm. abductam parentibus Lugd. Micyll. abductam
in Graeciam Raener. Henf. postquam à parentibus
subductam in Graeciam duxisset, promissa conjugio sibi eam
copulavit Colon.

Multis.] Multisque in rebus Colon.

Ingenium ejus.] Ing. hujus Parm. Lugd. Mi-
cyll. Colon.

Petit ut.] Ut deest Parm. Lugd. petit eam ut
parentem Colon. vid. ad Ovid. h. l. 58. 296.

Senectute elisum.] Hoc est confectum, fra-
ctum. Tertull. ad Scap. cap. 4. Si nunc contentidit
ad eidentos nos, jam ergo in senectutem expognatis.
MUNKERUS. Confectum Mart. Micyll. vid. Bath.
x. adv. 8. affellum Colon.

Reduceret.] Perdueret MS. Micyll. Et Veneta,
quemadmodum in fine, perduxisset dicitur. Fab.
tamen 111. habes, Fasque in adolescentiam vigorem
reduceret. MUNKERUS. Perdueret Parm. Lugd. Micyll.

At illa.] At illa nihil pro amore denegans, a-
henum ut constituit Colon.

Ex ejus juventute.] Eius omisit Micyll. & Lugd.

Denegando.] Negando omnes Edd. fere.

Scientiam habebat.] Scientiam armaturam ha-
bebat Colon.

Oneratam.] Ita malo cum Venet. & Micyll.
quam ornatam. quod Raenerius dedit. MUNKERUS.
Oneratam Parm. Lugd. Colon.

Conversam.] Conversam & huiusmodi in cirento,
ubi oculatus spuma deciderat, variis venariis her-
bis & floribus, macturum tempus existimans Colon.

Quae despumata.] Quae quoque ex despumata
abeno in Graeciam. Raener. Henf.

160 **H**Aemoniae matres pro gnatis dona receptis,
 Grandaeque ferunt patres; congestaque flammâ
 Tura liquefiunt, inductaque cornibus aurum
 Victima vota cadit, sed abest gratantibus Aeson,
 Jam propior lero, festusque senilibus annis.
 Cum sic Aesonides: O cui debere salutem
 165 Confiteor, conjux, quamquam mihi cuncta dedisti
 Excessitque fidem meritorum summa tuorum;
 Si tamen hoc possunt: quid enim non carmina possint?
 Deme meis annis; & demtos adde parenti.
 Nec tenuit lacrimas, mota est pietate rogantis:
 170 Dissimilemque animum subiit Aceta relictus.
 Non tamen adfectus tales confessa, Quod, inquit,
 Excidit ore pio, conjux, scelus? ergo ego cuquam

Posse

Posse tuac videar spatium transcribere vitae?
 Nec sinat hoc Hecate; nec tu petis aequa: sed isto,
 175 Quod petis, experiar majus dare munus, Aeson.
 Arte meâ foceri longum tentabimus aevum,
 Non annis revocare tuis. modo Diva triformis
 Adjuvet; & praefens ingentibus adnuat ausis.
 Tres aberant noctes, ut cornua tota coirent,
 180 Efficerentque orbem. postquam plenissima fultit,
 Ac solidâ terras spectavit imagine Luna:
 Egreditur tectis, vestes induta recinctas,
 Nuda pedem, nudos humeris infusa capillos:
 Fertque vagos mediae per muta silentia noctis
 185 Incomitata gradus, homines, volucresque, ferasque
 Solverat alta quies: nullo cum murmure sepes,

Immo-

1. Maturatum tempus.] Sic & Veneta cum MS. sed Micyll. & Veneta, maturum. Forte, maturum jam. MUSCÆRUS. Maturatum habet Parm. & Lugd. sed ponit hoc ordine, maturatum tenuis existimant, quae desumpta, &c. maturum Raener. Heins.

2. Ex senectute.] A senectute Coler.
 3. In pristinum vigorem.] In pristinum vigorem seve vigorem Parm. Lugd.
 4. Videtur perdidisse.] Perdidit Raener. Colon. Micyll. Heins. produxit Colon.

159. Haemoniae matres.] Hic quoque locus satis etiam indicat, ut Haemonios portus legatur. Sed in uno libro meo, quod in prima editione testari excidit, legitur hic locus:

Victor ad Haemonios tetigit cum conjuge portus.
 In altero item meo: Victor Ceteropis intrat, &c.
 Ex his diversis & non integris scripturis, ita ut in prima editione edidi, non magna mutatione facta, hunc locum restitui posse sum opinatus. Vel ita:

Attingit Haemonios victor cum conjuge portus.
 Lector, quod sibi magis probabitur, sequatur. CIOFANUS.

159. Pro natis.] Quatis ἀγγαῖναι, quatuor meliores HEINS.

161. Congestaque flammâ Tura liquefiunt.] Heroicis temporibus ture usos non esse veteres in sacrificio praeter alios auctores docet Arnobius adversus Gentes. Sed Ovidius ad suae aetatis, quod frequentissime faciunt poëtae, consuetudinem respexit. sic & lib. 1. hujus operis:

— quis sit saturus in aras Tura,
 Et in lib. 111. Fast. & Virg. lib. 1. Aeneidos. CIOFANUS. Flammâ duo veteres. nisi pro liquefiunt

malis cum primo Regio & uno meo, liquefiunt. quomodo & duo Basilienses. est enim communis syllaba, qualis in liquefiunt. HEINS.

161. Inductaque cornibus aurum.] Inductaque mo-

liores maxima ex parte, quod probum est. libro x. 27. — sandis induitae cornibus aurum
 Considerant istas nives cervice juvenata.

Ita & illic membranae veteres. Adi Notis Port. lib. iv. Eleg. XII. HEINS. Vid. supr. lib. 19. 488. 162. Victima.] Unde dicatur *Victima*, docet scripte 1. Fast.

Victima, quae cecidit dextera *Victicia* vocatur. CIOF. 162. Vota facit.] Imò cadit cum Bernmanni codice. prius Gronovianus, *Victima grata cadit*. Amor. lib. 11. *pro reditu *Victima* vota cadit*. Pont. 19. Eleg. 12.

*Dum caderet iussa *Victima* sacra tuo*. HEINS. 1. Fast. 388.

*Nunc quoque pro nulla *virgine* coram cadit*. Et ita milites.

162. Sed abest gratantibus Aeson.] Gratantibus hoc est, ab illis, qui Jasonem sospitem atque incolumem reversum gratulabantur. CIOFANUS. Gratantibus unus Heinsii.

163. Festusque senilibus annis.] Senio consilium. Venus 11. Aeneid. de Anchise dixit: *Festus annis*. CIOFANUS.

164. Tura sic.] Cum ex scriptis. HEINS.

167. Tamen hoc possint.] Possit Lovaniensis & duo alii. & quid enim non possint, Hamburg. non possunt. nescio an non illa Virgilio in Ceis. expectant. Quod si non alia poteris rationi parere
 Flactura; sed poteris, quid enim non unia possit

HEINSIUS.

168. Deme meis annis, & demtos adde parenti.] *Mess annos* Urbin. Neap. duo Medicei. Font.

Deme meis annos, & demtos adde parenti. Font. 170. Subiit pater Aëta relictus.] In nonnullis, *subiit Aëta relictus*. NAUGERIUS. Scribo, *Aëta* deinde una syllaba metri causa, ut in Hypsipete. Non haec Aesonides nec filia Physis Aëtae: Poëta enim nunc addere, nunc adimere syllabas dicitur

alios licet, versus necessitate adstrictis. CONSTANS. Tota pater ejicitur Florentinus S. Marci, primus Pal. prim. Vatic. Neapol. & Noricus. recitè ut jam monui ad Epistolam vi. 103. HEINS. Ita etiam legit Pierius ad Virg. x. Aeneid. 67. In Gronoviano erat adscriptum VACAT. unde Heinsio suspicio erat nata, esse verum superfluum. ceterum non satis placet, *dissimilis illo animus*, et si scio quomodo explicent; scilicet pietati Jasonis dissimilem; ut ita *dissimilem mentem* dixit Ep. xx. 165. forte tamen *dissimilem* dixit *animum*, id est durum & inexorabilem. & solent hae voces confundi. vid. Trist. III. 28.

Ferae sui vitas dissilisque premit. Ubi dissilisse alii codices. BURM.

171. Excidit ore tuo.] Ore pio Neapol. Urbin. Reinegg. prior Hamburg. duo alii. bene. Virgilio illa respicit lib. 11. 658.

— *tantumne nefas patrio excidit ore?* HEINS. Fast. 111. 316.

Quaque pio disci votis ab ore licet. Et solent librarii *unus, meus, sans* commutare cum *sem*. Vid. lib. xiv. 813. & v. Trist. iv. 43.

173. *Videtur*.] *Videtur* ex quinque scriptis. HEINS.

173. *Transcribere*.] Elegans metaphora ab iis, qui nomina, sive pecuniam aliis creatoribus transcribunt sic Terentius! *Tuba illud aurum transcribi decem*. Micyll. Vid. ad Quintil. Decl. xii. 18.

174. *Non sinat*.] *Nec sinat* cum melioribus. HEINS.

177. *Revocare*.] In quibusdam, *revocare*. NAUGERIUS. *Revocare* meliores. sic & postea puto legendum. 33. 216.

— *per quos revocata senectus*
 In *strenu* redant.
 Vel, *revocata* juvenens, quod est in nonnullis. HEINS. Eadem pultim diversitas, & etiam infr. 33. 215.
 181. *Et solida terras spectavit imagine Luna*.] Similium Periphrasis. Caesiar. l. 14. De Bello Gallico:

Eadem nocte accidit, ut esset Luna plena, quae maritimos aësus maximos in Oceano efferece confurvit. CIOF. 182. *Postea induta recinctas*.] Alii, *vestes exuto relictas*. exuta relictis Cantabrig. & Neap. ut apud Senecam Hercule Parente 846.

Et citi totis properant relictis
Atitici noctem celebrare nyctas.

Alii aliter codices: nisi mavis, *adducta recinctas*. vel, *incincta redactas*. nam in multis veterum, *inducta recinctas*. de *unita recincta* vide quae notamus ad Amores lib. 1. 5. HEINS.

183. *Nuda pedem*.] *Pedes* nonnulli. vid. infr. 468.

183. *Nudos humeris*.] Quidam, *nudis humeris*. NAUGERIUS. Nihil muta. iv. 161. *Nudis incensy capillis*. & hic, *incensy capillis* Menarâ codex.

186. *Nullo cum murmure sepes*.] Nullus, si hoc pacto legatur, est horum cuminum sensus, acque ideo recta sint fortasse nonnulla exemplaria, in quibus medio excluso carmine,

Nullo cum murmure sepes
Immotaque silenti fronde

legitur. sed & recte legi potest, *nullo cum murmure sepes*, ut sit, quies sepes nullo cum murmure; sequentia vero carmina, ut in veteribus quibusdam:

Sopitis similis nullo cum murmure sepes
Immotaque silenti fronde.

Quae lectio & e Planode colligitur. NAUGERIUS. Emenda ex libro Fulvii Ursini, & duobus Vaticanis, *Nullo cum murmure sepes, Sopito similis, nullo cum murmure sepes*. Hic quoque versus corruptus ac depravatus legitur. In iisdem libris est:

Sopito similis nullo cum murmure sepes. In utroque meo, Caesist. & Dominicano:

Sopitis similis nullo cum murmure sepes.

Unus Maffei, *nullo cum murmure sepes, Sopitis similis, nullo cum murmure sepes*. Ordine praeposito. CIOFANUS. Sunt qui legunt, *sepes, Sopito similis nullo cum murmure sepes*. Sed poëtae ipsius

Immotaque silent frondes; filet humidus aër.
Sidera sola micant. ad quae sua brachia tendens
Ter se convertit; ter summis flumine crinem

190 Irroravit aquis; ternis ululatus ora
Solvit: & in durâ submisso poplite terrâ,
Nox, ait, arcanis fidissima, quaeque diurnis
Aurea cum Lunâ succeditis ignibus, atra,
Tuque triceps Hecate, quae coeptis conscia nostris
195 Adjutrixque venis, cantusque, artesque magarum,
Quaeque magas, Tellus, pollutibus instruis herbis;
Auræque, & venti, montesque, amnesque, lacusque,
Dique omnes nemorum, Dique omnes noctis adeste:

Quo.

Quorum ope, cum volui, ripis mirantibus, amnes
200 In fontes rediere suos: concussaque sisto;
Stantia concutio cantu freta; nubila pello;
Nubilaque induco: ventos abigoque vocoque:
Vipereas rumpo verbis & carmine fauces:
Vivæque fæxa, suâ convulsaque roborâ terrâ,
205 Et silvas moveo; jubeoque tremiscere montes:
Et mugire solum, manesque exire sepulcris.
Te quoque, Luna, traho, quamvis Temesæa labores
Aera tuos minuant. currus quoque carmine nostro
Pallet avi; pallet nostris Aurora venenis.
210 Vos mihi taurorum flammâs hebetastis; & unco

Haud

elegantia rejicit ineptam iterationem, & MS. unus meus non admittit versum illum secundum: nihil hic de serpente, sed de nocte, quam Noster exprimere voluit ad illud Virg. II. Æneid. 268.

Tempus erat, cum prima quis mortalibus aegris dicitur, & divum dono gratissima scripsit. FARNAB.

Piger diversas lectiones congerere. Id unum monedo: pro *serpens* multos veteres agnoscere, *serpens*, probe, si versum proxime sequentem tollas. & abest profecto ab uno Mediceo melioris notæ. videtur enim inde conlatus, quod in nonnullis exemplaribus pro, *immotaque silent frondes*, ut suspicor, legeretur, *Sopitaque*, quomodo Ovidium scripsisse nullus dubito. sic *scipiti titines* apud Petronium cap. 22. *scipiti ignis* apud Virgilium lib. v. 743. Sciliger quoque in ora codicis sui versum esse eradendum, quem erasmus, monuerat. HEINSIUS.

Mihi *immotæ* placet: *scipiti* enim *titines* (si jam ita scripsit Petronius) *ignis scipiti* & similia, rectius dicantur, quam *frondes*: nam ignis etiam *vivere* dicitur, ut supra vs. 78. quod admodum durum esse de frondibus dicere: *immotæ* verum sunt, non concessæ a vento. ut *moti flammæ rami* lib. xi. 690. & ita passim *mobilis silva* Poëta. Et *mobilia solia* Horat. I. od. 23. Lucan. lib. v. 551. Sed mihi nec *motus nemorum* nec *litoris illius* Placet. & lib. vii. 5.

— *pauci ille fragorem*
Matorum ventis nemorum.

& ita *naturalem motum* arboris plumbi JCTi capiunt in l. 7. ff. de Servit. Praed. Urban. quem male translationem interpretatur Forner. lib. II. Rer. Quotid. cap. 72. illa enim manu fit, nec naturalis est. Jan. a Cost. ad §. 31. Inst. de Rer. Div. de radicibus, quas huc & illuc agit arbor. Zoanet. Resit. cap. 25. de incremento, quo arbor excrevit in ramos, &c. quem juvare possent verba Cicerois lib. v. Tuscul. cap. 13. *neque est ullum* (sc. arboris genus) *quod non vergeat interiore quodam motu*, &c. sed magis mihi placet tamen in-

telligere agitationem a vento ortam, quæ recte *naturalis motus* dicitur, quia vix sine eo concipi arbor potest, & est arbori ordinarius. vid. ad Vellej. Dierec. II. 129. *Sopem* vero hic recte restitui docet locus Virgil. Ecl. I. 54.

Hinc tibi, quæ semper vicinis ab lunæ spe
Hyblæis apibus suram depasit salicis
Sæpe levi somnum fundebat inira susurro.

Quamquam ibi susurro ille non de vento, sed apum murmure dicitur. BORMANNUS.

190. *Ternis & hiatus ora.*] *Ternisq...* in Florent. S. Marci. *ternisq...* in Urbani penitus crassa vetus lectio. *ternis hiatus* nonnulli, *ternis ululatus* primus Basl. Guavianus & tres alii. probe: nisi *navis*,

— *ternisque ululatus ora.*
Solvit.

Lib. xiv. 405.
— *& magis Hecaten ululatus trat.*
duo tamen veteres, *laturatus*. qui Magis etiam à Luciano dicitur. HEINSIUS. Francof. etiam, *ternis ululatus*.

191. *In durâ terrâ.*] *In duras terras* primus Regius. *immunda terra* Gronovianus unus. vid. ad Epist. xiv. 100. & II. Art. 524. deinde *damisâ poplite* etiam codex Menardi.

192. *Nox, ait, arcanis fidissima, quæque diurnis* &c.] Quem subijciam, locus Senecæ ex Hippolyto vers. 406. cum hoc nescio quid similitudinem habere videtur:

Regina nemorum, sola quæ montes celis,
Et una solis montibus celeris dea,
Convertit tristes omnium in molles minas.
O magna silvas inter & lucos dea,
Clarissima coeli silvas, & noctis decus,
Cujus reclusæ mundus alterna face,
Hecate triforis: en ades coeptis fauces:

CIOFANUS.

195. *Artesque magarum.*] *Magarum*, & mot.

magarum unus Argent. & Thyfii. placet quodammodo. In Senec. Hercul. Oct. 523.

— *hic, inquit, magas*
Dicitur amorem posse deseri malo. HEINS.

196. *Instruis herbis.*] *Arms* Bernegger. IDEM. 197. *Auræque & venti, montesque, &c.*] In lib. Brantii, & Abbatis, *Auræque ventique, montesque*, emendatum: antea ut in vulgatis. Quæ emendatio mihi admodum placet. CIOFANUS.

199. *Sipiti mirantibus.*] Maluerat Francus, *arantibus*. male. vid. II. Amor. XI. 1.

200. *Concussaque sisto.*] Facio, ut commota sistat. CIOFANUS.

201. *Saxa traho concutio cantu freta; nubila pello,* &c.] Totum hoc Epist. vi. 83. aliter describit:

Ne scis, meritique placet, sed carmina movis,
Diraque cantata pavula salce meit.
Illa reluctantem cursu deducere Lunam
Nuitur, & tenebris abdere solis equos.
Illa refrenat aquas: obliquaque flumina sistit:
Illa læta silvas, vivaque saxa movet.
Per tumulos errat sparsis disantia capillis,
Certaque de stipitis colligit ossa rogis.
Droevit abiens, funulacraque caræ fugit,
Et miserno tenues in secar urget acas.

CIOFANUS.

201. *Cantata.*] *Nuta* Vossian.

202. *Vipereis rumpo verbis.*] *Herbis* unus Ambros. *rumpoque verbis* unus Bonon. Forte, *Vipereisq...* *herbis & rumpo carmine fauces.* *herbis* enim seu *gramina* in re magicâ passim conjunguntur carminibus. lib. III. Amor. VII. 28.

— *Nam misero carmine & herba nocent?*
Solvit Paris ad Odonem:

Cui refrenat herbas, carmina curve tue.
CICERO.

— *Magis adjutat canibus herbas.*

HEINSIUS. Pro *verbis* carmine Ambros. vid. inf. lib. xiv. 43.

204. *Vivæque fæxa, suâ.*] *Saxa traho* Leidens. vid. ad Epist. vi. 88. sed sequitur *mor.*

207. *Te quoque Luna traho.*] Hoc alio modo dicitur *deducere Lunam*. II. Amor. I. 23.

Carmina sanguineæ deducunt corona Lunæ.
Et III. Fast. 317.

Hinc tu non poteris per te deducere caelo.
Virgilius VII. Ecl. 69.

Carmina vel caelo possunt deducere Lunam.

Aliiter dicitur *Evocare*. Ipsi I. Am. VIII. 17.

Evocat antiquis proceros atavosque sepulcris.

Aliiter *Ellicere*: ut III. Fast. 327.

Ellicitum caelo te Juppiter.

Sic M. Tullius in interrogacione in Vatinius: *Cum inferorum animas ellicere, cum purorum extis Deos manes placare soleas.* Rufus aliter Silius lib. VIII. 502.

Et Lunam excussisse polo.

Aliiter Propertius II. Eleg. XXI. 37.

Et jam Luna negat toties descendere caelo.

Aliiter Horatius Epod. v. 45.

Quæ sidera excantata voce Thorsala,
Lunamque caelo deripit.

Aliiter idem Horatius Epod. XVII. 4.

Per atque libros carminum valentium
Reflexa caelo devocare sidera. CIOF.

207. *Quamvis tenerata labores Aera tuos minuant.*] In bonis codicibus *Temesæa* legitur, non *temerata*, quod magis placet. est enim *Temese* in Cipro civitas aeris præstantia nobilitate, præcipue apud Latinos Statio & Nasoni. Stephanus *Temesæon* vocat. Festus Pompejus est auctor, Cyprium insulam *Aerosam* antiquitus appellatam fuisse, quod in ea purimum aeris nasceretur. est & *Temese* in Brutiis Straboni, aere abundans. sed prior magis celebris. CONSTANTIVS FANTENSIS. *Temerata* omnes libri scripserunt. Sunt, qui affirmant in quibusdam veteribus legi, *Temesæa aera*. Quam lectionem ipse comprobat lib. v. Fast. 441.

Rursus aquam sangit, Temesæaque concepat

aera.

Haud patiens oneris collum pressistis aratro,
 Vos serpentigenis in se fera bella dedistis:
 Custodemque rudem somni sopistis: & aurum,
 Vindice decepto, Grajas misistis in urbes.

215 Nunc opus est fuccis; per quos renovata senectus
 In florem redeat, primosque recolligat annos.
 Et dabitis: neque enim micuerunt sidera frustra;
 Nec frustra volucrum tractus cervice draconum

Currus

Et Statius in Silvis l. v. 47.

Nisquam Tempeata notabis aura.

Non tamen priorem penitus rejicio. CIOFANUS.
 Pulsata Stroziae. concussa secundus Palat. & qua-
 tuor alii. quamvis inferentia Vatican. percussa cod.
 Menardi.

208. Aura tuos imitant.] *Imitant* Langerm.
 & Gronov. text. *imitant* Bonon. & unus Heinfi.

208. Currus quoque carmine nostro Pallent, &
 pallet nostris Aurora veniunt.] *Pallent aut pallet*
 prim. Pal. Cantabrig. Neapol. Bernegger. prim.
 Reg. sec. tert. quat. Medic. aliique magno nume-
 ro. Scribe,

— currus quoque carmine nostro

Pallent avi, *pallet* nostris Aurora veniunt.

Aeetes Solis filius. unde liquet, quare avum Me-
 dea hic vocet Solem. Nihil verius est hac con-
 jectura. apposite de Medea Val. Flaccus lib. vi. 441.

illius ad frenitibus sparsisque per avia fucos

Sidera fixa parent, & avi genis orbita Solis.

Ipsa Medea apud Senecam in cognomine Tragoe-
 dia 210.

Atque clarum Sole deduxi genus. HEINSIUS.

Et ibidem 32. ad Solem eadem:

Da, do per auram curvibus patris vobis,

Comunita habenas genitor, & flagrantibus

Iguifero loris tribus moderari iuga.

209. *At pallet nostris Aurora veniunt.*] Val. Flac-
 cus lib. vii. 586. ait ignem quoque Medeae vene-
 no pallefcere:

— & viso pallefcit flamma veneno. CIOF.

Et pallet Leidensis unus. *Expallet* ex codice suo pro-
 fert Barth. ad Stat. iv. Th. 305. vide supr. ad 78.

78. & ad Quinctil. Declam. x. cap. 15.

211. *Impatiens.*] *Haud patiens* meliores. HEIN-
 SIUS.

212. *In se fera.*] *Nova bella* tertius Regius,
 unus Leidensis & tres alii. eadem varietas apud
 Stat. iii. Thub. 444.

Interitusque animi daret armis iura, novusque

Gentibus inveniret funerals.

Ubi *fosseque* edidit Gronovius ex MSS. & apud No-
 rum lib. 11. Amar. xii. 21.

Forma Trojana iterum nova bella movere

cupit.

Ubi Heinſius *fera*. vid. & ad II. Amor. vi. 31.
 BURMANNUS.

213. *Rudem somno sopistis.*] Quidam, *rudem somno*,
 NAVGER. *Rudem somno* quidem legitur, exponiturque
 expertem somni draconem atque pervigilem. Sed
 cum hoc nomen *rudis* genitivo jungitur, *rudem*
 mihi videtur legendum, aut certe *rudis* u
rubrum vertendum, quo quidem modo is, qui
 in Graecam linguam hoc opus convertit, legere
 videtur, hoc est *Φωκῶν Φόλακx*, ut ad oia
 & oculos rubentes referamus. REGIUS. Raphael
 pro *somno* legendum putat, *somni*, quando ad-
 ctivum *rudis* genitivum postulat, aut certe *rudem*
 pro *rudem* restituendum. quippe Max. Planctus
Φωκῶν Φόλακx traduxerit. ad quorum primordis,
somno ablativum mihi videri, atque adeo reſp.
 verbo *sopistis*. ad alterum, Planctus aliquando co-
 tendum, aliquando minime, quippe quod nun-
 quam emendatum exemplar habuisse putam.

GEARAN. Quam periculosum sit à veteribus hōi
 discedere, praeterim cum omnes consentiant, hic
 plane locus argumento est. Regius, cum reſer-
 verit *Rudis* ablativo jungi, ubi est *Senae*, *Somni*
 reponendum esse, dicere ausus est. Perperam, &
 si fas est dicere, etiam temere. *Rudis* enim non
 solum genitivo adhaeret, sed cum ablativo quoque
 rectissime copulatur. C. Vellej Patere. lib. pater-
 tior cap. 9. *Sane*, inquit, *non ignovimus calum-
 niae fuisse Pompeium sensibus celebris, verbis-
 dem*, &c. Idem cap. 73. *Iste adolescentis erat se-
 ditus rudis, sermone barbarus*, & reliqua. Ovid. lib.
 II. Trist. 424.

Ennius ingenio maximus, arte rudis.
 Statius vi. 436.

— *Chromis asper, & asper*
Hippodamus, non arte rudis.

Idem:

Atque auro rudis fulmen habet.

Veram in uno meo legitur, *Custodemque genos*
sonno sopistis. Sed non placet. Hanc locum inter-
 legit vir doctissima singulari, ac de Latinis Grae-
 cisque literis optime meritis, Paulus Manutius,
 altera epistola, quam ad me dedit: Quae est,

Currus adest. aderat demissus ab aethere currus.
 220 Quo simul ascendit; frenataque colla draconum
 Permissit, manibusque leves agitavit habenas;
 Sublimis rapitur: sublataque Thessala Tempe
 Despicit, & creteis regionibus adplicat angues:
 Et quas Ossa tulit, quas altus Pelion herbas,
 225 Othrysque, Pindusque, & Pindo major Olympus,
 Perſpicit: & placita partim radice revellit;

Partim

PAULLUS MANUTIUS HERCULI CIOFANO SUO S.

Inſcriptiones illae nihil habent quod oblectatio-
 nem, aut doctrinam legentibus afferre possint. Quod
 si tibi similes occurrerint, inane laborem suscipere
 te nota. De Ovidii loco, ad tuam sententiam
 opinionem meam adscribas licet. Regius ille saepe
 hallucinatur. Tu si perges, ut coepisti, poetam in-
 resque excutere tela, & praesturbato hostem jubere. at
 primus Moreti, excussit, alii, excussae, excussae, ha-
 sarate, excitas. Unde excitas videbatur scribendum.
 quomodo Rottendorpianus & duo alii. ut infra
 lib. VIII. 338. Hinc aper excitas, & lib. XI. 384.
 conjux excita tumulata. apud Lucanum lib. I. 239.
 fratris excita juvenatus. expulsa alter Erfurt. pro
 cetera hasta malim, oculus. ut ad v. 603 referatur.
 HEINSIUS.

779. Collis.] Collem hunc Teumessium intelligi
 puto. Hinc enim & Teumessia vulpes haec ab au-
 toribus dicitur. Pausan. in Descriptione Boeotiae
 lib. IX. 19. Ἐπὶ τῆσδε τῆς κορυφῆς, inquit, ἔκειτο
 τῆς Τεμεσσίας. Ἐορῆτος δὲ τῶν δῶν ἀπὸ τῆσδε τῆς
 κορυφῆς, ἐστὶν ἡ ἀδελφὴ τοῦ Πρωκτοῦ. Ἐστὶν δὲ
 τῆς Τεμεσσίας κόρυς, ἡ ἀδελφὴ τοῦ Πρωκτοῦ.
 Ἐστὶν δὲ τῆς Τεμεσσίας κόρυς, ἡ ἀδελφὴ τοῦ
 Πρωκτοῦ. Ἐστὶν δὲ τῆς Τεμεσσίας κόρυς, ἡ
 ἀδελφὴ τοῦ Πρωκτοῦ. Vides
 hic omnia consentire his, quae ab Ovidio de vul-
 pe dicuntur, praeterquam quod ira non Themidis,
 sed Dionysii, immisam illam Thebano agro Pau-
 sanias tradit. Micyllus. Vide Antonin. Liberal.
 cap. VII.

779. Apex mearum.] Medii veteres plerique. pro
 Tollar in hanc, Florent. S. Marci. prim. Vatican.
 prim. Gronov. prior Erlant. & exant septem alii,
 Tollar in. quod praestat. sic apud Horatium lib. III.
 Od. I.

sed timor & minae
 Standunt eodem, quo deminus. HEINSIUS.
 Vide ad Epist. XVII. 205. Medii Editio Beroloni-
 ni, qui tamen medii probat. Medii etiam Heinsius
 olim volebat. Vide mox 790. Sublatis arceuscul-
 dem codices.

781. Quo modo deprendi.] Quae Cantabr. & A-
 rondel. Puto, Quom. nulla fere mutatione, pro
 Cum, vel, Quia, unde, ex quo loco. HEINSIUS.
 Et modo duo libri. confer cum his lib. I. 535. & de
 Ceto Manil. 425. Intentans morsum spulsi jam
 jamque tenentis, quae forte hinc sumit.

782. In spatiumque.] Spatiumve Urbinas color.
 In spatiumque Medicus unus. Vid. ad lib. II. 197.

783. Sed decipit.] Sic decipit Cantabr. & alius se-
 quentium Gronov.

786. Et vacans exercet in aëre morsus.] Alii, va-
 cuos motus, & in aëra meliores. vacuos motus prim.
 Gronov. prim. Moreti, & tres alii. prior salutat.
 Neap. alique complures, vacuos morsus. ut apud
 Statium Theb. II. de Leone 680. vacans ferit aëra
 malis. & Val. Flac. lib. III. 589.

Frangit & abstremum vacuis sub dentibus hostem.
 Ammianus lib. XXXI. cap. 4. Ubi tangam la, et
 certum amissum vel capream, morsus vacans co-
 crepant. HEINSIUS. Eadem divertim apud Clau-
 dian. II. in Eutrop. 431.

Vanos scopulis illidit hiatus.
 Ubi vacuos prior Moreti. plura ad Valerium Fl. de-
 bitus. in aëra ut supr. 379.

788. Digitos amentis addere.] Pervetulus codex,
 indere. Quod omnino magis placet MARIANG. AC-
 curus. in Diatribis. Indere prim. Palat. prim. Smo-
 Oxon. alter Hamburg. & pro diversis lectione prim.
 Vatic. probe. quod etiam in veterissimo codice in-
 venerat Mariangelus Accursius. De addenti in-
 men verbo vide quae notat erudit Gronovius ad
 Senecaec Here. Fur. 1237. HEINSIUS. Indere praeculi.

Ille cum assidue Dianae studio seras persequeretur, & ambigua vox refrigerantis
 Cephali ad eam esset perlata, qui ex nimio aestu auram saepius invocaret, non im-
 mune pignori amoris, dum virgultis se recondit, ut speculareretur, an esset aliqua aura
 volans, cujus ille cupiditate impulsus à se alienaretur, Cephalus procul specularis ve-
 lantibus moveri virgulta, dum latere seram existimat eo loco reconditam, jaculo emis-
 so, conjugem imprudens interfecit. Fertur autem id telum cum cane ab eadem con-
 jugis Procris Cephala tributum, cujus vim ob iram Aurora, similiter ut serae ab eo
 percussae, maximo cum luctu viri experta est.

Haec

in lib. XII. 317. dixit, inserit amento digitos. stetero
 pr. Bupoi. & unus Leidens. vertere, alius, amen-
 timo digitos tendere dixit Senec. Hippol. 812.

788. Duxisti.] Reflexi Basil. Dum flexi, Leid.
 & Lovan. BURN.

790. Medio campo.] Campi unus Patavinus. ut
 Falt. III. 219.

Ut medium caupi scissi temere capillis.
 Ceterum in plurimis veterum, & medio. Forte in
 medio. HEINSIUS. Ita lib. VI. 325.

Ecce locus medio.
 Virg. IX. 230.

Castrum & campi medio.
 Sic alibi variant codices, orbe in medio, vel orbis.
 Vid. lib. X. 167. XII. 39. & ad lib. I. Att. 113.
 BURNANUS.

791. Fugere hoc, illud.] Fugere illud, hoc quat.
 Medic. Puto,

— fugere illud, at hoc latrare putares.
 HEINSIUS.

792. Invidios ambo.] Ambo Florent. S. Marci,
 sec. Medic. Neap. Berneggerianus. ἀπζακίως, ne-
 que aliter prima Aldi editio. Virg. Eclog. VI. 18.

— nam saepe senex sps carminis ambo
 iugulat.

793. Vires ubi dactores acie revocaveris ambo.
 Sic castigatioris libri utroque loco. quod pluribus
 exemplis addunt Clarissus. HEINSIUS. Vid. I.
 Met. 327.

Hoc argumentum ita finxit Raenerius.
 Cephalus cum Dianae studio seras assidue persequere-
 tur, saepeque ex nimio aestu refrigerari cupiens, au-
 ram invocaret, nympham aliquis arditratas vocari,
 Procris sibi uxori indicavit. At illa in virgultis se
 recondit, ut speculareretur an esset aliqua Aura no-
 mine, cujus ille cupiditate impulsus à se alienaretur.
 Cephalus procul specularis moveri virgulta, dum la-
 tere seram existimat eo loco, reconditam jaculo emis-
 so conjugem imprudens interfecit. In qua telli, quod ma-
 ximo dicitur Procris, ob iram Aurora, vim maximo
 cum ipsa viri luctu experta est.

hic cum assidue.] Ita MSS. & Veit. Fald. quae
 hoc argumentum annectunt fab. XXVI. MUSEVEN.

Refrigerantis Cephali.] Vagos, refrigerari cupien-
 tis Cephali. TOEM.

Fertur autem id telum cum cane, etc.] Sic ma-
 lui cum Micyll. quam & canem Laclapem acceperat
 à Minoë Procris, quod sanisset eum morbo laeo-
 rantem telum illud ut & canem Laclapem acceperat

Ceterum in plurimis veterum, & medio. Forte in
 medio. HEINSIUS. Ita lib. VI. 325.

Ecce locus medio.
 Virg. IX. 230.

Castrum & campi medio.
 Sic alibi variant codices, orbe in medio, vel orbis.
 Vid. lib. X. 167. XII. 39. & ad lib. I. Att. 113.
 BURNANUS.

791. Fugere hoc, illud.] Fugere illud, hoc quat.
 Medic. Puto,

— fugere illud, at hoc latrare putares.
 HEINSIUS.

792. Invidios ambo.] Ambo Florent. S. Marci,
 sec. Medic. Neap. Berneggerianus. ἀπζακίως, ne-
 que aliter prima Aldi editio. Virg. Eclog. VI. 18.

— nam saepe senex sps carminis ambo
 iugulat.

793. Vires ubi dactores acie revocaveris ambo.
 Sic castigatioris libri utroque loco. quod pluribus
 exemplis addunt Clarissus. HEINSIUS. Vid. I.
 Met. 327.

Hoc argumentum ita finxit Raenerius.
 Cephalus cum Dianae studio seras assidue persequere-
 tur, saepeque ex nimio aestu refrigerari cupiens, au-
 ram invocaret, nympham aliquis arditratas vocari,
 Procris sibi uxori indicavit. At illa in virgultis se
 recondit, ut speculareretur an esset aliqua Aura no-
 mine, cujus ille cupiditate impulsus à se alienaretur.
 Cephalus procul specularis moveri virgulta, dum la-
 tere seram existimat eo loco, reconditam jaculo emis-
 so conjugem imprudens interfecit. In qua telli, quod ma-
 ximo dicitur Procris, ob iram Aurora, vim maximo
 cum ipsa viri luctu experta est.

795 **H**Aecenus: & tacuit. Jaculo quod crimen in ipso?
 Phocus ait. jaculi sic crimina reddidit ille.
 Gaudia principum nostri sint, Phoece, doloris.
 Illa prius referam. juvat o meminisse beati
 Temporis, Aeacida, quo primos rite per annos
 Conjuge eram felix; felix erat illa marito.
 800 **M**utua cura duos, & amor socialis habebat.
 Nec Jovis illa meo thalamos praeferret amori:
 Nec me quae caperet, non si Venus ipsa veniret,
 Ulla erat. aequales urebant pectora flammae.
 Sole ferè radiis feriente cacumina primis,

Ve-

oxy. Sed in Iosimo Liberali afferendo felicis rem geris. Cap. 30. γυνεάν legitur pro γυνήν. Falsum hoc. Γυνεάν scribere voluisti. Habetur enim ibi, γυνεάν οὐκ ἐπιφανῶν, parentibus obscuris natum. Jam declinare necesse, ut qui ignores, quod vel praetextati mei norunt, tertiam contractorem in genitivo plurali non pati contractionem. At cap. 41. γυνεάς pro γυνήε. Falsum; nec vola, nec vestigium comparet. Κουραν, quod Ionicè pro κούρον esse dictum vis, utique ibi reperitur, ἐξ ἀλλήλας αὐτῶν τῶν ἐσθῆτων, καὶ τὸν κοῦρον τῆς κεφαλῆς εἰς ἑνέρα, Mutato habitu, & tonsa capillo, ut vir videretur. Sed κουραν qui Ionicum vult esse, pro κούρον, ille profecto cor non habet, & explodi aequè dignus, ac ille, quem Var. Lect. lib. xii. cap. 17. exagitat Muretus, quod Aristophanis istum vericulum, Πάριον εἶλας κούρον ὑπ' ἀλόνου, veterit Barham velle à proteritis ulois. Restant ex Iosimo tuo cap. 17. πῶς καί τις. & cap. 32. Τητύρας. Quod ad posterius atinet, quin pro eo Τητύρας sit reponendum nemo ambiget. Dein αἰέτος pro κούρος flagitare ipsum Liberalem sibi restitui ostendi in notis ad eum scriptorem pag. 145. Ab Ionica & Dorica dialecto venis tandem ad Aeolicam, & cum etiam vindicias Antonino, quia dixit cap. 41. εἶνεθ' ἀεχέσσαν &c. Ergo censendum Aeolicè quoque loqui Platonem, Lucianum, Aelianum, Parthenium, aliosque complures, apud quos passim reperire est optativi aoristos primos illà formà. Audi non me, sed Eymol. magni auctorem: Τίσιον, ἀεχέτος πρέτος, εἰστικόν Ἀιολικόν τρίτου προσώπου τῶν πλεοναστικῶν. Εἰστικόν γάρ τὸ τῶν αἰώνων τῶν αἰώνων. Τὸ δευτέρου, τῶν αἰώνων, τῶν αἰώνων. Καὶ τῶ μὲν πρώτῳ χθόνουσι οἱ Ἀιολεῖς, τοῖς δὲ δεύτεροις ἢ κούροις ἀεχέτος καὶ ἀεχέτος. Eisdem farinae est, quod ad cap. x. notas Aeoles dicere hētes, pro φήτες, cum contrarium verum esse liquet ex Euthath. ad Hom. Iliad. p. 76. & Odyss. 627. Ed. Bas. Quod si ego tantum flagitiorum in meis Antoninianis animadversionibus admisissim, nemo, opinor, ferre te potuisset, ut qui quacun- que occasione, & saepe numero injustissimà de causâ

adeo insolenter mihi insultes, ut si prae te non is- fini subselli magistellus, sed omnino puer essem. Certè in omnibus ostendis, quam vehementer mihi placeas tuâ Graeci sermonis notitiâ, immaner- prorsus εἶπον esse τῆς προσηγορίας ἰσχυρῶν. Ignoræ vera dicenti, Vir Clarissime. Solutus sum non li- teras tantum, sed & mores docere pueros. Hæc adhuc, quæ discas, cum hæc ostendunt, quæ pro- ptemodum omnia in unâ pagellâ peccasti, tum & complura alia, quæ vel alibi jam dicta sunt, vel porro, ubi occasio se obtulerit, dicentur. Unam hæc uti occasio se obtulerit, dicentur. Legitur cap. 4. Ἠπειρώτης ὑπ' αὐτῶν κρατίζετο, ὅτε τὰς ἑταίρου βῶν συνελόντες ἀφελέσθη. Pro συνελόντες in priori editione restitui jubebas, συνελόν τὸ ἀφελέ- σθη. Id quod ridiculum est, & dignissimum, quod exagitaretur. Sed id alienissimum à moribus meis est, nec unquam à me factum. Dissimulato errore illo tuo puerili, dixi legendum videri, πρῆλον τὸ ἀφελέσθη. Οἱ δὲ Zachar. cap. vii. §. ii. Καὶ τὰ ἀπὸ ἐβραϊστικῶν τῶν εἰσακτικῶν. Jobi cap. 1. §. 16. & aliorum seqq. Σοφίαις ἐγὼ μόνος ἦλθον τὸ ἀπαργεῖλαι σοί. Subauditur ἔνεκα, quod addit Pa- laephatus in Praefat. Τὸ ἐλαμῆζεν ἵνακα τῆς ἐπι- θύσεως. Quod etiam tu vidisses, mutato tantum τῶ συνελόν in συνῆλον, legi nihilominus voluisti, συνῆλον τὸ ἀφελέσθη. Sed quaeso te, quis Graecorum ad eum modum loqueretur? συνῆζεναι ἰ λαός τὸ ἀεχέτος. Scuticam, melhercules, met- tur, ut & illud, quod eod. cap. in illa occasione (ὄλεθρον) αὐτῆς ἐπὶ τῆς αὐτῆς πῶσιον πλοῦτος ἔπλεον ἀέλιου, pro κούροις affirmas sensum flagitare αἰώνων Vin' tertium proferam? Immo flagitat id sollicitus ejus. Cum legis cap. 13. ἦ πὸ τῶν καθάρων τὸ τῶ ἀεχέτος. Quali καθάρων frigus & καθάρων ἄριστος idem essent, annotandum duxilli ad illa verba, solebant veteres defunctuorum cadavera le- vare & à sordibus purgare. Annotasses potius κα- θάρων proprie dici de illis, qui suspensi sunt. Joſinae cap. x. §. 27. Καθάρων αὐτῶν δὲ τῶν ἔθλων. Et cap. viii. 29. Καθάρων τὸ εὐνοῦ αὐτῶν δὲ τῶν ἔθλων.

Luc.

805 Venatum in silvas juveniliter ire solebam:
 Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres
 Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam.
 Tutus eram jaculo. sed cum satiata ferinae
 Dextera caedis erat; repetebam frigus, & umbras,
 810 Et, quae de gelidis halabat vallibus, auram.
 Aura petebatur medio mihi lenis in aestu:
 Auram expectabam, requies erat illa labori.
 Aura (recordor enim) venias, cantare solebam:
 Meque juves, intresque sinus, gratissima, nostros:

Utque

Luc. cap. xxi. 53. Καθάρων αὐτῶν, οὐκ ἔλεον αὐτῶν οὐδὲν. Actos. cap. xiii. 29. Καθάρων δὲ τῶν ἔθλων. Ubique verbo Latino depono Gr. καίριστο expressit Venus Interpres. Ut & Abdiæ Babylon. metaphra- ses lib. 1. Προπρῆς μανθῶν de cruce depositis. Sed tacet illis quilibet diutius immorari. Unam hoc aliam tantum, locum priorum ex cap. iv. re accu- ratius pensata, non tam emendationem, quam explicationem flagitare mihi visum. Dicere enim possumus συνελόντες positum esse pro συνελόντες αὐτῶν, vel συνῆλον. Vide Tzet. ad Hesiod. pag. 20. Ed. Heinl. & Schol. Hom. ad Iliad. O. verſ. 307. quomodo hic Aeolicum, ille Atticum id sche- ma fieri. Sic et al. Nec. cap. vi. verſ. 2. Καὶ ἐπὶ περιεργῶν αὐτῶν με περῆται. hoc est, περιεργῶν ἴσων. Eldr. cap. ix. verſ. 4. Καὶ τὸ καθάρων ἰμῶν τῶν ἑταίρων τῶν ἰσχυρῶν. h. e. καθάρων; ἢ. 1. Petr. cap. 3. verſ. 1. Οἱμοῖς αἱ ἡμεῖς ἀποστασίου τῶν ἰσχυρῶν αὐτῶν. hoc est, ἀποστασίου ἰσχυρῶν. Possis etiam dicere ὅτε ἀφελέσθη dictum esse pro ὅτε ἀφελέσθη, quemadmo- dum ἔτι ἀέλιου αὐτῶν, cum ipse erraret, in Pe- tride dixit Plutarchus. Quod Atticum esse dixi supra τὸ Πηλοπόννησον, in eo me confirmant etiam illa verba Schol. Aristoph. in Plut. Act. iii. sc. 2. Ἀέλιος, ἢ τὸ τιμῶν αὐτῶν ἢ τῶν ἰσχυρῶν, ἢ τῶν ἀέλιου. ἢ τῶν καθάρων. ἢ τῶν καθάρων. ἢ τῶν καθάρων. MUSEUS.

4 Id telum.] Et telum Parm. Lugd.

795. Reddidit.] Rettulit pr. Bonon. & Sprolii VII. lib. iii. 387.

796. Sani, Phoece, doloris.] Sint cum Cantabr. No- rico & duobus aliis. HEINS.

798. Aecida.] Aecida Florentinus S. Marci & Berneggerianus cum primo Vaticano & sex aliis. a- di Notis Epist. iii. §. 87. HEINS.

799. Exibat erat illa marito.] In meo antiquo & quo Caesell. est melior lectio, felix fuit illa ma- rito. GIOFANUS. Ita etiam tredecim codices.

801. Meo thalamos.] Nec Jovis illa meis thala- mis praeferret amorem Palatinus. meo thalamo p. auctoris Leidensis. mox, vel si Venus unus, quam- vis Venas Gronov. nec si nonnulli.

803. Pectora flammae.] Citras Leidensis sed praec- cessit, vide eandem varietatem lib. vi. 466. & alibi.

804. Cacumina primis.] In uno meo, Cacumi- na montis. GIOFANUS.

806. Nec mecum famuli, nec equi, nec naribus acres Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebant.] Alie- ter omnino, & quo prioris modo legi malim, hos versus in quibusdam MSS. invenimus. Ita enim habentur, Nec mecum famulos, nec equos, nec na- ribus acres Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam. Nec praeterea ab te videri dici potest, sequi re- tia, cum Xenophon in hanc sententiam praecipiat: Venator cum neglecta tenuisque veste, atque calceo votatum exeat, manu baculum gestans, retium vero cubos sequatur. MARIANG. ACCURS. in Dianibus. In uno meo, duobus Vatic. & uno Caesell. Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire ca- nes, nec lina sequi nodosa sinebam. Quam lect. in vet. quibusdam & Mariang. invenit: eamque me- rito laudat. GIOFANUS. Herc. Giofanius ex uno suo, duobus Vaticanis & uno Caesell. lectio- nem hanc asserit: Nec mecum famulos, nec equos, nec naribus acres Ire canes, nec lina sequi nodosa sinebam. Quam lect. in vet. quibusdam Mariang. invenit. & ego in uno MS. meo, quam inge- nuam credo; neque enim voluisse Nostriam tot in eadem vicinia versus claudere uno verbo solebam. FAUNAR. Nec mecum famulos, nec equos &c. ire si- nebamus meliores. & mox umbras pro umbram, nisi quod frigus opacum in uno Meliceo, ut apud Vir- gilium Eclog. 1. 53. frigus captivum opacum. HEIN- SIUS.

809. Frigus & umbram.] Opacum frigus, vel umbram frigidam; ἢ γὰρ δὲ δὲ. Sic Virgilius eclo- ga 11.

Umbras & frigora captant. GIOFANUS.

& umbras plurimi.

810. Exibat vallibus.] In meo & Caesell. Exa- lat. Clou. Exhalat plurimi veteres. tres, exhalat. Scribe, halabat. sic Lucretio vi. 220. gravis halantes subhorris aurae. HEINSIUS. Vid. lib. 19. 393. & VIII. 675. veniebat unus Gronovii. exhalat.

815 Utque facis, relevare velis, quibus urimur, aclus.
 Forsitan addiderim (sic me mea fata trahebant)
 Blanditias plures: & Tu mihi magna voluptas,
 Dicere sim solitus: tu me reficisque fovesque:
 Tu facis, ut silvas, ut amem loca sola: meoque
 820 Spiritus iste tuus semper captatur ab ore.
 Vocibus ambiguis deceptam praebeuit aurem
 Nescio quis: nomenque aerae tam saepe vocatum
 Esse putans Nymphae, Nympham mihi credit amari.
 Criminis extemplo facti temerarius auctor
 825 Procrin adit: linguaque refert audita susurrâ.
 Credula res amor est. subito collapsa dolore,
 Ut sibi narratur, cecidit: longoque refecta
 Tempore; se miseram, se sati dixi iniqui:

Deque

Deque fide quæsa est: & crimine concita vano,
 830 Quod nihil est, metuit; metuit sine corpore nomen:
 Et dolet infelix veluti de pellice verâ.
 Saepe tamen dubitat; speratque miserrima falli:
 Indicioque fidem negat; & nisi viderit ipsa,
 Damnaturâ sui non est delicta mariti.
 835 Pottera depulerant Aurorac lumina noctem;
 Egreior, silvasque peto: victorque per herbas,
 Aura veni, dixi, nostroque medere labori.
 Et subito gemitus inter mea verba videbar
 Nescio quos audisse. Veni, tamen, optima, dixi.
 840 Fronde levem rursus strepitum faciente caducâ,
 Sum ratus esse feram: telumque volatilis misi.
 Procris erat: medioque tenens in pectore vulnus,
 Hei mihi! conclamat. vox est ubi cognita fidae
 Conjugis; ad vocem praeceps amensque cucurri.

Sema-

ab absolute etiam dixit Stat. x. Theb. 102. & halar Claud. 11. Rapt. 287.

812. Labori.] Laboris Loram. & nonnulli alii. laborum Junianus & Thuan.

815. Utque facis.] Utque soles Vatican. deinde ignes Bonon.

817. Tu mihi magna voluptas.] In eodem meo. Blanda voluptas, CIORAN. Blanda Bonon. & Lovan. grata Vossian.

818. Dicere sim solitus.] In eodem, Dicere se solitus. CIOR. Sim cum primo Pal. secundo Medic. Neap. Bernegger. & tribus aliis. praecedentia id requirunt. HEINS.

818. Relevisque fovesque.] Unus Basilicentis, Relevisque fovesque; ut lib. viii. 536.

Corpus refectumque fovetque.

Unde forte hac transit.

820. Semper captatur ab ore.] Captatur legendum cum Florent. S. Marci, sec. Medic. & tredecim aliis, vel captetur cum Neapol. primo Moreti & Barb. sic supra 557.

autaeque gravi captantur hiati.

Lib. iv. 72.

longe rēcan fuerat captatus anhelitus oris.

HEINSIUS.

821. Deceptam.] Sicut codex, incertam. ut incertus oculus Horat. 11. Ep. 1. 188. ubi Schol. explicat, qui sibi possunt. Neque tibi quidem mutandum censeo, ut ita incertus manus Nolter & alii dixerunt. BURM.

823. Esse putat Nymphae.] Putans ex Cantabrig. Spir. sec. quart. Medicis, Neapol. prior. Erfurt. & sex aliis. HEINS. Nympham me credit amare Lovan. & novem aliis.

824. Criminis extemplo facti.] In eodem, Facti, Reff. CIORANUS. & q̄a plurimi scripti.

821. Indax.] Unus Gronovianus, aucter, cuius alterum glossam esse puto. Aucter pro nuntio. lib. xi. 666.

Non haec tibi nuntiat auctor Ambiguus.

Lib. xii. 58. auditis aliquid, novus adjicit auctor, & vers. 67. dubioque auctore susurri. qui locus huic geminus. Stat. ix. Theb. 39.

Sed postquam haud dubio clades auctore reperta est.

Jul. xi. 2. Prodello in concione auctore, qui in proelio, in quo rex occiditur, se quoque auctorem dicitur. ita saepe Livium & pariter Propertium dixisse auctorem laici Gallum Gallinaceum, qui nuntiavit lucem, notavit Passeratinus ad lib. iv. eleg. 3. p. 490. BURM.

825. Susurra.] In Thesuro Fabri adducitur, quasi esset nominativus pluralis à susurrum, & cum audita jungendum: & ita repertum in Neapolitano Codice lib. xii. 61.

Dubioque auctore susurra.

Sed rectius corrigens se auctor Thesauri esse oblitivum addit; lingua susurra. linguaque susurra. Basil. & unus Heinssii. Gronovium legisse, longue refert audita susurro, Francus notaverunt. BURMANN.

826. Credula res amor est.] Sic apud ipsam Hippolyte Ep. vi. 21.

Credula res amor est: utinam temeraria dicit, Criminibus falsis insinualasse vitam.

CIORANUS.

827. Ut mihi narratur.] In uno meo, Ut sibi. IDEM. Ut sibi cum melioribus. HEINS. Sic Ep. v. 37. gelidusque cucurrit, ut mihi narraſti, data est ossa teneat.

833. Speratque miserrima falli.] Multi codices etiam ex vetustioribus, metatque miserrima falli. unus alique alter, creditque. vulgata scriptura optime se habet. ita & Atticis ἐπιζήτων in malam ponitur patem. Notum illud Maronis:

At sperate vos memores sancti atque nefandi.

Et.

Hinc ego sperantum potui sperare dolorem.

Tatullanus de Pallio, qui liber Graecismus est relictus: Quo magis de nominibus suis Campania speret, metant sibi à Vejovio. Spartianus in Didio Juliano. Sed Julianus sperans laesum factorem Severi, iussit eum occidi. HEINS.

835. Depulerant.] Depulerant ex MSS. Gebhardus, lib. vii. Crep. 23. qui iure eo nomine vapulavit Borthio ad Stat. lib. 1. Achil. 8. nihil vulgatus Poetis, quam Auroram fugare & pellere sidera. Vide supra h. l. vi. 100. & mox libro sequente in principio, & millis alibi. vid. ad lib. 1. Amor. xii. 18. depulerant auroram lumina: nocte egredior, Biedicum & Florent. S. Marci. Progradior tert. Med. progradior alius. BURM.

839. Veni tamen optima dicens.] In ambobus meo, optima dixi. CIORANUS. Melius ad sensum Palatinus, Veni tamen optima dixi, Fronde levem rursus. DAN. HEINSIUS. Dixi castigatores. quare potius ante, Ut subito puto scribendum pro Et. nisi inanis sit cum uno Mediceo. HEINS. At subito Basilicentis.

840. strigam.] Gemitum Basil. fontem Thuanus.

841. Tenens in pectore vulnus.] Tenens unus Medic. & polica, vox prodita pro cognita chartaceus

probae notae in eadem bibliotheca. HEINS. Tenens in gutture ferrum Vossian.

842. In pectore vulnus.] In gutture ferrum Vossian. quod minime repudiet.

843. Hei mihi conclamat.] In duobus meis, Et sine adspiratione, de qua scriptura alibi. In Ursmi, Hei mihi. quod non sequor; Et autem sine h. cum ab aliis pronomen putaretur, apud Terentium è medio sublatum est, eo loco in Andria Act. 1. sc. 1.

O saltem bene!

Beasi: matui à Chryside.

Ita est in vulgatis omnibus. At apud Priscianum lib. vii. & in impressis & scriptis libris aperte legitur:

Beasi: ei matui à Chryside.

Quo modo legitur & in duobus illis optimis ac vetustiss. Terentii Vaticanis: & in alio quodam item scripto. In alio libro eruditiss. Galeſi, Hei cum adspiratione scriptum legi. Miror Paënum, hominem & eruditum, & in his rebus in primis exercitatum, hunc locum silentio praeteriisse: qui eodem, quos dixi, libros evolvit. Sed ignoscendum interdum est, si quis, quod magni refert, omittitur. Qui locus me etiam admonet, quando in positissimum auctorem, atque ad linguam Latinam peritissimum aptissimum incidit, ut studiosis patefaciam ex Donato emendandum esse alteram locum ejusdem poetæ ex eadem comœdia, Scena 11. ubi in impressis legitur omnibus. Sed dico tibi, male: Donatus enim, cui major fides est habenda, exponens illud ejusdem comœd. act. 111. scena 11. Edixit tibi: interminatus sum, ne faceres? aperit

- 845 Semaninem, & sparsas foedantem sanguine vestes,
Et sua (me miserum!) de vulnere dona trahentem
Invenio: corpusque meo mihi carius ulnis
Sontibus attollo: scissâque à pectore veste
Vulnera faeva ligo: conorque inhibere cruorem:
850 Neu me morte suâ sceleratum deserat, oro.
Viribus illa carens, & jam moribunda, coëgit
Haec se pauca loqui: Per nostri foedera lecti,
Perque Deos supplex oro, superosque, meosque;
Per si quid merui de te bene; perque manentem
855 Nunc quoque, cum pereo, causam mihi mortis, amorem;
Ne thalamis Auram patiare innubere nostris.
Dixit: & errorem tum denique nominis esse
Et fensi, & docui. sed quid docuisse juvabat?
Labitur; & parvae fugiunt cum sanguine vires.
860 Dumque aliquid spectare potest; me spectat: & in me
Infelicem animam nostroque exhalat in ore.
Sed vultu meliore mori secura videtur.

Flentibus

apertè hoc loco legit, *adico tibi*. Donati verba sunt. Hic illud reddit: *Edico tibi ne temere facias*. Quae lectio multo melior & aptior est. Ansa autem depravandi locum fuit, *superius s. verbi, fallis, & d. alterius, sequentis verbi, dico*. Item illud act. v. sc. prima. *Chr. at rogatus? perpulisti me, &c.* Ita enim rectius legitur in duobus Vatican. lib. non autem, *ab rogatus?* In quibus Vatic. lib. perpetuo est *ei*, ut impressum legimus in Terentio Faëmi. CIOFANUS.

843. *Cognita.*] *Proditis* Medic. unus. etiam non male. vid. ad lib. i. 657.

844. *Præceptis amensque.*] *Præceptisque amensque* Thyfl. idem hemilichium habes III. Amor. xi. 25.

845. *Sparsas foedantem sanguine vestes.*] In Langerm. *sanguine vultus*, unde Heinſius, *cultus*, nam mox *ecce* sequitur. *sanguine multo* Urbina. à manu prima; forte, & *sparsa foedantem sanguine vultum*. vel *sparsim*, ut *sparsi caede capilli* vi. 38. 657. & *manus sparsa errore* Ep. VII. 128. *semaninam* etiam Junian. Voss. & duo alii.

847. *Corpusque meo mihi carius.*] *Mihi me carius* prim. Palat. Arondel. alter Hamburg. & unus Argent. lib. viii. 405.

— *ô me mihi carior, inquit,*
Paras animae confisite meae.

Thyl. v. Eleg. ult.

O mihi me coniux carior. HEINS.

858. *Ulnis mollibus attollo.*] *Ulnis fontibus longe*

efficiens secundus Pal. & pro diversa lectione unus Medicus. sic & postea *sceleratum* se vocat. Redde eandem vocem Gratii Cynegetico 448.

— *procul hinc extorrisibus ire*
Edico praesente Deo, praesentibus aris,
Quis scelus aut manibus, fontis aut in pectus ne-
tum est.

Manibus sumptum perperam ibi circumiicitur, & parum Latine. Ceterum, ut hoc ositer addam, agit ibi Gravius de colle quodam in Sicilia, quæ Vulcani sacer est. ejus descriptionem habes apud Solinum cap. v. ubi agit de Sicilia, cum illic loci Salmafus neget, de hac rupe alibi quidquam fuisse lectum esse, & nonnulla proflus *amperda* *intra* *dat* de Egnatia Salentinorum oppido. HEINS.

850. *Sceleratum deserat.*] *Desinat* tres scripti. Aduentur Notae lib. II. Artis. v. 725. ION.

855. *Cum pereo.*] *Dum pereo* Medic. qua *per* Gronov. & Leidenl. pro Var. lect.

856. *Innubere.*] Variant codices: quidam, *patiari nubere*, alii, *enubere*, alii, *incumbere*, ut Editi Beifman. sed nihil muto Lucan. III. 23.

Innuisse tepido peltex Cornelia busto.


Quint. Decl. cccxxxviii. *Atque esset ea dno, is quam virgo innuſſerat*, ut scribendum credimus. contrarium est *enubere*. vid. Sigon. ad Liv. xxvi. 34. & inf. ad lib. xii. 196. BURM.

857. *Dixit: & errorem.*] *At errorem* scribo. vel, *dixerat, errorem.* HEINS.

858. *ad*

- Flentibus haec lacrimans heros memorabat; & ecce
Acacus ingreditur duplici cum prole, novoque
865 Militie; quem Cephalus cum fortibus accipit armis.

858. *Set quid docuisse.*] *Si quid docuisse juvabit.* 867. *Secura.*] *Et secura* ex uno suo volebat Heinſius.
Arondel. *Fortè, si quid docuisse juvaret.* ION.
858. *Juvabit.*] *Volebat* unus Gronov.
859. *Cum sanguine viros.*] *De corpore vires tres* 864. *Ingreditur.*] *Egreditur* unus Heinſii & Me-
dici. ut supr. 477. & 629. *gemina cum prole* Vossian.
libri. cum *corpore venas duae, parvo* etiam Leidenſis
mox etiam *excipit* undecim libri.
ION.



P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER OCTAVUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Scylla Nisi filia in avem Cirin, & Nisus pater ejus in avem haliaëctum.

Minos Jovis & Europae filius, cum propter filium Androgeum interceptum ab Atheniensibus poenas repetere, Megara, in qua urbe regnabat Nisus, continuo cum Atheniensibus accessit. Qua expugnata, animo conceperat, occisis hostium praesidiis, Scyllam

* Repetere.] Peteret Colon.

b Megara.] Ita MS. & Veneta, sed Micyll. & Raen. Megaram & sane ita declinavit etiam Livius hoc vocabulum lib. xxxi cap. 22. & 23. ubi tamen Megara reponendum censet summus vir J. Frad. Gronovius. vide ejus notas. Muscker. Megaram omnes, quas vidi, editiones. in editione vero Manckeri legebatur, in qua urbe regnabat Minos, supra admodum negligentia.

c Continuo cum Atheniensibus.] Venet. & Cod. Neap. continua. Micyll. continue sed continuo bene habet: verum pro Atheniensibus Historia poscit, Cretensium. Musckerus. Continua Parm. Lugd. continuam Micyll. in Marg. ut forte scribendum, continuam Atheniensibus: nam vicina erant Megara Athenis: Colon. habet. Megaram, in qua Nisus rex regnabat, continuam Atheniensibus obsedit, omisit vero haec tria verba Raener. qui edidit, Nisus, accessit: animo enim conceperat ea expugnata, occisissimam h. p. se facile victoriam consequaturum.

d Victoriam facilliter consequaturum.] Ita MS. sed Edd. rō facilliter ignorant, vel se pro eo excludent, ut fortan scripserit auctor, facile se consequaturum; nisi mavis, facilliter consequaturum. Musckerus, & facile viē e. jam Raenerius edidit. Sed facilliter non habent Lugd. Parm. & Micyll. Coloniensis ita interpretavit: Obsedit. Cum vero datus in-
to utique victores jussit uterque veniens, interim Scylla Nisi filia fure turrim ascendit, propter lapidem vocalem, qui ab Apollinis cithara superposita sonum accipiat. Raenerius hoc modo: ascendit delectandi gratia, propter lapidem cui vocales si emi cum ostensio percussit, hanc aliter ac posita cithara in-

sonabant: Apollo enim adhaerendo muro navaturam operam, lyram super lapidem deposuit: cujus sonus in eum traiecit. E muro igitur Minos in urbe obsidens, cithara regali bellis rebus interesse ut animalium, pulchritudine ejus exarsit. & cum paranda nullam viam inveniret aliam, victorem hostem fecit: purpuream patri dormienti crinem abscondens, quo facta fata continebantur. quem cum referenti portis accessit hoste ad Minos pertulisset, ille insperatum aversatus est. Novissime eam navigio recipere noluit: Patre jam in avem transfigurato, qui Graeci haliaëctus dicitur, & persequente filiam, illa quoque in vulcerem Cirin versa est.

e Adhaerit.] Ascendit Micylliana. Muscker. Saepo murum ascendit Parm. Raen. jussit navam ascendens Lugd. Micyll.

f Delectandi gratia.] Platerius accipe. Julia. Lib. xvii. 3. Athenas quoque erudiendi gratia missus, quanto doctior majoribus, tanto & gratior populo fuit. Nepos Attic. cap. 9. Hostis Antonus predicatus Italia cessat, spes restituendi nulla erat. Infr. Lib. xii. fab. 1. Inter sacrificandam elabendi mibibus, à Diana rapta est. Muscker.

g Qui Apollinis.] Lege, cui. Interpretes Abbat. Babil. Lib. 1. Qui cum pronississim, exegit à me sacrificamentum perseverantiae. Etiam illic eui reponendum. Sed vide tamen, quae annotati ad Hyg. Mythol. cap. 220. IBSM.

h Superposita.] Sapposius Micyll. Marg. sonum enim Parm. Lugd. Micyll. qui in Marg. sonum attraxerat, vel didicerat.

i Urbe obsidentem.] Urbeu obsidentem Colon.

k Bellisque rebus.] Bellis rebus Colon. qui &

viam facilliter consequaturum. Inter quae Scylla Nisi filia murum ascendit delectandi gratia, propter lapidem vocalem, qui Apollinis citharae positus sonum accipere. Ut animalium Minos urbi adsidentem cultu regali, bellisque rebus interesse, pulchritudine ejus exarsit. Et cum potendi nullam viam inveniret, ut victorem hostem faceret gloriosum, crinem purpureum patri dormienti abscondit, quo facta patrice continebantur. Quem cum, referenti portis accepto hoste, ad Minos pertulisset, ille insperatum aversatus, novissime eam navigio recipere noluit. Patre jam in avem pistoriam transfigurato, quam Graeci haliaëcton dicunt, ac persequente filiam, illa quoque in vulcerem Cirin transfigurata est.

Jam nitidum retegente diem, noctisque fugante
Tempore Lucifero, cadu Earu; & humida surgunt
Nubila. dant placidi cursum redeuntibus Austru
Acacidis, Cephaloque, quibus feliciter acti

Ante

in pulchritudinem ejus exarsit ut lib. vi. fab. 7. in Philonide exarsit amorem. & ita seq. fab. eadem citio Colon.

l Ut victorem.] Ut victoriam hosti faceret gloriosus Colon. ut v. lothom. f. gloriosum Parm. Lugd. Micyll. & codex vetus Heinii.

m Patri.] Geniteri Parm. Lugd. Micyll. & V. C. Heinii.

n Accepto hoste.] Ac recepta hoste a. M. p. & ille jam aversatus novissime eam nav. r. nollet, Patre in avem transfiguratus est, q. G. h. d. persequam Scyllam, Scylla quoque i. v. c. mutata est Colon.

o In avem pistoriam.] Ita reposita ex MS. Aquilam pistoriam appellat Servius ad Ecl. ii. forte, pistoriam, ut heic. Sed & haec & plura huc ficticia dicta jam à nobis sunt ad Hygin. Mythol. cap. 198. ubi haec fabulam habet. Musckerus. Patre igitur in avem trans. Micyll. Marg.

p Haliaëctus.] Qui Cir. Haliaëctus V. C. Heinii.

q Cirin.] Cirinae Parm. Lugd.

r Retegente.] Retegente serē legitur, sed corrupte, ut nisi quidem videtur. Nam retegente ut legitur, & tenus exposcit & metri ratio & celestas, qui Cephalum cum militibus ab Aeaco traditis Athenas rediisse poeta ostendit. Solent enim poetae rerum naturae, quas describunt, ita compositionem accommodare, ut si quid celeriter factum velint, pedibus utantur plures syllabas breves habentibus, & contra. Retegente igitur legitur, ut intelligamus apertente & ostendente. Nam retegere est ostendere atque aperire, ut diximus. Regius. Retegente veteres omnes libri: & ita legendum retegente aemonit Regius. Eadem sententia supra lib. vi. 708.

s Latas manu videt pulsae Aurora tenebris

Virg. lib. x. 156.

— & jam revoluta rubeat

Natura jam luce dies, nescioque sugarat.

Seneca in Oetaviae:

Jam vaga caelo sidera fulgens

Aurora fugat: surgit Titan

Radiante coma, mundoque diem

Reddit clarum. GIOVANNUS.

t. Caeti Eurus.] Eorum ait Nonius dictum à τῶν τῆς ἡμέρας ἡμέρας, quod status ejus ab Oriente sit hic mali. IBSM.

u. Dant placidi cursum redeuntibus Austru.] Cursum, navigandi facultatem. Cicero lib. v. ad Atticum: Sed cursum expectabamus. Ovidius in Epil. ad Leandrum vers. 75.

v. Proinus ut similis detur tibi copia cursus.

Sed, hoc versu, Cursus copia, est natandi facultas. IBSM.

z. Austru.] Austrum, ut inquit, quem modo nominavi, Nonius, qui Graecè νότος, dictum ab humore & nebula, quod νότος Graecè, humor Latina interpretatione dicitur, ac sit is ventus sudoris effector, ut ait. Homerus: νότος δὲ νότος ἵκεν ἰδύοι. IBSM.

aa. Quibus feliciter acti.] Uti quatuor veteres. ut Epil. x. 29. nam ventis quoque sem crudelibus acti. l. xii. Met. 419. jubet uti navita ventis. sic & alibi. sed vulgatam nihilominus lectionem probo. HIERONIMUS. Eadem varietas in MSS. inf. 347. sed ego acti praefero: majorem enim celebritatem cursus notat. Valet. Fl. lib. iv. 106.

Abisset raris astra nois tibi fabula lira.

Et eodem libro 606.

Nē tibi nunc horrenda rapax ad litora possim
Ventus agat.

Noster lib. ii. Amor. x. 9.

Ut ventis discorsibus astra phasidi.

5 Ante expectatum portus tenere petitos.
 Interea Minos. Lelegeia litora vastat:
 Praetentatque sui vires Mavortis in urbe
 Alcathoi, quam Nifus habet; cui splendidus ostro
 Inter honoratos medio de vertice canos
 10 Crinis inhaerebat, magni fiducia regni.
 Sexta resurgebant orientis cornua Phoebes:
 Et pendebat adhuc belli Fortuna; diuque
 Inter utrumque volat dubiis Victoria pennis.
 Regia turris erat vocalibus addita muris:

In

11. Met. 184.

ut alia
Præcipiti pinnis boras.

Epith. xv. 72.

Non agitur vento nostra turris sua.

Et saepe alibi. BURM.

5. Tenuere portus.] Sic Livius lib. xxxvii. 11. Polyxenidas post solis occasum septuaginta navibus tellis vento adverso, ante lucem Pygela portum tenuit. Horatius Ode xiv. lib. 1. Metaphorice dixit: Occupare portum. CIOFAN.

6. Litora.] *Moenia* Cod. Menardi & undecim alii.

8. In urbe Alcathoi.] In urbem primus Medic. Noricus & tres alii. in urbe Alcathoi puto. de qua lectione dictum Artis Amator lib. 11. vers. 421. HENSIUS. De verbo praetentare vide inf. ad lib. xiv. 189. in arce Junian. & pr. Gronovii, ut inf. vs. 54. pariat arces dixit. ubi etiam urbes unus Heinssii.

11. Orientis cornua Lunae.] *Cornua Phoebes* unus Med. & unus Ambros. recte. nisi mavis, orienti Phoebae. nam alter Twissdenius, orienti Lunae, sic saepe alibi Phoeben pro Luna ponit. paulo ante pro medio de vertice Florent. S. Marci & alii, medioque in vertice. medio sub Neap. Urbin. & sec. Medic. HENX.

12. Pendebat.] Ambigua & incerta erat. CIOFANUS.

13. Diuque inter utrumque volat dubiis victoria pennis.] Verum est, quod ait hoc loco Regius, altam Victoriam à poeta effingi, lib. 111. Amor. eleg. 2.

Prima loco fertur sparsit Victoria pennis.

Et 11. Trist. vs. 160. ad Angulum:

Sic affata tuis semper victoria castris,
 Nunc quoque se praesert, notaque signa petat:
 Ausonumque Ducem solitis circumvolet alis,
 Ponat & in nitida laetae fersa coma.

Aelius Lampridius in vita Alexandri Severi: Patet eadem nocte in somniis vidit se alis Romanas vi-

torias, quae est in senatu, ad caelum vohi. Cos. Vagas Florent. S. Marci, unus Medic. & unus Bon. sic Plautus Milite Glorioso 11. v. 13.

Te alloquit vitii probrique plena, quae circum vitios vagas.

Prudentius Cathemerin. Hymno vi. 29.

Liber vagat per auras Rapido vigore sensu.

Ita verosiores codices. alii, *vagas*, vel *vagas*. Vide Nonium in eo verbo. Qui plura ejus exempla producit ex Plauto, Sereno, Pacuvio, Antio, Turpilio, Fimio, Varrone & Pomponio. idque Guterus reponcbat leg. 221v. in fine, ad Senatusconsultum Silanum. Forte tamen tam apud Nasonem quam Prudentium scribendum, *vagas*, sic *vagas* ars. de opo Trist. iv. Eleg. 111. v. 77. possit & legi, *vagas*, idque recte, ut opinor. HENSIUS. Nihil innotet. Voluctis enim passum & pennis introducta Fortuna pingitur. vide ad Petronii cap. cxx & ita in MSS. lib. v. Trist. v. 11. 15. *Voluctis* dicitur.

14. Vocalibus addita muris.] Sic libri senepi omnes. CIOFAN. *Regalibus* Sec. Medic. Neapol. & Urbinas, *addita* etiam unus Leidensis.

15. Auratam lyram.] *Inauratam* dixit lib. 11. Art. 493.

Haece ego enim canerem, subito manifestas Apollo Movit inauratae pollice chorda lyrae.

CIOFANUS.

15. Proles Latonia.] *Latonia* Neapol. Thuan. prim. Reg. Arond. & sex alii. Florent. S. Marci, *Latonia*. bene. quo etiam alludit tertius Medic. in quo *Latonia*. Vide notas Trist. 111. Eleg. 11. vers. 3. HENSIUS. ita & lib. vii. 384. *Latonia* arva. & xi. 196. *Latonia* ex MSS.

16. Sonus ejus inhaesit.] Hic alter ex Ovidio locus, credo, est, in quo *sonus* ejus utrum notat Cl. Bentlejus: quam voculam à Poëta sublimiore fore exulare vult ad Horat. lib. 111. od. xi. 18. nec facile, certe ad fulciendum versum, ut miser hodie Poëstri frequenter effacere solent, adhibendam quoque censio. immo & auctoribus MSS. hinc proficere licebit: nam in Lovaniensi & Thyni codi-

15 In quibus auratam proles Letoia fertur
 Deposuisse lyram: saxo sonus ejus inhaesit.
 Saepe illuc solita est ascendere filia Nisi;
 Et petere exiguo resonantia saxa lapillo,
 Tum cum pax esset. bello quoque saepe solebat
 20 Spectare ex illa rigidi certamina Martis.
 Jamque morâ belli procerum quoque nomina norat,
 Armaque, equosque, habitusque, Cydoneasque pharetras.
 Noverat ante alios faciem ducis Europaei;
 Plus etiam, quam nosse sat est. hac judice, Minos,

Seu

codicibus legitur, saxo sonus haesit in illo. quod tamen etiam posset displicere, quia post *vocales* *mus* non apte subijci videtur, saxo in illo. Quae retineamus ejus, cujus utrum nec Tibullus rejecti qui lib. 1. el. vii. 25.

Saepe velut gemmas ejus, signavere probarem.

Ubi certe etiam abesse poterat salvo sensu. nec refert notavit censuram Propertius, qui lib. 1v. vi. 67.

Adm hinc traxit Phoebus monumenta, quod ejus Una decem vicis missa sagitta rater.

Quae tamen nihil temere contra scriptorum fidem movere, cum profecto veteribus certior linguae sae. & vocalitum, etiam exilium & humilium, ut nobis nunc videri possit, ratio consisterit, quam nostri aevi erudit. Et pronomen illud *is* saepe abunde notavit Donatus ad Terent. Adel. 111. 1v. 4. in vero Horatianae sublimitati sit conveniens *ed* *quae* tunc nec vacat disputare: in Tribus codicibus aliis & secundum Palatum erat, *sonus* ejus *adhuc* BURM.

17. Illic illic multi codices.

19. Bello quoque saepe solebat.] *Bellum* quoque *turre* solebat secundus Medicus & Neap. at Urbinas.

bellum quoque saepe solebat

Spitars epus illa.

Bellum etiam à manu prima Berneggerianus. Legge:

bellum quoque turre solebat

Spitars, epus illa rigidi certamina Martis.

HEINSS. Numeri aliquanto languit hores, qui eriguntur, si cum Leidensi legas, cum pax iuta foret. in reliquis vulgata lectio mihi placet, nam illud epus illa minime aridet, & magis tautologum facit Ovidium Heinssiana conjectura, si spectet *bellum* & *certamina* Martis dixisset, quamvis hinc per *is* *duo* facile excusari possit sciam. sed bello nihil multo elegantius videtur, pro tempore belli. sic enim saepe solent veteres res ipsas ponere, pro tempore, quo eae aguntur vel fiunt. ita Sueton. Caes. cap. xii. *Proscriptione* dixit pro

tempore proscriptionis. Aug. xlv. *Ludis & scena*, id est cum ludii ederentur. iterum Caesar lxxix. *sacrificio Latinorum*, pro tempore feriarum Latinarum. sic *Gladiatoribus* dici notarunt viri docti. vid. Gronov. lib. 1v. de Pec. Vet. 1. & ad Livii lib. 11. 36. Caesar Bell. Gal. 11. 1. *Imperio nostro*, quod recte D. Vossius, quando imperium nostrum est: quam elegantiam etiam Livio lib. v. cap. 34. vindicavit summus Gronovius. sic Noller lib. 1v. Fast. 627. dixit *haec grandine*, pro die grandinosa. ita & apud Virgil. 1v. Georg. 561. *Caesar dum Magus ad altum Fulminat Euphratem bello*. id est, bellum ibi gereus. BURM.

21. Jamque mora belli.] *Moras belli* Neapol. & prior Erfurt. ut *nomina procerum belli moras* appelleret. sic apud Lucanum 1. 102. *Craesus erat belli medius mora*. & apud Silium lib. 1. *Romani Marus belli mora*. quamquam paulo alio sensu. sed vulgata bene se habet. HEINSS. *Moram* etiam hic pro diuturnitate recte capit Regius; neque hic arguatur debemus. Flor. lib. 11. 15. *Quantum vis delecta sit, vel ignium mora probari possit, quippe per contritus decem & septem dies vis potuit incendium extinguere* & 1v. 2. *si moram belli (insipientis) quatuor anni*. BURM.

22. Cydoneasque pharetras.] In meo antiquiore rectius legitur, *Cydoniasque*. Eodem modo Virgilius ecloga ultima dixit *Cydonia spicula*:

libet Partio torquere Cydonia cornu

Spicula.

Cydonias, a, um, à Cydonia Cretae urbe eximia, cujus meminit Strabo lib. x. cujus verba Latine ita faciebam: *Cum autem plurimae in Creta urbes sint, eximia tamen tres atque illustrissimae antecedunt Gnoffus, Goryna, Cydonia*. CIOFAN. *Cydoneasque* mutari non debet. sic lib. 1. Art. 293. *Cydoneae juvencae*. licet Berkelius ad Stephan. in *Kobovis* velit *Cydoneasque* esse scribendum. Ceterum in Gronoviano libro erat:

Armaque, equosque, virosque Cincridasque sagittas. BURMANN.

25 Seu caput abdiderat cristata castide pennis,
 In galea formosus erat: seu sumferat auro
 Fulgentem clypeum, clypeum fumisisse decebat.
 Torserat adductis haustilia lenta lacertis:
 Laudabat virgo junctam cum viribus artem.
 30 Imposito patulos calamo sinuaverat arcus:
 Sic Phoebum sumtis jurabat stare sagittis.
 Cum verò faciem demto nudaverat aere,
 Purpureusque albi stratis insignia pictis
 Terga premebat equi, spumantiaque ora regebat:
 35 Vix sua, vix fanae virgo Nileia compos
 Mentis erat. felix jaculum, quod tangeret ille,
 Quaeque manu premeret, felicia frena vocabat.
 Impetus est illi, (liceat modo) ferre per agmen
 Virgineos hostile gradus: est impetus illi,
 40 Turribus è summis in Gnosia mittere corpus

Castra;

26. Sumferat aere Fulgentem clypeum.] Ore prim.
 Varr. & duo alii. prior Regius, auro. bene. lib.
 XI. 1. 105.

Iste miser galeae clavo radiantis ab auro.
 HEINSIUS
 28. Adductis.] Multi ex scriptis, adductis, inter
 quos Cantabrig. & Francof. sed frustra. iv. Tril.
 11. 5.

Candidaque adducta collum pertussa securi
 Vittima.
 & ita recte apud Ansonium in consulatu Veneris
 correat, nemo adductus iocula correat, cum ab-
 ductis vulgo circumferretur. Virgil. xi. 561.

Adducto conuertam hastile lacerto
 Inmittit.
 Ita adductae palmas x. Ep. 15. manus ibid. vs. 704.
 Iracunda adducta ix. Met. 52. & similia. Vide
 Heins. ad Val. Flac. 111. 139. & eodem sensu re-
 ducta exsulare Petronius cxxxix. ubi nos plura.
 BURMANN.

30. Impositis calamis patulos sinuaverat arcus.]
 In uno meo, utroque Maffieano & Briant. est,
 Imposito calamo, &c. Placet. CIOPANUS. Imposito
 patulis calamo unus Medic. Impositis calamis Fran-
 cof. & creabli. Impositi calam. Leidensis unus. sup-
 posito calamo Basileens.

33. Albi stratis insignia pictis Terga premebat
 equi.] Non dimitto hanc lectionem, ardentissimum
 quod pro diversâ lectione Graevianus exhibebat,
 phaleris pictis; ut apud Maronem lib. v. 310.

Primum equum phaleris insignem videri habeto.
 Atque ita Graeci quoque passim. Achilles Stat.
 lib. 1. ubi crinum describit Phalaris: & si quis vult
 inter cetera. sed vide deest. Pricae. ad Apulej.
 s. Met. p. 621. Sodalibus lib. 1v.

Nix terga fementis
 Ardua pressis equi, salvis qui pictus & auri,
 Ore cruentatum mandant concutit auram.

HEINSIUS. In Basileensi erat, Algi. Albo quidem
 equo reges & duces utos saepe legimus. & ut mor-
 quoque candida teneria Minoi dat. sed an credi-
 bile est Minoa in obsidione equo albo se hostibus
 notabilem & conspicuum dedisse, quo praeter alios
 unus praecipue peteretur, iam satis purpura in-
 signis? quare nescio an non forte rectius, Albi-
 gatur, ut Scylla eam, esse ducem, quia si sine
 equo uteretur, conjiocret. ita Stat. vii. Theb.
 755.

Antiphoni alto
 Nil defensus equo.
 Apposite Valer. Flac. vi. 28.
 — Mars iacens ab aliis,
 Hostis io, conclamat equis.

Spiritus vero minime mutandum: non enim Phal-
 rac in tergis equorum, sed in pectore equorum
 erant, ut notissimum. Petron. xlv. qui asinum non
 potest, stratum caecidit. BURM.

34. Rogebat.] Cohibebat, coarcebat. CIOP.
 41. Recludere.] Decludere unus Leidens.
 42. Utque sedebat.] Sedebat non male sepe ven-
 teres. & Neapol. sec. tert. Medic. pro divedi le-
 sione. HEINS. Eadem varietas lib. 1. Vall. 137.
 & 11. 814. & v. 19.

46. Sed nisi bella forent, nunquam mihi cognitus
 esset.] Tale propè alibi dixit:

Hellara quis nescit, felix si Troja fuisset?
 CIOPANUS. Numquid cum primo Mithicoe in No-
 ricio. HEINS.

47. Me tamen accepta poterat deponere bellum.]
 Dominice. Dimittere bellum. CIOPAN. Pro deponere
 16.

Castra; vel acratas hosti recludere portas:
 Vel si quid Minos aliud velit. utque sedebat
 Candida Dictaci spectans tentoria regis;
 Laeter, ait, dolcamne geri lacrimabile bellum,
 45 In dubio est. doleo quod Minos hostis amanti est.
 Sed nisi bella forent, numquid mihi cognitus esset?
 Me tamen accepta poterat deponere bellum
 Obside: me comitem, me pacis pignus habere.
 Si, quae te genuit, talis, pulcherrime rerum,
 50 Qualis es ipse, fuit; merito Deus arsit in illa.
 O ego ter felix, si pennis lapsa per auras
 Gnosiaci possim castris insistere regis:
 Fallaque me, flammisque meas, quâ dote, rogarem,
 Vellet emi! tantum patrias ne posceret arces.
 55 Nam percant potius sperata cubilia; quam sim
 Proditione potens. quamvis saepe utile vinci

Vicio-

bellum quinque codices, dimittere. ut apud Sta-
 tium Theb. vi. 514.

Obside, quantum poterat dimittere bellum?
 sic Nollet Met. xiii. 217.

Sex inter incipit curam dimittere belli.

Apud Senecam Phoenissis, infans, ayo, dimi-
 nitur pignus. HEINSIUS. Poteri etiam Vaticanus &
 decem alii. vid. lib. 1. 679. & mox. vs. 63. de rui
 dimittit vide ad lib. 1. 209. similis varietas in
 deponere & dimittere est lib. 1. Amor. vi. 35. & su-
 pra lib. 11. Met. 865. & alibi. BURM.

47. Me accepta obside.] Ita Caesar lib. 1. De Bel.
 Gall. Helveticis à majoribus suis instatus esse, uti
 obsides acciperet, non dare, consueverunt. Idem lib.
 vii. Progressus in Nitobriges & Gabalos ab uris-
 que obsides accipit, & magna coacta manu in pro-
 vinciam Narbonem versus eruptionem facere contem-
 dit. M. Tullius lib. iv. ad Att. Obsidibus acceptis,
 nulla praeda, &c. CIOPAN.

47. Me accepta obside.] Hoc è Romanorum mo-
 re dictum esse videri potest: nam regum liberos
 obsides sibi dari volebant. Huius rei hanc causam
 scribit Com. Tacitus lib. xii. Idem regum obsides li-
 beros dari, ut, si domestici imperii laedat, sit re-
 tro ejus ad principem. patresque, quorum moribus as-
 suscitatus rex melior adficeretur. Quam opinionem
 probare etiam videtur Livius lib. xxxiv. Inter
 haec obsides accipit, inter quos Demetrius Philippi si-
 lio. IOEM.

48. Et me pacis pignus haberet.] In duobus meis
 & Castelli. Me pignus pacis haberet: absque Et. Sic
 etiam in lib. Brian. & Aldino, sed in his est pignus
 pacis. Itaque eam sequor scripturam, quae & con-
 junctionem non habet. IOEM.

48. Pacis pignus.] Livius lib. xl. Pacis pignus

fuit. Loquitur de Demetrio Philippi filio. IOEM.
 Malim, habere. HEINSIUS. Et ita Francofurtensis
 codex.

49. Si quae te peperit.] In Vatic. & meis, Si
 quae te genuit. CIOPAN. Plerique codices, genuit,
 quod mirantur, qui de semina rectius peperit dici
 crederent. at Senec. Herc. Oct. 1029.

Quid tale Juno genuit.
 Sed haec obvia.

50. Pulcherrime rogum.] Rogum decem veteres.
 omnino rectus. ut Art. Am. 1. 213.

Erge eris illa dies, qua tu, pulcherrime rerum,
 Quattuor in nervis aureis ibis equis:

Sic fortissima rerum, & similia. mox ipsa sunt, non
 ipse meliores. HEINSIUS. Epist. iv. 125.

O utinam nocitura tibi, pulcherrime rerum,
 In medio nisu vestra rupta forent.

51. O ego ter felix.] Quam felix nonnulli.
 HEINSIUS.

52. Insistera.] Consistere Medicus & sex alii. in-
 sidere unus Basil.

53. Qua dote rogarem Vellet emi.] Antiquum
 tangit consuetudinem, qua vir & uxor se invicem
 emebant: teste Servio ad Virg. 1. Georg. Toque
 sibi generum Tulyis erat omnibus undis, Boethius
 in primum Top. tribus modis uxor habebatur, nisi,
 forte, coemptione. sed consarreatio solis positionem
 conveniebat. quae autem in manum per coemptionem
 venerant, has matresfamilias vocabantur: quae vo-
 ro ipsa vel forte, minime. coemptio certis stemina-
 tibus peragebatur, & sese in coemendo invicem in-
 terrogabant. vir ita, An sibi mulier matresfamilias
 esse vellet. illa respondebat, Velle. eodem mulier in-
 terrogabat, An sibi vir matresfamilias esse vellet. ille
 respondebat, Velle. itaque mulier viri conveniebat
 12

Talia dicenti, curarum maxima nutrix
 Nox intervenit; tenebrisque audacia crevit.
 Prima quies aderat; quâ curis fessa diurnis
 Pectora somnus habet. thalamos taciturna paternos
 85 Intrat: & (heu facinus!) fatali nata parentem
 Crine suum spoliat: praedâque potita nefandâ
 Fert secum spoliolum feceris; progressaque portâ
 Per medios hostes (meritis fiducia tanta est)
 Pervenit ad regem: quem sic adfata paventem:
460. Protulit hanc genetrix, caedasque in fragmina poni Imperat: & positos inimicos admovent ignes.

460. Protulit hanc genetrix, caedasque in fragmina poni Imperat: & positos inimicos admovent ignes.

460. Protulit hanc genetrix, caedasque in fragmina poni Imperat: & positos inimicos admovent ignes.

rebit ignem, rubeescere, millies Poetae canunt. Lucan. v. 214.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

470. Inveniebantur lacrimae tamen. utque carina, Quam ventus, ventoque rapit contrarius aestus, Vim geminam sentit, paretque incerta duobus: Thestias haud aliter dubiis adfectibus errat, Inque vicem ponit, positamque resuscitat iram.

vidi. vid. & infr. lib. ix. 161. Tatifer ignis etiam Gronov.

479. Mann dira. Dura Vossian. dextra Gronov. & unus Heint.

480. Adliit. Consiit Junian. Vos. & sex alii. Insiit unus.

481. Poenarumque deae triplices furialibus inquit. Mirabile orationis initium, sed conjunctio quae ad duo verba, adliit ac inquit referenda est, ut sit sensus: Ut dira manu tenebat fatale lignum, infelix adliit ante sepulchrales aras; & inquit, O Eumenides, triplices deae poenarum, &c. CLAREAN.

481. Furialibus. Foralibus Cantabr.

483. Mors morte pianda est. In scelus addendum scelus est, in funera funus. Tale quippiam lib. 11. Amor. x. 13.

Quid folia arboribus, quid plenus sidera caelo? In freta collectas alen quid adliit aquas?

Et 11. Am. 11. 34. In flammam flammis, in mare fundis aquas.

Et v. Thil. vi. 43. Sic qui contentus non est, in litus arenas, In segetem spicas, in mare fundat aquas.

Et iv. Pont. 11. 13. Mittere ad haec cormen, frondes erat addere stivis. CROFAN.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

485. Per coacervatos. Perque alternatos Sisi. per coacervatos pt. Gronov.

Fiff

486. Erno-

Thestius orbus erit? melius lugebitis ambo,
 Vos modo fraterni manes, animaeque recentes,
 Officium sentite meum: magnoque paratas
 490 Accipite inferias, uteri mala pignora nostri.
 Hei mihi! quo rapior? fratres ignoscite matri.
 Deficiunt ad coepta manus. meruisse fatemur
 Illum, cur percat: mortis mihi displicet auctor.
 Ergo impune feret; vivusque, & victor, & ipso
 495 Successu tumidus regnum Calydonis habebit?
 Vos, cinis exiguus, gelidaeque jacebitis umbrae?
 Haud equidem patiar. percat sceleratus: & ille
 Spemque patris, regnique trahat, patriaeque ruinam.
 Mens ubi materna est? ubi nunc pia vota parentum?
 500 Et, quos sustinui, bis mensum quinque labores?
 O utinam primis arsissem ignibus infans:
 Idque ego passa forem! vixisti munere nostro:

Nunc

486. Fruetur.] Fruatur quinque veteres cum Arondeliano. & tum mox legendum, *Thestius orbus est*. nam idem Arondel. & Rottendorph. erat cum aliis nonnullis. deinde *germani manes*, non *fraterni* sec. Palat. HEINSIUS. *At felix Junian. infelix* quinque. *feratur* Gronov. *feretur* Morei.

487. Sentis meum.] Novum unus Med. *praesentis* Medic. alius. & mox, *accipite exequias* Basil. & Gronov.

491. Hei mihi, quod rapior?] In ambobus meis & uno Martijano, *hi*, sine adspiratione. Sic quoque scriptum esse in vetustissimo Terentio Petri Bembi, affirmabat Muretus, & Poëtnus scriptum reliquit. Ab *hi* autem, ut, quem modo nominavi, Muretus publico in gymnasio testatus est, Grammaticus quidam, qui nondum editus est, *Epylandi* verbum deduci ait. In quibusdam aliis, *Heu mihi*: quemadmodum saepissimè apud Plautum. Sed *hi* viorem lectionem puto. CROFAN. *Hi* etiam plurimi, & *heu* nonnulli. *quo rapimur* Cantabr.

493. Mortis mihi displicet auctor.] Ambigue dictum, nescias enim utrum sibi displiceat, quae auctor sit mortis filii, an Meleager, qui fuerat auctor mortis Thestiadaram, id est, fratrum Altheae. GLAREANUS.

495. Calydonis.] *Calydonus* Urbinas, quod est *Calydonus*. HEINSIUS.

497. Et ille spemque patris, regnumque trahat.] *Mahm*, & *naa*. *regnumque* alter *Hamburgensis* & duo alii. IDEM.

499. Ubi sunt pia vota parentum.] *Pia* jura prim. sec. tert. Medicei. optim. Florent. Neapol. Bernegger. Thuan. aliique quamplures ex melioribus. recte. lib. x. 327.

*Di precor, & pietas, sacrataque jura parentum,
 Hoc prohibete usas.*

Et v. 353.

*Pisani ille memorque juris,*Virgil. *Aen.* viii. 402.*Si juris materni cura remordet.*Epiccedio Drusi, *jus matris habemus ab uno*. Silii libro xi. 334.*Per si quid superest vitae, per jura parentis,
 Perque tuam nostram patriam, natæ, salutem,
 Absiste inceptis, oro.*
Cicero Philipp. xi. *Ut cum à tuâ familiaritate, patrio jure & potestate prohiberet.* A. Gellius lib. xi. cap. ii. *In publicis locis atque muneribus, patrum jura, cum filiorum, qui in magistratu sunt, justitibus collata interquisivere paululum & convicere.* sic *domini jura* epist. iii. sub finem. ubi plura. & imperii jura ex antiquis libris Remed. Amot. v. 491. HEINSIUS. Ita restituit quoque Heinsius lib. vi. Fast. 590. *si pia jura placent. sed jura parentum hoc loco minus placeat, quia illa sunt, quibus illi imperare filius, & quae à filiis exigunt pietatem, ut in loco Silii & aliorum: hic autem, cum mater contra naturam saeviat in filium, molim; nisi nova pia vota parentum; nimirum illa, quibus superstites sibi filios vovent, ne turbetur mortalitas ordo, de quo ad Epist. l. 98. 101. & ad Quinctil. Praefat. lib. vi. egimus satis. hoc justissimum veterum vocat Seneca ad Marciam cap. 10. & obvia passim hujus voti vestigia apud Terentium, & Ciceronem & alios. apud Statium Atalanta ita Dianam invocat lib. ix. 634.*

*Miserne sine funera metris
 Audias ille prior.*

*Miserne sine funera metris
 Audias ille prior.*

Nunc merito moriere tuo. cape praemia facti:
 Bisque datam, primum partu, mox stipite raptu,
 505 Redde animam: vel me fraternis adde sepulcris.
 Et cupio, & nequeo. quid agam? modo vulnera fratrum
 Ante oculos mihi sunt, & tantae cladis imago:
 Nunc animus pietas, maternaque nomina frangunt.
 Me miseram! male vincetis: sed vincite, fratres:
 510 Dummodo, quae dederò vobis solatia, vosque
 Ipsa sequar. dixit; dextrâque averfa trementi
 Funereum torrem medios conjecit in ignes.
 Aut dedit, aut visus gemitus est ille dedisse
 Stipes: & invitis correptus ab ignibus arsit.
 515 Infcius, atque absens flammâ Meleagros in illâ
 Uritur: & caecis torrerè viscera sentit
 Ignibus: at magnos superat virtute dolores:
 Quod tamen ignavo cadat, & sine sanguine lecto,

Moe-

Ita legendum ex MSS. vulgo, *precor*. & ita contra *impium* erat votum, si se superstitibus libris optent parentes, ut hoc in Tiberio notat Sueton. LXII. vide & Seneca. ad Marc. cap. i. & Val. Max. v. 12. 4. ubi nunc autem ex scriptis damus. Vid. ad Epist. iv. 150. *Pia vero vota* Noller & alibi dixit, ubi vitam, prosperitatem & familia aliis optamus. 1. Fast. 722. Remed. 817. & alibi. BURM.

500. Et quos sustinui bis mensum quinque labores.] Liber Ursini, *Et, quos sustinui mensis bis quinque, labores*. Unus Vatican. & Briantii, *bis menses*. Priscianus tamen lib. vii. superiorem agnoscit lectionem: atque *mensum pro mensum* poni; cujus opinionem & auctoritatem sequor; licet illa alteri non prolius absurda videatur. CROFANUS. Libri aliquot à Ciosano citati & MSS. mei habent, *Menses bis quinque*. Escosi omnes *mensum* retinent, Prisciani fere auctoritate, qui lib. vii. *mensum* hic pro *mensum* poni ait. Ego certe genitivum genitivum scribendum censeo *mensum*, inter scindendum vero, ne legi Pediae oppedatur, adhiberi posse Synacresin seu Synecphonestin; ut vi. *Ha. quin proximus omnia perlegeris oculis.* & Noller lib. 2. *ultima coelostium*. PARNAB. *Mensum* meliores scripti. Aufon. Idyll.

Cetera pars mensum quartis est edita novis.
 Noller Fastor. v. 187.

Cum tua sint, cedantque tuas consilia mensum.
 lib. 424.

Nec tu dux mensum, Jane bisformis, eras.
 Senec. Phoen. 535.

Per decem mensum uteri labores. HEINSIUS.

502. *Adunare nostro.*] *Vimino nostro* unus Leidenf.

503. *Morire.*] Mallet, *morire*, quod istae & furenti aptius. Virgil. ii. *Aeneid.* 550. *Nunc morare.*

503. *Praemia facti.*] *Vallis* Florent. S. Marci & unus Bononiensis. HEINSIUS. Sic & variant codices lib. v. Fast. 614.

Et meriti praemia, dixit, habet.

Ubi quidam, *meritis*. BURM.

506. *Vulnera fratrum.*] *Funera* duo Gronov. sollemni permutatione.

507. *Bis mensum.*] *Lego, sunt.* Ep. vii. 69.

Conjunctis ante oculos decipias stabili unago.

Inf. xii. 429.

Ante oculos stat & ille mos. HEINSIUS.

Sed & *esse ante oculos* idem valet & *nostrum* saepe usitatum. ut lib. ii. 111. 188. Epist. vi. 55. & ita alii. ideoque contra codices nihil autem: *ante oculos video* Junian. *Et tantae cladis imago*, duo libri. *moris imago* unus Thuan.

508. *Frangunt.*] *Tangunt* tres libri. *amians* etiam unus Heinsii.

510. *Vosque ipsa sequar dixit.*] *Vosque Funeris ipsa sequar* prim. Gronovianus. Puto, *vosque Funeris & ipsa sequar*. *et dixit* eleganter omittitur, ut saepe alibi. HEINSIUS.

512. *Conjicit.*] *Projicit* pr. Gronov. *immisit* unus Heinsii.

515. *Meleagrus ab illa.*] Libri mei & Caelest. *Meleagros*. Stabi vero, *Melagros*. CROFANUS. In illa quinque libri, quod praetuli, ut multo elegantius. sup. ii. Met. 362.

Nostram laetatur in arbor corpus.

Ita apud Ciceronem lib. 7. *Tuicul.* Quael. 9. *Una animam & corpus occidere, enimamque in corpore occidere.*
 FIFF 2

Moeret: & Ancaei felicia vulnera dicit.

- 520 Grandaevumque patrem, fratremque, piisque sorores
- Cum gemitu, sociamque tori vocat ore supremo;
- Forſitan & matrem. creſcunt ignisque dolorque;
- Langueſcuntque iterum. ſimul eſt extinctus uterque,
- Inque leves abiit paulatim ſpiritus auras:
- 525 Alta jacet Calydon. lugent juvenesque ſenesque:
- Vulguſque, proceresque gemunt: ſciſſaque capillos
- Planguntur matres Calydonides Eueninae.
- Pulvere canitiem genitor vultuſque ſeniles
- Poedat humi fuſus; ſpatioſumque increpat aevum.
- 530 Nam de matre manus, diri ſibi conſcia facti,

Exc.

Nobi.

lingui; ita enim eſſe in MSS. ſatentur, & tamen vicioſas editiones ſecuti cum corporis edunt. Juſtin. xii. 9. Si poſſuit in uno capite orbis bella ſuura. xxxii. 1. Pelus in illo omnia bellum conſeſſiſſent. BURMANNUS.

517. At magnos.] Et multi. lege, At cum duobus. HEINS.

518. Sine ſanguine.] Sine vulnere magno numero codices. vid. ad lin. xi. 9.

519. Vulnera dicit.] Dixit meliores ut x. 422. Et, e, dicit, ſcilicet conſpice matrem.

521. Sapientia.] Sapientia Palat. ſec. eadem diverſitas eſt in his vocibus apud Quinſtil. xii. de Inſt. Orat. 12.

525. Paulatim cana prunam velante ſavilla Alta jacet Calydon.] Hic verſus in primo Palat. non exiſtat. in ſcholis Theſtinatorum, Urbinati, altero Hamburgeniſi & uno Bononiendiſi margini erat adſcriptus. & eſt proſectio adulterinis, quod inconcinna repetitio res paulatim ſatis evincit. HEINS.

526. Et vulgus, proceresque gemunt.] Duo Vatic. Vulgusque proceresque gemunt. Quod libentius ſequor. CIOF.

527. Plangunt ora ſimul matres Calydonides. Oeneus.] Calydonides heu heu plurimi veteres. Sed ex his antiquiſſimos videamus. Urbin. prim. Palat. ſecunda. & quart. Medic. fragmentum Theatin.

Plangunt ſe matres Calydonides, heu heu.

Bernegg. & pro diverſa lectione fragm. Theat. cum duobus alijs:

Plangunt hunc matres Calydonides Oeneus atque.

Primus Gronovii, itidem pro diverſa lectione:

Plangebant matres Calydonides Euevino.

Unde reponendum facile vidi:

Plangebant matres Calydonides Eueninae.

Quod optimus S. Marci Florentinus poſtea mihi confirmavit, in quo:

Plangunt hunc matres Calydonides Eueninae.

Sed poſterior n. in Euenina erat abraſum, cum

gloſſa, Euenos eſt ſuavis, inde ſunt dictas Eueninae matres. In Neapolitano:

Plangunt ora matres Calydonides Oeneus.

Niſi quod rō ora & Oenei cum ultima ſyllaba Calydonis à manu ſunt recentiori, deleta proſequectione. & ſuper ora adſcriptum ſimul. Scribe:

Planguntur matres Calydonides Eueninae.

Plangi, pro ſe plangere. ut & Alibi Noſter. Vide quae notamus lib. v. ſub ſinem. Nam Plangunt pſora, non ora debebat dixiſſe. De duobus patronymicis Calydonides Eueninae dictum ad Epit. vi. v. 103. ſic & Marſiſſam Euenionem dixit Homerus Iliad. I. 553.

Κόρυ Μαρίωνος πάλαιφρονος Εδριονος.

Ad veram ſcripturam alludunt & alii codices. In prioribus Eſuriano:

Plangunt ſe matres Calydonides Euenynas.

Arond.

Plangebant matres Calydonides Eueninaeque.

Cum gloſſa, Eueninae matres, id eſt, habitant juxta Euevum ſuavium. fragmentum Moreli & unus Palat.

Plangebant matres Calydonides Aoniaeque.

Unus Bononiendiſis:

Plangunt matres Calydonides Emoniaeva.

Unus Baſileenſis:

Plangunt matres Calydonides eukoele.

Unus meus:

Plangebant matres Calydonides Eueveſe.

Primus Medicenſis:

Plangunt matres Calydonides Euevinae.

Alii aliter. Piger ulterius in hac ſoſſe voluti, ne poſt fruges inventas glandibus videamur inhiare. Spirenſis inter vetuſtiores etiam poſtiora vetum:

Plangebant matres Calydonides Euevinae.

Nonnumquam & in ore patronymica deſinebant, ut Acriſione, Καδμωϊων, quae à Cadmo deſcendit, Αλευων quae ab Aenea in inſcriptione Herodis Atrici. HEINS.

528. Oeneus Pulvere canitiem genitor.] Libellus

- Exegit poenas, acto per viſcera ferro.
- Non mihi ſi centum Deus ora ſonantia, linguae
- Ingeniumque capax, totumque Helicona dedidiſſet;
- Trifſia perfequerer miſerarum dicta ſororum.
- 535 Immemores decoris liventia peſtora tundunt:
- Dumque manet corpus, corpus refoventque ſoventque:
- Oſcula dant ipſi, poſito dant oſcula lecto.
- Poſt cinerem, cineres hauſtos ad peſtora preſſant:
- Adfulaeque jacent tumulo: ſignataque ſaxa
- 540 Nomine complexae, lacrimas in nomine fundunt.
- Quas, Parthaonia tandem Letoia clade
- Exlata domus, praeter Gorgenque, nurumque

omnes ſcripti Heu, heu pulvere, etc. quod probabilius videtur. Atque Oeneus, videri poſſet gloſſema. CIOFANUS.

529. Huius ſatus.] Feſtus Junian. & alius.

530. Nam de matre manus, diri ſibi conſcia facti, Exegit poenas acto per viſcera ferro.] Cum huiusmodi verſus non in vetuſtiſſimo modo, ſed novis quoque exemplaribus rectiſſimè legantur, nescio qua re moi quidam priorum foediſſime depravantes, immutavit hoc pacto, nam mater manibus diri ſibi conſcia facti, qui verò ſubjicitur verſus nihilominus depravatur. Diodorus vero ſcribit Althacanti laqueo vitam finiſſe. REGIUS. Nam mater manibus Cantabrig. prim. Erfurt. aliique complures. Nam matrem manus Lovan. & alter Strozzae, cum uno Palat. HEINS.

532. Non mihi ſi centum.] In Iſid. 205.

Ne mala voce mea poterit tua cuncta referri,

Ora licet tribuas multiplicata mihi.

Claudian. Panegyrico in Probum, Probinum & Olybium vl. 55.

Non, mihi contentis reſpondens ſi vocibus ora,

Mulſiſſiſſeque ruat centum per poſtiora Phoebus,

Atta Probi narrare queam.

Homerus lib. Iliad. B. 488.

Ποδὸν δ' οὐκ ἐν ἔργῳ μεδόμενος, οὐδ' ὄνειαρον,

ὄβ' εἰ μὴ δέκα μὲν ὀβελῶν, δέκα δὲ ἔσθραται

είη,

Φινὴ δ' ἄρρηκτος, ἄλλωτος δὲ μὴ ἕραρ εὐνῆ.

Hinc ſecutus Hoſtius poëta in lib. xi. Belli Hiſtrici ait:

Centum, atque ora ſeuſ totidem, voceſque liquant.

Hinc Virgilius ait II. Georg. 43.

Non mihi ſi linguae centum ſint, oraſque centum.

Hae tria poſtiora exempla contulit Macrobius lib. vi. 3. CIOFAN.

532. Ora ſonantia linguis.] Unus meus chartaceus ex optimo deſcriptus, linguae. ut apud Vir-

gil. I. Aen. 328. nec vox hominum ſonat. Florent. S. Marci, Neapol. Bernegg. linguae. probe, ſi conſtruas, linguae ingenium capax. HEINS.

534. Miſerarum vota ſororum.] Dicta meliores: Idem. Eria Voſſ. proſequerer etiam Neapol. & ſep-tem alii.

535. Liventia peſtora tundunt.] Liventia prim. Gronov. planguntia ſec. Medic. peſtora plangunt quartus Medic. Vatic. & ſec. Bonon. brachia tudent tres. brachia plangunt Baſil.

536. Corpus refoventque ſoventque.] Tenentque Cantabrig. Thuan. & decem alii. fed dictum pro ſovent refoventque. Sic lib. vii. 818. in me refoveque ſoventque, ut quidam codices. HEINS.

537. Ipſi, lecta.] Pheretro in quo Meleagri cadaver compoſitum fuit. REGIUS. Tu ſic diſtingue: Oſcula dant ipſi, id eſt Meleagro, ſeu corpori, poſito dant oſcula lecto. Ut alterum oſcula ad corpus, alterum ad lectum referatur. MICVLL.

538. Poſt cinerem.] Cineres Vatic. Medic. & duo alii. pro hauſtos etiam uſus Arg. quod pro aſtes Heinius eſſe ſcriptum conſpiciebat. ſed lib. xi. 111.

426. Cineres hauſtos etiam dixit.

538. Ad peſtora preſſant.] Dominic. & Beſant. uſant. Multi ex melioribus, uſant. ſed perperam. Silius libro viii. 129.

Cui cineres orbato preſſant ad peſtora matres.

Status 111. Theb. 129.

Hae preſſant in ſabe conas, hae laminae ſignant.

Claud. 111. Rapt. 163.

Ceu natam preſſas gremio. HEINS.

Lib. xi. 111. 424. quidam codices etiam:

Preſſantem tumuloſ, atque oſſibus oſcula dantem.

Stat. iv. 492.

Nunc humeros nunc ille manus, & velleria preſſat.

BURMANNUS.

539. Adfulaeque.] Adfulaeque Cantab. Oxon. & novem alii. vid. lib. ix. 366. infulaeque ſuae.

539. Signataque ſaxo nomine.] Tertius Leidenſis & alter Thuanii ſignataque ſaxa nomine. & mox-

ſiſſi 3. idem.

Nobilis Alcmenae, natis in corpore pennis
Adlevat; & longas per brachia porrigit alas:

545 Corneaque ora facit; versasque per aera mittit.

FAB. V. ARGUMENTUM.

Nymphae Naiades in insulas.

Thefeus, apud Calydonio interfecto, cum se recipere ab Alcmena, & torrentibus aquis impeditur ab Abeteo amne, qui imbribus intumescit, invitatus est, ut suis lacrimis succederet, dum fluminis unda subsideret. Cuius ille hospitio cum resedisset, inter epulationem proci insulas visas ab hospite accepit Nymphas fuisse Naiades: quae cum deis sacra redderent, ille ab his praeritus esset, motus offensus, in insulas Libanadas eas convertit.

Inter

idem cum priore Regio, lacrimas in nomine fundunt. forte rectius; saxum enim signatur nomine, sive carmine, vel quovis titulo: nam ipsam nomen signari non tam recte dicitur. ita supr. 11. 326.

Κρυός ἰδὸν Μέλας; πρὶντα; ἢ ἢ ἰππία Οἰνός;

Ubi Leucopaeus & Alcaeus omittuntur: Tydem apud eundem Statium lib. 11. 726.

— at si patriis Parthoanis arvis insuar.

Signantque hoc carmine saxum.

Ubi vide Heinsium; ut & ad illa lib. 1. Trist. 1. 90.

lacrimas nomine signat aquas. vi. 670. signataque sanguine pluma. sic & lib. 11. 23. Signat serpentina imagine saxum ex MSS. Ita, signate sanguine corpus, & similia passim. lacrimas vero in nomine fundere, etiam rectum, ut in vulnere Ep. 11. 125. & infr. lib. 11. 490. BORN.

541. Quas post Oeneas. In optimis Florentino ac Neapolitano libris erat vetus lectio, repositumque recentiori manu, post amias, quam lectioem Berneggerianus quoque atque alii exhibebant. Quidam, post Oeniae. Primus Regius, post Oetidas. alii aliter. Sed Parthoanis sincera nimirum scriptura à priori manu in his, quos dixi, Florentino ac Neapolitano codicibus, tum Thuanii praestantissimo, Palatinis duobus, totidem Leidensibus, Medicis tribus ac uno meo apparebat. Nam Oeneas, Agrius, Alcaeus, Melas, Leucopaeus & Sterope ex Parthaone & Euryte Hippodamantis filia nati, teste Apollodoro. Et Melaeum nonnulli filium velint Maris, qui cum Alcmena concubitus se in faciem Oenei mutavit. ita certe Scholiastes Statii ad primum librum Thebaidos. Appellat Admetus Tydem albocorus Thebaidos primo apud Statium vi. 670.

Et hinc Parthoanides Tydeus Valerio Flacco lib. 111. v. 705. & Nostro lib. 1x. 12. Parthoanis utitur Oeneus. Et si pater Oenei Portheus Homero Iliad. 5. vs. 115. dicatur, & Antonino Liberali Metamorphoseon fabula secundà, qui patrem Portheo Martem adsignat, cum Parthaon Agenois filius ab Apollodoro aliisque dicatur. Suspicio tamen Portheum cum Parthaone eundem fuisse, quod Strabo Agrium, Melan & Oeneum Parthaonidas appellet, inque Homericâ confirmat auctoritate, cum Homerus, ut jam dixi, eo, quem Strabo respexit, loco eos Portheo prognatos alerat. Certe apud Plautum Menecimus, Act. v. Sc. 1. ubi adagii loco dicitur, Ego te finitum novi cum Parthaone, notant in MSS. esse Parthaonem vni eruditum, quod ad Portheum propius accedit. Neque aliter apud Hyginum fab. xiv. & cxlxxi. scribitur. In Ovidiano quoque exemplaribus Parthaonis fuisse scriptum sit verisimile, unde levi mutatione Post amias deinceps sit factum; Ceterum Antoninus Liberalis ex Nicandri ἐπιπέπυονος narat paulo copiosius quam Ovidius fabulam. Nimirum sorores Melae ad tumulum fratris sine intermissione lugentes à Diana contactas virgi in aere Melaeagrias fuisse conversas, & in Lerum insulam translatas, praeter Gorgem ac Deianiram, quibus Dea in Bacchi gratiam pepererunt. HEINS.

544. Allevat. Elevat codex Vossianus. ita Claudian. 1. in Eutrop. 195. ex MISS.

Elevat horae pluma. HEINS.

Alligat unus Basil.

545. Versasque per aera mittit. De avibus, quos Melaeagrides vocant, Plin. lib. x. cap. 26. Sani modo, inquit, pugnant Melaeagrides in Beotia. Afr-

Interea Thefeus sociati parte laboris
Punctus, Erechtheas Tritonidos ibat ad arces.
Claudit iter, fecitque moras Achelous eunti,
Imbre tumens. Succede meis, ait, inclyte, testis,
550 Cecropida; nec te committe rapacibus undis.
Ferre trabes solidas, obliquaque volvere magno
Murmure saxa solent. vidi contermina ripae
Cum gregibus stabula alta trahi: nec fortibus illic
Profiunt armentis, nec equis velocibus esse.

Multo

cas hoc est gallinarum genus, gibborum, variis specibus plenas, quae novissimae sunt peregrinarum avium in mensas receptae, propter ingratum virum. Varro Melaei tumulus nobilis eas fecit, &c. Has Varro eadem facit cum Numidicis. Tranquillus & Columella separant, ut & ceteri, qui Numidicas cistas vitulas gerere, Meleagrides autem coeruleas tradunt. Volaterranus. MICYLLUS.

se respicit. Cum Athenas repetere Colon.

impellatur. Interpellaretur Parm. Lugd. Rader. Colon. Micyll.

Cum suminis. Dum alveo f. u. f. Colon.

resedisset. Colon. & Marg. Micylli. forte, cum se dedisset.

inter epulationem. Inter epulandum Colon.

accepit. Accepit Parm. Lugd.

Naiades. MS. Naiades. Quod praereram. Naias poetice est. Probus in Catholicis: Virgilius postulat Naias Naiades posuit, Aegle Naiadam pulcherrimam. MÜNCHER.

Ille ab his praeritus esset. Ita MS. IDEM. Paterius Lugd. Colon. ille qui ab his pr. t. Micyll.

Est. Deest Colon.

547. Erechtheas arces. Erechtheas duo veteres cum Thurneo. ut Myrtous, Lesbos, Sardos, & similia. Erechtheas prim. Pal. sec. Medic. Neap. Vind. & prim. Reg. Erichtheidas duo alii. Erichtheidas Laagerm. tres alii, Erichthoidas. Graevianus, Erichthias. Erichthonias prim. Moret. prim. Gronovii, Exc. Murei. sec. Palat. & duodecim alii. non male, ab Erichthonio rege. sic, in una populi laesi Erichthonias Propertio lib. 11. v. 4. & Erichthonias pestis populata colonus Manlio lib. 1. 92. pro Atheniensibus. Erichthonias arces similiter Trojana Virgilius in Ciri & in Cabece appellavit ab Erichthonio rege. HEINS.

548. Clausti iter, fecitque moras Achelous eunti. Sed hoc sperat omnem industriam, nec à me eripiam potest, sicut hoc poetae negligentia factum, an studiose ludere voluerit, quod Acheloum à la mora fuisse Thefeo, cum ex Calydone Alcaeus proficere, quando Achelous ad occa-

sum sit Calydoni, & Thefeo iter Athenas esset ad ortum. porro quinto deinde versu, solent verbum ad undas referendum, non ad Acheloum. GLAUBRANDUS.

548. Achelous. Athalou in Sicanio. HEINS.

550. Cecropida. Cecropida Florent. S. Marci & Bernegger. prim. tert. quart. Medic. prim. Gronov. prim. Moret. & sex alii. sic Zenaida, de quo ad Epist. 111. 87. Atrida apud Propertium lib. 11. El. xi. vl. 1.

Non ita Dardanio gavisus Atrida triumpho es. Ubi est perperam legitur. Horat. lib. 11. Sat. 11.

Ne quis humas vilit Alajam. Atrida, vetas cur? IDEM.

551. Rapacibus. Rapacibus nonnulli. vid. 19. Fast. 566.

551. Obliquaque volvere magno murmure. Magno impete unus ex meis. appropinquat pro impetu. sic Noster supra 11. 79.

Impeto nunc vestro, cum concitus imbribus amnis Errat. ita & Statius, Antonius, alii. Junianus etiam codex, oblataque. forte, obstrataque, vel, obstrataque. Vide ad lib. 11. 570. HEINS.

552. Solent. Soler Florent. Neap. & duo alii.

553. Cum gregibus stabula alta trahi. Rapi sex veteres. Nil muta. Virg. Aen. 11. 498.

Errat in arva sarens camelo, camposque per omnes

Cum stabulis armenta trahit.

De amne Vestus Avienus Descriptione Orbis vs. 1163.

— citus aquera Tigris Prona retans, et saxa jugis avulsa superans, Est totas late coleri trabes agminis iuras.

Perperam sapientis legebatur iugis. Vulturus tamen apud Statium lib. 14. Silv. 111. 79.

Qui terras capere & rotare silvas Assuetam, pudet, amnis esse coepi.

Et Theb. 1. 365.

Altitur incedo nubigenas & mentium amnes Aura pavens, passimque inansu turbine roptat Pestifera pecorumque domos.

555 Multa quoque hic torrens, nivibus de monte soluti
 Corpora turbineo juvenilia vortice merfit.
 Tutior est requies; solito dum flumina currant
 Limite; dum tenues capiat fons alveus undas.
 Adnuit Aegides: Utarque, Acheloë, domoque
 560 Consilioque tuo, respondit: & usus utroque est.
 Pumice multivavo, nec levibus atria tophis
 Structa subit. molli tellus erat humida musco.
 Summa lacunabant alterno murice conchac.
 Jamque duas lucis partes Hyperione mensa,
 565 Discubuerunt toris Theseus comitesque laborum:
 Hac Ixionides, illa Troezenius heros
 Parte Lelex, raris jam sparsus tempora canis.
 Quosque alios parili fuerat dignatus honore
 Amnis Acarnanum, laetissimus hospite tanto.
 570 Protinus adpositas, nudae vestigia, Nymphae

Instruxerunt

In Virgiliano quoque loco vetulus codex, quem Aegidii Mengii donum, possideo:
Cum salubris armenta rapit. HEINS.
 Utriusque verbi usus in hac re est frequens, & ideo saepe à librariis confusa sunt. Virgil. 1. Georg. 203.
Atque illum in praecipiti prona rapit alveus amni.
 Ubi etiam quidam codices, *trahit*. sic apud Lucan. lib. 11. 429. codex Vossii:
Eridani raptus evoluit in aquara silvas.
 Vulgo, *straxit*. Horat. 111. Od. 29.
Struxeruntque raptus, & pecus, & domos
Volventes una.
 Avienus fab. xvi.
Fineis praecipitante rapit.
 Et hinc toties, *amnes rapidi, & rapaces*. contra *tenere* est apud Virg. 11. Aeneid. 307.
Sternis agros, sternit fata laeta, vomitque labores,
Praecipitante trahit silvas.
 Silius 11. 524.

Obvia passim

Armenta, immanisque ferae, silvasque trahuntur.
 Et lib. xvii. 123.
Qui silvas & saxa trahens per devia praecipit
Voluitur.
 Pro *fabula alta* etiam, *fabulata* codex Menardi. sed male. vide lib. vi. 521. sic & lib. vi. 296. *fabulata* pro *fabulata aera* in codicibus reperitur. BURMANNUS.
 555. *Multa quoque hic torrens, nivibus de monte soluta.* Ita etiam loquitur lib. 111. Elegiarum 6. ubi de alio torrente scribit, qui prope muros patriae labitur; quique nunc vulgo *Pella* dicitur; Ovidii vero temperate, ut ipse ibi significat, nullum habebat nomen. ait enim:

Nitae eris apposito nivibus de monte soluta,
Et turpi crassas gurgitis volvis aquas.

Et mox:

Nomen habes nullum nivibus collectae calvae;
Nec tibi sunt fontes, nec tibi certa domus.

Quam naturam hodie quoque retinet. Incipit fluere ab altissimi montis radicibus, qui Itala lingua ab omnibus *Majalla* nuncupatur. Ubi perpetuo est fatis nivis. Haec ideo dixi, quoniam nemo non ignorat, de quo torrente ibi locutus sit. CIOFANUS. *Nivibus de monte Langern.* & Bernegg. quod non displicebat Heinsio, si etiam *voluit* pro *solutis* legeretur. ita *nivibus hiemalibus auctis* Evemus lib. 11. 109.

558. *Capit sunt alveus undas.* Caput mulieres vetustioribus. pro *capit*. quomodo Bernegger. sec. Mele. & alii decem. tres *capit*. Epichio Drusi:

Vix capit adjectas alveus altus aquas. HEINS.
 Vid lib. 1. 343.

559. *Utrarque.* Meliores, *utrarque*. HEINS.
 561. *Nec lacubus atria tophis.* Lacubus, Regius exponit, asperis, impositis. Quod mihi non probatur. CIOFAN. Injuriam facit Regio Ciofanus, omitens particulam *nec*. nec *leves* enim interpretatur, asperas & impositas. & recte, ut unicuique patet. *nec levis* dictum, ut *nec epinus* & *similia*. BORN.
 562. *Stratella.* Tella in quibusdam; unde Gronov. conjecisse, *texta* notavit Heinsius. vid. sup. ad lib. v. 447.

564. *Lacunabant.* Omnes fere codices habent, *lacus nabant* vel *lacu nabant*. principaliter dicitur *lacus* & inde *lacunar* per diminutionem, tellis est Servius ad lib. 1. Virgil. 726.

516. III

Instruxere epulis mensas: dapibusque remotis
 In gemma posuere merum. tum maximus heros
 Aeque prospiciens oculis subjecta, Quis, inquit,
 Ille locus? (digitoque ostendit) &, Insula nomen
 575 Quod gerat illa, doce. quamquam non una videtur.
 Amnis ad haec, Non est, inquit, quod cernimus, unum.
 Quinque jacent terrae: spatium discrimina fallit.
 Quoque minus spretae factum mirere Dianae;
 Naides hac fuerant: quae cum bis quinque juvencos
 580 Mactassent; rurisque Deos ad sacra vocassent;
 Immemores nostri festas duxere choreas.
 Intumui: quantusque feror, cum plurimus, umquam,
 Tantis eram: pariterque animis immanis & undis
 A silvis silvas, & ab arvis arva revelli.
 585 Cumque loco Nymphas, memores tum denique nostri,
 In freta provolvi. fluctus noslerque marisque

Conti-

566. *Ille Troezenius heros Parte Lelex.* Lelex Troezenius vocatur, quod pater ipse Pitheus Troezeni regnavit, aliqui à poeta etiam ipse Lelex *Naxius* paulo superius dicitur esse. REGIUS. A Troezeni, ubi Pitheus regnavit: sive ille Pitheici filius, Aethraeque frater fuit, ut ex sequentibus colligit Regius, sive etiam aliunde in eam urbem habitatum venerit. Nam quod supra idem Lelex *Naxius* dicitur, dubium opinioni illius affert. Sed de Lelege quae in mentem nobis veniebat, supra annotavimus. MICVLL.

567. *Raris jam sparsus tempora canis.* *Parvis* pro. *Palat. pervis* plurimi ex antiquioribus. *parvis* quinque. *latis* Spir. *Parvis* prior listur. cum *gola*, id est, *albis*. & sic pro diversa lectione unus ex meis. tres, *varius*. duo, *albis*. unus, *nivis*. Omnia frustra. Calveicens enim Lelex describitur. Amor. 1. Eleg. xvii. de anu:
Quam alban raramque comam, lacrymosaque vino
Lamina, rugosus distradere mane genas.

Rutias capillarum, Suctonio. *Galeritulo propter raritatem capillarum adnexo*, de Othone cap. vii. Pro illa parte quatuor veteres, *illae*, cum Arondeiano. HEINS. *Raris sparsus sua tempora* Lovanens. inf. 800. *rari dentes*. Suet. Calig. cap. 1. *Capillo raro, & circa verticem nullo, hirsutus aera*.

569. *Loetissima hospite tanto.* Terno Junianus bene. HEINS.

570. *Appositas.* Plurimi ex veteribus, *appositis*. primum referunt. mensae enim & epulae *positae* & *apposita* passim dicuntur. vide ad 1. Art. 231. nonnulli etiam mox, *epulas mensis*. BORN.

570. *Nudae vestigia.* Vestigia hic pro ipsis pedibus aut plantis ponit, ut lib. v. 198. *Tenuit vestigia*.

gia tellus. Vid. Barth. ad Stat. 11. Theb. 11. IDEM.

572. *In gemma.* In gemmam multi ex vetustioribus. HEINSIUS. In *gemmas* sex. *ingenium postere merum* Cantabr. quod esset, ibi natum.

570. *Tum maximus.* Cum *maximus* unus Leidens. & duo alii, quod praeferebat Heinsius vulgatae.

575. *Quod gerit.* Gerat cum plerisque scriptis. HEINSIUS.

576. *Cernimus.* Cernitis Florent. S. Marci. Urbini. & tres alii. male. nam solum Theleum alloquitur. ut mox patet ex his, *ipse videt*. IDEM.

577. *Spatium discrimina fallit.* *Spatium discrimina fallit* multi ex vetustioribus. recte, si *epanas discrimina* cum Urbinate. IDEM. Mihi vulgata non displicet, *spatium discrimina fallit*, ut Phnius lib. xxi. 14. *fallente operis incremento*: ubi vide Gronovii notas. nisi *mavis*, *spatium discrimina tollit*: nam in Lovanensi erat, *solvit*. id est propter longum spatium non discretae, sed una insula videntur: ita *spatio remota loca* dixit 11. Art. 487. BURMANN.

582. *Quantusque feror.* Feros tres libri, sed *ferri* passim flavii dicuntur, cum *rapidi* sunt, ut Virgil. 11. 407. *sectur in arma furentis*. quod imitatus Dianici Paneg. Maxim. 5. *Toto praesidio ferere, non aliter quam magnus amnis solat*, &c. Cicero. Orat. 68. *si oratio velis dicere, non solum ut insigne feratur, ut flavium, oratio*. Quintil. v. de Inst. 15. *Feratur igitur non sentitis, sed campis, non uti ferret angustis fissulis colliguntur, sed, ut latissimi amnes, raris vallibus fluat, ut sibi viam, si quando non acciperit, faciat*. IDEM.

583. *Animis.* Animus immanis & audax unus. GEGG Med.

Continuam diduxit humum; partesque resolvit
In totidem, mediis quot cernis Echmadas undis.

FAB. VI. ARGUMENTUM.

Perimele in Insulam.

*Perimele Hippodamantis filia cum ab Acheleo amne per vim esset compressa, pater
autem ab admittenda praecipitavit in pelagus. Stuprator expectit ita, ut beneficio Nep-
si mare cum senectam ab Echmadas efficeret insulam.*

390 **U**T tamen ipse vides, procul, en procul una recessit.
Insula grata mihi. Perimelen navita dicit.
Huic ego virgineum dilectae nomen ademi.
Quod pater Hippodamas acre tultit: inque profundum

Propu-

Med. quod Heinso ardebat, si animo lege-
retur.

584. *Revolvi.*] *Revoli* in quibusdam, & rectè.
NAUGURUS. *Revolvi* male est in omnibus excusis
libris, & in quibusdam veteribus. Rectè autem
& sincerè in libro Dominicano, *revelli*: sic enim
facit praeteritum ab *revello*. Auctor locuples est
Servius lib. IV. *Aeneidos*. Atque ita legitur illud
in Epitola Hypsipyles ad Jasonem in veteribus li-
bris & in quibusdam impressis:

Larva Phrygae terga revellit ovit. CROFAN.
Revoli S. Marci, Neap. prim. Medic. Bernegger.
Spir. Atond. & decem alii. de quo ad Epist. VI. vs.
104. HEINS.

586. *Provelei.*] *Pervolei* Balliol. & Thuan. sed
decolvi Menardi codex. quod rapiditati magis con-
veniens. LUCIUS XXVII. 6. *Velut devolutus montis
praecipiti torrens raptus.* Columella lib. I. cap. 5.
*Hinc proxima flans aqua d' montibus orianda, ter
faxa praecipit devolvitur.* & hinc colore sancto Ho-
ratus lib. IV. Od. 2. canit Pindarum. *Per audaces
nova lithyambos verba devolvare.* Eleganti trans-
latione. Quinç. XII. de Institut. Orat. cap. 10. *At
illo (amnis) qui juxta devolvat, & pontem indigne-
tur, & ripas ipsi faciat, multus (ut hic plurimus)
& torrentis judicem vel nitentem contra ferat, cogatque
in quo raptis.* BURM.

588. *Elatus nosserque marisque Continnam di-
vulsit humanum.*] Duo Vatic. Statii & alii libri
scripti. meo antiquo excepto, habent, *Diduxit*,
per e. RECIUS. Propertius lib. IV. Eleg. 1. 146.
Per tremefacta cavo tellus deducit hauri.
Seneca in Oedavia 125.

*Delictis. subito parvis ingenti mihi
Tellus hauri lata.*

Sic legitur in veteri libro scripto Nicolai Salmo-
nem: & in aho P. Galeli. Alio modo loquitur
Cassiodorus carta. LXVII. 62.

Qua gravis exustus aëlius hinculat agros. CROZ.

Male *deduxit* Ciofani praefert, & in Propertii
& Senecae locis *diduxit*, meliores scripti & alii
exhibent. sic *diduxit* aequor 1. Virg. II. 11. &
centies hoc verbo pro *dividere*, *divellere* utitur
Noster & alii. vid. ad lib. II. 386. *contigunt* etiam
Cantabr. vid. ad lib. IV. 57. BURM.

587. *Pariterque revellit.*] *Partesque* prim. Bo-
non. prim. Argent. cum tribus aliis & editione
Gryphii. bene. *resolvit* etiam probe quantus Medic.
& pro diversa lectione Rottendorphianus. In Can-
tabr. & prim. Gronov. *revolvit*. proxime verum.
Molti, *revolvit*, sed *revelli* jam praecedent.
HEINSIUS.

588. *Mediis quot cernis Echmadas undis.*] Tres
numero Echmades fuerunt, si Pappiano interponi
in II. Thebaidos vers. 731. fides est adhibenda.
Artemites, Agallo, Megala. Strabo & alii alter.
CONSTANT. PANENS. *Agalla* secunda dicitur in
edibus.

Compressa.] Ita reposui ex MS. editi perperam
oppressa. MÜLLER. Vid. ad lib. I. Art. Am. 394.
& infra lib. IX. fab. 8. & XII. 4. ubi eadem diver-
sitas.

Ob admittendam.] Latiniissima locutio, quam jam
alibi huic scriptori vindicavimus. plene loquitur
Ammianus lib. XXXI. pag. 406. Ed. Bosh. *sub
admittenda detestabatur.* MÜLLER.

Expectit ita ut.] Sic quidem cum MS. tum
& Vett. Edd. non placet tamen. Racenetis deest,
impetravit beneficio Neptuni, ut mare, &c. loto.
*Expectit, ut beneficio Neptuni maris insula senectam ab
Echmadas efficeretur.* COLON.

590. *Dixit.*] *Dixit* plurimi. dicit Geographi.

593. *Pariturae corpora natae.*] *Pariturae* unus
Leidenfis & alter Twisklenus. & placet. HEINS.

594. *O proxima terras Regna.*] Invenio in MS.
Cod. Caeli, non *terras*. Atque ita emendandum
videatur. libro enim IV. 332. dictum ab eo-
dem est:

Propulit è scopulo pariturae corpora natae.
Excepi: nantemque ferens, O proxima coelo
595 Regna vagae, dixi, sortite, Tridentifer, undae,
In quo desimimus, quo sacri currimus amnes,
[Huic ades, atque audi placidus, Neptune, precantem.]
Huic ego, quam porto, nocui. si miuis, & aequus,
Si pater, Hippodamas, aut si minus impius esset,
600 Debnit illius misereri, ignoscere nobis.
Adfer opem; merfaeque precor feritate paternâ
Da, Neptune, locum: vel sit locus ipsa, licebit;
Hanc quoque complectar. movit caput aequoreus rex:
Concussitque suis omnes adfensibus undas.

Exi-

— à numen aquarum,
Perimele cui caelo celsa, Neptune, potestas.

Ut tanquam à Jove secundum eum laudet, cui se-
cunda potestas, neque, ut Phitoni, remotissima à
coelo, contigit, in operosa illa orbis divisione.
Qua (ut Homerus ait xv. Iliad. & late Firmianus
in primo) caelum, quae suprema est pars, Jovi
sote celsi. Aqua, quae media & est caelo proxima,
Neptuno. Infernum, quae infima & novissima,
Phitoni. Mandi ergo Neptuno & à benevolentia
ordiri voluit. Sunt praeterea codices, qui habent,
mundi, lectione aut ipsa vera, aut saltem alteri
parocinante: cum enim saepe dubitare contin-
gat, utram poeta liquenti, alteram tamen, non
utramque reliquisse, scire licet. Plato in Timaeo:
*Curvatum igitur hoc caelum, sive mundum, sive
quo alio vocabulo gaudeat, cognominatum.* Eodem-
que modo, Platonem imitati, in ipsi operum imi-
tis Pomponius ac Plinius. MARTIANG. Accur-
rit in Dicitibus. *Mundi* in multis vetustiorum. *mundi*
vel *caeli* pro diversa lectione schedae Theatinæ.
cuius unus Medicus. optime. prima enim fors
Jovi, Neptuno secunda, tertia Phitoni obtigerat.
HEINSIUS.

596. *In quo desimimus.*] Duo, *deserimus*, alter
Regius, *deserimus*. Puto, *deserimus*, nam unus
Moreti, in *quon* decidimus. LOM. Idem bis dice-
ret Poeta, in *quo desimimus, & quo currimus*. qua-
te legem:

*In quo (vel quem) desimimus, quot sacri curri-
mus amnes.*

Labimus amnes unus Gronov. *incurrimus* unus Lei-
denfis. BURM.

597. *Precantem.*] *Vocantem* Junian. & pr. Gro-
nov. *regentem* Francof. in quo codice sequentes
quinque verus non legebantur.

598. *Et miuis.*] *Sic miuis* Cantabrig. & plurimi
alii, ut Neptunum haec spectent. Ceterum ver-
sum proxime praecedentem, cuius initium est,
Huc ades, atque audi, spurius ac proinde ejiectus

dum esse censio. ut & illum, qui mos sequitur:
Cui quondam tellus clausa est feritate paterna.
est enim minime ferendus, cum *feritate paterna*
deuio proxime repetatur. & abeli ab uno Vos-
sino. Gronovius unus exhibet quidem, sed
magnum adscriptum. at sec. Palat. prim. Moreti &
octo alii proxime sequentem non agnoscunt. MAIC.
HEINS.

600. *Debnit illius misereri & ignoscere nobis.*] *De
de* copula eradenda. CONSTANTIS PANENSIS.
Si hoc carmen bene habet, sit positio brevis pro-
pter mutam & liquidam g & n in vocali brevi.
quod exemplum rarum est. Horatius lib. IV.
Od. 3.

Donatura cogni, si libeat, sonum.

Et sequente versa, *quondam* pro *nepet* positum
videatur. GLAREANUS. Ita quidem vulgo habent
codices seè omnes: versumque grammatici hunc
ita defendunt, ut dicant primam in verbo, *igno-
scere*, compi, ea ratione, quod mutam sequitur li-
quida. Sed mihi haec ratio in hoc verbo datur
videatur, proptereaquod verbum ipsum compositum,
g loco, n, assumptis, factumque *ignosco*,
ex *in*, & *nosco*. At sublata conjunctione, *et*,
idem verus non modo quod ad numeros attinet,
integrior, sed & elegantior multo erit, & affectui
magis serviet, propter distributionem, quae con-
junctione opus non habet, eaque interposita, gra-
tiam serè auferit. MICHAEL. Habentibus & Argen-
tor. *et partere nobis*, sed nobis Micylli sententia
placet. quam editiones optinae secutae sunt.

603. *Hanc quoque complectar.*] *Hanc* quoque plu-
rimi ex vetustioribus. hoc est, postquam in insu-
lam erit conversa. Perimelen enim, ut reliquas
Echmadas Aechelus alluit. Petell & scribi:

Tunc quoque complectar. HEINS.
Igo, si per codices liceret, mallem, *sic quoque com-
plectar*, licet jam non corpus, sed locus sit. vid. ad
lib. III. Art. Amand. 265.

605 Extimuit Nympha: nabat tamen. ipse natantis
 Pectora tangebam trepido salientia motu:
 Dumque ea contrecto, totum durefcere sensi
 Corpus; & inducta condi praccordia terra.
 [Dum loquor, amplexa est artus nova terra natantes,
 610 Et gravis increvit mutatis infula membris.]

FAB. VII. VIII. & IX. ARGUMENTUM.

Jupiter & Mercurius in hominum species. Casa Baucidis & Philemonis
 in templum. Baucis & Philemon in arborum species.

Jupiter & Mercurius in hominum figuras a versis, in regione Phrygiae cum animis incolarum a expertis a nullo exciperentur hospitio, a Philemone & Baucide hospitallissime sunt excepti. & cum a maxima voluptate rebus a humilibusque ad victum & necessarios simplicissimos animos pauperum experti sunt. Ergo, ut nomen ac vim ostenderent suam, a se vocatis seivibus in excelsum collem, casam eorum in templum converterunt: eosque a ipsos optatos antistites sacrati loci praesiterunt. ita ut cum senectute soluti essent, in arbores converterentur; ut cederet a in fruticem Philemon, Baucis in liliam. Oppidum autem eorum, quod ceteros civis inhospitales habuerat, aquarum a magnitudine obrutum, stagnum factum est.

Amnis

605. Extimuit Nympha.] Aut hi quatuor versus sunt tollendi pro superfluis, aut illi duo, quorum initium Dum loquor, ne his idem dicat. Miror interpretes hoc non vidisse. HEINS. In Francofurtensi decernat versus 604. 605. 606. & duo sequentes margini adscripti. extramittit unus Medic. imitanti Gebhardus. vid. ad lib. 11. 502.
 606. Tangentem.] Muleto. Ambrosianus & unus Medicus. aptius amanti verbum: ita barbam muliere 1. Fast. 259. tepido etiam tres libri. quae sollemnibus confusio. vid. ad lib. 111. 125. BORN.
 607. Contrecto.] Contracto duo Leidenses. ut detrecto pro detrecto scribendum esse judicat Broukhusius vid. supr. ad lib. v. 246. contracto unus Moret. completor viginti libri. deinde eleganti & Ovidiana repetitione, totum durefcere codex Sixi. conrefcere quoque unus Medic. 1102, inductis terris in duris terris tres alii.
 610. Gravis increvit.] Incurrit Oxon. & unus Medic. implevit pr. Gronov.
 a Versi.] Cum versis in hominum figuras, in r. p. ut animis &c. Colon.
 b Excepti.] Accepti Colon.
 c A nullo exciperentur.] A nullo ulro exciperentur omnes edii.
 d Maxima voluptate.] Voluntate MS. ut & Veneta & Micylliana. MUNCERUS. Voluntate Parm. Lugd. Raen. Micyll.
 e Humilibusque.] Humillimis ad victum necessariis

Raener. humilibus ad victum & necessariis Parm. Lugd. Micyll. humilibus & ad victum nec. Colon. leg. humilibus, sed ad victum nec. &c.
 f Vocatis.] Ad se vocatis Colon. vocatis f. hospitibus Raener.
 g Ipsos optatos.] Ipsorum optatos Colon. estatis hic explicata cum optassent, ut juratus & similia.
 h In fruticem.] Ita & MS. & Veneta. sed perpetam. Raenerius dedit, in quercum. Forte quia apud Ovidium in hac fabula legerat, Tiliae contermina quercus collibus est Phrygiis. Propius ad MS. lectionem accedit Micyll. In liliam. atque id rectum putem. MUNCERUS. Philemon cederet in fruticem Colon.
 i Magnitudine.] Figurarum multitudinem Parm. Lugd. aquarum multitudinem Micyll. Raener. Colon.
 611. Encliam mirabile.] Malim, fatum. ut & libro ix. 394.
 Dumque refert sole fatum mirabile.
 nam factum mirabile veteres illic plerique. HEINS. 613. Ab his.] Ad hanc unus Leidens. male. ad est post. vid. ad Epill. 11. 86. & alibi.
 616. Oblitiscere.] Liber Statii, oblitiscere. recte. CROIAN. Obliscere unus Medicus, optime. ut indignationem indicet Poeta.
 617. Animo maturus & aevi.] Animi maturus & aevi malim. sic aevi maturus Aephus Virgilio lib. v. & lib. ix. animi maturus Aleibet. puelo antea Nostro mentis ferox Pirithous dicitur. Vide Notas lib. vi. vl. 327. lib. xiv. 617.
 Remulus maturior aevi.

Amnis ab his tacuit. factum mirabile cunctos
 A Moverat. irridet credentes; utque Deorum
 Spector erat, mentisque ferox Ixione natus;
 Ficta refers, nimiumque putas, Acheloë, potentes
 615 Esse Deos, dixit; si dant adimuntque figuras.
 Oblitiscere omnes; nec talia dicta probarunt:
 Ante omnesque Lelex, animo maturus & aevo,
 Sic ait: immensa est, finemque potentia coeli
 Non habet: & quidquid Superi voluere, peractum est.
 620 Quoque minus dubites; tiliac contermina quercus
 Collibus est Phrygiis, modico circumdata muro.
 Ipse locum vidi: nam me Pelopeia Pitheus
 Misit in arva, suo quondam regnata parenti.
 Haud procul hinc stagnum; tellus habitabilis olim;
 625 Nunc celebres mergis, falicisque palustribus undae.
 Juppiter huc, specie mortali, cumque parente
 Venit Atlantiades postis caducifer alis.
 Mille domos adiere, locum requiemque petentes:
 Mille domos claufere ferae. tamen una recepit,
 630 Parva quidem, stipulis & canna tecta palustri:
 Sed pia Baucis anus, parillique actate Philemon
 Illa sunt annis juncti juvenilibus; illa

Con-

Ita scribo. nam vetus codex, aevi. vulgati, annis. Claudianus lib. 11. de Laudibus Stilich. 348.
 — sed aevi maturior aevi
 Marcia restituro tradit praecepta nepoti.
 Ut jam ex opinis libris illic calligavimus. HEINS. 618. Sic ait.] Forte. Vis, ait, immensa est. sic Cicero. 11. de Natur. Deor. 36. vim aeternam & justitiam, dixit ut nomen & vim Argumenti auditor: nam illud sic ait fere sermonis clausula esse solent; ut lib. x. 559. & ita semper fere Virgilius. Vid. Iadic. Erythr. in sic ait. & in similibus formulis, se facta, se fata &c. Hemsius olim, Dis ait, immensa est, sed mutaverat sententiam.
 619. Peractum.] In uno meo, paratum est. CROIANUS.
 621. Modico circumdata muro.] Quidam modico legunt, non modico. NAUGER. Scribo, modico, ut est in vetustis codicibus. CONS. FANBENSIS. In Vatic. & Ur. Modico. Omnino probabilius. CROIANUS. Modico praesertim plerique. mox, lacum pro locum duo veteres. HEINS.
 622. Nam me Pelopeia Pitheus Misit in arva.] Pitheus Lelegis pater fuit & Aetoliarum Theae matris. Pelopeia autem arva non Peloponnesum, ut quidam putant, sed Phrygiam dicit. nam Pelops Thraciae Phrygiae regis filius fuit, qui inde in Pe-

loponnesum venit. REGIUS. De Pitheo, quod is pater Lelegis fuerit, alibi, quod sciam, nihil legitur. proinde conjecturam hanc Regii, ut neque refellere, animus est, ita neque habeo, unice confirmem. lectorem tamen propter Narycii epitheton, quo supra Lelegem appellat, commemorandum paravi. MICYLL. Pitheus filius Pelopis dicitur Scholiastae Eurip. Hippol. vers. 11. ubi de ejus sapientia vide. Matrem ejus Hippodamiam facit Schol. Pindar. ad 1. Olym. 144. Lelegis posteros recenset Schol. Eurip. ad Orest. 625.
 625. Celebres.] Frequentatae. CROIANUS. Celebres junctis unus Med. pro junctis. alique palustibus Idem. forte pro ubique palustribus; sed praefat nil movere.
 626. Mortalis.] Mortali ex metioribus. HEINS.
 630. Canna tecta palustri.] An texta? Adi Notas lib. v. vers. 447. HEINS. Ita jam conjecerat Priaceus ad Apulij. Metam. 14. p. 139.
 631. Baucis anus.] Fabulam hanc fuisse profectus erat Callimachus in Aetiae. hinc nomen illud in proverbium abiit apud Graecos, pro aut quatuordecim paupertate, ut & Hecades; & hinc pro mendico. Panuacia Baucis Persio dicitur Sartyra quarta. HEINS.
 632. Illa sunt annis juncti juvenilibus; illa.] Epanadiplosis,

Consuetere casâ: paupertatemque fatendo
 Effecere levem, nec iniquâ mente ferendam.
 635 Nec refert, dominos illic, famulosne requiras;
 Tota domus, duo sunt: idem parentque iubentque.
 Ergo ubi Coelicolæ parvos tetigere penates;
 Submissoque humiles intrârunt vertice postes;
 Membra senexposito iussit relevare sedili;
 640 Quo superinjecit textum rude sedula Baucis.

Inde

Inde foco tepidum cinerem dimovit: & ignes
 Sulcitat hesternos; foliisque & cortice secco
 Nutrit; & ad flammâ animâ producit anili:
 Multifidasque faces, ramaliaque arida tecto
 645 Detulit, & minuit, parvoque admovit aëno.
 Quodque suus conjux riguo collegerat horto,
 Truncat olus foliis. furcâ levat ille bicorni
 Sordida terga suis, nigro pendentia tigno:

Ser-

plais, ut: *Ante novis rubent, quàm prata colorant, ante*. Julius Rufinianus & Diomed. auctores. CIOFAN. *Annis puerilibus* Oxon. Six. & duo alii.

633. *Paupertatemque fatendo.*] *Fatendo* Florent. S. Marci, prior Eriurt. prim. sec. Palat. Cantabrig. tert. Medie. Spirent. aliique complures, recte. lib. xii. 427. *Et amando, et amare fatendo* Cyllarum una tenet. Amor. i. Eleg. 11.

Letas invitâ multaque serocis urget,
Quam qui serocitum ferre fatentur, Amor.
 sic & alibi sæpe. paupertatem vel amorem fatetur, qui palam prae se fert, nec dissimulat. lib. ix. 638.

Janusque palam est deum concessumque fatetur
Spem Venere. HAZS.
 Jos. Casal. Decad. viii. obs. 2. haec ad imitationem Horatii lib. i. Od. 24.

Durum, sed levis sit patientia.
 Nationem scripsisse potat. *Fatendo* legendum certe est. Senec. de Const. xvii. *Paupertatis malitiam quendam percussit, quam sibi objicit, quiquis abjuncta.* BURM.

635. *Famulosne.*] *Famulosne* in quibusdam. NAUGERIUS.

637. *Parvos tetigere penates.*] *Parvos* S. Marci, prim. Reg. Atundel. uterque Eriurt. prim. Palat. fragment. Theat. prim. Vatican. prim. Basil. Spir. decem alii. *parvos* Bernegger. Oxon. & alii duo. Forte, *parvos penates*. nam in primo Regio alii-que nonnullis glossa erat adscripta, *id est, pauperes*. Vatro, *Parvos à paulo laze*. libro vi. vl. 37. *paulo faceret nisi curare dicit*. sic ex vetustioribus normali. Favor. iii. 837.

Et piper in paucis nonen habere casti.
 Ita & hinc illi veteres. Forte, *paucis*. Solinus cap. ultimo, *paucillae aëtas ignobiliter ad culmen assequitur*. ut lego, *in culmen*. tamen apud Virgilium libro viii. 543.

— *Interantque lares parvosque penates*
Latus alii.

Et ante Solum libro i. 616.
ad parvos curâ venantur sacre penates.

Et libro viii. 173.
Ne desit in parvorum lares famillique salvere
Templa castellanæ.

Ita *parvulo laze*, & *exiguo laze* Apulej. i. Metam. Noter. xv. Vall. 531.

Parvos inquit penates.
 Prior Gronovii etiam, *subicere penates*. ut lib. v. 282.

Subiere minores

Sæpe castas superi. HEINS.
 638. *Humiles intrarunt.*] *Humiles*. Martial. ii. Epigr. 43. *Sic tua non rectus tibi subire poter.* Douz.
Portas Cod. Menardi.

640. *Quo superinjecit.*] *Sic* in meo antiquiore. Duo Vat. *Quod*. CIOFANUS. *Quod* plurimi scripsi. forte scripserat, *quasi pro cal.* ut mox verbi. 662. *pro quas, quo est in* Juniano, *pro quasi, vel. cui, ut* malebat Heinsius. *teymen* etiam Leid. *teymen* Argent.
 641. *Inde.*] *Ingre* unus Leid. & tres alii. Heinsius malebat, *egre*. *demoveit* etiam Vossian.

641. *Et ignes sulcitat hesternos.*] *Metaphora* ab homine dormiente. Plautus in *Molchellia* ii. 1. 35. *Quis iste dormit?* Phil. *Callidates*. T. *Suficitat* Virgilius lib. viii. 455.

Evandem ex humili tecta lux suscitât alba.
 Ibidem 410. *prior* illo modo:

Impositum cinerem et sopitos suscitât ignes.
 CIOFANUS.

642. *Cortice secco.*] *Vimine secco* unus Bonon. non male: *mox, productis* novem libri. *productis* Cantab. & Bernegg.

644. *Multifidasque faces.*] *Factus* similis. CIOFANUS. *Tactam malitiosam dicit* à poetis scd. sed hic *faces multifidas*, pro concisis in fura videtur posuisse. In *Faldis* libro v. 208. de Henco, in simili narratione, *Et promis quasas conicuntur faces*: ejusmodi fumenta Virgilius libro vii. 292. *tactas scilicet* appellat. aut *tactas scilicet comburunt*. 292. *melior; 292.* HEINS.

644. *Ramaliaque arida tecto.*] *Sic ramula* cura pro *ramo veteri* apud Persium *Saxya* prima & 50. *tyra quinta, veteris ramalia* 292. *Dorsilla*, quomodo mox in Petronii loco, *pannam de carnario detulit furca*. IDEM.

647. *Tenuas olus foliis.*] *Minutatum* elea cum foliis incidit. REZUS. Vel etiam *folia eleas* obolit, resecto caule & ceteris inutilibus. MICHAEL. *Minutatum* incidit, exponit *Rezzus*, elea cum foliis. quoniam etiam intelligi potest

pejora deponit folia, aut inutiles radices. sed hoc minutatum, & vix annotatione dignum. At in hoc nobis obiter quaedam notantur, ut doceam, qua attentione auctores legendi sint, & quod adhibendum iudicium. quibusdam satis est transiisse, & lectorem naso suspendisse, perinde etque nusquam haclaudum. ubi facilitas est, nugatur: ubi difficultas, ibi fit saltus indecorus. non nomino quoniam: satis enim quidam noti sunt. at si ita facundum, nihil facilius fuerit, quàm in auctores commentarium scribere. CZARJANUS. Recte. ita *transit* *pius* Virgil. iii. *Aeneid.* 639. *baculus ex pino, cui folia & rami erant decisa: & transit* *querens* *Valer.* Fl. iii. 445.

647. *Furca levat ille bicorni.*] *Vatican.* *Inde*. *Bianii*, alius *Vatic.* & *Capranic.* *illa*: recte: ut ad *huc* referat. Sunt enim haec, quae à poeta enarrantur, mulieris munera, & poeta ipse satis ostendit his verbis: *Quodque suus conjux riguo collegerat horto, Truncat olus foliis*. Quamvis haec ita esse possint; magis tamen placet legere *inde*, ut item ad *Baucidem* referatur. Quam lectionem in prima editione non immeritò probavi. CIOFANUS. *Carnarium* describit, ubi carnes siccae suspendebantur, atque, utibus quotidianis necessaria, ut mox in versibus Petronianis videbitur. Erat autem foco proximum, & fumo proinde expositum. Petronius *Satyrico* cap. cxxxv. *Atrox incensa quadrato pallio cucurram ingentem foco apposuit: simulque panem de carnario detulit furca, in quo sola erat ad usum reposta, et sinepitis vetustissima particula mille plagis dilata*. ex quo loco apparet furcâ detum soliti ex carnario ca, quorum usus erat. idem Petronius mox: *Dum illa carnis etiam paululum delibat, et coaequale natalium suorum suscipit in carnario furcâ reponit, scilla est patris sella, quae staturae altitudinem adhaerent, animumque suo pendere delectam super foeculoso viscit. Habes de furcâ detum, & carnarium foco contiguum.* Pini locus de *Carnario* libro xix. c. 4. p. 548. sic legendus ex velligis scriptorum: *hinc primam agricolae assimulantur pripei: et sic statim faciebant iudicium, nequam esse in domo matrem familliar (eterna haec cura feminas dicebatur) cui indigens esset herens, cuius è carnario aut macello vivendans esset.* *Columella* libro xii. cap. 53. de salura ful-

lae carnis. ubi inter alia: *Oporebit salcin prius excuti, deinde aquâ dulci diligenter lavari, necubi sal inhæreat, et paululum adhaerent in carnario suspendi, quo medicus fumus perveniat, qui, si quid humoris adhuc continetur, siccare eam possit.* Vatro libro ii. de R. R. cap. 4. *Et qui non audierit patres nostros dicere, ignavus et sumptuosus esse, qui succidiam in carnario suspenderit potius ab lanario, quam ex domestico fundo.* Auctor Moreti:

Non illi suspensa focum carnaria iuxta
Durati solo terga suis truncata rigebant.
Trajectus malum sparto sed casens orbem,
Et vetus adfretis seisis pendebat anethi.

Rigebant Scaliger reposuit. sed *vocabant* est in scriptis. *Replebant* opinor. Optime igitur sese habent *Plautina* illa *Captivis* Acl. iv. sc. 14.

Adveniens deturbavit totum cum carne carnarium.
 Nec detulit furca, ut fieri solet, carnes è carnario, sed deturbavit. Nugantur, ne quid gravius dicam, qui *describavit* legunt, & de vatis interpretantur. Idem *Plautus* *Carculione* Acl. ii. Sc. 111.

Pernam, alidamen, fumen, suis glandium, aia?
omnia haec?

In carnario fortasse dicit. P. imo in lancibus.

Non in carnario, sed jam esui parata. De carnario & illud *Juvenalis* capiendum *Sat. xi. 62.*

Sicci terga suis rara pendentia trate.

Et illa *Petronii* cap. cxxxv.

Præterea quae fumoso suspensa tizillo
Conjurobat opes humilis casta, mista serba
inter odoratas pendebant testa coronas,
Et thymbræ veteri et passis uvo racemis.

Ubi vestu primo scribendum, *prætereaque è fumoso*. ex quo loco liquidum sic manifestum fit, cur *nigro pendentia tigno sordida terga suis* dixerit Naso, quod in versibus *Petronianis* est *tizillum fumosum*. atque huc fortassis trahendum illud è *secta* *Juvenalis* *Satyra* 321.

Tolla pendentis praemis coxas.

Ut de *pena* in carnario suspensa capiatur. *Necandus* *Janus* *Gohardus*, qui cum in uno ex *Plautinis* edicibus offendisset hoc *Nasonis* loco, *Horrida terga suis*, reponi volebat, *Terrida terga*, hoc est, ut ipse interpretatur, fumo siccata. at nihil est immo-

Servatoque diu refecat de tergo partem
 650 Exiguam; sectamque domat ferventibus undis.
 Interea medias fallunt sermonibus horas:
 Sentirique moram prohibent. erat alveus illic
 Pagineus, curvâ clavo suspensus ab ansâ:
 Is tepidis impletur aquis; artusque fovendos
 655 Accipit. in medio torus est de mollibus ulvis
 Impositus lecto, spondâ pedibusque salignis.
 Vestibus hunc velant, quas non nisi tempore festo
 Sternere consueverant; sed & haec vilisque vetusque

Vellis

Sistitur

immundum. *Sordida enim terga suis*, fumosa sunt. quomodo apud Statium Silvarum quarto ad Iulium Muecratem, *Albanoque eadum sordentem promerit fumo.* & apud eundem lyrico carmine ad Septimium Severum, *Culmenque multo luvine sordidum*, hoc est multo fumo Iuercmarum fuliginosum. habes & apud Silium Italicum libro vi. *sordentia fumo frenâ.* Persius Satyra vi.

mibi festa luce cognatur

Urtica, & sissa fumosum suscipit ante.

Ita enim & Scholiastes antiquus, & tres codices scripti, quibus sum usus. nec aliter ex suis magnus Casaubonus reposuit, cum ante *suscipit fumosam* legeretur. In eo autem assentiri viro summo non possum, quod *fumosam suscipit* de vetustate capitis aprugni capit, ut in Petroniano loco jam allato à nobis, *suscipit vetustissima particula*, non recordatus apud Horatium quoque libro II. Sat. II. *fumosa pedum pernae* occurere. *sticus petasanthus* eidem Juvenali Satyra septima 119. quomodo *feci terga suis* undecima eundem dixisse jam vidimus. Ceterum etiam herbas siccatas in carnario suspensas ex Petronio ac auctore Moreti vidimus. Plinius lib. XVIII. cap. 25. *Miretur hoc, qui non meminerit, ipse hramali die pulegia in carnariis florescere.* libro XIX. c. 8. *Pulegi natura in carnariis res-florescens saepius dicta est.* HEINS.

648. *Terga suis.* Auctor Moreti: *Durati sale terga suis.* CROFANUS. *Summo tigno* Leid. unus & pr. Gronov. & alius.

651. *Interea media fallunt sermonibus horas.* Id quoque dubium de quibus intelligendum. de Diis omnino magis dictum apparet: sed mos tamen est, ut qui hospites suscipiunt, nondum apparuit cibo, hospites dulci alloquio retineant. sed iudicet lector. GLAREANUS. Lib. II. ex Pont. x. 37.

*Snoce dies sermone sūt mizer, inque loquendo
 Tarda per aestivos desuit hora dies.* CROF.

Ego mallem, si per codices liceret, *mediis fallunt sermonibus horas.* de quo egi ad lib. II. Art. 507. sed *mediis horas* possumus capere, dum cogitur gatio. BURM.

652. *Sentirique moram.* Magna pars scriptorum, *Et sentire moram.* quatuor, & *sentire famam.*

653. *Dura suspensus ab ansâ.* Appensus ab ansâ. CROFANUS. *Lege, curvâ ab ansâ.* & sine Barberinianus *curvâ* pro diversa lectione agnoscat. nisi *curvâ* malis. quomodo *atritam ansam* dixit Virgilius. Sed alterum verius. HEINS. *eadem* varietas lib. III. Amor. x. 14.

Et veterem curvo dente revellit humanum.

Ubi dicit unns Medic. & Fanel.

655. *In medio lecto.* Sic quidem legitur, sed *lecto* forsitan pro *lecto* Ovidius scriptum reliquit, ut intelligamus in media casa torum & lectum fuisse, non ex plumis, sed ex ulvis pulcherrimis confectum. REGIUS. Sed tamen & *lecto* recte legitur, si pro toto eo opere accipias, aut intricate etiam parte, cui thorus imponitur. Id quod & *impositi* epitheton probare videtur. MICHELIVS. Post hunc versum in uno meo, Caescl. Deminc. Briant. & sex Vaticanis legitur hic alius. In Cap. lib. est in ora:

Concitantque torum de molli fluminis ulva.

In duobus aliis Vatic. Statii, & meo antiquiore non legitur: neque profecto sensus hoc loco potest; nec mihi probatur. Sed placuit studiosis significare, quod invenim. Unus tamen Vatican. & Urfini habent verum illud, qui in impressis non est, collocatum post hunc, *Impositi lecto,* ut quo loco sensus cum requirit. Qua in re fecutus sum iudicium Galeffi & nobilissimi adolescentis Caroli Belprati. *Impositi* autem per i in extrema syllaba legendum in superiore versu. Sic enim est in Statii, Ur. meis aliisque veteribus libris. In Domin. verò, *Imposito* per o, sed illud rectius videtur. CROFAN. Non video quomodo torus in medio esse poterit, qui mensae locos fuerit dandus: libri veteres magno numero interferunt post hunc verum:

Conferuntque torum de molli fluminis ulva.

Vel, *conscitantque, constituntque, consensuntque* quod in aliis est. Neapolitanus & Florent. S. Mart. tres quatuorve versus superiores manu recentiori adscriptos marginali exhibent. quibus tamen

Vellis erat, lecto non indignanda saligno.

660 Adcubere Dei. mensam succincta tremensque
 Ponit anus. mensae sed erat pes tertius impar:
 Testa parem fecit. quae postquam subdita clivum
 Sustulit; aequatam mentae tertere virentes.
 Ponitur hic bicolor sinceræ bacca Minervae,
 665 Conditaque in liquida corna autumnalia faece,
 Inrubaque, & radix, & lactis massa coacti;
 Ovaeque, non acri leviter versata favilla;
 Omnia fictiibus. post haec caelatus eadem

caelata non est movenda. sed ex hoc & praecedenti unum esse faciendum contendendo, ac iterum:

artusque fovendos
Accipit. inde torum stromen de mollibus ulvis
Impositum lecto, spondâ pedibusque salignis,
 Nam *impositis*, non *impositis* veteres plerique. HEINSIVS.

662. *Lecto non indignanda saligno.* In uno meo, & Caprin. legitur, *Sed non indigna.* In Vaticano, *sed non indigna, sed per s.* quo modo veteres librarii scripturabant. quae lectio, ut verior, vehementer etiam atque etiam mihi probatur. CROFAN. Elegantius forte Paolinus, *sed & haec vilisque veterum vellis erat; lecto sed non indigna saligno.* nisi cuiquam adverbivae geminatio non placeat. DAN. HEINSIVS. Cantabrig. sec. tert. Palatin. & decem aliis, *sed non indigna.* prim. Gronov. & unus meus. *tamen haud indigna.* mihi muto. HEINS.

661. *Pes tertius impar.* Haec imitatus Architenus capite de Parcitate:

*Haec sunt Fabricii quae legit oluscula, quorum
 Alperitas modicus sale fracta & simplice lysma:
 Cuspidis hinc dolens apalae, lautique paratus
 Quaeque probat natura daper. O terque quaterque
 Lasciva saltem, siccantque Philemona lecti
 Vagari & mensae, cujus pes tertius impar,
 Aequa sub indulta tenui saensalia testa. IDEM.*

663. *Menta extersere virenti.* Alii, *mentae extersere virenti.* sed verum est, *mentae tertere virentes* cum codice S. Marci, sec. Palat. tert. Medic. prim. Hamburg. aliisque quamplurimis. IDEM.

664. *Bicolor sinceræ bacca Minervae.* Intelligo hanc recentem, & nullo sale aut muria conditam. Sic apud Columellam lib. XI. cap. 50. *inter amaram sinceram distinguitur, & illam, quae salelem receperit. Amara, siue quae sincera defluxerit, siue etiam quae salelem receperit.* atque ita de arungia Plinius libro XXVIII. cap. 9. libro XXI. c. 7. *Quercus optima, ut quae per se cinere sincero vim salis reddat, ubi malum, ut quaeque per se cinere sincero vim salis reddat.* HEINS. *Sinceram* Minervam castam interpretatur Celsipinus. Inepte. ego non laetam, Tit. II.

incertam interpretor, ut in Nuce vs. 22. *lecta haec* dicitur, & vult 35. *fucari tranti*, qui vulneratis opponitur. Ita Suet. Aug. 40. *saecram* opponit *incorrupta*. BURM.

665. *In liquida faece.* In liquido melle unus Patav. & Moreti. *aut vernalia* pr. Vatic. unde Heins. *cornâ haud vernalia.*

666. *Inrubaque & radix.* Inrubaque radix Genev. & pr. Ambr. unde Heinsius, *mentaeque edisque.*

668. *Post haec caelatus eodem Siftitur argento crater.* In Palatino codice legebatur, *post haec caelatus eodem Siftitur argilla crater:* quod esset, eodem Siftitur argilla:

Post haec caelatus eodem Siftitur argilla crater. DAN. HEINSIVS. *Eodem argilla* unus Palatinus. Graecis quidem *εγγυλας* est, sed apud Latinos obtinet, ut *argilla* dicitur. in primo Mediceo pro diversa lectione, *argilla*, cum glossa, *id est, terra.* bene in militi praeterea de *argilla* adscriptum est pro interpretatione. sic lib. v. Valt. 522.

Terra rubens crater, pecula saevi:

Nec placeat caelatus crater ille, non enim tam delicatas Baucida & Philemona fuisse opinor, ut vilis non nisi operis caelati sint uti. idem ille, qui craterem nobis argenteum hic commentus est, ut pretium credo illi adhaeret, caelatum quoque multa arte fabricatus est. quare legendum puto, *illius crater. infero craterem*, ut *infero lucernam*, quod saepe apud Nostrum occurrit, & contra *effuso*. apposite A. Gellius Noct. Attic. libro II. cap. 24 ubi agit de conviviis mutuis, quae ludis Megalensibus celebrari solita. *Qui ludis Megalensibus autibus quo ritu mutuarum, jurare apud Consules verbis conceptis, non amplius in singulis caenas sumptus esse solentur, quam contentos viceratque acri, proter ovis & far & vinum, neque argenti in conviviis plus pondus quam libras centum illatorum.* Propert. libro IV. Eleg. IX.

Lumina foytes turbant elata Quiritis. Intelligendum autem de vase vinario capaci. unde Juvenalis *urnae cratera capaxum*, Noller *va-*
 Hhh
 fiqu

- Sistitur argillâ crater; fabricataque fago
 670 Pocula, quâ cava sunt flaventibus illita ceris.
 Parva mora est; epulasque socii misere calentes:
 Nec longae rursus referuntur vina fenestâe;
 Dantque locum mensis paullum seducta secundis.
 Hic nux, hic mixta est rugosis carica palmis,
 675 Prunaque, & in parulis redolentia mala canistris,
 Et de purpureis collectae vitibus uvac.
 Candidus in medio favus est. super omnia vultus
 Accessere boni: nec iners pauperque voluntas.
 Interea, quoties haustum cratera repleti
 680 Sponte suâ, per seque vident succrescere vina,
 Attoniti novitate pavent, manibusque supinis
 Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philemon:

E.

Quam cratera libro xxi. ingentem lib. v. magnas crateras Virgilius non uno loco. crateras autem cum ne in regum quidem convivis, nisi athenis & inauratos soleant potine apponere, quanto lautiore apparatu splendidissimus noster Philemon & Baucis illa opulenta argenteos, si Dis placet, crateras hic ostentant! & tamen *nullo paratus* Noster, quod miseris maxime, paulo post est dicturus. HEINS. Rigaltius ad Terrull. de Cultib. Femin. lib. 1. c. 2. retinet vulgatum, & explicat nullo argento caelatus, acque non argenteus, ac reliqua quae praecesserant. Similem jocum illum Juvenalis Satyr. 111. 205. putat Douza, *resubans sub eodem marmore Chiron*. Gebhard. lib. 111. Crep. 23. eodem sistitur argilla legit, sed eodem interpretatur, in eodem locum, BUNN.

670. *Quae cava sunt.*] In nonnullis, *qua cava sunt*. NAUGER. *Qua* ex melioribus. HEINSIUS. Ita & Behotius conjecerat Apophor. lib. 111. c. 17.

673. *Dantque locum.*] Hic versus praecedenti videtur praependendus. HEINS.

673. *Mensis paullum seducta secundis hic nux.*] Hoc faciunt verba illa de Nuce; quae secundis mensis apponitur:

Poma cadunt mensis non interdita secundis. CROZ. *Subdola stantia* Sprotti & duo alii. *reparata secundis* Junian.

674. *Caryca.*] Ficus est species caryca, à Caryca Laconiae loco, ubi optima nascuntur denominata, quae quia optima sunt siccae, hinc usus obtinuit ut carycae pro ficibus siccis accipiantur. RIGALTUS. Aridae ficus à Graecis *λεγκάδες* peculiariter appellantur. *Carica* autem apud Macrobius & Plinium per 1. scribitur. Etsi quae Syriacae ficus species. Plinii verba sunt libro decimo tertio capite quinto: *Syria praeter hanc peculiariter habet aridas. in unicum genere Pistacia nota. in fecerunt autem Caricas, & minores ejus generis, quae cotiana.*

vocant. Et Laconiae locus; de quo hic Regius meminit, apud Stephanum non *Caryca*, sed *καρυά* dicitur. Quamquam & caricae siccae solitas idem Plinius ostendit lib. xv. cap. 19. Ubi ait: *Sole ficulis & casti loco vasei, nuper excogitatum est. Es hoc genere sunt ut dicitur cotiana, & caricae, &c.* MICILLUS. Apud Petron. cap. 64. proverbium plebejum occurrit, *abissis daleis caricae*. ubi viti docti edulium ex variis conimentis miscellum intelligunt.

675. *Redolentia mala.*] Vaticanus, *poma*. CROZ. *Volentia* Florent. S. Marci. primus Medicus & prior Hamburg. cum Spirensi, *olenia*. alius Medicus, *dolentia*. In nonnullis vetus lectio *erla*. Scribe, *halantia*. sic, *halantes floribus hortis*. rat Virgil. iv. Georg. 109.

Invenit croceis halantes floribus hortii.

Et ejus imitatione Claudianus lib. 11. in Silic. 465. *Croceis halantes floribus hortis*

Inceditur.

Ita enim locum illum ex vestigiis codicum veterum emendo. idem Epithal. Palladii 103. *juga floribus halant.*

Rapt. Proserp. 11. 288. *Zephyris illic melioribus halant*

Perpetui flores.

Halans vinum in Paullini carmine de nono Felici natali. Apud Propertium quoque lib. 111. 1168. xxiv. loco mendosissimo calligandum opinor:

Limina jam nostris valeant halantia ferri.

Cum insulse nunc legatur, *lacrymantia veris*. Virgil. lib. 1. Aeneid. 417.

Ture calent aras ferisque recentibus halant.

Tò valeant absorberat halantia. Sidonius *can. 25* *Halant rura rosi.*

Carm. xxi. *Videas hic ipsa placere*
Supplicia & virides violis halare cotiana. EASE.

- Et veniam dapibus, nullisque paratibus orant.
 Unicus antea erat, minimae custodia villae:
 685 Quem Dis hospitibus domini mactare parabant:
 Ille celer pennâ tardos aetate fatigat;
 Eluditque diu: tandemque est vitus ad ipsos
 Confugisse Deos. Superi vetuere necari;
 Dique fumus; meritasque luci vicinia poenas
 690 Impia, dixerunt. vobis immunibus hujus
 Esse mali dabitur: modo vestra relinquite tecta;
 Ac nostros comitate gradus; & in ardua montis
 Ite simul. parent ambo, baculisque levati
 Nituntur longo vestigia ponere clivo.
 695 Tantum aberant fummo; quantum semel ire sagitta
 Missa potest: flexere oculos, & versa palude

Cetera

Eunodius,

Sic tua ter demis animarum cultor in armis
Halant rura rosi.

Adi Notas lib. iv. vs. 393. apud Marcial. 111. Ep. 65. *Quod spirat tenerâ malum mordente puellâ.*

Apud Juvenalem Satyra xi. 74.

Amula Piceis & odoris nulla recentis.

Putabam aliquando, *videntia mala*. Ut *videntia* libro Rutil. 11. liner. sub finem. HEINS.

678. *Ne iners.*] *Nec iners* duo Medic. unus Leid. Barber. & Ambros.

679. *Interea, quoties, &c.*] Duo Vatic. & alii omnes scripti, *Totiens*. CROZ. Simplicius in Palatinis ita concipitur hic locus:

Interea, toties haustum cratera, repleti

Sponte sua, per seque vident succrescere vina.

Attoniti novitate pavent. DAN. HEINS.

exhaustum toties plurimi. exhaustus quoties Sixi & unus Moret. deinde, *sua crescere vina* Voss. Leid.

duo & duo alii. *concreverat* Junian. *succedere* unus Medic.

681. *Concipiunt Baucisque preces, timidusque Philemon.*] Hic versus mox repetetur, verum in lib.

Musaeus, & uno Vatican. non legitur. In Ur-

sini est positus in ora. quo fit, ut credam Ovidii non esse, & sine causa repetitum. CROZANUS, *Sustipimus* pr. Gronov. mox, *ut veniam* idem. quare

Heins. legat, *ut orant.*

286. *Color pennis.*] *Pennas* unus Medic. ut sit Graecismus.

687. *Eluditque.*] *Eluditque* cum plerisque. HEINS.

689. *Luc.*] *Luat* (ver. Bonon. Heinsius malebat, *laant*, vel *luant*. Vid. ad lib. 11. 688. *dabit* Ambros.

690. *Immunibus hujus.*] *Venisse* unus Heinsii, *Vobis immunibus unis*

Esse mali dabitur.
Immunibus haeres Junian.

693. *Te simul, parent; & Dis praeventibus ambo*

Membra levati baculis: tardique sentibus unis

Nituntur longo vestigia ponere clivo.] Versus me-

dium in optimo Florentino S. Marci, Neap. Spirensi & uno Mediceo, manu recentiori adscriptus est margini. & puro tollendum: primus sic in eodem S. Marci codice exhibebatur,

Te simul, parent ambo, baculique levati.

Pro levati, quod disertim Spirensis agnoscit. atque

ita in Neapol. etiam videtur exaratum fuisse, erat enim erasa vetus lectio, *tardique sentibus unis*,

negatoris commentum est, nam senio confectos fuisse tam Baucida quam Philemonem jam supra non semel monuerat, jamque & *tardos aetate*

vocaret. nec opus eo *Dis praeventibus*, cum & Deos jussisse ut se committerent, & illos paruisse praemisit. pro tribus itaque versibus duo, quos

exhibuimus in contextu, sunt reponendi. HEINS.

695. *Quantum semel ire sagitta.*] Neapol. & fec. Medic. *hinc sagitta*. sic *hinc pacem* intra moenia auctor Ellegiae in Nucem. Neuter lib. 11. Fall.

222.

_____ *riparum margine sunt aquas.*

Et ibidem ad Tenanum:

Tu populos, urbesque & regna ingentia finis.

Vulgatum tamen hoc loco agnoscit Gumbert. Ligurini libro viii.

Stabos ab obessa non multo longius urbe,

Quam saevul exilium arca jactantia sagitta

ire potest. HEINS.

696. *Messa vident, quaruntque suas pia culmina villae.* *Sola loca stabant, avem desinat lata locorum.*] Haec duo carmina in lib. Stacii non leguntur.

In meo antiquiore & Ursum non est superior versus: Item in duobus Vaticanis. Atque ille alter posterior in his quatuor libris repositus est in ora.

In altero meo notatum est in margine, *quasant*. quo verbo ambo adulterius esse ostenditur.

Hllh h 2 Quam-

Cetera prospiciunt: tantum sua tecta manere.
 Dumque ea mirantur; dum desient fata suorum:
 Illa vetus dominis etiam casa parva duobus,
 700 Vertitur in templum: furcas subiere columnae:
 Stramina flavescent; adopertaque marmore tellus,
 Caelaraeque fores, aurataque tecta videntur,
 Talia cum placido Saturnius edidit ore:
 Dicite, iuste senex, & femina conjuge iusto
 705 Digna, quid optetis. cum Baucide pauca locutus,
 Consilium Superis aperit commune Philemon:
 Esse sacerdotes, delubraque vestra tueri
 Poscimus: & quoniam concordēs egimus annos;
 Auferat hora duos eadem: nec conjugis unquam
 710 Busta meae videam: neu sim tumultandus ab illa.

Vota

Vota fides sequitur. templi tutela fieri,
 Donec vita data est. annis aevoque soluti
 Ante gradus sacros cum flarent forte, locique
 Inciperent casus; frondere Philemona Baucis,
 715 Baucida conspexit senior frondere Philemon.
 Jamque super gelidos crescente cacumine vultus,
 Mutua, dum lieuit, reddebant dicta; Valeque;
 O conjux, dixere simul, simul abdita texit
 Ora frutex. Ostendit adhuc Tyaneus illic
 720 Incola de gemina vicinos arbore truncos.
 Haec mihi non vani (neque erat cur fallere vellent)
 Narravere senes. equidem pendentia vidi
 Serta super ramos: ponensque recentia, dixi,
 Cura pii Dis sunt, &, qui colere, coluntur.

F. AB.

Quamobrem hinc tollendos atque expungendos censéo. Sentia & mecum ingeniosus Galesus. In alio libro veteri Capran. aliena manu uterque versus in margine repositus est. CROZ. *Morsa vident quaterantque suae pia crimina villae.* Hic denovo versum eiecimus, idque ex auctoritate utriusque Hamburg. Oxon. Avondel. Thuan. Neapol. prim. Palat. prim. Medic. cum octo aliis. Necagnoscunt à manu prima Florent. S. Marci & primus Regius. quidam tam editi quam scripti hunc versum, qui ferri non potest.

Sola loca stabat, dum desient fata suorum,
 Paulo post agnoscunt. HEISS. *Donna retinebat & legebat:*

Sola loca stabant, dum desient fata locorum.
 Ut ultima in loca producatur propter sequentes consonantes. & eandem esse sententiam, quae in illis: *Hic ubi nunc urbs est, tunc lotus urbis erat.*

608. *Dum desient fata locorum.* Libri veteres, *Dum desient fata sacrorum.* Ita porro secundo ab hoc versu: *Donaque ea mirantur, dum desient fata suorum.* CROZ.

690. *Casa parva.* Pena Junian. ut sit pro plebs. eleganter, quae tam angusta erat, ut vix duos caperet.

701. *Adopertaque marmore tellus.* Ex fide optimorum codicum haec legenda sunt hoc ordine, quo à nobis exhibentur. Mox codices demum ex editis nonnulli & ex scriptis odioso versum exhibent, qui jam supra occurbat:

Constituit Baucisque praesens simulacrae Philemon. HEISSUS.

703. *Talium.* Cui ex scriptis, ut saepe alibi. IRENA.

704. *Femina coniuge iusti digna.* *Femina coniuge digna* tres scripti. de apud Val. Flaccum libro VII. 254.

tu laude nova, tu supplicis digna dignor.

Et in illo veteri carmine à rusticis cantato, apud Fellum:

Digna digna, sic Sarmantus habcat cessas conpedes.

Tibullus libro IV. Eleg. VII.

cum digne digna fuisse ferar. IOAN.

706. *Judicium Superi, &c.* In uno meo & uno Vatic. Dominie. & Caelst. *Consilium Superi.* Quod melius & probabilius est. In altero meo, Capran. & Statii, *Judicium.* Aequè bene. Unde factum est *Judicium*, ut pro 2o posito: sed multo CROZAN. *Judicium* pro sententia dixit. *Judicium* plurimi veteres Excerpta Jureti & Calandiae cum octo scriptis, *Consilium*. quod non est omnino negligendum. HEISS.

708. *Egimus annos.* Suprà VII. 751. & *taliter conceditur exigit annos.* Virgilius lib. I. Aeneid. 74.

Omnes ut tecum miranti pro talibus annos Exigat.

Terent. in Heecyra III. v. 40.

Mique excepto, ut reliquam vitam exigit Cuius es viro, me qui sit forsitanter. CROZ.

712. *Annis aevoque solati.* Malim, *annis suisque solati.* HEISS.

713. *Ante gradus sacros.* Sic libri veteres, siquae legendum. CROZANUS. *Dum placuit novem scripti.*

714. *Narrarent casus.* In duobus meis, Statii & Caelst. *Narrarent.* CROZ. *Inciperent* & sup. & sec. Medic. non inveniunt. HEISSUS. In septem scriptis offenditur, *inciperent*, quod recte: qui respicitur ad morem, quo aditum templorum, & regimos caecabant de templorum origine, sicut & alii, quae venerationem incurerent. Prudensius Hymano IX. Calliani VI. 17.

454

Aedificatus consultus ait, quod prospicis, hospes, Non est inanis aut anilis fabula, &c.

Plin. XXVI. 5. narrat: *Ephepsi in templo Dianae esse Haecum in cuius contemplatione admovet Aedificatus, partera oculis, tanta marmoris radiatio est. Sol praecipue Horatii Scholiae ad illa II. Epist. I. 119.*

Sed tamen est operae pretium cognoscere, quales Aedificatus habcat, belli spectata domique Virtus.

Narratur atque indices: Aeditus enim templorum et numerus, quibus inserviant, sacrorum originem atheni & igitur nobis narrat. Saepè ergo narraverant, & nunc cum denuo inciperent, mutati fuerit illi, qui adhuc templi tutela fuerant; *incipere vero in & lib. IX. 281.*

Cui sic

Incipit Alcmene.

Lib. VI. Fall. 352.

Incipit, ait, Astari: protinus ille refert.

Et alibi. BARMANNUS.

716. *Saxer geminos.* Mox iteratur haec vox, *gemina de arbore*, ubi mutari non debet. quare praestat hic cum Juniano legere, *gelidos*, quia jam sanguis sagerat; & ita saepe in aliis metamorphosis Noster. confundi vero has voces videbis, etiam lib. IV. 624. & apud Statium lib. IV. Theb. 663. *geminae jam sidera brumae*, ubi & MSS. *gelidae.* BURN.

719. *Tyaneus incola.* Tyania regio est conterrima Phrygiae, unde Tyaneus declinari videtur. REGIUS. *Tyana*, inquit, Steph. *πόλις μέση Κιλικίας καὶ Καρπασίας, ὑποσηπτικὴ τῆ Τυάρι, ἢ κατὰ τὰς Κιλικίας πόλεις. ἢ πόλιν Τυανίαν.* hinc e, in u. conversi sit, *Tyaneus.* MICYLLUS. *Tyana*, urbs Cappadociae, media inter Caelareaum

& Tarsum, urbem Ciliciae; Apollonio alumnus nobis. Qui vero Tyaneus potuerit ostendere rem in Phrygia getham, non video, nisi forte alia sit in Phrygia Tyana. FARM. Certe suspecta haec vox, *Tyaneus*, quia Tyana nimis remota à Phrygia. neque quid reponam habeo. sed ut acutiores exerceant se, indicabo varias codicum lectiones, in quibus est, *Finicus, Trinius, Thineus, Thineus, Cioanus, Trinthius, Tirinthias, Chianus, Tyreneus.*

720. *Incola de gemino.* In uno Vaticano, *incola de melio*, &c. in alio Vaticano, *Statio & uno meo, Incola de gemina vicinis arbore truncos.* CROZANUS. Praefero ultimam lectionem: nunc trunci tantum restant de arboribus, quae longo tempore exaruerunt, & ramos amiserunt.

721. *Nec erat cur.* *Nec erat qui fallere vellent* unus Medicus; etiam non male.

722. *Saxer ramos.* De more coronandi arbores vid. Pricae ad Apulej. Apolog. pag. 134. Elmenhorst. ad Arnob. lib. I. pag. 36. Herald. pag. 37. vid. & mox VI. 744. BURN.

724. *Cura Deum Di sint.* Nihil haec sunt, nec ad rem quicquam faciunt. *Cura Dei di sunt* in uno Mediceo. in uno meo, *Cura deum sunt isti sint.* in uno Leidensi, *Cura deum sunt isti. sint isti Spiritus.* Castigatior est certe plerique, *sunt, non sint.* & *coluntur*, non *colantur.* Noticus, *Cura deum hi sunt.* Scribe:

Cura pii Dis sunt, & qui colere coluntur. Quod proxime ad Mediceo libri scripturam accedit. sic in Falis lib. II. 17.

Di pia facta vident.

Apud Horatium libro I. Od. XVII.

Di fuerat non curat est.

Apud Maronem lib. I. 603.

Di tibi, si qua pios respectant numina, si quid Ulyssiam iustitiae est, & meus sibi consilia iusti. Apollin

Hhhh 3

FAB. X. ARGUMENTUM.

^a Proteus in varias figuras.

Achelous inter epulas Theseo, quem receperat hospitio, ^b enarrans hos, ^c qui se in alienam figuram versissent, ^d emiranti casus mortalium, etiam qui ^e in plures figuras abierunt, refert, ^f ut Protea, Neptuni filium, solitum modo in juvenem, modo in leonem, interdum in aprum, alias in anguem, ^g & cetera animalia converti, ^h quibus insidias posset cludere.

725 **D**Esierat: cunctosque & res & moverat auctor:
Thesea praecipue: quem facta audire volentem
Mira Deum, nixus cubito Calydonius amnis
Talibus adloquitur: Sunt, o fortissime, quorum
Forma semel mota est, & in hoc renovamine mansit.
730 Sunt, quibus in plures jus est transire figuras:
Ut tibi, complexi terram maris incola, Proteu.
Nam modo te juvenem, modo te videre leonem;
Nunc violentus aper, nunc, quam tetigisse timerent,
Anguis erat; modo te faciebant cornua taurum.

Saepe

FAB. XI. ARGUMENTUM.

^a Meltra in varias species.

Meltra Erifichthonis filia, Autolycei uxor, cum parentem ^c animadvertisset, quod in Thesea lucum Cereris devassasset, ^d gravissimam expertum famis poenam, omnibus rebus ab eo consumptis, novissimè se quoque pro ancilla vendidisset, à Neptuno, ^e qui ejus virginitatem ademerat, petiit ^f ut eis ferret opem. At ille, memor ejus concubitus, ^g cum speciosissima domino tradita esset, ut effugeret ejus servitutem, in piscatorem eam ^h processorius aeratis convertit. Quo eventu ⁱ in reliquas quoque figuras ^j solita est mutari, ut pretio sui parentem poenas pendentem alere possit. Cujus exitus fuit talis, ^k ut variis in fame cibos novissimè visceribus suis epulari cogeretur.

Nec minus Autolycei conjux, Erifichthone nata,
Juris habet. pater hujus erat, qui numina Divum
740 Sperneret; & nullos aris adoleret honores.

Ille

Apollo apud Callimachum Hymno in Delum, *εἰς ἄγλαυκόν δὲ καὶ εὐκλειῆς ἰουδίου.* HEINS.

^a Proteus.] Proteus in specie Parm.
^b Enarrans hos.] Enarrans de his Colon.
^c Qui in se alienam figuram versissent.] Se non habent Parm. Lugd. qui in alienam figuram versissent Raener.
^d Emiranti.] Ita MS. & Veneta, non miranti, ut Raener. & alii ediderunt. Horat. lib. 1. Od. 5. Nigris acupera rotas Emirabitur inplens. Ita emiri pro miri Phaedr. lib. 1. cap. 7. cogitans miseris a-rida sole emiri. Sallust. Cat. 20. Nonne emiri per victricem praefat? Catull. carm. 53. Quid est, Catulle, quod moraris emiri? Ergo nihil necesse, ut miri in Phaedro pro emiri retribatur. MUSEB. Miranti Micyll. Colon.
^e In plures figuras.] Postremam vocem nec MS. nec Veneta agnoscunt. Et sane salvo sensu abesse potest, nec ineleganter. MUSEB. Abest Parm. Lugd. Colon. abest etiam Raen. Colon.
^f Protea.] Et Protea MS. cum Venet. & Micyll. MUSEB. Ita & Parm. Lugd. Ex quibus Prutianus p. f. solitum dicit. Colon. ex quibus Protea Marg. Micyll.
^g Et cetera.] Et cetera Colon.
^h Quibus insidias.] Quibus insidians Parm. q. insidians Micyll. Colon.
725. Nixus cubito.] Imitans Cantabr. & tredecim alii. sic lib. 20. 518. cubitus immissa sinistra, nixus & immissus nonnulli.

727. Calydonius amnis.] In utroque meo, Statii & Britannii, Calydonius heros. Utramque rectum. CROFANUS.
730. Transire.] Transire unus Medic. & Basil.
731. Complexi.] Complexo unus Morici. tres.
733. Quem tetigisse timerent.] Quam p. im. Medic. & Spirens. Vide Notis l. iv. p. 495. HEINS.
734. Anguis.] Tigri Geneveni.
736. Liquidarum.] Nitidarum Fragn. Theatin.
^a Meltra in.] Meltra Erifichthonis filia in dissimulatum figuram & Erifichthonem in famem. Parm.
^b Meltra.] Ita malui, quam Meltra, quod Veneta & MS. praeferebant. Moxta enim appellat Tractes in Lycophronem & Palaephatus cap. 14. in colicibus nonnullis MSS. Hypermetram Anton. Liberalis cap. 17. qui & patrem ejus Aethonem facit. MUSEB. Meltra Parm. Lugd. Raen. Meltra Micyll. Colon.
^c Animadvertisset.] Advertisset Colon.
^d Gravissimam expertum famis poenam.] Ita MS. Sed Veneta, gravissimam expertum famis poenam. MUSEB. Ita & Parm. & Micyll. experti famis poenam Lugd. experti famam, quod si quousq. not. me rebus alii omnibus consumptis vendidisset Raen. experti famam pene emittens rebus pro eo consumptis n. quosq. p. a. se vendidit. sed a N. Colon. vendidit etiam Micyll.
^e Qui emi.] Qui ei Colon.
^f Ut ei.] Ut ei Colon. ut sibi Raener.

^a Cum speciosissima.] Cum quosquosissima fortasse Marg. Micyll.
^b Processorius aetatis.] Hanc lectionem cum MS. & Veneta repraesentat. Sed malleo processorius, vel processorius. Vulg. Interpr. Josue cap. xxii. p. 1. Ego senis, & processorius aetatis sum. Etiam Graecis πρεσβυς ἢ γεραιός. Τούτο δὲ ἐκ τοῦ πρεσβυτικῆν τῶν ἄλλων τοῖς γεραιός, ut est apud Basilium in Exercitatione Grammat. Lucas cap. ii. p. 36. Ἄνθρωπος πρεσβυτικῆν ἐν ἡσέμας πολλῆς. MUSEB. Praetorius Lugd. vitiose pro processorius ut habet Micylliana. in piscatoris praetivam aetatem convertit. Colon. reliqua ita exhibet Raenerius. Concessitque ut in quascunq. vellet figuras se convertere possit, ut pretio sui parentem poenas pendentem alere possit. Sed cum saepius pretio emptores fraudasset, jamque dolere omnes consumpti essent, novissimè Erifichthonem membra sua devoravit, dignumque suo impietate exitum sortitus est.
^c In reliquas.] In omittunt Parm. Lugd.
^d Solita est mutari.] Solitam dixit mutari, n. p. s. p. p. sententiam a. p. Colon.
^e Ut variis in fame cibos.] Hanc cum MS. & Venet. lectionem exhibet, sed corruptam procul dubio. Vidit id quoque Raenerius: verum quomodo emendanda esset cum non item videret, istam ex Regianis commentatis assuit huic argumentato clausulam: Sed cum saepius pretio emptores, etc. Ad ipsum & Regium ad illa Nasonis, Erifichthone nata. Ceterum epulari cum ablativo construit etiam Firmicus in de E. P. G. pag. 13. Ed. Leid. Quis divisit? quis membris ejus epulatus est? MUSEB. Ut post varios i. f. c. novissime etiam de visceribus s. a. c. Micyll. ut post varios i. f. cibos etiam viscera sua a. c. Colon. deinde adjungunt superi suo facta, ut Ceres cum fame coire possit.
738. Autolycei conjux.] Hanc Metram, vel Meltram vocant. sed Paulianus Arcadicis lib. viii. c. 4. Autolycei uxorem fuisse Neaeram Perei filiam ait, ita ut duas debuerit habuisse, & una viduatus alterutram harum duxisse. BUAM.
738. Erifichthone nata.] Fabula Erifichthonis describitur apud Callimachum in hymno Cereris 98. ubi & patrem Erifichthonis Triopam vocat idem poeta, filium Neptuni ex Canace, Acolli filia, hinc versibus:
Τὴν τὸν οὐκ εἰδόντα Περσίδῃσιν καλεσθέν
Ψευδοπάτρῃ, ἣε τὸν δὲ τῶν ἄριστων. ἵκετο ἐγὼ μὲν
Σεῖται καὶ Ἀιολίδος Κανάκης γίνεσθαι, &c.
Verba Triopae sunt patris. arborem autem, quam hic Quercum facit Ovidius, idem ille αἰγυρῆν, hoc est, Alnum vocat. p. 38.
Ἦε δὲ τις αἰγυρῆς, μέγα δένδρον, αἰετῆς κῆρον.
Τῆ δ' ὄνο τὰν ἰσθμῶν ποτὶ τῶνδεον ἔπιτασσε.
Ceterum illud hoc loco quaerendum videtur, utrum, quem hic Ovidius & illic Callimachus (ut eundem nunc legitur.) Erifichthone vocant, Erifichthon magis dicendus sit, ab eis intendenti particula, & αἰγυρῆν, hoc est, depresso.

Ille etiam Cereale nemus violasse securi
 Dicitur; & lucos ferro temerasse vetustis.
 Stabat in his ingens annofo robore quereus;
 Una nemus: vittae mediam, memoresque tabellae,
 745 Sertaque cingebant, voti argumenta potentis.
 Saepe sub hac Dryades festas duxere choreas:
 Saepe etiam, manibus nexis ex ordine, trunci
 Circuere modum: mensuraque roboris ulnas

Quinque

Quinque ter implebat. nec non & cetera tanto
 750 Silva sub hac, silva quanto jacet herba sub omni.
 Non tamen idcirco ferrum Triopetis illa
 Abstulit; famulosque jubet succidere sacrum
 Robur: & ut iustos cunctari vidit, ab uno
 Edidit haec raptâ sceleratus verba securi:
 755 Non dilecta Deae solum, sed & ipsa licebit
 Sit Dea, jam tanget frondente cacumine terram.

Dixit;

depalceret & voraret. MIEVLLUS. Refutat hanc
 Micelli opinionem Leopardus Emendat. lib. XIII.
 cap. 19. ubi plura de hac fabula. Jul. Caes. Scali-
 ger vero lib. v. Poëtic. cap. 8. hanc Ovidii de-
 scriptionem cum Callimachi componit, & secun-
 dum Ovidium sententiam fert. BURM.

740. *Aris adolere honores.*] Odores vetustiores
 plerique. Virgilius tamen Aen. III. 547.

Juveni Aeginae iustos adolevis honores. HEINS.

Et Noster passim, *iris honorem* vocat. vid. lib. x. 681.
 XIV. 130. 11. Trist. 76. Ubi tamen etiam *odore*.
 vid. ad Petron. cap. cxxxiii. *adhiberet honores* etiam
 tres. *Amaret unus.* BURM.

743. *Robore.*] *Corrice* unus Medic.

744. *Una nemus.*] Vide ad Epist. xv. 160.

745. *Potentis.*] *Malleum potentum*, id est qui vo-
 ti compositus est facti. Stat. ix. 551.

Sit aut & sese voti facit ipse potentem.

Fall. III. 269.

*Saepe patens voti frontem velimista coronis
 Femina.*

Sup. vers. 80.

Varique mi factura potentem. HEINS.

748. *Circumiere.*] In libro Statii alisque veteri-
 bus. *Circumiere* sine *m.* Verum *m* necessario re-
 quiritur. In lib. I. Pont. II. 20. *Mors lupi clausas
 circumvenit oves.* Juvenalis v. 23. *Frigida circum-
 evit pigri Sarraca Bootae.* CROFANUS. Sed Brook-
 hufus noster ad Propert. lib. II. Eleg. IV. 26.
 ostendit *circum* scribendum esse. in Juvenalis lo-
 co legitur; *circumveniant.* *concurrere* hic unus Me-
 licus. *domum* etiam unus Leidens. vid. ad II.
 Ant. 361. ut ita corticem vocet domum nymphae
 sub arbore viventis. de crassitudine vero adorum
 vid. Plin. XVI. 40. BURMANN.

750. *Quantum fuit herba sub omni*] Sic omnes
 ferè veteres libri. *Valgati, sub illa.* CROFAN. Lo-
 cus male habitus. Florentinus S. Marci, Berneg-
 ger. prim. Hamburgensis, Cant. prim. Gronovii,
 prim. tert. quart. Medic. Spirens. & alii multi,
quanto & quanto. rectè. deinde, *fuit herba sub
 omni* in plerisque castigatioribus. nisi quod in prim.
 habuit. prim. Gronov. & uno meo, *jacet herba*

sub omni. Rottendorphanus, *Silva quantum fuit
 herba sub illa.* prim. Medic. *quantum fuit herba sub
 arbore.* Scribe:

— nec non & cetera tanto
 Silva sub hac, silva quanto jacet herba sub omni.

Libro XIII. 368.

— quanto dux milito major,
 Tanto ego te supero.

Ita rectè inciores codices. *jacet silva*, ut Illo
 II. 179.

— *corrae panibus penitusque jacentes.*

Seneca Hercule Furente, 720.

— *Campus hanc circa jacet,
 In quo superbo digeris vitibus seculas
 Animas recentes.*

Solinus cap. 30. de Cilicia: *Plurima jacet camp.*
 Val. Placcus lib. I. 831.

ingenti jacet ere chaos.

Et sic de inferis saepe poëtae. *cabantem* *Ufiano*
 pari modo pro depressa dixit Horatius libro I. Od.
 XVII. HEINS. Sic saepe Noster *tantum & quantum*.
 vide lib. I. 52. & 468 & ad Epist. XVII. 71. &
 hanc Heinii, (quem tunc temporis *ἐπινοήσεως
 ἐπινοήσεως* vocabat,) emendationem probatiple
 Jac. Gronov. ad Macrob. Som. Scip. II. 4. BUR-
 MANNUS.

751. *Dryopetis.*] *Enrichthon.* *Dryopes* populi
 sunt Thessaliae, à Dryope rege dicti, unde &
 Thessalia *Dryopis* fuit appellata. Quisdam tamen
 contendunt *Triopetis* à Triope patre esse legen-
 dum. Tametsi *Dryopis* rectè legatur in omnibus
 exemplaribus, & ex hac lectione nihil profuse ab-
 surdi sequatur: & signatè *Dryopis* tanquam tur-
 barus appellatur, cum hac de causa paulo post
Thessaliam quoque ipsum vocet. REZIVS. *Triopetis*
 à Triopa enrichthonis patre legitur à quosdam;
 est in vetustis quoque exemplaribus *Dryopis* re-
 ctè scriptum sit, quo quidem nomine & barbarè
 significatur *Enrichthon*, & à religione alienus:
 denique hoc loco *Dryopis* sic vocatur, ut paulo
 post *Thessaliam* appellatur. Idem. Legg. *Triopetis*, ut
 nonnulli emendarunt. *Triopis* enim, ut Callimachus
 in hymno Cereris, vel *Triops*, ut Helianthus teste

Stephano scribit, *Enrichthonis* pater fuit, à quo
Triopiam vel *Triopia* (ut idem ait Stephanus) Ca-
 ziae civitas appellata. hic Neptuni ex Canace Aeoli
 filius fuit: vel, ut abi volunt, Lapithi Apol-
 linae filii & Scirrae Penae, vel, ut ab aliis scri-
 ptum est, Apollinis & Rhodii. auctor Diodorus
 in v. pag. 229. CONST. PANENS. At tu *Triopetis*
 lege, à Triopa patre. Sic enim & Callimachus
 Hymn. in Cerer. 32.

Ἄλλ' ἔτι Τριωπίδων ἐ δέξιος ἕρπυρος δαίμων,
 Τριώπιος δ' ἄριστος ἐπιχθόνος ἄριστος βυλά.

Es quo loco etiam illud vides primum in *Triopa*
 communiter usurari. MIEVLLUS. Vide Parthaf.
 ad Claud. III. Rapt. 381. Salmast. ad Infer. Herod.
 pag. 26 & Spanh. ad Callim. in Delium vs. 160.
 & in Cerer. VI. 31. ceterum male Fanensis *Penae*
 filium *Scirram* vocat, quae in Diodori editione Rho-
 domani *Σκίρρα* dicitur. Sed *Silbo* dicta fuit. vid.
 Schol. Apoll. Rh. I. 40. qui ex ea & Apolline
 etiam *Aenea*, patrem *Cyzici*, natum refert ad
 lib. I. 949. alii *Enrichthona* faciunt *Myrmidonis*
 filium, qui à fame ardente *Aëdon* fuit dictus. vid.
 Spanh. ad Call. in Cererem. 67. & hanc opinio-
 nem sequitur *Aelian.* lib. I. Var. 27. *Aëdon* vocat
 etiam *Uretz.* Chil. II. 47. qui matrem vocat
Megara. Alius *Enrichthon* *Cecropis* fuit filius. de
 quo vide *Meunf. Reg. Att.* I. 11. praeterea *Triopetis*
 ab illa *Lovan.* & octo alii habent. BURM.

752. *Tanulisque jubet.*] *Tanulisque* cum uno
 meo malui. HEINSIUS. Miror certe tanti fuisse
 unius codicis auctoritatem Heinio, ut hanc stru-
 bignem testissi mo poëtae adtrecaret; cum omnes
 alii constanter exhibeant, *famulos.* & ipse Hein-
 sius apud Claudianum in *Ayono* vers. 86. ex *Haf-
 nenti* codice rectius indicaverit, *Tollentem medicas
 fundere iusti opes*, ubi vulgo, *cellari.* & tolerabi-
 lur in *Claviano* ille solocismus certe esset, quam
 in elegantissimo *Nasone*; malum etiam hujus soloe-
 cismi patronum se exhibet *Munckerus* ad Hygin.
 Fab. 196. qui nulla melioris, sed omnia sequitoris
 aevi exempli producit: vide quae olim diximus ad
 Petron. cap. LXXI. Neque melius propugnat hanc
 sermonis corruptelam *Borrichius* in *Analect.* pag.
 60. ex *Planii* loco in prologo *Amphitr.*

*Nunc me orare à vobis iussit Jupiter
 Un cuquisitores eant,
 Tum II.*

Ibi enim rectè est locutio, *Jupiter iussit me orare;
 ut eant, non iussit me ut eant*, quae absurdâ foret
 constructio. neque ex act. I. I. 50. aliquid efficit,
 pro dativo: ibi enim distincto *Douzze* rem con-
 ficit:

*Continuo Amphitruo delogit vicos primum prin-
 cipes,
 Eo legat Telebois: jubet, sententiam ut dicant
 suam.*

Ex quo loco quidem posset colligi, veteres dixisse
jubeo ut. quod & apud *Livium* occurrit. lib. XXXII.
 16. I. *Quintinus venit, iussitque*, ut quae ex *sun
 classis venisset navos, Teleboam petent.* & ita apud
Sucton. Velp. 23. *tribunatum: Nativitatis Lega-
 tis deestiam et publicano medicis summas statimam
 Colosseam, iussit ut continuo poverent:* ubi ablativi
 sunt absoluti, & *iussit* etiam absolute positum, ut
 in *Livii* & *Plauti* locis: & mox apud *Nostrum*
 791. ubi ut per ellipsim omittitur. ita ut hic ubi
 verbi *jubeo* videtur adiutendum. non vero *jubeo
 te, vel tibi ut facias*, sed *jubeo te fecere.* Vid. Cl.
Drakenb. ad Sil. Ital. XII. 603. Alia res est in usu
 passivorum, *iussi sunt*, vel *iussim est*; de quibus
 nunc nihil addo. ex *Curio* etiam perperam duo
 loca producantur. lib. v. 8. *Suis res corporibus &
 cultu seminarum abstineri iussit.* ubi *Acidius* &
 alii ex emendatis codicibus *suas* reposuerunt. & lib.
 VIII. I. *armigeri lanceam dari iussit.* ubi in aliis edi-
 tionibus, *Desideranti Amyntae, ut habitus quoque
 redderetur armigeri, lanceam dari iussit, ut deside-
 rantis Amyntae penderet à dari.* nec meliore ordine
 ex *Julio Caesare* proferantur illa lib. VIII. *Bel. Civ.*
 59. *Militibusque suis iussit, ut qui eorum violaver-
 unt, cum MSS. Cujacti & Petavii, quorum ex-cep-
 ta habeo, praefertant, militibusque suis commenda-
 vit.* in illis autem paratibus, *tributum, provin-
 ciam, legem, &c.* *jubere* est manifesta ellipsis, *voti
 dari, vel ferri*, vel similia. potuissent & proferre
 locum ex *Nostrum* lib. III. *Met.* 27. ubi duo codices
 habent, *jubet ire ministris*; sed reliqui, *ministris*.
 verum angustiae harum notarum non patiuntur
 haec uberius excuti. BURM.

753. *Sacrum robur.*] *Truncum robur* *Basilcon.*
 753. *Ab uno.*] *Ab uno* *Oxon.* & tres alii. *ab uno
 Lovan.* Heinio malbat, *ad unum* scil. *clidit* *ver-
 ba.* sed nihil opus.

Dixit; & obliquos dum telum librat in ictus,
Contremuit, gemitumque dedit Deoia quereus:
Et pariter frondes, pariter pallefcere glandes

- 760 Coepere; ac longi pallorem ducere rami.
- Cujus ut in trunco fecit manus impia vulnus;
- Haud aliter fluxit, discuffa cortice, fanguis;
- Quam solet, ante aras ingens ubi victima taurus.
- Concidit, abrupta cruor e cervice profusus.
- 765 Obilupuere omnes: aliquisque ex omnibus audet
Deterre nefas, faevamque inhibere bipennem.
- Adspicit hunc, Mentisque piac cape praemia, dixit
Thesfalus: inque virum convertit ab arbore ferrum:
- Detruncatque caput; repetitaque robora caedit:
- 770 Editus e medio sonus est cum robore talis:

Nympha

Nympha sub hoc ego sum, Cereri gratissima, ligno:
Quae tibi factorum poenas inflare tuorum
Vaticinor moriens, nostri solatia leti.

- 775 Persequitur scelus ille suum: labefactaque tandem
letibus innumeris, adductaque fimbis arbor
Corruit, & multam prostravit pondere silvam.
- Attonitae Dryades damno nemorisque suoque,
Omnes germanae, Cererem cum vestibis atris
Moerentes adeunt; poenamque Erifichthonis orant.
- 780 Admit his: capitisque sui pulcherrima motu
Concuffit gravidis cneratos mellebus agros:
Moliturque genus poenae miserabile, si non
Ille suis esset nulli miserabilis actis,
Pellifera lacerare fame. quae quatenus ipsi

Non

755. *Licet.*] *Liquibit Junian.*
 758. *Contremuit, gemitumque dedit decidua quereus.* Quibusdam magis placet, ut *Dodonia*, quam *decidua* legatur, propter verbi, ut ajunt, insolentiam: quia verò ut *incaedna* sylvae eleganter dicitur, sic *decidua* rectè non componatur. neque tamen inferior in vetusto codice non *decidua*, sed *de vulnere* scriptum esse, quae lectio mihi maxime probanda videtur. *REGIUS.* *Dodonia* duo Vatic. In uno meo & uno Maffei, *Decidua quereus*. In altero meo *Atrox decidua quereus*: Sed in prior meo descriptum est supra, *Dodonia*. In altero Maffei, *De vulnere quereus*. *CIOFAN* An quia Dodonacum nemus quereu celeberrimum, propterea quereus omnes Dodonacae sunt dicendae, etiam Thesfalus? haud opinor. *de vulnere quereus* plurimi veteres. nonnulli *deciduae* (quam scripturam Vossius Art. Gram. 22. c. 17. est amplexus, sed repugnante metro) vel, *jam decidua*, vel, *incaedna*. Ex vetustioribus Florent. S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Hamburg. prim. Vatican. sec. rez. Medic. prim. Gronov. Noricus, & sex alii, *Dodonia*. *Psida* prim. Palat. & prim. Moreti. *Theodis* fragmentum Theat. & duo alii, *Dodeyda*, *Deidida*, *Deodonida*, & similia. Scribe, *Dodia quereus*, *Amis vix dicitur*. *Cervulaxomus* paulo ante dixerat. *Decidua* pro Proserpina habes lib. vi. ver. 114. & apud Antonium Epit. v. ad Theonem. Haec scripturam, cum vidi veram lectionem subodoratum quoque esse Carolum Vivianum in suis castigacionibus. *HEINS.*

759. *Et pariter frondes, pariter pallefcere glandes Coepere; ac longi pallorem ducere rami.* Avidi novitatis euidam alterum quoque horum verbum, rectè & in novis & in veteribus libris scriptum, invertere nihil dubitant, legentes, & *longi sulcor: madefere, rami*, quo nihil putidius mihi

esse videtur. *REGIUS.* Sic in uno meo. In altero verò & uno Maffei, *Ac longi sulcore madefere rami*. *CIOFANUS.* *Sulcore madefere* Cantabrig. unus Medicus & unus Palatin. cum margine Gryphano, nil muto. *sulcorum ducere* Barberin. *HEINSIUS.* *Cl. Heinsius sulcore madefere*, sed illud ducere nimis placeat, quam ut hinc ejici debeat. Quare Poëtam scripsisse putem, & *longi languorem ducere rami*. Sic *languescens flos* dixit Virgil. lib. ix. & *ducere florem* Juvenal. Sat. 11. *SCHAEFER.* apud Tan. Pöb. lib. 11. Ep. 71. nescio quo oculo Heinsii notastegerit Schaeperus, nimis properans; certe Heinsius nil mutare se dicit. neque etiam *languorem ducere* rectè dici puro, cum illud verbum *ducere* proprio colore aliquo, qui sensum rei innascitur, dicatur. neque etiam gratus ille lambdacifimus ambros poeticis accidere potest, *longi languorem*. quare & nos vulgatam quoque praetulimus. ita, lib. 11. 484.

*ut variis solet una rancinis
Ducere purpureum nondum maturata colorum.*
 Lucan. vi. 828.
Caulo lucis ducente colorum.

Et ita Virgilius & alii. vid. Gronov. ad Senec. Herc. Par. 347. & notam *ducere* Noëter lib. vi. Fab. 649. ubi Heinsius videndus. *magni sulcore madefere rami* unus Medic. *BURN.*
 762. *Haud aliter fluxit discuffa cortice fanguis.* In Vatican. Star. & Caelest. *Discuffo fanguine cortex*. Prior lectio magis mihi probatur. *CIOFANUS.* *Discuffo fanguine cortex* plerique vetustiores. *discuffus fanguine cortex*. atque ita quartus Medicus. nisi malis cum uno Strozzae, *discuffa cortice fanguis*. de quo vide Notas Met. iv. v. 375. nos etiam, *cruor profusus pro profundi bene* prim. Basil. prim. Gronov. & quinque aut sex alii. *HEINSIUS.* *Deriso cortice* unus Heinsii & Menardi.

766. 66-

765. *Obstupere omnes*] Puto *Obstupere animis*, quia eo *numbus* mox sequitur. *Status* Theb. vi.
Obstupere animis, fecitque silentia terror. *HEINS.*
 Virgil. 11. Aeneid. 120.
*Obstupere animi, gelidusque per ima cucurrit
Cisa tremor.*
 766. *Bipennem.*] *Bipennem* Sprotti & Medic. unus. *secundum* Basil. unus & Urbinas.
 767. *Mentisque piac.*] *Mentisque* tui Basil.
 768. *Convertit.*] *Detorsit* Cantabrig. eleganter.
 770. *Editus e medio de robora.*] Altera harum praepositionum recundat, tantumque versui, non etiam sensui necessaria videtur. Forfitan verò & loco illius e praepositionis & legendum, ac pro etiam accipiendum. *REGIUS.* Cum in vetustis quoque exemplaribus, non solum in novis, ita describatur hic versus, ut nullo vitio inquinetur, veteri ne isti de suis cerebris potius, quam veteribus libris deponant non correctiones, sed corruptiones. ita namque ajunt esse legendum, *cum sonus auditur medio de robore talis.* *HEINS.* Quidam tamen sic legunt hunc versum: *Cum sonus auditur medio de robore talis.* *MICVLLVS.* In uno meo, *Tunc robore talis.* In Domin. ambobus, Maffei, & Caelest.

Cum sonus auditur medio de robore talis.
 Aldanus:
Editus e medio sonus est de robore talis. *CIOFAN.*
reddens in medio sonus est de r. z. Argentin. quod placebat Heinsio. quoque *robore* unus Heins. *Edita de medio vox est de r. z.* Gronov. pro diversa lectione. *edius* & *medio* duo. *reddens* totidem.
 771. *Nympha sub hoc ego sum Cereri gratissima ligno.*] Hunc locum intelligit Servius ad illud Virgilii in Gallo Ael. x. 61. *Jam neque Hamadryades, carpsu nec carminu nobis ista placent.* Ubi ita ait:

Nymphae, quae cum arboribus nascuntur & parent, hinc rorant aqua, hinc vix dicitur, qualis fuit illa, quam Erifichthon occidit: qui cum arbores incidere, ex uno inde erupit, & fanguis, sicut docet Ovidius. *CIOFAN.*

774. *Persequitur.*] *Persequitur* multi codices. *persequ.* s. i. tamen pr. Moreti.
 775. *Adductaque fimbis arbor.*] Nihil hoc loco mutandum. *Lucanus* libro iv. 453.
 ——— *sed tertia passis*
Haest, & ad cautes adducto juvo fœcata est.
 Caeter lib. 11. Bell. Civil. 40. *Quibus cognitis rebus Cn. Pompeius filius, qui classi Aegyptiacae praerat ad Oriscam venit, submersaque navata remulo multaque contendants fimbis adduxit.* ita opume vetustus codex Lovaniensis, qui usus sum. *HEINS.* Item Lucanus lib. 11. 702.

Adductum quoties non susceperat auctora suum.
 In altero Lucani loco legitur, *tertia moles*, sed memoriae fidens Heinsius *pappi* scripsit. in utroque autem loco *adducto*, & *adductum* alii codices & editi habent, ut & hic, & alibi sere semper variant. *BURN.*

776. *Multam prostravit pondere silvam.*] Et hic magna varietas lectionum. multi, *terrens* pro *silvam*. alii, *proferunt*. alii, *prostravit corpore*. *fanguine* vel *vulnere* multas *silvas* unus Heinsii.
 777. *Nemoramque suoque.*] *Nemorisque* rectius alii. *HEINS.*
 778. *Omnes Germanae.*] Languidiores sunt mateti: in Barberino erat, *Et nec Germanae*: unde Heinsius coniecerat, *nec Germana*.

779. *Moerentes.*] *Moerentisque* Boronienf. & alius bene, ut puto.

785 Non adeunda Deae, (neque enim Cereremque Famenque
 Fata coire sinunt) montani numinis unam
 Talibus agrestem compellat, Oreada, dictis:
 Est locus extremis Scythiae glacialis in oris,
 Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus;
 790 Frigus iners illic habitant, Pallorque, Tremorque,
 Et jejuna Fames: ea se in praecordia condat
 Sacrilegi scelerata, jube. nec copia rerum
 Vincat eam; superetque meas certamine vires.
 Neve viae spatium te terreat; accipe currus:
 795 Accipe, quos frenis altè moderere, dracones.
 Et dedit. illa dato subvecta per aëra curru
 Devenit in Scythiam: rigidique cacumine montis
 (Caucasum adpellant) serpentum colla levavit:
 Quaesitamque Famen lapidoso vidit in agro,
 800 Unguibus, & raris vellentem dentibus herbas.

Hirtus

785. Dea.] Deae est maxima pars scriptorum.
 788. *Sibi locus extremis Scythiae glacialis in oris, Triste solum, sterilis, sine fruge, sine arbore tellus: Frigus iners illic habitat.* Hanc postea Scythiae regionem, cum ibi in exilio ageret, magno suo cum incommodo expertus ita descripsit ex Pont. 2. 111. 49.
 Orbis in extremi jaceo desertus arenis,
 Fert ubi perpetuus obruta terra nivis.
 Non ager hic pomum, non dulces educat uvas,
 Non salices ripa, robora monte virent.
 Nivee fratrum laetis terræ magis, aequora semper
 Venturam rabie solibus arva tument.
 Quaevisque adspectus, campi cultore tarentes,
 Vastaque, quae nemo vindicet, arva jaceant.
 In lib. 111. l. 11.
 Tu neque ver sentis cinctum florenti corona,
 Tu neque nessorum corpora nuda vides,
 Nec tibi pampinam Auctumnus porrigit uvas,
 Cuncta sed immodicum tempora frigus habet.
 In:
 Non hic pampinam amicitur vitibus nimis;
 Nulla prement ramos pondera pomis suo.
 Tristia deformes pariam abstusibia campi:
 Terraeque de fructu quam sit amara docet.
 In Horatius lib. 1. Od. 22:
 Pone me pigris ubi nulla campi
 Arbor aëstiva recreatur aëna, CROFAN.
 788. Scythiae.] Scythiae Fragm. Theatini
 789. Sine fruge.] Sine fraude Gronov. unus.
 790. Habitat.] Vide autem, num pro habi-
 tate, singulariter habitat, legendum sit: ex ana-

logia similium adjunctorum. Semper enim in Zeugmate verbum concordat propinquo nominativo. MICHELUS. Ita in Leidensi uno erat; sol toties auctor noster verbum praemisit plurale, sequentibus plurimis nominibus singularis numeri, ut minime necesse sit hic auscultare grammaticis. vid. VII. 347. IX. 534. & passim. & contra etiam fieri solere docemus ad II. Art. am. 81. BURM.
 792. Nec copia.] *Nec copia magna pars codicum.*
 795. Altè moderere.] Gebhardus II. Crespind. 17. ex MSS. legit, *alites moderere*, & qui primam brevem esse norat, vocem contrahit in diti-syllabas. sed ita non solet Ovidius. *quos ajit modereris*. Virvian. & unus Heinl. alios Junian. & Cantabr. alios. prim. Basil. & Moreti. *moderere* plurimi. aspice etiam Cantabr.
 796. Subvecta.] *Subjecta* Medic. Palat. & quatuordecim alii.
 797. Rigidique cacumina montis.] Scribe ex bonis codicibus, *cacumine*. CONSTANTIUS VANESSI. *Cacumine* veteres, & quidem rectè. CROF. *Cacumini* ex primis antiquorum. HEINS.
 798. Caucasum appellant.] Caucasum omnium montium altissimum esse scribit Herodotus lib. VI. & Aristoteles in Meteoris testatur, usque ad tertiam noctis partem illius verticem à sole illustrari. Hunc montem Romani nominis fama transcendere non potuit, nec Gangem transare. Auctor Cicero lib. VI. De Repub. & Macrobius repetit lib. II. Satur. Caucasum alio nomine ab aliis Paropamum vocari scribit Diodorus lib. XVII. CROF.
 798. Serpentina.] *Serpentina colla* unus Heinl.
 800. Raris vellentem dentibus herbas.] *Raris vellentem* unus Bonon. *raras herbas*, quia in agro lapido-

Hirtus erat crinis; cava lumina: pallor in ore:
 Labra incana situ: scabrae rubigine fauces:
 Dura cutis, per quam spectari viscera possent:
 Ossa sub incurvis extabant arida lumbis:
 805 Ventris erat pro ventre locus. pendere putares
 Pectus, & à spinae tantummodo crate teneri.
 Auxerat articulos macies, genuumque rigebat
 Orbis, & immodico prodibant tubere tali.
 Hanc procul ut vidit (neque enim est accedere juxta
 810 Aula) refert mandata Deae; paulumque morata,
 Quamquam aberat longè, quamquam modo venerat illuc;
 Visa tamen sensit Famen; retroque dracones
 Egit in Haemoniam, versis sublimis habenis.
 Dicta Fames Cereris (quamvis contraria semper;
 815 Illius est operi) peragit; perque aëra vento
 Ad justam delata domum est: & protinus intrat

Sacri-

holo. Lucanus de Africa libro IX. 438.

Huc tam seque solum raras tamen exerit herbas.
 At nix unus Voss. quidam, *duris*. HEINS. Utraque lectio probabilis: nos tamen *raris* praetulimus, cum quia reliquis omnibus, ut crini, labris, faucibus &c. epitheta, quae deformitatem insignem designant, addita sunt, tum quia omnes, praeter unum Codicem, ita exhibent. ita Soet. Aug. 79. *duces rari, exigui ex scabri*. & ita supra *rari tani* 78. 501. ubi vide. *duris* Palat. Thuan. & quatuordecim alii. *raris* Leidens. BURM.

802. *Labra incana.*] *Labraque cana* sex libri. *labraque nigra* unus. *siti* plurimi.

802. *Scabri rubigine dentes.*] In libris Vatic. Ursini, Dominic. Caelesti, duobus meis & uno Massi, *Scabrae rubigine fauces*: quam lectionem multo libentius sequor. CROFANUS. De dentibus jam praecelsit. quare assentior plerisque antiquis, in quibus, *scabrae fauces*, nisi quod in uno Langermanni, *scabrae malae*. libro tamen II. 776. de Invidia:

— *livent rubigine dentes* —

Pellera sella virent.

Et rubiginos dentes dixit Marcialis lib. V. Epig. 29. & apud eundem praefatione lib. XII. *municipalium rabio dentium*. Petronio quoque cap. CXXIV. *scabra rubigine dentes*. habes & *scabras dentes* apud Suetonium Aug. 79. & Martianum Capellam, lib. III. initio; *scabras dentes* *invidiosaque linguarum ex ser- det*, ex quibus vulgatam lectionem in hoc Nasonis loco utebatur noster Graevius. HEINS. *Livent rubigine fauces* Genevens.

803. *Spellari.*] *Eglegie Lovanientis, numerari*: III. lib. VI. 397.

Et perlaentes numerare in pellera fibra;

Dura cutis etiam unus Medic. *Dura* Argentini.

804. *Sub incurvis.*] *Incessis* Basil.

807. *Genuumque rigebat Orbis.*] *Dominic. Rigebat*. CROFAN. *Rigebat* Arundel. & duo alii. *Ar-*
ctior Moreti:

Continuis rimis calcanea fissa rigebant.

Severus carmine bucolico:

Tanto crura rigent pede.

Quamquam nec vulgata scriptura inconcinna est: Sulpicius Lupercus de Capiditate in Catalectis Pith. p. 28.

Vacuus cretre tument genae.

Quamquam nec vulgata scriptura inconcinna est: Florent. S. Marci & unus Bonon. bene. HEINS. *Orbis ex in magno* Langermann. mihi vulgata magis placet:

Immodico prodibant tubera tali.

Tali enim, qui in pinguibus latent, in fame velut tuber prodibant & extabant: & hoc praecedentibus, *ossa exstabant*, rectius respondet. Novius apud Nonium in *Valgum, valgus, veterosus, genibus magnis, talis turgitis*. ita cape *tuberosissimum*: *frontem* apud Petron. cap. XV. ex qua pultulae vel ossa etiam extant. vid. ad Medicam. Faciei. 85. BURMANN.

812. *Retroque dracones.*] *Maefiosque* sec. Med. & Neapol. Heinii volebat, *seffosque*.

815. *Perque aëra vento.*] *Vella* Neap. sec. Medic. prim. Basil. prim. Hamburg. & pro diversa lectione Florent. S. Marci. Nil muto. HEINS. *Vento re-*
ctum: tam levis enim praec macie fames, ut vento ferri possit.

816. *Delata.*] *Delapsa* Palat. & Medic. unus, *ad-*
versam delata Leid. *injustam* Spretili.

III 2, 818. *Notitia*

Sacrilegi thalamos: altoque sopore solutum
(Noctis erat tempus) geminis amplectitur alis:
Seque viro inspirat, faucesque & pectus & ora

820 Adilat; & in vacuis spargit jejunia venis.
Functaque mandato secundum deserit orbem;
Inque domos inopes adfusa revertitur arva.
Lenis adhuc fomnus placidis Erifichthona pennis
Mulcebat. perit ille dapus sub imagine somni:

825 Oraque vana movet, dentemque in dente fatigat;
Exercetque cibo delusum guttur mani:
Proque epulis tenues nequicquam devorat auras.
Ut verò est expulsa quies; furit ardor edendi:
Perque avidas fauces, immensaque viscera regnat.

830 Nec mora: quod pontus, quod terra, quod educat aër,
Pescit; & adpositis queritur jejunia mensis:
Inque epulis epulas quaerit. quodque urbibus esse,
Quodque satis populo poterat, non sufficit uni.
Plusque cupit, quo plura suam demittit in alvum.

835 Utque fretum recipit de tota flumina terrà,
Nec satiatur aquis, peregrinosque ebibit amnes;
Utque rapax ignis non unquam alimenta recusat;
Innumerasque faces cremat; & quo copia major

ER data, plura petit; turbàque voracior ipsa est:
830 Sic epulas omnes Erifichthonis ora profani
Accipiunt, poscuntque simul. cibus omnis in illo
Causa cibi est: semperque locus fit inanis edendo.
Jamque fame patrias atque voragine ventris,
Attenuarat opes. sed inattenuata manebas

845 Tum quoque, dira fames; implacataque vigebat
Flamma gulae. tandem, demisso in viscera censu,
Filia restabat, non illo digna parente.

Hanc quoque vendit inops. dominum generosa recusat:
Et vicina suas tendens super aequora palmas,
850 Eripe me domino, qui raptae praemia nobis
Virginitatis habes, ait. (haec Neptunus habebat.)
Qui prece non spreta, quamvis modo visa sequenti
Esset hero, formamque novat, vultumque virilem
Induit, & cultus piscem capientibus aptos.

855 Hanc dominus spectans, O qui pendente parvo
Aera cibo celas, moderator arundinis, inquit,
Sic mare compositum, sic sit tibi piscis in unda
Credulus, & nullos, nisi fixus, sentiat hamos:
Quae modo cum vili turbatis velle capillis

860 Litore in hoc steterat, (nam stantem in litore vidi)

Dic

Et

818. Nollis enim tempus.] sicut tempus Bernegg. prim. Esart. prim. Hamburg. & decem alii. HEINSIUS.

818. Geminis amplectitur alis.] In meo antiquiore est, alis; non probo. CIOFAN. Plurimi veteres, alis; etiam probe. sic & alas dat Nocti Manil. lib. III. 94. Sotino Claud. II. in Rufin. 335. & Statius lib. IX. & deus aliger lib. X. & II. Achill. vid. & inf. XI. 63. HEISS. Et Virg. VIII. 358. Infers amplectitur alis.

819. Faucesque & pectus.] Fauces & Oxon. & Vol. faciuntque & duo libri. pectus & aures unus Med.

820. Paragi jejunia.] Prim. Basil. tert. Medic. excerpta Jureti, prim. Vaic. & octo aut novem alii, spargit, quod omnino aridet. duo, sparsit. HEISS. Ut i. v. peragat Gron. Palat. & undecim alii. Illud peragat non puto temerè rejiciendum.

822. Affusaque revertitur antra.] Emenda, ex omnibus, excepto Briantii, scripto libro, Affusa revertitur antra. CIOFANUS. Scripti maxima ex parte, affusa revertitur antra. quidam etiam, arva, quos inter prim. Medic. prim. Moreti, uterque Hamburg. Bernegger. & prim. Reg. recte. nam lapidesum agrum, non antrum fami paulo ante assignarat. domus inopes, antra familiaris Nasoni apposito. HEISS.

826. Delusum guttur.] Desuetum S. Marti. dex & unus Medic. uniusque Bonon. HEINSIUS.

829. Immensaque.] Emergunt vel immergunt nonnulli libri. sed nescio an recte dicantur immensa viscera, quae sunt jejuna & semper vacua, quae quid ingeratur. quare probarem Heinsii conjecturam, qui adscripserat, forte legendum, intusque. Et hoc ardori edendi & praecedenti antra, & mox, flammae gulae vers. 841. respondet. & unde ipse Erifichthon Aëon dicitur fuit, ut ego Spanhemius ad Callim. Hym. in Cerer. v. 67. & de quo supr. ad v. 751. hominesque gutturactum Gronov. tertius. BURMANN.

834. Pluscupit.] Sicut prior Gronovii. ventose. HEISS.

835. Utque fretum recipit de tota flumina terra.] Plautus in Cure. I. I. 86.

Quisnam hic fluvius est, quem non recipiat mare? CIOFANUS.

838. Innumerasque faces cremat.] In uno meo & Caelst. Trabes cremat. quod rectius videtur. Idem. Trabes cum Florentino S. Marci, excerptis Jureti, Moreti & uno meo. Apud Senec. Hyp. 44.

Ut agilis altas flamma percurrit trabes. Supra tamen 644. multitudineque faces. HEINSIUS. Crematas nonnulli. innumerasque cremat res unus Heinsii. innumerasque dopos Argent.

839. Plura petit.] In eodem meo utroque Maffei, Dominic. & Caelst. Plura petit. CIOFAN. Petit cum melioribus. alterum jam praecessit. nisi capere reponis cum uno Vossiano & altero Erfurt. Adcantar. Notae Art. Amat. III. v. 757. sed forte paulo ante legendum:

Pluscupit caput, quo plura suam demittit in alvum. Nam in Graevianus alique nonnulli. HEINSIUS. Plura sibi unus Bonon.

843. Jamque fame patrias, atque voragine ventris Attenuarat opes.] Terentius in Eunuchio II. I.

Coverni bellis adveniens quendam mihi loci hinc, atque ordinis,

Homines haud impurum, iidem patria qui abiturant bona. CIOF.

Atque voragine Cantab. Medic. & quatuor alii.

844. Implacata manebat.] Manebas ex Neap. lib. sec. Medic. & tribus aliis. HEISS. Tu quoque etiam unus Leid. & duo alii. sed tunc quoque, verbos legendum putarim. dura fames etiam Cantab.

845. Implacataque.] Frustra quidam codices, implacatae. Stat. Achil. II.

Ut placata famas epulis his torques repositis. Theob. X.

Robis placata serore.

Sic inf. xv. 94. Placare voracis jejunia ventris. HEINSIUS.

850. Qui raptae praemia nobis.] Sic veteres, & recte. CIOFAN.

852. Quamvis modo visa, etc.] Veteres libri, Quamvis ea, etc. CIOFANUS. Quamvis nunc visa Leid. & alius. ea reliqui.

853. Formamque novat.] Mallem cum quibusdam codicibus:

Formamque novam vultumque virilem Induit.

Vultumque senilem pr. Gronov.

854. Et vultus piscis.] Legendum ex veteribus cultus, non vultus. NAUGER. Hoc quoque loco veteres omnes habent, Et vultus. Quo modo & Aldinus. Idque melius. CIOFANUS. Scribe à Palatino:

Vultumque virilem Induit, & cultus piscis capientibus aptor.


DAN. HEINSIUS. Imo cultus cum Naugerii & Callandrae codicibus & uno Mediceo, nam vultus jam praecesserat. deinde piscem cum prim. & sec. Medic. Florent. S. Marci, Neap. Bernegger. Thuan. prim. Hamburg. & sex aliis. capientibus denique excerpta Jureti, sec. Palat. & duo Medicei ex meioribus. HEINSIUS.

Dic ubi sit: neque enim vestigia longius exstant.
 Illa Dei munus bene cedere sentit: & à se
 Se quaeri gaudens, his est refecuta rogantem:
 Quisquis es, ignoscas; in nullam lumina partem
 865 Gurgite ab hoc flexi; studioque operatus inhaesi.
 Quoque minus dubites, sic has Deus aequoris artes
 Adjivet, ut nemo jamdudum litore in isto,
 (Me tamen excepto) nec femina consistit ulla.
 Credidit; & verso dominus pede pressit arenam;
 870 Elatusque abiit. illi sua reddita forma est.
 At ubi habere suam transformia corpora sentit,
 Saepe pater dominis Triopeida vendit. at illa
 Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo cervus abibat:
 Praebeatque avido non justa alimenta parenti.
 875 Vis tamen illa mali postquam consumserat omnem
 Materiam, dederatque gravi nova pabula morbo;

Ipse

Ipse suos artus lacerò divellere morfu
 Coepit: & infelix minuendo corpus alebat.
 Quid moror externis? etiam mihi saepe novandi
 880 Corporis, o juvenes, numero finita potestas.
 Nam modo, quod nunc sum, videor: modo flector in anguem:
 Armenti modo dux vires in cornua sumo:
 Cornua, dum potui, nunc pars caret altera telo
 Frontis, ut ipse vides. gemitus sua verba secuti.

prim. Gronov. prim. Erfurt. & duo alii. HEINS. *Haec enim, Acca soror, potui, nunc vulnus acerbum*
 Vid. ad Phaedr. v. Fab. 10. *Consistit.*
 881. Phaedr.] *Mistor unus Heinl. verter Gronov.* Ubi Servius. *Absolute, vel pugnare vel vivere; necessaria enim ellipsis in desensione, quae ex arte non*
 883. *Cornua dum sumi.*] Briantii lib. *gesti.* *semel posita est, ubi necessaria enim ellipsis scriben-*
 CROCIANUS. *Dum potui eleganter excerpta Jureti,* dam. HEINS. Vid. ad Phaedr. III. 13.
 Florent. S. Marci, Neap. sec. Medic. & quatuor 884. *Gemitus sua verba secuti.*] *Sua verba scri-*
 alii cum Arondeiano. ut *rd sumi* subintelligatur. bendum, quod codex Zalschermanus confirmat.
 tertius Medic. & sec. Vatic. *dum gesti.* apud Maro- unius Medic. *sibi verba.* Adeantur Notae ad Epist.
 nem libro XI. 813. xvii. VI. 252. HEINS.



855. *Parvo.*] Ethic Heinſius *parvo* volebat, ut fac-
 te alias: ſed vi. Fab. 249.
Quique ſequunt parvis aera retarva cibis.
 Deinde ſiſta *cibo* Cantab. *Velis* etiam Medic. ſed
 lib. xv. 476.
Nec edate civis nunc ſallacibus hamas.
 BURMANUS.
 858. *Niſi ſexus.*] *Niſi captus* pr. Gronov. & nul-
 lus etiam Cantab. & nonnulli alii.
 859. *Cum vili.*] Barberius, *viridi.* ut lib. ix.
 31.
 861. *Bene edere ſenſit.*] *Senſit* ſec. Palat. & duo-
 decim alii. ſic & infra 871. meliores:
 — *transformia corpora ſenſit.* HEINS.
 865. *Studioque operatus inhaeſi.*] *ſcribe, opera-*
tus cum tertio Mediceo & Thuaneo lib. vii.
 746.
Montibus errabat, ſtudiis operata Diana.
 Vide Notas Epist. ix. v. 35. & Amor. II. Eleg.
 vii. vi. 23. Apulejus Met. III. *Conſpicio iſtum de-*
ſtreſſo mactone caedibus poſſem operantem. & lib. ix.
Ac dum Venereis colluſtationibus ſecurus operatur,
minus bene Veneris nunc legitur. HEINSIUS. *Operoſus*
Voſſian. incertus Gronov. & Sprotii. *ſtudiis* etiam
 unus Moreti. *adhaeſi* Lovan.
 869. *Preſſit.*] *Preſſus* Argentin.
 870. *Sua reddita forma eſt.*] *Sua forma reſtituta eſt*
 quart. Medic.
 871. *Transformia.*] Quae poſſint transformari in
 varias figuras. Hoc autem idecirco ſiſtam eſt, quod
 Metra Eriſichthonis ſiſta pulchra adeo fuit & for-
 moſa, ut qui illam aſpicerent, ſtatim amore ipſius
 caperentur. Cum autem illius temporis homines
 pecunia non uterentur: alii quidem ex Metrae pro-

cis boves, alii equos, alii oves, alii capras ipſi lo-
 giebantur. Quod quidem cum Theſſali viderent,
 ac undique Eriſichthoni victum cernerent congre-
 gatam, aiebant Metram patri fuiſſe & bovem,
 & equum, & ovem, & quaecumque ea dono ac-
 cepiſſet. Sicque & fabulae locus eſt datus & hinc
 proverbio, quod in leves à Graecis dicitur, *Μετα-*
Παυροτερος Μέρης, hoc eſt, mutabilior Meri.
 REGIS. Autor Palaephatus. & in Proverbiis E-
 traſinus. Addit autem Palaephatus Eriſichthonem
 patrem, conſumptis facultatibus ſuis omnibus et
 inopiam redactum fuiſſe, atque inde illius fabulae
 locum datum. MICILL.
 872. *Tradit.*] *Vendit* prim. Gronov. & ſex alii.
 HEINSIUS. *Dominio* Cantab. *Vendit*; illa Ne-
 pol. *Triopaeam* tradit alius.
 875. *Vis tamen illa mali poſtquam conſumpſit*
omnem Materiam.] *Materiam* accepit videtur pro
 patrimonio, illud autem *nova pabula* pro noviti-
 mis ultimisque cibis rectè expoſiſſe Raphael vi-
 detur: tamen ſi nescio, an unquam ita legent.
 GLAREANUS.
 876. *Pabula morbo.*] *Monſtro* alter Eſtoranus,
 quae vox Naſoni familiaris. HEINS. *Declarantque*
 Lovaniensis, forte:
Declarantque gravi nova pabula morbo.
 Et ita nullus in hac locutione ſerupulus reſtat. *ma-*
la pabula tres libri. BUNN.
 879. *Quid moror externis.*] *Exemplis* prim. Go-
 nov. & unus Patav. ut Remed. 401.
Quid moror exemplis, quorum mo turba ſatigit
 HEINSIUS.
 880. *Finita.*] *Inſinita* Oxon. & tres alii.
 881. *Nam modo qui nunc ſum.*] *Quod nunc ſum*
 1112.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER NONUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Achelous in varias figuras.

Dianira Oenei filia, Aetolarum virgo speciosissima, cum à multis peteretur, pater constituit ei conjugio daturum, qui luctandi causa veniret, vinceretque. Manentibus itaque è numero petentum duobus, Acheloo flumine & Hercule, quia reliqui ob metum cessarant, in certamen processum est. Cum ergo Achelous naturalibus modis Herculem eluderet, modo in liquorem, modo in speciem draconis, novissime in tauri figuram conversus, adstitit. Quem Hercules, ut amplexus est reluctanti, altera

^a Ei conjugio daturum.] Ei se daturum enim Colon. ei conjugio se daturum. Raener.

^b Vinceturaque.] A Raenerio hae duae voces sunt; certe nec à MS nec à Vett. Edd. agnoscuntur. MÜNCKER. Absunt à Patm. Lugl. Micyll. qui luflando vinceret Colon.

^c Manentibus.] Spectante igitur numero p. a. duobus A. f. e. H. quibus r. o. m. cessarant, &c. Colon.

^d E numero.] Numero potentum Patm. Lugl. Micyll. potentum etiam Raener.

^e Cessarant.] Cessarant Patm. Lugl.

^f Naturalibus.] Pluribus modis eliffit Colon.

^g Tauri figuram.] Tauri formam Colon.

^h Ut amplexus est.] Cui amplexus esset Colon.

ⁱ Implicauerat.] Implicauerat Raener.

^k Rapuit extortum.] Malim, rapit extortum. MÜNCKER. Brachis, suis viribus adversanti rapuit extortum Colon.

^l Ut id quod.] Id cornu quod e. e. o. e. a. repleverat Raener. Capite Patm. Lugl.

^m Repleverat.] Pro his duabus vocibus maiorem illam, restatim. MÜNCKER.

ⁿ Cornucopia.] Ita & Vereta cum MS. Micyll. Cornucopiae. Glos. Steph. Cornucopia Κίραξ Αμαλθείας, lege, Cornucopia. Κίραξ Αμαλθείας. Volui etiam antea cornucopiae. Sed & Ammian. lib. xxii. Velut mundanam cornucopiam fortunâ gestans spregit, cuncta gloriosa deserebat & prospera. MÜNCKER.

ker. Cornu copias effluum & nominatum est Colon. reliquis omittis. cornucopiae Raener.

1. Quae gemitus.] Versus ex Sophocle, ubi Deianira loquens inducitur in fabula, quae Trachiniae inscribitur, initio habentur, hoc modo:

Μνηστὴρ γὰρ ἢ μὴ ποταμὸς, (Ἀχελῷον λέγουσι)
Ὅς μ' ἐν τριῶν μεΦάσιν ἐξέστη πατήρ,
Φοιτῶν, ἠμαρτῆς ταύτης, ἄλλοτ' αἰδέας
Δράκον ἰδαντὸς, ἄλλοτ' ἀνδρῶν τίσιρ
Βόσκρανός, ἐκ δὲ δαρκίνου γυναικός
Κρινοῖ διαζήμεντος κρυαίου ποταμοῦ, &c.

De cornu autem ablato, & item eo quod capite five Amaltheae dicitur, ibidem in commentariis hoc modo legitur: Η μάλας παραγγελλόμενος εἰς Κίραξ, λυδῶνα, τὸν Οἰνέας ἐν τῷ ἑαυτοῦ ἀντιμαρτυροῦτο. Καὶ διαπαλαίμας ὑπὲρ τῶν γάμων αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Ἀχελῷον ἀπεικασθέντα ταύτηρ, περιέλασε τὸ ἀμφοτέρων τῶν κερῶν. καὶ τὸν μὲν δειδόμενον γοοῦν, τὸ δὲ κέρας Ἀχελῷος λαμβάνει, διὸς ἀπὸ τῶν ποταμῶν τῆς Ἀμαλθείας. Ἀμαλθεία δ' ἢ ἀμφοτέρων βογῶν, ἢ κέρας εἶχε ταύτου. τούτου δὲ (ἢς φησὶν δὸς Φησὶ) δόξα μὲν εἶχε ταύτην, ἢ ποταμὸν ἢ ποταμὸν, ὑπὲρ ἢ εἰξαιτό τις, περιέρχον ἄνθρωπον, &c.

Rursum alii de eadem fabula ita tradunt: Cum Rhea enixa Jovem esset, metu patris infantem in Creta occuluisse, ibique nymphis Admetate & Idae, filibus Melissei, nutriri eam desisse. His illum lacte Caprea cuiusdam, cui nomen Amalthea fuit, nutricasse. Posteaque Jovem, tanquam

enim, quod implicauerat brachiis, rapuit extortum. Quo dolore ille ac deformitate aduersari viribus cessit. At Nymphae Naiades, fluminis filiae, effecerunt, ut id quod creptum capiti erat, omnibus copiis autumnalibus repleverunt: ut apud posteros maximum haberet fructum & mirationem. Itaque Cornucopia effectum est, ut dicitur velut omnibus temporibus.

Quae gemitus, truncaeque Deo Neptunius heros
Caussa rogat frontis: cum sic Calydonius amnis
Coepit, inornatos redimitus arundine crines:

Triste petis munus. quis enim sua proelia victus
Commemorare velit? referam tamen ordine. nec tam
Turpe fuit vinci, quam contendisse decorum est:
Magnaque dat nobis tantus solatia victor.
Nomine si qua suo tandem pervenit ad aures
Deianira tuas; quondam pulcherrima virgo,
Multorumque fuit spes invidiosa procorum.
Cum quibus ut foci domus est intrata petiti;
Accipe me generum, dixi, Parthaone nate.
Dixit & Alcides. alii cessere duobus.
Ille Jovem focerum dare se, famamque laborum,

Et

cautioni gratiam persolveret, capram ipsam inter sidera reulisse, cornu autem caprae alterum nymphis nutriticibus dedisse, hae adiecta facultate, ut quicquid optassent, id illis ex eo cornu largiter superditaretur. Et ad eundem ferè modum ipse Ovidius in Fastis lib. v. vers. 115. de eadem re narat, nisi quod ibidem non capram, sed Naiadem, cujus capra illa fuerat, Amaltheam vocat. Plura de eodem cornu annotavit Erf. in proverbio copias cornu. MICYLL.

2. Inornatos.] inornatos tert. Medic.

6. Dicum est.] Deest et ad Palat. tribus aliis. & sequenti versu, magnaue des unus Heinf.

7. Magnaque dat nobis tantus solatia victor.] Vide quae dixi lib. v. vers. 197.

Magna feres tacitas solatia mortis ad umbras
At tanto occidisse viro. CIOPAN.

8. Tandem.] Aliquando, tandem enim (ut Pompejus scribit) interdum aliquando significat, interdum pro supervacuo ponitur, interdum affectui & indignationi servit. Ut Cicero: Quousque tandem abutere patientiâ nostrâ, Catilina? REGIUS. Sic & mox 137.

Cum fama loquax pervenit ad aures.
Et II. Pont. ix. 3.

Fama loquax vestras janijam pervenit ad aures.
Virgilius Aeneid. lib. 11.

Tando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.
M. Tullius pro Sulla: Vix ad meas aures istius

suspicionis fama pervenit. CIOPANUS. Tandem hic pro aliquando poni vix concoquo. & corruptam vocem puto. quod & Heinfio fuisse visum patet ex ejus codice, cujus margini adscripserat forte, forsan. ego malo, fando pervenit ad aures. Virg. 11. 81. quem locum Ciofanus quoque adduxit: Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures. Valer. Flac. 1v. 170.

Fando aliquid si forte tuas pervenit ad aures.

His fando si minus effusit oris.

Ubi plura dicemus. sic & vocem hanc cessitundam esse Salpustio Severo puto Dialog. 11. cap. 3. Fuisse autem illic flaviam, ne fando quidem audiam est. vulgo legitur, ne quando sine sensu. sed ita postea & emendasse Waff. ad Sall. Jug. 20. deprehendi, quare, licet diu ante editum ab eo Salustium ita correxissem, libens ei transcribo. Sic Silius lib. x. 484.

Si Porfena fando

Audisti tibi.

Vid. Heinf. ad lib. xv. 497. BURM.

12. Parthouus nate.] Oeneus rex Aetoliae Parthouus fuit filius. REGIUS. Homerus Portheum vocat Iliados §. 115.

Περδὴ γὰρ τῆς παιδὸς ἠμόμου ἐξέφυσεν
Ἀχαιοῖ ὅτι Μίλας, τῆραςθ' εἰ ἢ ἰπέτα Οἰνός,
Ἄνω δ' ἢ Πλοσφῶν ἢ αἰωνῆ Καλοῦσαι, &c.

MICYLL. Vid. ad lib. viii. 547.

13. Alcides.] Hercules, ab Alcaeo avo, sive ἀπὸ τῆς ἄρκου, id est fortitudine. Pindarus initio

Κκκκ α

15 Et superata suae referebat jussa novercae.
 Contra ego: (turpe Deum mortali cedere duxi:
 Nondum erat ille Deus) Regem me cernis aquarum,
 Cur sibus obliquis intra tua regna fluentum:
 Nec gener externis hospes tibi missus ab oris,
 20 Sed popularis ero, & rerum pars una tuarum.
 Tantum ne noceat, quod me nec regia Juno
 Odit, & omnis abest jussorum poena laborum.
 Nam quod te factas Alcmena matre creatum;
 Juppiter aut falsus pater est, aut crimine verus.
 25 Matris adulterio patrem petis. elige, fictum
 Esse Jovem malis, an te per dedecus ortum.
 Talia dicentem jamdudum lumine torvo
 Spectat; & accensae non fortiter imperat irac,

Verba.

Alciden nominatum, postea *Herculem* dicit ad He-
 ra, quam Junonem dicimus, quod ejus imperiis
 opinionem sumamque virtutis sit consecutus. In
 cujus tutela populus, Liberi vites, Veneris autem
 myrtus. Physici Herculem tempus dicunt inter-
 pretantes, ideoque populum ei assignari, allegori-
 cos, ut quia bicolor sit, partes temporis accipere
 possimus, id est, noctis atque diei. Haec Probus
 Ecl. vii. Crof.

14. *Famamque laborum.* Summamque Graevianus,
 eleganter HEINS. Sic apud Lucan. v. 26.
Si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur.
 Ubi in Hamburgensi codice erat, *fama*, & Nodder
 iii. Ant. 424.

Hoc votum nostri summa laboris habet.
 Et ibi *fama* Saravianus. Vid. ad Epist. vii. 12.
 BURMANNUS.

16. *Cedere dixi.* Dixi cum uno Strozzeae, vel
ducem. Verus tamen est excidisse *et ratas*, pro
 quo subscripsit *et deum* ex interlineari interpreta-
 tione. ut Nasonem sit vero simile scripsisse:

Contra ego turpe ratas mortali cedere, dixi:
 HEINSIUS.

17. *Dominae me.* In meo & Caesli. *me nu-*
men. CIOPAN. Pro dominum me cernis aquarum,
 multi veteres, *nomen.* Neapol. prim. sec. Medic.
 & duo alii cum Norico, *regem*: quomodo Virgi-
 lio lib. x. 606. *fluviarum rex Eridanus* & inf. x.
 606. *Pronepos ego regis aquarum.* fluentum etiam u-
 nus Thuani. *vagamem* prim. Gronov. & Zulich.
mentem unus Ambros. HEINS.

18. *Inter tua.* Intra tua Pr. Vatic. & tres alii.

13. *Hospes tibi missus ab oris.* In eodem meo
transmissus. quod non displicet. CIOPAN. In codi-
 ce Mianardi erat, *venio tibi missus.*

20. *Rerum pars una tuarum.* Sic & lib. 11.
 426.

Gemitum pari una tuarum,

Hic tamen Lovaniensis habet, *rerum pari pre-*
tuarum. quod ab indocto librario profectum esse
 vix credere possum, & aptissime convenit pen-
 cedentibus *inter*, (vel *intra* ut multi codices ha-
 bent) *tua regna fluentum*, videtur. ut dicat se-to-
 tum esse in ejus regno & ditione. & saepe puto
 hanc vocem à librariis fuisse extrusam, quia cele-
 stior immerito visa erat: quo colore & Hancius
 ad Plin. lib. viii. 14. eam à Salmasio restitutam non
 admittit, sed de eo loco jam non agam. sic apud
 Manil. i. 56. recte Scaliger:

Priva rate pollimus aequor.
 Reddenda & eidem lib. i. 761. ubi vulgo le-
 gitur:

Quae nisi consisterint propriis fundata domini.
 In Gemblac. & Sixii codice est, *primis*, unde cer-
 tà emendatione emergit, *privis*. nam saepe glossi-
 tores explicuerunt per *proprium*; & librarij cum
primis commutarunt. ita apud Stat. xi. Theb.
 158.

Ire nitro propriamque capessere pugnam.
 Ita Gevartius edidit, cum Lindenbrogi & aliae
 editiones habeant *primam*; sed legendum, *privam*,
 & idem est quod Justinus lib. xii. 2. dicit, *privam*
sibi hostem expescere. apud Claudianum quoque
 vi. Conf. Hon. 23. loco motam suspicor:

Impetis fidus propria cum sese laetavit.
 codices MSS. quos Heinsius consuluit, habent,
prima; lege *priva*. sic II. Rufin. 96.

Hic thalamis privum genitibus omni.
 Ubi etiam alii, *primum* & *proprium* exhibent.

Germanico quoque restituenda in Phoen. vi. 33.
Siron hanc Graji pro sua nomine dicunt.
 Ubi Grotius, *patrio*, vel *proprio*. lege, *privi* sub
 nomine. & apud Capitol. Maxim. Jun. ep. 1.

Talis erat juvenis privo sub nomine clarus.
 Sic & forte apud Quintil. lib. xii. 1. *Invocavit sup-*
er tam & dispositio Rostericus priva ejusque postu-
 211

Verbaque tot reddit: Melior mihi dextera lingua.
 30 Dummodo pugnando superem; tu vince loquendo.
 Congrediturque ferox. puduit modo magna locutum
 Cedere. rejeci viridem de corpore vestem;
 Brachiaque opposui: tenuique à pectore varas
 In statione manus; & pugnae membra paravi.
 35 Ille cavis hausto spargit me pulvere palmis,
 Inque vicem fulvae jactu flavescit arenae.
 Et modo cervicem, modo crura micantia captat;
 Aut captare putes: omnique à parte lacessit.
 Me mea defendit gravitas; frustra que petebar.
 40 Haud secus ac moles, quam magno murmure fluctus
 Oppugnant: manet illa, suoque est pondere tuta.
 Digredimur paulum: rursumque ad bella coimus;

Inque

alii prima, alii propria. recte etiam Faber Phaedro
 lib. v. prof. restitit colorque privus. ita hanc vocem
 Sallio redonavit Bernart, lib. iii. 636. Valerio Ma-
 ximo Pontanus lib. i. Analest. 14. ubi & uno
 erat in MSS. & Apulejo lib. iii. pag. 45. Colvius,
 qui glossa propria esse indicavit, & nos etiam
 ubi Ovidio eam reddimus in Faistorum libris. vi-
 de lib. i. 113. & 137. & ii. 304. vide & i. Amor.
 vi. 1. & Cl. Bentl. ad Horat. Art. Poet. 60.
 BURMANN.

23. *Quod te jactas.* Quo te sec. Palat. cum no-
 ta interrogacionis. vid. ad Ep. xvii. 51. quo in
 Lovan.

25. *Elige, fictum.* Falsum Junianus. vide ad E-
 pist. ii. 31.

27. *Torvo.* Torvo Leidens. ut obliquum lumen
 lib. ii. 787. eadem varietas apud Val. Fl. vii.
 578.

31. *Congrediturque.* Aggrediturque unus Medic.

32. *Viridem de corpore vestem.* Viridi Neapolit.
 sed nil muta. Stat. ix. 354. *Viridena sidit horrida*
vestem. Vide & sup. lib. vi. 11. 859. BURN.

33. *Varas.* Curvus Vivianus, alii codices *ver-*
fas, *venas*, nihil mutò. Mart. vii. Ep. 31.

Varas me injuncto coromato brachia tendis.
 Et Stat. Theb. vi. 848. loco plane gemino: &
brachia lae Varas tenent. ubi male codices, *curva*,
 vel *vassa*, vide ad i. Amor. iii. 24. HEINS.

36. *Tollis flavescit arenae.* Herodote multis tuer-
 tar hinc lectionem Johannes Fridericus Grono-
 vius iii. Obs. 18. ejus anticità gloriatur, ut & Her-
 molus ad Plinii librum xxxviii. cap. 10. Barthius
 tamen Adversus. lib. lvii. cap. 16. (& ad Stat.
 vi. Theb. 846.) jactu reponit. quomodo alter Ham-
 burg. Rourndorph. & tres alii. Vigil. iv. Georg.
 87.

37. *Micantia.* Tremantia Lovan. Arg. Medic.
 & Stroz.

38. *Aut captare putes.* Manifeste legendum;
 putat: nam *et* rovellis, quod sequitur, apodro-
 phen ad alium excludit. vide in hanc rem nota
 doctissimi Heinsii lib. ix. vi. 405. Senzop. apud Fab.
 lib. ii. ep. 71.

38. *Lacessit.* Eccegit unus Heinsii; & mox po-
 tebat plurimi.

Atque haec certamina tanta
 Pulveris exigui jactu composita quiescunt.

Ejus exemplo, ut solet, Solinus cap. xxi. *Hoc*
ad incendium excitatum si obruere aqua gestiat, ar-
det magis, nec alio soletur, quam jactu pulveris;
 apud eundem: *Jactus ex ea quocumque genium pul-*
vis ardet anguas. serpentes superjactus illic perimit.
 cap. xxvii. *Cineris aspergine carnes pollutae jacta-*
que per compta lones necant. sed illic *tallus* pra-
 que per compta lones necant. sed illic *tallus* pra-
 que per compta lones necant. sed illic *tallus* pra-
 que per compta lones necant. sed illic *tallus* pra-
 que per compta lones necant. sed illic *tallus* pra-

Pulveris hunc jactus totis est vestigare solas.
 Qui Solinum est acmolutus, arguit eum uterque
 de eadem re. Ammianus lib. xxxiii. *Nec remedia*
ullo, quam jactu pulveris confopitur. Idem libro
 xxxi. *objectum pulveris dixit.* quare apud Plinium
 libro xxxv. cap. xi. *citra pulveris jactum non au-*
sim mutare. Horat. lib. i. Od. xxxv.

Parsis junctas quatunt fonsperas
Jactibus crebris succones protervi.
 Ita libri veteres. nisi *Tactibus* mavis, ut apud Clau-
 dianum lib. i. in Eutrop. 93.

varo pulsatum janna tallu.
Pulveris haustum dixit Statius in simili descriptio-
 ne lib. v. Sylv. iii. 223. & *Hausta arena vestri,*
 Theb. libro vi. 845. de hac pulveris palaestrici as-
 perione v. Salmat. ad Pallium Tertulliani. p. 217.

HEINSIUS. Ita *jactum glebarum & restarum* dixit
 Quintil. lib. vii. de Inst. Orat. 2. & apud eum-
 dem lib. iv. cap. 4. in fine eadem varietas, quo-
 dam velut *jactu excitatus*, ubi alii, *tactu*, *subversis*
 etiam Thuanus. *flavae arenae* quattuor codices.

37. *Micantia.* Tremantia Lovan. Arg. Medic.
 & Stroz.

38. *Aut captare putes.* Manifeste legendum;
 putat: nam *et* rovellis, quod sequitur, apodro-
 phen ad alium excludit. vide in hanc rem nota
 doctissimi Heinsii lib. ix. vi. 405. Senzop. apud Fab.
 lib. ii. ep. 71.

38. *Lacessit.* Eccegit unus Heinsii; & mox po-
 tebat plurimi.

Atque haec certamina tanta
 Pulveris exigui jactu composita quiescunt.

Atque haec certamina tanta
 Pulveris exigui jactu composita quiescunt.

Atque haec certamina tanta
 Pulveris exigui jactu composita quiescunt.

Atque haec certamina tanta
 Pulveris exigui jactu composita quiescunt.

Inque gradu stetimus, certi non cedere; eratque
 Cum pede pes junctus: totoque ego pectore pronus
 45 Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.
 Non aliter fortes vidi concurrere tauros,
 Cum pretium pugnae, toto nitidissima saltu,
 Expetitur conjux. spectant armenta, paventque
 Nescia quem maneat tanti victoria regni.
 50 Ter sine profectu voluit nitentia contra
 Rejicere Alcides à se mea pectora: quartò
 Exsui amplexus, adductaque brachia solvit:
 Impulsumque manu (certum mihi vera fateri)
 Protinus avertit: tergoque onerosus inhacsit.
 55 Si qua fides, (neque enim ficta mihi gloria voce
 Quaeritur) imposito pressus mihi monte videbar.
 Vix tamen exserui sudore fluentia multo
 Brachia; vix solvi duros à corpore nexus.

Inflat

43. Inque gradu.] Jamque gradu quatuor libri. in quo gradum unus. inque gradus duo. Heinſius olim legebat, jamque gradum ſtitimus, ut Propert. IV. x. 36.

Planis ſiſit uterque gradum.
 Et Virgil. VI. 465. ſiſte gradum. in gradum conſideri dixit auctor Panegyri. ad Piſon. VI. 169. vid. ad Petron. cap. XXXVI. & LXXX. jamque & inque conſundi vidimus ad lib. III. Art. 724. BURN.

43. Eratque Cum pede pes junctus.] Virgilius lib. X. Haeret pede pes. Pius in IV. Annali:

Preſſatur pede pes, multo mucrone, viro vir.
 CLOFANUS.

45. Premebam.] Premebat tres ſcripti. forte, premebat. HEINſIUS.

49. Victoria regni.] In nonnullis, belli, non regni. NAVGER. Et ita duodecim ſcripti. tantae pugnae duo alii. ſed male: Phaedr. I. 30. pulſus regno numeris, ubi vide. & ita paſſim. neſcia quam etiam ſec. Palat. quae Junii.

50. Nitentia.] Laſtantia duo Baſil. vid. ad lib. II. 461.

52. Excitat.] Variant admodum codices: quidam, excitat, concitat, concutit, ſed Medicus, excutit, quod placet. ita lib. VII. 722.

Jam datum vincula pugnas
 Exire ipſe ſoi.
 Statius IX. Theb. 187.

Exiit.
 Valer. Flac. VI. 253.

Aliaque remiſſum
 Pone trabis fugiens, & cuſſibus exiit haſtam.
 Et ita mox verſ. 82. inhaere dixit. Solinus de An-
 jaro cap. XXIV. dixit explicare. Implicandis expli-

candisque huius nexibus ſciens, quod Noller mox ſolvete nexos vocat. praeterea abduſtaque nonnulli. abduſtaque unus Leidensis. adjuſtaque Medic. unus. BURN.

54. Protinus avertit.] Avertit prim. Gronov. ſec. Pal. tert. Medic. prim. Baſil. aliique plura. Lego:

Pronus humum avertit.
 Vel humi, ſic & libro XII. 39. conieci:

Vi multa avertit terraeque inſiſtiſſe abſiſti.
 Lib. XIII. 881. ex veteri codice:

— veſtris periturum avertit regni.
 Lib. XV. 140.

— monitis animos avertete.
 Val. Flaccus libro III. 459.

Continuo pappum petere, & conſidere tranſiris
 Imperat Amycides, nec viſum avertere terat.
 Sic ſcribo. viſum vortere nunc legitur. lib. IV. 133
 Idem:

Jam Mariandinis avertit pappi arenam.
 Pronus humo avertit, quomodo Noſter lib. II. 477.

Stravit huius pronam.
 Libro VIII. 379.

Pronus ab arborea cecidit radice retenti.
 Solinus cap. XXIX. Officiunt prona ad huius & obnixta terrana. de iſdem animalibus Meliſ dixerat, pronis directis in humanam cervicem officiunt. HEINſ. Nihil mutandum temere cenſeo. nam veſti denique 60. tellurem premit Achelionis. quae avertit hic interpretarer, comprehenſum ita me tota, et tergum ipſi obvertere cogere, quod pronus Hercules inſiſtit, & ita inhaeret: quae ars in huius viſu videtur. ſic, licet in tumultuaria Centauro-
 rum pugna, apud Valer. Flac. I. 145.

Inflat anhelanti; prohibetque reſumere vires:
 60 Et cervicem meam potitur. tum denique tellus
 Preſſa genu noſtro eſt; & arenas ore momordi.
 Inferior virtute meas devertor ad artes;
 Elaboroque viro, longum formatus in anguem.
 Qui poſtquam flexos ſinuavi corpus in orbem;
 65 Cumque fero movi linguam ſtridore bifuleam;
 Riſit, & illudens noſtras Tyynthius artes;
 Cunarum labor eſt angues ſuperare mearum,
 Dixit: & ut vincas alios, Acheloë, dracones,
 Pars quota Lernaeae ſerpens eris unus Echidnae?
 70 Vulneribus ſecunda ſuis erat illa: nec ullum
 De centum numero caput eſt impune recuſum;
 Quin gemino cervix herede valentior eſſet.
 Hanc ego ramoſam natis è caede colubris,
 Creſcentemque malo, domui; domitamque peremi.

Quid

Ferit gavis invito victorem Neſtora tergo
 Almycham.

Vel avertit eſt in fugam compellit, ut paſſim avertit hoſtes Livius & alii dicunt. BURN.

57. Vix tamen inferni brachia.] Exſerui in tribus ſcriptis. Puto, vix tandem exſerui. Stat. Theb. I. 472. tam vero creſtas uterque exartare humeris. vide lib. I. Fall. 409. & II. 322. & mox à peltate pro corpore cum melioribus. niſi mavis, aſſerui, quod impende placet. HEINſ.

62. Devertor.] Devertor ventuloſes, diſtum alicubi. HEINſIUS. Vid. ad lib. II. Amor. VI. 9.

64. Qui poſtquam.] Mellicus, ſquamoſum flexos, ſone, ſquamoſum ut flexos ſinuavi corpus in orbem. HEINſ.

65. Bifuleam.] Sex libri, trifuleam. & ita ſere ſemper Poetae de ſerpentibus. Virgil. III. Georg. 430.

Arbus ad ſolem & linguas micat ore trifulci.
 BURNMAN.

67. Cunarum labor eſt anguis ſuperare mearum.] Epil. IX. 21.

Tunc ſervat geminos preſſiſſe tenaciter angues,
 Cum tener in curis jam Jove dignus erat?

Idem I. Art. 187.

Parvus erat, manibusque duos Tyynthius angues
 Preſſi, & in curis jam Jove dignus erat.

Huius rei neminiſt & Pindarus Oda I. Nem. & Plautus in Amphitruone, & Diodorus. CLOFAN.

70. Nec ullam De centum numero caput eſt impune recuſum.] Ita ipſe apud Senecam: Aut centum angulis Hydram labe paviffem mea. IDEM. De centum numero libri meliores, ut incertum numerum relinquant, de quo inter antiquos auctores non ſatis convenit. tres codices, De capitum ni-

mero. Centum capita, ut in vulgatis Ovidii exemplaribus legitur, hydrea adſignant Diodorus Siculus Bibliothecae lib. IV. Suidas, Simonides teſte Servio ad VI. 658. lib. VII. Bſa. Vibius Sequeſter de Paludibus, voce Lernae, Apollolius in paecomia ad Τῆρας μεθ' ἄλλας ἰσχυρας. etſi Palaephatus, quem Apollolius compilavit, quinquaginta tantum Hydrae capita agnoſcat; ut & Acaeus, quibus illa Virgili adde, VI. 576.

Quinquaginta aetis immanis hiatibus hydra.
 Auctor Herculis Octaei choro Actus quarti, VI. 534.

Si qua ſub Lernae numeroſa peſſis
 Sparget in centum rabiem dracones.

Ita locus ille ex auctoritate optimi codicis Medicei eſt reſtituendus. In vulgatis infulſe legitur:

Si qua ſub terra numeroſa peſſis
 Sparget intentionem rabiem draconis.

Virgilius lib. VII. Aen. 658. de Aventino filio Herculis:

— chysaque inſigne parentum
 Centum angues, etſi etiamque gerit ſerpentibus hy-

dram.

Sic & Euripidi in Hercule ἰουρτυρῖφας ἰδεναι. Zenobius paecomia Τῆρας τιμωρις capita octo, Tzetzes Chilia. lib. II. Hill. XXXVI. Anonymus de duodecim Herculis laboribus à Leone Allatio editus inter varia Rhetorum excerpta, Hyginus Fab. xxx. & Fabularum initio, Apollodorus, Servius Aen. VII. dant capita novem. Etſi Tzetzes à ſe ipſo diſſentens paulo poſt de quinquaginta capitibus Palaephato videtur aſſereri. Paſſim in Corinthiacis unius tantum capitis meminit. Plura qui contendunt fuiſſe, unum ex iſis immortale ſtatunt, quos inter Apollodorus & Zenobius. Servius lib. VI. Aeneid. Hydram alii tres velant bo-

75 Quid fore te credas, solum qui versus in anguem
 Arma aliena moves? quem forma precaria celat?
 Dixerat: & summo digitorum vincula collo
 Injicit. angebar, ceu guttura forcipe pressus:
 Pollicibusque meas pugnabam evellere fauces.
 80 Sic quoque devicto restabat tauri
 Forma trucis; tauro mutatus membra rebello.
 Induit ille toris à laevà parte lacertos;
 Admissumque trahens sequitur: deprensaque durâ
 Cornua figit humo; meque altâ sternit arenâ.
 85 Nec satis id fuerat: rigidum fera dextera cornu
 Dum tenet, infregit; truncâque à fronte revellit.
 Naides hoc, pomis & odoro ilore repletum,
 Sacrarunt; divesque meo bona Copia cornu est.

Dixerat:

uisse capta, alii novem. *Simenides quinquaginta.*
 Hieracitus de Incredibilibus ab Allatio editus nu-
 merum capitum non exprefsit, sed *πελοειφάλην*
θύριαν hydram appellat. ut & Severus Sophista
 Alexandrinus ab eodem editus, qui *πλουτέραν*
ταῖς κεφαλαῖς dixit. Virgilius quoque lib. vii. l.
 300.
Lernaens turbâ capitum circumfudit anguis.
 Euripides *μορβεραν κόνυ Λέρνας* in Hercule.
 Arnobius lib. i. *multiplicium capitum nutritum.*
 Martial. ix. Epigr. 104. *Essendam hydram*, ut
 Nolter hoc loco. lib. iv. Anthologie *πελοειφάλης*
ἄφης dicitur & *πελοειφάλης* ὄψα. Hanc ex Ty-
 phoae & Ercidâ prognatam fabulantur. sed quem-
 admodum poëtae in numero capitum hydrae non
 conveniunt, ita & de Cerberi capitibus inter se dis-
 sentiunt: qui nunquam triceps vulgo dicitur,
 Hesiodo tamen est *πεντάκεφαλος*, & Horatio
 lib. ii. Od. 13. *bellua centiceps.* Idem lib. iii.
 od. 11. *Carburi quatuordecim furiâ centum Maviani an-
 gues caput.* HEINSIUS.
 72. *Gemino haerede.]* *Gemina* Noricus liber &
 prima editio Aldina, ut ad cervicem respiciat.
 IDEM. Eodem modo Plinius lib. xvi. cap. 37.
haeredum vocat stolonem ex salice caesa repullulan-
 tem, *causaque densus innumero haerede profans.*
 BURMANN.
 74. *Domitiamque reduxi.]* *Revinxi* prim. Palat.
 & Lovan. *subiit* quirt. Medic. cum aliis novem.
 quinqve, *relinxi*. unus, *recessi*. Arond. pro diversa
 lectione, *repressi*. duo mei, *peremi*, quod placet,
 nisi quod *perassi* censio reponendum. Vel quod
 praestat, *praeussi*. quod verbum Columellae etiam
 ex optimis membranis reddendum libro de Arbo-
 ribus cap. 21. *Uvae, quae meridiam aut occidentem
 spectant, ne praeventantur, suo sibi pampino 102.*
 Flammis enim hydrae cervix defecta est domita,
 ne repullularet. cuius rei ignorantia librariorum fœtelit,

ut ex *perassi* confluent *reduxi*. Euripides de Her-
 cule, in Hercule. Furent. 420.
Τὴν δὲ μορβερανον
Πολυφύων κόνυ Λέρνας
ἴδρον ἔξερσάσσε.
 Nicander Theriacis de Iphiclio:
Ἐβρε σὺν Ἡρακλῆϊ κακὸν ἔξερσάσσει ὄψιν.
 Seneca imitatus Hercule Furenti vers. 241.
Quid facias Lernaes monstra, numerosum vadum
Non igno demum viciat ex decem mari?
 Avicena Avicenis, lib. 381.
Lernaes gurgitis hydram
Ururet Alcides cum flammiger.
 Hinc intelligenda illa Sidonii Apollinaris de Her-
 cule carm. xiiii. vers. 5.
Et nunquam ardenti gladio vix stravit hydrem.
 Et Statii Theb. i. 384.
 — *Herculeo signata vapore*
Lernaei flagra aura vadi.
 Et lib. ii. 376.
Qua Lernaes palus ambrosaque fontibus vitro
Intepet hydra vadis. HEINS.
 75. *Quid fore te credis.]* *Credas* ex Flor. S. Mar-
 ci, uno Leid. & Graeviano, prim. Palat. Oxon.
 duo alii, *credes*. IDEM
 75. *Falsum.]* *Mediceus* & *Langermannii*, *fa-*
lum, quod rectum puto, & opponi Hydrae mul-
 torum capitum, & natis è crede colubis. aliter
 enim bis idem diceret, cum *forma precaria* indi-
 cet falsum fuisse anguem. pro *celat* MS. Berlin. *re-*
lar. BURM.
 77. *Et summo digitorum vincula collo lapsit.]*
 Hoc est quod sup. citus dixit: *Totaque ego pressa
 pronus, Et digitus digitis, & frontem fronte preo-*
bam. CIOFANUS.
 78. *Pressus.]* *Pressus* veteres, *pressus*. HENRICUS.
 Vide ad vi. 306. *forpice* etiam Vatican.
 79. *Pollicibusque.]* *Pollicibusque* Basil. *ambros*
 650

Dixerat: at Nymphe, ritu succincta Dianae,
 90 Una ministrarum, fufis utrinque capillis,
 Incessit, torumque tulit praedivite cornu
 Autummum, & mentas, felicia poma, secundas.
 Lux subit: &, primo feriente cacumina Sole,
 95 Discedunt juvenes. neque enim dum flumina pacem;
 Et placidos habeant lapsus, motaeque residant,
 Opperiuntur, aquae. vultus Achelous agrestes,
 Et lacerum cornu mediis caput abdidit undis.
 Hunc tamen ablati domuit iactura decoris;
 Cetera sopes erat. capitis quoque, fronde salignâ,
 100 Aut super impositâ celatur arundine damnum.

F A D.

Gronov. vid. ad iii. Fast. 307. *vellere* Cantab. *cool-*
vere Junian.
 80. *Toria.]* Ex legibus artis luctatoriae Noster
 ter victum Acheloum & terrâ firatum memorat:
 nemo enim victor in lucta exibat, nisi ter adver-
 sarium prostravisset. Senec. de Benef. lib. v. cap. 3.
Laetare ut perdidit palmam, non tradidit. vide Sal-
 mast. Exerc. Plin. pag. 205. & seq. ubi plura de lu-
 da, paeterea, *toris tauri forma: truci tauro m. m.*
 r. Balleensis unus. BURM.
 81. *Abolla.]* Puto, *revollar*, ut supr. xi. 65.
Elaborque viro longum formatus in anguem.
 Certe jam paulo ante se frustra tentasse avelli si-
 gnificavit. quid quod in Spivensi & tribus aliis re-
 vollo castat, in totidem, *revollar*? HEINS. Neque
 hic quidquam mutem. *revollo* enim est, reisso,
 revolvo, iterum bellum moveo. Flor. ii. 15. *se-*
ntentiae sententia quoquo modo rebullandum. & paulo
 post, *qui fuerit rebellantium furor.* Liv. xxxix. 35.
Philippus minime, quin rebullandam esset, dubius.
 BURMANNUS.
 81. *Toris à laeva parte lacertos.]* *Toris lacertis*
 Leid. quod probat Gronov. ad Senec. Herc. Fur.
 1311.
 82. *Admissumque trahens sequitur.]* Perquam ele-
 ganter exprimit poëta naturam taurorum ruentium
 in praehum, simulque scientiam Herentis in eo
 stupendo: illud autem *admissum* exponendum, in
 casum missum. quod etiam libro sexto de Sipylo
 Niobes filio admonuimus. GLAREANUS.
 83. *Deprensaque cornua.]* *Deprensaque* Cantabrig-
 pium. Mörchi, Arond. & multi alii. bene. HENRICUS.
 Delapsaque duo.
 84. *Meque altâ sternit arenâ.]* In uno meo &
 Cadeit. *Meque altâ figit arenâ.* CIOFANUS. Forte
 legendum *affigii* putat Bestinmannus. sed praecessit
 figi.
 85. *Nec satis hoc.]* *Nec satis id* Ambros. & Bo-
 non. vid. ad lib. vi. 363.
 100. 11.

87. *Et odoro flore.]* *Et odore & flore* Junian. Vof-
 sian. & tres alii.
 89. *Et Nymphe.]* *Et* unus Heinsii & duo Mo-
 reti.
 90. *Fufis utrinque capillis.]* In Vatic. *Fufis per*
colla capillis. CIOF. Ita iii. Art. 236. *fufis per ter-*
ga, vel *colla*.
 91. *Incessit.]* *Incessit* Moreti unus. bene.
 93. *Lux subit.]* *Exit* Cod. Men. *venit* Leid. *fo-*
git Cant. & duo alii. *lux subit* primo Leid. *noz*
fuget Basil. & Langern. quales varietates & occur-
 runt supr. iv. 167. ubi vid. & inf. 485. Ep. ii. 9. &
 alibi nos nihil mutamus. BURM.
 95. *Totaque residant aquae.]* *Malim, motaque*
 cum uno Basil. & Gryphi margini. ut apud Vir-
 gil. i. Aeneid. 135.
 — *motus praestat componere fluitans*
 Posset & *tutaque* cum uno Mediceo. HEINSIUS.
 In *placidos* unus Bon. *curfus* etiam unus Basil. &
 marg. Berlm. & Gryphi. *fluitans* unus Leid.
 97. *Abdidit undis.]* *Abdidit* in undis Leidens. ut
 lib. iv. 718. *in armo abdidit*.
 98. *Hanc tamen ablati novis iactura decoris,*
hauc tantum, & fortasse rectus. NAUGER. Ita &
 in quinque Heinsii invenit. *haud tamen* unus
 Moreti. *hauc tamen ablati decuit* unus Heinsii.
 forte legendum:
Haud tamen ablati novis iactura decoris,
Cetera sopes enim; capitis modo fronde sali-
gna, &c.
 Nam modo est in Mediceo, nec displicebat Heinsio.
 Faber. lib. ii. Ep. 69. legit, *hauc tantum ablati*, quasi
 Naugerii notas nunquam viciisset. mox *caelatus*
 unus Moreti. BURM.
 99. *Cetera sopes habet.]* *Abit* elegantia Graeci-
 smo unus ex meis Mediolani editus. nec male erat
 in altero Regio. Noster Pont. iii. Eleg. ii. ut qui-
 dem legendum:
Cetera pars concors & sine lite fait.
 LIII Vir:

FAB. II. ARGUMENTUM.

Nessi cruor in venenum.

Post haec victor Hercules cum Deianiram Nesso Centauro commisisset, ut cum lacrima amara, qui initio Lycoormas erat nominatus, transceberet; & ille specie captus pulchris flexibus errans quaereret locum comprimendi, illi fidem mariti implorante, sagittis cum confixit. Qui cum exspiraret, vesicam Deianirae eructavit; indicavitque remedium fore erga conjugem deserti amoris, qui tamen cruor in veneni cessit partem.

At te, Nesse ferox, ejusdem virginis ardor
Perdiderat, volucris trajectum terga sagittae.
Namque, novam repetens patrios cum conjugis muros,
Venerat Eveni rapidas Jove natus ad undas.
105 Uberius solito nimbus hiemalibus auctus,
Vorticibusque frequens erat, atque impervius amnis.
Intrepidum pro se, curam de conjugis agentem
Nessus adit, membrisque valens, scitusque vadorum;
Officioque meo ripa sistetur in illa
110 Haec, ait, Alcide: tu viribus utere nando.
[Pallentemque metu, fluviumque, ipsamque timentem]
Tradidit Aoniis pavidam Calydonida Nesso.

Mox,

Mox, ut erat, pharetrique gravis, spolioque leonis,
(Nam clavam, & curvos trans ripam miserat arcus)
115 Quandoquidem coepi, superentur flumina, dixit.
Nec dubitat; nec qua sit clementissimus amnis
Quaerit: & obsequio deferri spernit aquarum.
Janque tenens ripam, missos cum tolleret arcus,
Conjugis agnovit vocem: Nessoque parante
120 Fallere depositum, Quo te fiducia, clamat,
Vana pedum, violente, rapit? tibi, Nesse biformis,
Dicimus, exaudi, nec res intercipe nostras.
Si te nulla mei reverentia movit; at orbes
Concubitus vetitos poterant inhibere paterni.
125 Haud tamen effugies, quamvis ope fides equina.
Vulnere, non pedibus te consequar. ultima dicta
Re probat: & missa fugientia terga sagittae
Trajicit. exlabat ferrum de pectore aduncum.
130 Emicuit, mixtus Lernaei tabe veneni.
Excipit hunc Nessus. Neque enim moriemur inulti,
Secum ait: & calido velamina tincta cruore
Dat munus raptae, velut irritamen amoris.

FAB.

Virgil. Aen. ix. 636.

Cetera parte sunt valle,
Silius libro xxi.

Cetera parte, praeter, plaga.
Et lib. ix.

Marte viri dextraque parte, sed cetera dextra
Aeneid. l. xxi.

Pennis Sat. v.

Cum sit cetera laeta.

Horatius lib. i. Epist. x. 3.

Muliam dissimile, ut cetera parte gemelli.

que ille vera lectio. postea veri 30. pari modo:

Excitatus, quod non simul esset, cetera laeta.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Ita pallium optulit despicere. Apulejus Met. x. 256.

Itinerario lib. 1. 207. alius Passera, pro quo ante
repositurum, alio Passera:

Nec tantum davis nimis solentia rivas,
Passera non aliam praesentia vult.

Sic veritatis editiones. Ammian. lib. xxviii. 273
haec verum rivas Ampelas, cupidas sine super-
lucitatem, lactus alia, & ad Passera factum ab-
plendunt arisimam. Sic codex vetus, vulgo, rivas
aliam. Hauss.

Ut cum.] Ut cum veris Fennam artem, qui
in initio L. a. n. rivas, ille est. Colon.

Puellae.] Puellae, hinc quatuor ut emper-
di tam. Ita autem cum passera maris, cum impu-
ratis, Hercules tam sagittae eructavit. Quae non Ni-
Colon.

Sagittis cum.] MS. cum sagittis. Verum, cum
sagittis. Scribe, cum sagittis. Mersmann. cum
sagittis cum Parm. Lugd.

Vesicam Deianirae eructavit.] Vesica, hinc
eructavit. Deianiraeque hinc Vesica, hinc Vesica
nisi vesicula eructationem, utque eructavit. Vesica
ham, hinc hinc est. Colon.

Rega conjugem.] Conjugem. C. Colon.

Amoris.] Amoris, hinc in indicat. Ramus.

De Nesso.] De Nesso. De Nesso. De Nesso. De Nesso.
est hinc. Eam apud Latinos Oedra in parte
Tiglo

Taphio fuisse sepultum, unde miris ea in regione
facta, & rivus purulentus e Taphio fluens, apud
Antigonum Hist. Mirabil. e Mytillo Lesbio pro-
ditur. Hauss.

102. Trajectum terga sagittae.] Tr. visera ferro
Medicenus, qui e deinceps, jamque nova.

105. Utrius solis.] Utrius recte pro diversa
lectione Bernegger. prim. Gronov. & unus Medi-
cus. mox, nimbus pluvialis alter Hamburgensis,
& pro diversa lectione Graevianus. Heins. Recte
vero Poeta Evenum hiemalibus nimbus auctum in-
ducit: existimem mortalitatem Hercules circa He-
catombaeonem mensis, hieme praecipitante, ut
notavit Petrus commentario in Leges Atticas pag.
26. ubi utrius sol. nimbusque h. a. sex libri, aetna
etiam quinque. conferri debent his Ovidianis illa
Seneca in Herc. Octavo ps. 405. & seqq. Burm.

107. Curam de conjugis agentem.] Plurimi codi-
ces. habentem, ut apud Julian. xliii. 4. curat ha-
bere. quamvis curat agere elegantius putem. vide
ad Epist. xvi. 302. pro conjugis etiam duo. & intro-
ditum de se tres. Inan.

108. Scitusque vadorum.] Erat enim portitor tibi
conclitus, ut & Strabo meminit libro decimo.
Marsicvs. Sallustius in 117. Histor. Unus confi-
sus in agro Lucano, gnarus loci, nomine Publilior.
Valerius Flaccus lib. 111. 208. Nec dum mens gna-

ra locorum. Idem Sallustius in Jugurth. lacorum
scientes arat. CLOFANDUS. In uno Heinsii, fecit,
unde ille olim conjecerat, suatus, sed nil muta:
ita scitus orator German. Arat. 13. ut Grotius re-
de restituit pro doctus: & Nessler v. Fall. 54. car-
vae scita Thalia byrae. ubi etiam, dotta plurimi.
Burm.

110. Utare nando.] Mando Lovan. nandi Me-
nardii.

111. Pallentemque metu, fluviumque ipsamque ti-
mentem.] Veturiores plerique hunc versum praec-
ponunt illi, cujus initium, Tradidit Aoniis. Ego
cum aliis multis ab aliena manu proculis cenleo
delendum esse. Heinsius. Fluvium Nessonque Vi-
vian.

114. Miserat arcus.] In meo antiquiore, Joco-
rat arcus. Rectius, ut puto. CLOFAN. Male. patet
ex repetitione, missos cum tolleret arcus. Eadem
varietas lib. xii. 261. medium Lapitharum jacit in
agmen. ubi missi plurimi. Burm.

119. Parant.] Parante metiores. Heinsius.
Parantum Medic. & alius. audivit vocem Gronov.
& alius.

122. Nec res.] Heinsius malebat, no res.

125. Quamvis ope fides equina.] Fides sex scripti.
Forte pro, fides. Heins. Tanti Leidens.

127. Re probat.] Multi ex vetustioribus, res.
LIII 2 HEIN:

FAB. III. ARGUMENTUM.

Eodem tempore Hercules cum in insulam Thessaliae, regnum Euryti, trajecisset, & Iolen filiam ejus dilectam traheret in patriam, prior conjux Deianira, ut audit, amicum civi esse a se mutatum, tumicum sacrificatio Jovi Licbae famulo dedit ei perferendam; qua illo honoratus vota religionemque piaret. Tam indutus Hercules, tam ad aram accessisset, profeans exta; flamma vestis incaluit, & Lernaeo veneno contacta haesi visceribus. In maximo itaque cruciatu cum a corpore ejus avelli mereretur; Licbae acerbissimi muneris rem, proiecitur a se, Euboico mari mersit: quaen in nositum caepae Telchys vertit in scopulum conebis muricibusque vestitum.

Longa

TERTIUS. sup. 117. 350. resque trobas, laeque genae. pro & missa Cantab. omitti.

179. Quod simul vulsum.] Heinf. ad r. Pall. 367. legebat. Quo simul vulso. Vid. & lib. vi. Met. 232.

132. Callis.] Valido plurimi, de quo ad lib. 711. 123.

133. Dat manus raptas velut iritamen amoris.] Aleo cupidi sunt quidam mutationum, ut quavis in hoc versu nihil mutant, praeterquam quod iritamen per duplex r imperite scribunt, tamen aliquid immutasse putant, dicentes sic melius legi: Dat manus raptas velut iritamen amoris, ut amantem designet. Raptus vocat, quam certando adquisierat Hercules: & iritamen ad iram provocationem quidam interpretantur, ideoque simpliciter scribendum r littera. GLAREANUS. Forte, lenis iritamen amoris, vel ovis, vel regis. sic libro XII.

— sceleris vis praemia magnas Adversis oper, animi iritamen avari.

HAISTES. Raptas id est, quam Nessus fere rapuerat, certe animo delinaverat rapere. Male vero iritamen, quasi ab ira deduci posset, scribi docuit Pincier. Pareg. lib. 11. cap. 7. iritute amores dixit 11. Amor. 14. 9.

^a In insulam Thessaliae regnum, &c.] Ita MS. Venet. Cum in insulam Euboeam Thessaliae regnum &c. MICYLLUS. Cum in insulam Euboeam per Oechaliae regnum &c. Nulla ex illis sana lectio est. Oechalia non insula fuit, sed urbs in insula Euboea. Vide Strabonem ad Aeneid. v. 111. 201. Steph. in Oixalia. Forte scriperat, Cum in insulae Euboeae Oechaliam regnum Euryti &c. Oechalia Euboeae eleganter per Haellonim dicitur scriptoris huic non insolitum, ut ostendit ad fab. 4. Lib. vi. Talia sunt Damassus Syriae apud Curt. Lib. 111. cap. 8. Eubatae Medis apud eundem Lib. x. cap. 4. Aegypti Alexandria apud Victor. Caesr. cap. 39. Gergonia Armeniae apud Flor. Lib. 111. cap. 10. Σαρωτεν &c. Euboea, apud Luc. Evang. cap. 14. §. 16. MUXEAEVUS. In Oechaliam regnum Euryti. Raener. In insulae Euboeae per Oechaliae regnum & Iolen Euboeae

ryti regis filiam dilectam sibi auerit in p. Colon cum Veneta faciunt Parm. & Lugd.

^b Mutatum,] Immutatum, tumicum L. J. d. merito Jovi sacrificant perferendam Col.

^c Sacrificatur.] Sacrificatura Parm.

^d Honoratus.] Qua ille indutus cum ad aram a. perfeans exta; vestis flamma & Lernaeo veneno contacta Colon.

^e Contacta.] Contactis Raener.

^f In maximo.] Itaque maximo in Colon.

^g Avelli.] Evelli Parm. Lugd. Micyl. Raen.

^h A. f.] Defunt Colon. ubi et immisit, & deinde, sed ut calpas innocuam decem voluimus illam transformavit in scopulum sui nominis Colon.

136. Victor ab Oechaliae Caenae sacra parabat.] Hujus Oechaliae meminit Strabo lib. x. non ita longe ab initio. Caenecum autem Ptolemaeus ad Septentrionem in Euboea ponit promontorium. ceterum cum in Oeta monte Hercules vitam sumpsit, necesse est Caeneco Jovi non in Euboea sacrum fiderum, sed extra insulam, etiam nomen fortassis inde habet. Oetae nam montem Plin. lib. 14. c. 7. a Doridiae tergo esse pethibet. non meminit Ptolemaeus, sed Strabo lib. IX. GLAREANUS. Multae Oechaliae, ac diversis locis cum a Stephano, tam a Strabone traduntur, sed de ea, quae ab Hercule expugnata ac diruta fuerit, inter auctores non constat. Homerus Thessalicam intelligit, sic enim in catalogo ait, Iliad. B. 729.

Οι δ' ἐπὶ τοῖς Τριχῶν, ἔστι Νόηδος κλεινοτάτω, Οἰὸν ἔχον Οἰχάλῳ καὶν Ἐυρώτι Οἰχάλῳ, Τὸν δ' αὖδ' ἐπέστειλε Πηνελόπει' εἰς Μαρία, &c.

Nam Trieca & Ithomae, cum quibus illam referent, Thessaliae fuerunt urbes, ejus quae Peloponnesus aliquando vocata fuit, & hanc opinionem etiam Thessali confirmant, dicentes, locum apud se, qui postea Euryteus appellatus fuit, olim urbem fuisse, & Oechaliam vocatam, auctor Paulsan. lib. 14. cap. 2. Pherecydes autem de Aticis eam accepit, cujus verba in Comment. Sophoc. in Trach. 358. haec citantur: Μερὸν δ' ἔχοντα Ἥρην ἀφαιρῶσαν. ἔστιν Εὐρώτι τ' ἠὲ Μῆδον, & Αἰγυπτῶν

135. Longa fuit medii mora temporis: actaque magni Herculis implerant terras, odiumque novercae: Victor ab Oechaliae Cenaeo sacra parabat Vota Jovi, cum fama loquax praecessit ad aures, Deianira tuas, (quae veris addere falsa Gaudet, & è minimo sua per mendacia crescit) Amphitryoniaden Ioles ardore teneri. Credit amans: Venerisque novae perterrita fama Indulset primò lacrimis; flendoque dolorem Diffudit miseranda suum: mox deinde, Quid autem Flemus, ait? pellex lacrimis lactabitur illis:

Quae

ποδοῖς τῶν Οἰχάλιων. πάντες δ' αὐτοὶ ἐξ ἑαυτῶν τῶν Αἰγυπτῶν, ὅντι τῶν Συμπληρωτικῶν ὡς ἠκούσθη. Ἡ δ' ἠὲ λέξις Ἡρακλῆος ἀπὸ τῶν Οἰχάλιων, ἔξ τῶν οὐδ' ἀπὸ τῶν ἰσθμῶν ἐστὶν Ἐσσυτοῦ. Nec dissimilia sunt quae ibidem ex Menecrate quodam citantur. Μουσάτος δ' ἐστὶν λέξις. Ἡρακλῆα ἐς τῆς ἀπορίας ἴδους ἀφαιρῶσαι τὴν Ἐυρώτι, τὸ δὲ μὴ ἴδους ἰδίωσιν ἕρῃ τὸν αὐτοῦ, ἔξ μὲν αὐτῶν ἐπέστειλε τῇ Συμπληρωτικῇ, ἢ μὴ Αἰγυπτῶν ἕρῃ τὸν Ἐσσυτοῦ. Pausanias contra, ex opinione Messeniolorum, ostendit in Messene fuisse Oechaliam hanc, Carnasium alio nomine postea dictam. Oechaliam autem olim ab uxore Menaeiki, qui fuit pater Euryti, at Strabo lib. x. pag. 448. & item Hecataeus, ut quidem a Pausania citatur in Messeniis Euboeae oppidum faciunt Oechaliam, patrem τῆς Εὐρωτίδος. verba Strabonis sunt, Ἐν τῇ οἰχάλῳ καίμην τῆς Εὐρωτίδος ἀφαιρῶσαι τῆς ἀπορίας πόλιν ὡς Ἡρακλῆος. ἐμάχοντο τῇ Τριχωνίᾳ ἢ τῇ περὶ Τριχῶν, καὶ τῇ Αἰγυπτῶν, ἢ Αἰθιοπῶν καὶ ἄλλων οὐκ ὀνόματι. &c. Quare & Steph. Οἰχάλια, inquit, πόλις, ἢ ὀνομασθῆναι τῶν Πιλαργῶν Αἰγυπτῶν, ἀπὸ τῆς ἐπιτομῆς τῆς πόλεως αὐτῶν ἐκ ἰσθμῶν. Atque haec de Oechalia. MICYLLUS.

136. Caenaeo Jovi.] Jupiter Caenaeus a Caenaeo promontorio Euboeae est dictus, ubi ab Oechaliae expugnatione Hercules reverlus, Jovi aram eustruxit: principale autem pro derivativo posuit poeta, Raerus. De Caenaeo Sophocles in Trachinis vers. 240. ita meminit, de Hercule loquens:

nos ex filijs Euryti Thyrtam veniret, equorum caulis, quos amiserant. Ibi Hercules, memor veteris contumeliae, sublatus illum in turrim, inde praecipitavit, ob quam rem Jupiter iratus, Mercurio misit, qui illum in servitutem venderet, atque ita Omphalee Lydororum reginae venditus aliquandifervivit. servitute autem & poena haec dissoluta, Hercules in Graeciam reverlus, Euryti urbem, auxiliantibus Aetacibus & Trachiniis, invasit, captivaeque illi, Eurytum & filios occidit. Iolen autem captivam abduxit. auctores, Sophocles & Diodorus. Filios Euryti Heliiodus hos nominat:

Ἡ δ' ἐκαστονομία καλεῖται Στρατιῶνα, Εὐρώτιν ἐν μεμαροῖσι ἐρηθῆσι θιδύσῳ τῶν. Τὸ δ' αὖτις τὸ ἑρμῆος Δίονος τι, κλυτῶν τε, Τελχῶν τε ἀπὸ τῆς, καὶ ἰσθμῶν ἐξ Ἐσσυτοῦ, Τὸς δ' ἔστ' ὀπλοκτῆτων τῶν ἐκ τῆς ἰσθμῶν Αἰθιοπῶν κείνων, πολὺν χρόνον Αἰθιοπῶν. MICYLLUS.

136. Sacra parabat Vota Jovi.] Videntur haec a Sophocle Trach. §. 242. translumpta. Nam & illic Deianira Licbam, qui narrabat Herculeum Cenaeo Jovi sacra parare, interrogat.

Εὐκαίτια εὐθεῖα, ἢ τὸ μαθῆσαι τοῖς; Cui ille subjicit:

Εὐκαίτια, ἢ ἠμὶ τὸ δὲ ἀκαταίτιστον εἶναι Χόρῳ ἡμῶν, ἢ ἡμῶν ἐς ἑρμῆος, &c.

Ut intelligamus Herculeum votivae Jovi sacra haec, si urbe Euryti positus foret. MICYLLUS. De Caenaeo Jove vid. ad Senec. Herc. Oet. 102. πελάγῳ pr. Medic.

137. Praecessit.] Perovis multi, praecessit Argent. male. ita praecurrere dicitur Val. Flacc. 11. 128.

139. E minimis.] E minimis duo veteres & prima Aldi editio. quod placet. Ceterum locus distinctione juvenandus, qui male habebat se antea. Haenus. Mihi inanis magis placet. ita Claud. 11. Intr. 34. fama prius falso similis. Vid. ad lib. 11. Amor. 11. 49. Bvrm.

141. Perterrita.] Præterita unus. conterrita 125.

111 3 143. Dissi-

145 Quae quoniam adventat, properandum, aliquidque novandum est,
 Dum licet; & nondum thalamos tenet altera nostros.
 Conquerar, an fileam? repetam Calydon, morerne?
 Excedam tectis? an, si nihil amplius, obstem?
 Quid si, me, Meleagre, tuam memor esse sororem,
 150 Forte paro facinus; quantumque injuria possit,
 Femineusque dolor, jugulata pellice tector?
 Incurfus animus varios habet. omnibus illi
 Praetulit imbutam Nefseo sanguine vestem
 Mittere; quae vires defecto reddat amori.
 155 Ignaroque Lichae, quid tradat nescia, luctus
 Ipsa suos tradit: blandisque miserrima verbis

Dona

Aut

143. *Diffidit.*] Desultis volebat Heinſius ad Epist. viii. 61. sed ego nihil novo. *effudit* duo. *indaxit* lacrimas pr. Medic.

143. *Mox deinde, Quid autem Pleym, ut?*] Puto distinguendum, *mox, Deinde quid autem stemon?* Seneca Hercule Oetaeo vs. 858. *Occupatum ocyas. Cur deinde ferrum?* ita optimus Medic. non cum vulgatis, *Quis deus ferrum.* postea:

Cur deinde latebras, aut fugam vectoris petam?

HEINSIUS. *Mox deinde* non movendum. saepe enim hoc pleonastico veteres usi. sic apud Valer. Fl. vii. 536. legendum puto;

Contingat mox deinde mori. BURM.

144. *Pellex lacrimis lactabitur istis.*] Hoc respexit Seneca in Hercule Oetaeo: *Pellicis gaudet sua spectare lacrimas.* Videtur mihi Ovidius, dum haec scriberet, respexisse ad locum illum Terentii in Eunuchio, apud quem loquitur Phaedria: *Quid vixit faciam? non eam? an potius ita me comparem, &c.* CIOP.

145. *Quae quoniam adventat, properandum.*] Idem tenet venturam Tyrinti, ubi, ut opinor, habitabat, quare praevincendum putat. inter dubitationis autem partem, qua nunc ad fugam, nunc ad manendum instigatur, tandem cum Meleagri se sororem esse ait, omnino facinus magnum parandum, & telandum quid conjugii laedi injuria foemineusque dolor possit, idque jugulata pellice concludit. sed ut parò indicandi modo legitur, ita etiam *refert* legendum existimo, non *refert*, quamquam Raphael ita legit. GLAREANUS. *Adveniat* multi veteres. Lege, *adveniat* cum Berneggeriano & aliis duobus. sic libro xii. 64.

Ferret haec notum Crejus cum milite furis
Adventare rates.

Lucan. lib. vii. 242.

Discrimina postquam
Adventare ducunt, supraque praedia vidit.

Silius lib. xvi. 29.

Concitus Hanno

Adventabat, agens crepitanibus genua ceni.

Idem & alibi non semel usus eo verbo, ut & Aephejus. Statius ix. Theb. 87.

Lesla manus juvenum adventat.

Lib. xi. 201.

Illam

Adventare serunt portis. HEINS.

148. *Excedam tectis? an se nihil amplius optem?* Versus hic sensu adeo candida; perspicuaque complectitur, ut nihil immutatione indigere videatur. quidam tamen ipsum in deterius mutant, legentes: *at si nihil amplius optem.* REGIUS. Sunt qui legunt hoc loco: *At se nihil amplius optem?* ut infra paulo, pro *jugulata pellice tector, vulgata pellice tector?* Sed altera lectio potior videtur. MICHAELIS. *At si* in multis. alii, *ut se, aut si, &c. sic.* & similia. primus Medicus & Sprentis, cum tribus aliis, *an si* probe. HEINS. Recte Heinſius; debet enim an abiret nec ne, & licet videat se nihil officere posse, tamen dubitat an non, si nihil possit amplius (scilicet illam pellicem expellere) solum praesentia sua obset & incommodet. ita illa formula *si nihil aliud*, apud Petron. cap. xix. vid. ad Quinctil. Decl. i. 9. & iii. 9. ubi recte glossa *ager*, quod per ellipsim intelligi debet, ejest Gronovius. BURM.

149. *Memorem esse sororem.*] *Memor esse* cum Florentino S. Marci, Bernegger. uno Led. uno Ambros. Excerptis Langermanni & uno meo. Trist. v. Eleg. xii. ad Bacchum:

Ene ades, & castus releva palestrerum vestes,
Unum de numero me memora esse ius. HEINS.

150. *Forte paro.*] *Granda Sixi* & duo alii. *in* Basil. unus. deinde, *possent Sixi.* Heinſius *vellet*, *possent.*

151. *Tormentusque dolor vulgata pellice tector.*] Ex vetulo exemplari, & nos pro *vulgata* respiciamus.

Dona det illa viro, mandat. capit inscius heros,
 Induiturque humeris Lernaeae virus Echidnae.
 Tura dabat primis, & verba precantia, flammis;
 160 Vinaque marmoreas pateram fundebat in aras:
 Incaluit vis illa mali; resolutaque flammis
 Herculeos abiit, late diffusa, per artus.
 Dum potuit, solita gemitum virtute repressit.
 Victa malis postquam patientia, repulit aras;
 165 Implevitque suis nemorosum vocibus Oeten.
 Nec mora; letiferam conatur scindere vestem:
 Quam trahitur, trahit illa cutem; foedumque relatu,
 Aut haeret membris frustra tentata revelli;

jugulata, & tector. REGIUS. Fortasse sit rectius; *refert*; superius enim, *Memorem.* sed & *refert* recte. NAEGER. *Jugulata pellice tector?* in uno meo. in alio & in Vatican. *Jugulanda.* CIOPANUS. *Jugulanda* quinque libri, quod placebat Heinſio.

152. *Incurfus animus varios abiit.*] Terentius hoc antea ita expresserat: Andr. i. 5. *Dum in dubio est animi, paulo momento hoc illuc impellitur.* CIOPANUS. Melius Palatini, *Incurfus animus variis habet.* DAN. HEINSIUS. *Incurfusque animus variis habet* Junian. *Incurfus varios a. dabat* Oxon. sed plurimi, *incurfus v. a. habet.*

152. *Omibus illis.*] *illi* sec. Moreti. nempe *mittre.* HEINS.

153. *Nefeo.*] *Lernaeo* sec. Palat. vid. ad Epist. ix. 163. sed sequitur vers. 158.

155. *Ignaroque Lichae.*] *Lichae* passim scribendum tam hic, quam apud auctorem Herculis Oetaei, quomodo illic optima membranae Etruscae. neque alter Hyginus Fab. xxxvi. & Servius Aen. vii. apud Graecos *Λιχας* est. ita Sophocles in Trachiniis saepe, Aeschylus in Glaucio Marino apud Strabonem, Apollodorus, Trizetes in Chlid. alii. Hinc *Λιχας* insulae Straboni. fuit & Lichas alius, cujus causa inter Lacedaemonios & Eleos bellum fuit exortum, quod flagris caesus esset. de quo Pausanias in Ellacis, lib. vi. cap. 2. HEINSIUS.

156. *Verbis.*] *Distis*, sollemni varietate Vaic. DORZ. & sex alii. rectius: nam *mox verba precantia* sequuntur. & ita Heinſius volebat.

158. *Induiturque humeris.*] *Humeros* tres antiqui. de quo dixi Trist. iv. El. x. 29. HEINS.

159. *Tura dabat primis, & verba precantia flammis.*] Sic propè lib. vi. 164.

Turpa dant sanctis, & verba precantia flammis. CIOPANUS.

160. *Pateram.*] *Pateris* Francof. ut Virgil. II. Georg. 192.

Pateris libanus ex auro.

Marmorea Leidensis unus. *marmoreis* *aris* alter. 161. *Incaluit vis illa mali.*] *Incaluit* malo. ut lib. viii. 477. *postquam pestifer ignis Convaluit.* postea pro *diffusa* multi ex melioribus, *dilatata.* In libide tamen vs. 605.

Ut eruer Herculeos abiit diffusus in artus. HEINS. *Incaluit* possit admitti. ita enim Amm. Mar. xxx. 15. *involente morbi gravitate.* sed quia de veneno agitur, hic *incaluit* ego non mutem: ita supr. 132. *calido cruore tinella volamina dixit, & mox: vs. 177. ardens venenam.* & Stat. ix. 748. *ignem veneni.* Si quid mutandum, legerem, *incaluit vis inde mali.* mox tamen, *valens flamma* occurrit vs. 239. vid. ad lib. viii. 478. BURM.

162. *Late diffusa, per artus.*] In uno meo, *disperfa.* In Vatican. *dislopha.* CIOPANUS. *Disperfa* etiam Excerpt. Mureti. *dislopha* quatuor.

165. *Implevitque suis nemorosum vocibus Oeten.*] Ex hac re à Seneca inscribitur tragedia, *Hercules Oetaeus.* CIOPAN. *Nemorosum* Florent. S. Marci & septem alii. sic item Florent. & alii quinque infra vs. 204. *altum Oeten.* Seneca Hercule Furcanti, 132.

Titan summum proficit Oetan. Ubi tamen *summa Oeta* in nonnullis codicibus. *auratus Oeta* Virgilio in Calice. in Ciri. *gelidus Oeta.* Lucan. lib. iii. 177.

Maenala liquit

Aras, & Herculeum miles Trachinios Oeten. Ita optimus codex Vossianus. idem lib. i. 388. *Quoniam pueri Boreas cum Thracis Ossae Rapihus incubuit.*

Quomodo optima membranae Puteanorum Fratrum, quod & alii in suis invenerunt. Notter tamca infra:

— *quos aras gesserat Oeta.*

Sic apud Horat. lib. iii. Od. 25. ii. Torrentius in optimo codice invenit, *lustratum Rhodogen.* HEINSIUS. Apud Statium quoque i. Theb. 119. ex BASS.

Dis

Aut laceros artus, & grandia detegit ossa.
 170 Ipse cruor, gelido ceu quondam lamina candens
 Tincta lacu, stridit: coquiturque ardente veneno.
 Nec modus est: sorbent avidae praecordia flammae:
 Coeruleusque fluit toto de corpore sudor:
 Ambusque sonant nervi: caecaque medullis
 175 Tabe liquefactis, tendens ad sidera palmas,
 Cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris:
 Pascere: & hanc pestem specta, crudelis, ab alto:
 Corque ferum satia, vel si miserandus & hosti;

(Hostis

Ther-

Dubiumque iugo frater impulsi Oeten.
 Noster in Iovide 285.
Uaque Jovis saltus & fumus Thesalus Ossa.
 Ubi vide Heinsium, & III. Fall. 441. ex MSS.
Pellon altior Ossa.
 Lucan. VI. 338.

rapillique Leonis
Scissitales caput nemorosus submovet Othrya.
 Vide ad lib. v. 352. BORN.

165. Oeten.] Dubitant quidam hoc loco, quomodo Hercules, cum in Euboea facturaret, sitibit in continentem devenit, ibique implevit nemorosum vocibus Oeten. Sed hoc dubium explicat Diodorus lib. v. qui Herculeum dicit, post vestem indutam, & venenum intro acceptum, Litham primo occidisse, tum dimisso exercitu in Trachiniam venisse, ac morbo in dies ingravescente, misisse ad Apollinem Delphicum Iolaum & Iycimium, remedium morbi sciscitatum, atque in demum Oetam conscendisse. Et eodem modo in argumento Trachiniam legitur: *ὡς δὲ διαμαρτυροῦν τὸ πρῶτον ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ θεοῦ, ὅτι μὴ ἄλλω κατεβῆκεν, ἢ τῷ Τραχυνῷ ἢ τῷ ἰσθμῷ κατὰ τὸν ἄλκιμον ἢ τὸν ἀσπίδα, ἰσχυρὸν ἀνεγέρων. Ἐπειδὴ δὲ ἐπιμαρτυροῦν τὸν ἄλκιμον, ὅτι μὴ ἄλλω ἀνεβῆκεν, ἢ τῷ Τραχυνῷ, ὅτι πρῶτον ἰσχυρὸν, ἐκείνου ἰσχυρὸν ὄντος, &c. MICYLL.*

171. Tincta.] *stricta* Sprolii. *uncta* pr. Gronov. pro varia lectione.
 171. Stridet.] *Stridis* codex S. Marci, Neapol. tres alii. *ἀστράτης*, sic Noster & alij saepe. Vide Notas Trist. t. Eleg. x. Virgil. lib. IV. 689.
 — *infusum stridit sub pestore vulans.*
 Lib. XII. 601.
 — *stridantque haesillent auras.*
 Georg. IV. 262.
 Ut mare sollicitum stridit.

In his locis codex Medicus longe veterimus, neque aliter ipse Virgilius passim. HERTSUS. Sic & apud Lucan. VI. 179. optimi codices.
strident oculis ardantibus igne.

Et vs. 600.
Quod stridant ululantque genae.
 Claud. Conf. Olybr. 101.
Strident zephyri.
 XI. in Eutrop. 105.
Strident axe nives.
 Vid. & ad III. Rapt. 399. BUAM.
 172. Nec modus est: sorbent.] Malim:
Nec modus. esorbent avidae praecordia flammae.
 Fall. VI. 145.
Pestoraque esorbent avidis infamia linguis.

HEINS. *Carpunt* tert. Palat.
 173. Fluit.] *Sabit* Gron. *ruit* Heinsius legent. *de pestore unius Vatican.*
 174. Sonant.] *Gemant* Barberinus. pro *cant*, *tracta*, Moreti primus. unde *lucis* facebat Heinsius. *combustique* tres. *absuntque* Langem.
 175. Tabe liquefactis, tollens ad sidera palmas, Cladibus, exclamat, Saturnia, &c.] Hanc eandem sententiam his prope verbis de Niobe loquens comprehendit lib. VI. 279.

A quibus ad caelum levantis brachia tellus,
Pascere crudelis vestro Latona dolere,
Pascere, ait, satiaque meo tua pascera lacta,
Corque feram satia.
 Et infra de hoc ita vers. 200.
Sed nona pestis adest, cui nec virtute resisti,
Nec telis armisque potest, palmentibus erat
legnis odax imis, perque canas patitur artus.
 CIOFANUS. *Tendens ad sidera Basil. & alius.*
 177. Pestem.] *Cladem* quatuor libri.
 181. Mors mihi munus erit.] Sic alibi de Lepo-
 ta loquitur, cum in longa & periculosa navigatione, magna esset aetas temperate: ait enim in consilium proficiscens lib. I. Trist. II. 37.

Nec letum timor, genus est miserabile, leti:
Domite naufragium, mors mihi munus erit.
 Et Cassandra apud Senecam in Agamemnone:
Mors mihi erit securitas. CIOFANUS.
 182. Ergo ego.] Similis autem querela Herculis est etiam apud Sophoclem, in fabula jam allegatas citata, vers. 1053. cuius initium:
Ὁ πόθος δὲ τοῦ Διὸς ἐστὶν ἐγὼ πάθος.
καὶ γὰρ ἐγὼ τῶν αἰώνων μὲν Διὸς ἐστὶν. &c.

(Hostis enim tibi sum) diris cruciatibus aegram,
 180 Inviamque animam, natamque laboribus, aufer.
 Mors mihi munus erit: decet haec dare dona novercam.
 Ergo ego foedantem peregrino templa cruore
 Busrin domui? faevoque alimenta parentis
 Antaco eripui? nec me pastoris Iberi
 185 Forma triplex: nec forma triplex tua, Cerbere, movit?
 Vosne manus validi pressistis cornua tauri?
 Vestrum opus Elis habet, vestrum Stymphalides undae,
 Partheniumque nemus? vestra virtute relatus

Ut vel hinc appareat, quanto studio & opera poeta ex diversis auctoribus in unum veluti corpus singula haec tradiderit. Porro de gestis Herculis copiose tradidit Diodor. lib. v. & Calaber poeta *Ἡρακλεῖων* lib. vi. quare supervacancum fuerit de istem quicquam amplius hoc loco adjicere. MICYLLUS.
 182. Peregrino templa cruore.] *Per. sanguis* templa Vatican. & sex alii.
 183. Busrin domui.] De Busride sic D. Augustinus: *Busrin, regnante Dacno Argivis, Rex, vel prius Tyrannus, suis diis hospites immolabat, & ab hercule interceptus est, cum etiam cum velisset occidere. Ab Hercule Busrin interceptam esse, docet Deianira, ipsum sic alloquens Ep. IX. 69.*
Si te vidisset cultus Busrin in isto,
hic victor vixit nempce pulcherrus erat. CIOF.
 185. Saevoque alimenta parentis Antaco eripui?] Haec de re, deque Herculis & Antae lucta venustis admodum Lucanus lib. IV. 617. his carminibus:

Me Cleonae praecipis terga leonis,
Antaeus Libya perdidit membra liquore
Hesper, Olympicae servato more palaestrae, &c.
 Vide quae notavi in Epit. Deianirae ad Herculem, item. *Antaco rapui* Bomanensis. *saevoque alimenta* parentis Genev. ut terram saevam vocet. parenti unius Medic.
 184. Pastoris Iberi.] Quod fabula de tribus corporibus Geryonis narrat, id alii sic exponant, ut dicant tres fratres fuisse, Chrysaoris filios, corporis robore & armis fidentes, quos Hercules aditudo in Iberiam exercitū superavit, armenta quoque illorum abduxerit. Vide Diodorum lib. v. Helioidis autem pallorem non ipsam Geryonem, sed Eurytionem fuisse, quem una cum cane Ortho occidisse Herculem dicit. versus sunt in Theogon. 287.
Ἡρακλῆς δ' ἴσταν ἐν κλάσει Γερωνῆα,
τὸ δὲ αὖ ἐν ἰσθμῷ διὰ Πυκλῆταις
ἄνοι τὰς ἀλασίδων, ἀδελφῶν αἰνῶν
Ὀρθῆς κτ. τὰς καὶ βουκίαις Εὐρυτίων,
Ἐταίρῳ δὲ ἰσχυρῶν πύλου κλεῖνῳ Ὀκίωτι.
 Idem. II.

Fuit autem Orthus, de quo hic mentio fit, ex Echidna & Typhone natus, frater Cerberi, ut apud eundem poetam eodem loco traditur. MICYLLUS. De hoc Epit. IX. 91.

Pendigitque triplex acervi dices Iberi
Geryones, quatuor in tribus unus erat.
Innoe canes totidem tranto digestus ab uno
Cerberus, impletis atque minante comit.

De Geryone sic Julinus lib. XLV. *Geryonem ipsum non triplex naturae, ut fabulis proditur, fuisse serant: sed tres fratres tantae concordiae exhibisse, ut uno animo omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse: sed cum armata sua rapi viderent, amissa bello repulsi.* CIOFANUS.

186. Vosne manus.] Taurus, quem Pasiphae amavit, & creta in Peloponnesium ad Eurytionem ab Hercule fuit adductus. REGIUS. Addit autem Calaber lib. VI. 236. hunc Taurum etiam ignem efflare solitum fuisse. Versus ita habent:

ἐπιμαρτυροῦν δὲ τὸν αἰὼν τῶν
Ἡρακλῆα, ὅτι καὶ αὐτὸν ἀμαρτυροῦν ἐπὶ τῷ
Πάρισι θῆν κροταρῶν κροταρῶν. MICYLLUS.

187. Vestrum opus Elis habet.] Nam Hercules ab expugnatione Trojae reversus in Peloponnesium, ut scribit in quinto Diodorus, Eurytum, qui Augae regis dux erat, juxta Cleonas, ubi nunc est Herculis templum, necavit, deinde bello adversus illum moto, occiditque Augae regem, atque urbe vi capta Phileo Augae filio regnum tradidit. Fuerat enim hic antea a patre pulsus, quoniam ar-
 biter inter eum & Herculem factus, praemium Herculi dandum censuisset. REGIUS. Augias filius Solis fuit, rex Elis, hic stabulum, in quo tantum fimi congeglum fuit, ut etiam proverbio locum fecerit, Herculi purgandum locavit. Hercules igitur, cum illud immisso Alpheo purgasset, Augias de pacta mercede tergiverfatus est. Quam rem indignè ferens Hercules, urbem diripuit, ipsumque Augiam regno eiecit, inuito ibidem etiam certamine Jovi patri, quod a loco postea Olympicum vocatum. De Furore autem, de quo hic Regius annotat, apud Pausaniam in Argolice

Thermodontiaco caelatus baltheus auro,
 190 Pomaque ab infonni male custodita dracone?
 Nec mihi Centauri potuere resiflere, nec mi
 Arcadiae vallator aper? nec profuit Hydræ
 Crescere per damnum, geminasque refumere vires!
 Quid? cum Thracas equos, humano sanguine pingues,

Plena.

eu lib. II. cap. 17. hoc modo traditur; Ἐν Κλω-
 ναίῳ, καὶ μάλιστα ἐν τῷ Κέντρῳ. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ
 λέξις ἐστὶν ἐν τῷ ἀρχαίῳ ἱστορίῳ τῶν Ἰουδαίων, ὅπου
 Ἡρακλῆς κατακτείνων, ἔργαζοντο πρὸς τὸν
 ἄλλο ἀρχαίῳ πολεμῶντι ἀντιπροσώπων. MICYLLUS.
 Lili est unus Volfum. Scribe:

Vestrum est Elis opus?
 Vel,
 Vestrum opus Elis erat?
 Sic lib. III. 728.
 — opus hac victoria vestrum est.

Horatius carmine saculari:
 Roma si vestrum est opus. HEINS.
 187. *Symphalides iudae.*] Symphalidem fabu-
 lae etiam Apollonius meminit libro secundo Ar-
 gonaut. vs. 1054. qui illas in insulam Martis, five,
 ut ipse vocat, Aretiadem, timuit aeris fugatas, tra-
 dit. Versus illius hi sunt:

Ὅστι δὲ Ἡρακλῆος ἐπὶ Ἰουδαίᾳ Ἀρακλῆϊδῶν
 Πλακίᾳ ἐπιτάξας Στυμφαλίδῳ ἰσθμῷ λίαν·
 Ὄνομα τῆσδε (τὸ μὲν ἴσθμῷ ἀνοῖξεν ὄπισθεν.)
 Ἄδ' ἐν γὰρ χαλκίῳ πλάσματι οὐκ ἔστιν ἰσθμῶν·
 Ἄδρα ἐπὶ ἐκείνῳ ἀδριανῶν, αἱ δὲ φησὶς
 Τυδαί, ἀποκτείνοντες τὸν δεινὸν πικροδύστην.

MICYLLUS.
 188. *Vestri virtute relatus Thermodontiacus cae-
 latus baltheus auro.*] Emenda, ex omnibus scriptis
 libris: *Thermodontiacus*: ut sit dictio sex syllaba-
 rum. Secunda enim syllaba Graecis scribitur per u.
 Ita excudendum curavit Muretus Propertianum il-
 lud lib. III. XII. 15. quo modo etiam scriptum est
 in meo antiquo libro:

Qualis Amazonidum nudatis bellica manibus
 Thermodontis turba lavatur aqua.

Et IV. IV. 69.
 Illa ruit, qualis caeteram prope Thermodonta.
 CIOFANUS.

190. *Pomaque ab infonni non custodita dracone.*
 Sic est legendum. IDEM. *Pomaque ab infonni male
 custodita*, veram lectionem autumo. plurimi co-
 dices, *concustodita*, quod degeneravit ex *non custo-
 dita*. *Infonnis* quomodo nonnullis *insepitus serpens*,
 & *insepitum* damonius *luminis somno* dicitur Lu-
 can. lib. VII. 343. HEINSIUS. *Concustodita* ex Pa-
 latinis Gebhardus lib. III. Crep. 23. probat, quia
 pater Atlas, Hesperiades fuisse, ac Draco, custo-
 des coadunati fuerant. malae lectioni pejor patro-

nus reperiri nequibat. *non custodita* dici non po-
 sunt, sed *male*, id est frustra *custodia* & quom-
 custodia nihil esset, recte. idem *male* sipe no-
 tat. Ep. XIV. 46.

Ter male sublato recidit ense manus.
 Sic male confusus pedibus IX. Ep. 99. *Male pariter
 dixitur* Horat. I. Od. 9. & infinita talia. BO-
 MANNUS.

191. *Nec mihi Centauri potuere resistere.*] De quo
 Epil. IX. 99.
 Et male confusum pedibus, sermone bimaculæ,
 Pulsam Thessalicis agmen equisire iugis
 Centauri primi omnium à nonnullis in equos col-
 scandisse exillimati sunt: Lysias vero Rhetor: si-
 mazones fuisse ait. CIOFANUS.

91. *Nec mihi Arcadiae vallator aper.*] Syncretis et
 durarum vocalium in unam: *mi* enim pro *mihi*
 positum est. nisi potius hypermetrum verum esse
 dicam, cum sequens incipiat à vocali, quo quid-
 dem modo nulla erit syncretis, sed ultima tantum
 vocalis abijcietur. Maxime autem aper Arcadium
 vastans ab Hercule vivus ad Eurytheum fuit ab-
 tus, quo visò rex timore percussus in aereo sevale
 scribitur abscondisse. auctor Diol. REGIUS. De
 hoc in octavo, & etiam sic Epil. IX. 87.

Ut Tegeaus aper expressisset Erymantho
 incubat, & vasto pondere laedit humum.
 CIOFANUS. *Nec non*, vel, *ne* in nonnullis ver-
 tes. *nec trux* alter Erfurt. ut lib. X. 715.

Trux aper insequitur. HEINSIUS.
 192. *Hydræ.*] Nota fabula est Hydræ Ler-
 naeae, quae cum septem capita haberet, anore-
 cisco, duo in locum illius renascantur, hinc
 Calaber breviter his versibus notat lib. VI. 112.

Ἄγχι δὲ ἐν πηλοῦργο μὲν πηλοδινῶν ἔστι
 Αἰὶν ἰσχυρότατα κερὰτα ἐν ἀδριανῶν,
 Ἄδρα μὲν ἐδ' ἄλλο καὶ ἔστιν, ἄλλο δὲ ἄλλο
 Ἐξ ἑλίου μάλα πηλὸν, πῦρ δὲ ἔστιν Ἡρακλῆος.
 Οὐρανόθεν ἔδραον, ἰσχυρότατον φέρων
 Ἄδρα, ὃ μὲν ἑμῶν κερὰτα καὶ ἀδριανῶν,
 Ἄδρα τὸν ἀνοδόντι ἴσθμῳ. Ἄδ' αὖ καὶ πηλοῦ
 ἀδριανῶν, πηλοῦ δὲ κατ' ἄνωθεν ἔστιν ἴσθμῳ.

MICYLLUS. De hoc Ep. IX. 95.
 Quaeque redundabat secundo vulnere ferunt
 Ferulis, & damni ditior ipsa fuit. CIOFANUS.

194. *Quid? cum Thracis equis.*] Diomedes re-
 Thraciae, qui hospites equis suis lacerandos obi-
 ciebat, ab Hercule de vita & equis ipsis fuit h-
 tant.

195 Plenaque corporibus lacris praefepia vidi,
 Vifaque dejecti, dominumque ipsosque peremi?
 His elisa jacet moles Nemeaea lacertis?
 Etæc coelum cervice tuli? defessa jubendo est
 Saeva Jovis conjux: ego sum indefessus agendo.
 200 Sed nova pestis adest: cui nec virtute resisti,

Nec

itus. Hos vero ad se adductos Eurytheus Junoni
 sacavit, quorum progenies usque ad Alexandrum
 Macedonem durasse fertur. REGIUS. Atque haec
 ex Diodori quinto. Ovidii autem sententiam, qui
 equos una cum rege suo preemptos ait, etiam Ca-
 liber lib. VI. 245. confirmat. Cujus versus sepe
 eadem fabula, hi sunt:

— Ἄμψι δὲ δουραὶ
 Ἐργίῳ κὶν ἔπιπυ ἴσθμῳ ἀνοδόντι ἴσθμῳ
 Ἀδριανῶν, καὶ τὸν μὲν κὶν ἔπιπυ φέρωντες.
 Ἄδρα τὸν πηλοῦ κατὰ φέρωντες, δὴ τὸν. MICYLLUS.
 Epil. IX. 67.

Non tui succurrit trudi Diomedis imago,
 Effugit humanæ qui dape pavit equos.

Et vers. 89.
 Non tibi Thracis affixa panatibus ora,
 Non hominum pingues caedat tacentur equos.

Et in lib. 401.
 Et qui terribilis pro gramen habentibus herbis
 Impis humano viscera pavit equos.

De Herculis laboribus copiose admodum scribit
 Apollodorus lib. II. Vide etiam quae nos collegimus
 sub principium lib. XV. CIOFANUS. *Quid cum prim.
 sec. Medie. Cantabrig. S. Marci, Neapol. Berneg-
 ger & septem aliis. Thraxas Neapol. Bernegger. &
 unus Volf. Lege, Thraxas equos. quomodo Noti-
 cus à manu prima. Statius Theb. VI. 486. de sis-
 dem.*

— sed Thraces equos ut videre jacentem
 Hesperiam, redit illa famae.

Sicut Iulianus libro III. 38.
 Jura Thraces equi, pestisque Erymanthia & aitis
 Aniplex ramos superantia cornua cervas,
 Apollinar. Carm. IX. de Hercule:
 Cui fas, cervæ, leo, gigas, Amazon
 Thraces equi, boves liberæ,
 Partaque pelus polam dederunt.
 Paulo post plurimi codices addunt:
 Illi jacet horrendum Tiberino litore monstrum.

Vel, *Cacus & horrendum*. Sed cum in simili pro-
 fus nelli hujus querela apud Senecam Hercule
 Octavo & Ciceronem Tulcul. Quactil. nulla Caci
 casus fat, ne hîc quidem est admitienda.
 HEINSIUS.

195. *Pinguis.*] Ita etiam vocat Senec. Herc. Oet.
 25. sed unus Gronovii & unus Leidensis hic, *fan-
 gine pinguis*. ut Claud. praefat. lib. II. de Rapt.
 Et Diomedes sanguine pavit equos.

Et ita Ovidius quoque locis à Ciofano adductis.
plena Junian. praeterea *equas*, & mox *ipsasque* mus
 Balficentis. vid. ad Ep. IX. 68. BURM.

196. *Vifaque dejecti, dominumque ipsosque peremi?*
 Ipsos laud dubie equos refert, quos tamen Iulio-
 nici quidam ad Eurythea adductos sciantur, ac ab
 eo Junoni sacratos, eorum progeniem ad Alexan-
 dri usque tempora durasse. sed apparet Ovidium
 alios secutum anteriores. GIAREAN. Argos etiam
 perichætos vivos equos Bassus & Julius Modestus
 apud A. Gellium lib. III. cap. 9. prodidere, & ex
 horum genere equus ille Argivus progenitus di-
 citur, quem *Sejanum* appellant, cujus hoc fatum
 erat, ut quisquis eum possideret, is cum omni
 domo familiarique ad interfectionem deperiret. pro
 dejecti, conjecit Leidens. dejecti Oxon. Heinsius male-
 bat dejecti. vid. lib. XII. 108. BURM.

197. *Moles Nemeaea.*] Pausanias in Corinthiacis:
 lib. II. cap. 15. Ἐν Κλωναίῳ δὲ ἴσθμῳ ἐστὶν ἰσθμῶν
 ἴσθμῳ, καὶ μὲν ἀδριανῶν ἰσθμῶν, καὶ τὸν ἰσθμῶν, καὶ ἐπὶ
 ἐπὶ τῷ καλκίῳ Τεγεῶν ἐπὶ μὲν ἐστὶν ἀδριανῶν
 ἴσθμῳ, τὸν μὲν δὲ ἴσθμῳ ἰσθμῶν. ὅ ἐστὶν τὸν
 ἴσθμῳ τὸ πηλοῦ κατὰ τὸν ἴσθμῳ, καὶ ἐστὶν Νεμεαίᾳ
 ἴσθμῳ ἀδριανῶν τὸν ἴσθμῳ τὸν ἴσθμῳ, &c. Ubi illud
 obiter notandum, locum eum τὸν ἴσθμῳ à Pausania
 dici, quem Diodori interpretes *Tritonem* verit. MI-
 CYLLUS. *Pestis* prim. Gronov. & prior Twide-
 nius. ut Epil. Deianiræ IX. 61.

*Nempe sub his animam pestis Nemeaea lacertis
 reddidit.*

Auctor Herculis Octavi 1192.
 Utinam meo trare satiasset fas
 Nemean rictus pestis!
 Postea *volans Novaeacum* non semel appellavit. sic
 & *pestis Lernæa* Lucretio. sed hoc Nalons loco,
 quia *pestis* mox sequitur, nil animum mutare. HEINS.
Proles Nemeaea Sixii codex.

198. *Cacus & horrendum Tiberino gurgite non-
 strum.*] Quod post vers. 197. legebatur carmen:

Itis Cacus horrendum Tiberino in litore monstrum.
 Quod & syllaba repugnat, & in plurimis antiquis
 exemplaribus non invenitur, ideo nos repudian-
 dum arbitrati sumus. sunt tamen qui nihil reti-
 nere, sed corrigant. Quidam, *Itis jacet horron-
 dum*. Quidam, *Cacus & horrendum*. NAUGER.
 In omnibus antiquis legitur: *Itis Cacus horrendum
 Tiberino litore monstrum*. Alibi vero primam hujus
 nominis *Cacus* producit. Quare forte ab aliis illo

Nec telis armisve potest. pulmonibus errat
 Ignis edax imis, perque omnes pascitur artus.
 At valet Eurytheus, & sunt, qui credere possunt
 Esse Deos? dixit. perque altum faucibus Oeten
 205 Haud aliter graditur, quam si venabula tigris
 Corpore fixa gerat, factique refugerit auctor.
 Saepe illum gemitus edentem, saepe frementem,
 Saepe retentantem totas infringere vestes,
 Sternentemque trabes; irascentemque videres
 210 Montibus, aut patrio tendentem brachia coelo.
 Ecce Lichan trepidum, & latitantem rupe cavata
 Adspicit: utque dolor rabiem collegerat omnem;
 Tunc, Licha, dixit, feralia dona tulisti?
 Tunc meae necis auctor cris? tremit ille, pavetque

Pallidus;

215 Pallidus; & timide verba excusantia dicit.
 Dicentem, genibusque manus adhibere parantem,
 Corripit Alcides; & terque quaterque rotatum
 Mittit in Euboicas, tormento fortius, undas.
 Ille per aërias pendens induruit auras.
 220 Utque ferunt imbres gelidis concrefcere ventis;
 Inde nives fieri; nivibus quoque molle rotatis
 Adstringi, & spissa glomerari grandine corpus;
 Sic illum validis actum per inane lacertis,
 Exsanguemque metu, nec quidquam humoris habentem;
 225 In rigidas versum filices prior edidit aetas.
 Nunc quoque in Euboico scopulus brevis emicat altè
 Gurgite; & humanae servat vestigia formae.
 Quem, quasi sensurum, nautae calcare verentur,

Adpellant-

modo emendatum est. Ego nihil contra scriptos
 libros mutandum cenſeo. In Briantii tamen libro
 non est, neque in Capran. In meo quoque anti-
 quiore manu recenti repositum est in ora. CROF.

198. Hae caelum cervicē tūlī.] Epit. ix. 58.

Cui caelum sacina parva fuit.

Ad priorē locum videtur respexisse Seneca in
 Hercule Octavo:

Ubi illa, quae mundum tulit,
 Stelligerā cervicē?

Et ad posteriorem quoque:

Cui totus aether pondus incedit leve. IDEM:

108. Desessa jubendo est Saeva Jovis conjux: ego
 sum indigestus agendo.] Huc pertinet, quod ait
 Ep. ix. 24. Non potuit Juno vinere, vincit amor.
 Hunc locum expressit idem Seneca in Herc. Fu-
 rente, apud quem ita loquitur Juno vers. 41.

Minoque labor est Herculi ipsa exsequi,
 Quam mihi jubere: laetus imperia exscipit.

IDEM. Conjux sola Jovis Vollian.

200. Sed nova pestis adest.] Totum hoc lacer-
 renter recenſetur ab ipſo apud Senecam, ubi inci-
 pit Herc. Oer. 1134.

Convulſa Titan clare ambulantes equos.

CROFANUS.

201. Nec telis armisque.] Armisve Leidensis &
 quatuor ali. armisque quinque, horisque Bonon.
 mox ſpurgant artus unus Medic.

203. Et valet.] Admodum variant codices. Aut
 valet duo. & valet unus. id valet Cantab. & qua-
 tuor ali. hoc valet, id valet, aut valet, haec valet,
 ad valet, a valet & similia ali. unus etiam, ad
 manet.

204. Perque altum.] Altum Florent. S. Marci
 & quidam ali. recte. vid. ſup. y. 165.

205. Venabula taurus.] Cervus duo veteres, si-
 gis Florent. S. Marci. alter Hamburg. jordan. de-
 inde, reſiderit auctor unus ex melioribus mss.
 HEINSIUS.

207. Saepe frementem.] Dignus omnino He-
 cule fit, si reponas, frementem. quod animum in-
 dignantem exanimatum refert. & sic codex, quo
 Carolus Sprotus me donavit. & ita apud Senec.
 Herc. Oer. 1679.

Et dirum frementem,

Qualis per urbes daxis Argolicae canem.

Deudent prim. Bonon. gementem Cantabrig. &
 prim. Gronov. In antiquis codicibus haec duo ver-
 ba saepe confunduntur ut Met. i. 244. similes
 quo frementi Adiciunt. ubi scripti plerique, tremant.
 apud Stat. quoque iv. Silv. viii. 15. repen-
 dum:

Dulcis fremitu cece timuit

Tot dominis clamata domus.

Ubi pro strepit. & perſonas ponitur, neque enim
 fremitus semper est indignantium. Maro iii. Ae-
 neid. 338.

Plausu fremituque secundo.

Apud eundem Stat. iii. 606.

Aut ſeres ubi turba ducum vulgus frementis.

Ubi male mutant MSS. HEINSIUS. Ita inf. 211
 128.

Currū fremebundus ab alto

Defili.

Ubi etiam quidam codices tremebundus. vid. ad
 lib. i. 199. & iv. 136. & alibi.

208. Infringere.] Refringere Genet. & una
 Heinsii. quod rectius puto. infringere sicut Cap-
 ferreus conjicit, quia effragere vestes duram & in-
 ſtatam. sed in mollius est sivas infringere: dicitur
 100.

mentatum cum dicit, nihil oblat mentio vestium
 Jan y. 106. facta. BOKM.

209. Inſtantemque videtur Montibus.] Sic & co-
 dices veteres. Repone nihilominus, inſtantem-
 que. libro xiv. 188. de Polyphemo haec imitatus:

Ue quidam totam fremebundus obambulat Aetnam,
 Prætenaque mana silvas, & luminis orbis
 Rapidus inſtat.

Ubi etiam legebatur perperam, gemebundus. HEIN-
 SIUS. Sed contra codices nihil mutare ausim; &
 potest distinctione locus juveni: si irascentem ab-
 solvite capitamus, & deinde, brachia tendentem mon-
 tibus aut celo, conjunctim dictum esse intelliga-
 mus. BOKM.

211. Ruper cavata.] Cadacā Gebh. 111. Crep.
 23. ex Palat. ut Curtius imminentes petras dixit
 lib. vi. 4.

212. Utque dolor rabiem collegerat omnem.] In
 Domim. lib. Collegerat ingens. CROF. ingens Canta-
 brig. ſec. Pal. septem ali. HEINS.

213. Feralia dona tulisti.] In uno meo, Faria-
 lia dona. Haec autem, ut hic ait poeta, Lycae de-
 tulit Deianira, superior ejus uxor. Quod etiam do-
 cet Seneca. Sed eam Hyllus excusat: ait enim
 hujusmodi facinus Nessum perpetrasse Herc. Oer.
 1468.

Nec fraude matris Nessus hos struxit dolos,

Plūs sagittis qui tuis vitam expulit.

Crucore similia est palla somniferi, patet.

Ovidius quoque ipse paulo supra ait, Nessum ex-
 cussisse Deianira: & calido vehemens similia cruors
 Dat manus raptae. Vide etiam Sophoclem in Tra-
 chinias. Et ipse sic etiam in Ivide: Quam qui do-
 na tulit Lernaeo similia veneno, Euboicasque suo sa-
 pientis tinxit aquas. CROFANUS. Duo veteres, tu-
 194. In Ivide 491.

Quam qui dona tulit Lernaeo similia veneno,
 Euboicasque suo sanguine tinxit aquas. HIERO:
 Epist. vi. 77. Deum feram templis, & ita passim.

214. Tu me necis auctor eris.] Hunc locum
 expressit Seneca in Octavia:

ego causa tuas

Miserandae necis, natoque tuo
 Funeris auctor. CROFAN.

Erst Langem.

216. Dicentem, genibusque manus adhibere par-
 rantem, Corripit Alcides, & terque quaterque ro-
 tatum Mittit in Euboicas, &c.] Seneca in Hercu-
 le Furente, 1007.

Et blandas manus

Ad genus tendens, voce miseranda rogat.
 Scleris infandum, tristo, & adspetu horridum;
 Dextra precantem rapuit, & circa furcis
 Bis, ter rotatum misit: at illi caput
 Sonat, cerebro testa disperso madent. CROFAN.

217. Corripit.] Arripit Gronov.

211. Nivibus quoque molle rotatis.] Molle scri-
 bendum, ut ad corpus referatur. id quod Beriman-
 nus jam vidit. HEINSIUS.

223. Jactans per inane.] Alter Regius, actum. ut
 libro xiv. 184.

Vidi iterum valuti tormenti viribus alla
 Vassa Giganteo jaculantem saxa lacerta.

HEINSIUS.

225. In rigidas filices.] Rigidas unus Medicus &
 Ruyensdorpi. est enim filix communis generis.
 infra hoc ipso libro y. 613. rigidas filices mem-
 brante etiam agnoscunt. & lib. xi. y. 225. & lib.
 x. 243. sic dicitur filix Virgilio Aen. vi. & Elejia ad
 Mellallam. Vide Trist. iv. Eleg. vi. infra hoc libro
 Min m 3. y. 363.

Adpellantque Lichan. at tu, Jovis inclyta proles,
230 Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,

Inque pyram structis, arcus, pharetramque capacem,
Regnaque visuras iterum Trojana sagittas,

Inque

Ferre

ps. 303. moturaque duras varia queror silices. ita
primus Moreti. HEINSIUS. In rigidum silicem
quinque libri.

226. Nec quoque in Rubico scopolus brevis emittit
altis. Hoc quoque dubitationem merito lectori
movere potest, quomodo brevis scopolus altè
emittit, praeterim cum tentio deinde versus nante
eum calcare vereantur. Commentatori hoc en-
narrandum erat: nos, quia lectionem non impe-
dit, studiosis, ut quaedam alia in his annotationi-
bus, perquirenda relinquimus. GLAREANUS. In meo
antiquire altis, per o, non altè per e legitur.

Quam lectionem magis probat Galeus mens, à
cujus sententia discedere nehas puto. CROFANUS.
Non obtempero viris doctis emendaturis alto: quid
sic ageret pò gurgite? nam & scopolus brevis, hoc
est exiguus, non latus altè emittere potest. deinde
tunc MS. Pal. pro emittit, emittit, hoc est àλλος
ἐπετίλλαι ἔγω, repraesentat. Quod ego cum
Cruero meo longe vulgato praeferam. Recte ante-
m Riccartus noster literis ad me brevem scopolus
interpretatus est exiguum, quomodo apud Ictos
(sic porro ait) brevis supellex, brevis pedulum apud
Lampadium in Severo. brevis lapillus apud Ser-
vium. Tacitus, brevi assidue quamvis magna trans-
igebat. haec ille, vir singularem ob doctrinam at-
que humanitatem mihi colendus. addo ego apud
Ovidium Epistola Dididis, brevis impensa. Impensa
impensa nostra sepulchra brevi. Sic contra apud A-
pulianum longa dote. Si mulier vidua & medicus for-
mā nubere volens longa dote & molli conditione in-
vitasset juvenem, neque corpore, neque animo, ne-
que forma poenitentiam. Nil illi mutandam. sic
puillo ante, datam grandem & uborem dixit. GER-
HARD. Lib. III. Cap. 23. Alto vetuliores plerique,
Scitò, in Euboeis alto Gurgite. vel, Euboeis alti,
Euboeam, ut Aegaeus, icarium, & similia. P. F.
Clem. Perieg. p. 387.

Floccibus Aegei primitis quae tunctur alti.
HEINSIUS. vid. xi. 150.
229. Appellatque Lichan. Sive à λίσσι, quod
ἐλίσσισι, hoc est, impellere atque impetum facere
significat, sive etiam à forma. λίσσι enim Grae-
cis ἀπέτυπον, haec enim abruptam ac truncum si-
gnificat, ut intelligamus scopolum hunc à reliquo
Cenaeco velut abruptum quandam & detrunatum
apparere. ac videatur Ovidius vocem ἀπέτυπον re-
dere voluisse, quando brevem vocat supra. Nunc
quoque in Euboea, inquit, scopolus brevis emittit
altè Gurgite, &c. nam vetulum emittit altè, pro
apparet ex alto, vel in alto, ipse accipiendum pu-
to. MICILLUS.
229. At tu, Jovis inclyta proles, Arboribus cae-
sis, &c. Qua de re sic Seneca Herc. Oet. 1483.

Caedatur omnis Silva, & Oeteum nunc
Sustipiat ignem. Herodesm accipiat regas:
Sed ante mortem: tu genas Poentium
Ite triste nobis juvenis officium optata.
Et 1603.

laeto venit ecce vultu
Quem tulit Poens, humerisque tela
Gessat, & notas populus pharetras
Herculis heres.
Et vs. 1628.
Arcumque possit, accipe haec, inquit, fate
Poentem dona: & manus Alcides cape,
Et Troad. vs. 135.
Eis pulsari Dardana Grajo
Mecum ferro, hisque pharetras
Passa Herculeas.

Haec Senecae loca cum hoc Ovidii nostri junc-
tum cum ita contulisset, animadverti Apollodo-
rum lib. II. & à poeta nostro, & à ceteris aliis,
qui de hac re locuti sunt, dissentire. Sed, ut haec
studiose plenius intelligant, ea, quae in illo Apol-
lodori loco B. Aegius annotavit, huc afferre non
me piget: sunt enim cognita digna. Aegius verò
sunt, super his Apollodori: Πάλας παρών πὶ λέρου
ποιήσαν ἱστῆσαι. νετὸ καὶ τὰ εἴδη ἰδοῦσαν Ἴφραλέ.
Apollodorus hic Hercules pyram à Poente suc-
censam fuisse apertissime dicit, escue de causa il-
lum ab Hercule sagittis donatum fuisse dubio pec-
culi affirmat. Hunc locum superioribus diebus cum
Guilielmo Sirleto me contulisse memini, ab eoque
quaesivisse, quidnam de eo Apollodori loco senti-
ret. tum ille Apollodorum contra omnium plene
sententiam, eam de Poente historiam recedere
dixit, mihique, ut est vir memoriae singulari, ve-
rum alterunve ex Sophoclis Philocteti locos me-
moriter recitavit. tum quoque in mentem mihi
revocavit, ut in II. Variarum Lecl. cap. 15. Pe-
trus Victorius Ciceronis μεγαλειότης εφεύρα hic
esse scribit, quod à Philoctete Hercules rogum in-
flammatum fuisse, & ab Hercule sagittas accepisse
retulit in II. Tuscul. Quaesit. libro cap. 7. etique
in re Victorii sententiam Guilielmus noster non s-
tis probare mihi visus est: ego verò neque ita mihi-
to pōit revolvendis rerum scriptoribus totum me
tradiidi, ut an Cicero memoriothe vno peccasset,
tandem reperirem: revolutis itaque infra scriptis
hifce cum Graecis tum Latinis auctoribus, eorum
omnium calculis Ciceronem rectè dixisse, neque
ullo memoriae lapsu decessisse inveni. Quare, ut
Valvi, si hanc rem paullo, quam ad annotationi-
culurum mearum modum spectat, latus enarra-
aequo animo feras. nam Cicero noster, cui pluri-
bus nominibus nemo non debet, à calamitati ex-
pendendus est omnino. Sed jam à Sophocle, quae

ipse tellem adducit, incipiamus: is enim pro Ci-
cerone autentissime flare videtur his in Philoctete
sentis, ubi Neoptoleimum alloquitur Philocte-
tes vers. 659.

Ὅρα το φαίης, ἔστ τ' αὖ τίνα σίμας,
Ὀς π' οὖν το δ' εἰσορῶμαι πρῶτον
Ὀκείαν ἄνακτος. ἔστ' οὖν οὐραίας ἰδίον,
Ὀς παύκα κρησαν. ἔστ' φίδος, ἔστ' τοῦ ἴμεν
Ὀκείαν μ' ἵψιον ἔστ', ἀνερασε πύρα.
Ὀκείαν παύκα τοῦ τοῦ ἐξ ἰσορῶμαι,
Ναὶ δὲ τὰ ἴμα καὶ κρησαντῶν βροτῶν
Ἀετῶν πρῶτον τοῦ δ' ἰσορῶμαι μένοι.
Ἐπειὸν οὖν αὐτῶν, αὐτ' ἐπετελέσθη.

Haec Sophocles, qui manifestissime docet ab Her-
cule sagittis Philoctetem dono habuisse, quin etiam
idem paulo inferius, vs. 793. quod te minimè
sugit, comprobat:

Ἐπειὸν ἂν σπονδὴ καθῶ τοῦ πρῶτον
Τοῦ δ' αὖς παύκα ἀπὸ τοῦ ἵπ' ἵμας,
Ἀ το σὺ ἐλέγες, τῶν ἰσορῶμαι ἄρδης, &c.
Solum hic Senecae Tragedici ex Hercule Oetaeo
eadem de re pro Cicerone locos: ille enim Phil-
octetem inducit sic loquentem vs. 1603.
laeto venit ecce vultu,
Quem tulit Poens, humerisque tela
Gessat, & notas populus pharetras
Herculis heres.

Itidem, ut vides, appellat Herculis, Poentis
illum. & idem eadem ex Tragedia non longè à
superiore loco vs. 1640. inquit:

Ut pectus Oetae, ac suis oculis rogum
Lustravit, omnes fregit impostus trabes,
Arcumque possit, accipe haec, inquit, fate
Poentem dona, & manus Alcides cape.

Et quid, mi Valvi, putas Victorium illum nostrum
à negatum tam clarum testimonium? quo Phil-
octetem & ignem rogo subjecisse, & ab Her-
cule sagittarum munus accepisse, non Poentem
potem Seneca cum suo Sophocle docet, & mox
subijcit vs. 1656.

Nec sinit unquam dexteram hic arcus tuum
Liberas telam didicit, & certam dare
Rogum sagittas: istam non fallunt iter
Emissa nervo, tu tantum praetor
Arcumque ignes, & fasem extremam mihi.

Et reliqua ibi ad hanc rem facientia omitto. Stat
etiam Ovidius in Transformationibus apertus pro
Cicerone defensor hoc suo testimonio:

At tu Jovis inclyta proles
Arboribus caesis, quas ardua gesserat Oete,
Ipsa pyram structis arcum pharetramque ca-
pacem
Regnaque visuras iterum Trojana sagittas

Ferre Juleus Poentem fatem, quo flamma ministris
Subdita, demque avidis comprehenditur ignibus:
agger.

Ad haec Dictys Cretenfis, quem cum Idomeneo
in bellum Trojanum profectum fuisse ajunt, Phil-
octetem, ubi, cum ad Deos rediret Hercules, ejus
tela dono accepisse memorat. id neque Lucianum
laetit, id neque Servius noster ignorasse videtur,
qui in Aeneid. III. vs. 450. Philoctetes, inquit,
Poentis filius, Herculis comes, quem Hercules cum
hominem in Oeta deponeret, petiit, ne alicui sui cor-
poris reliquias indicaret, de qua re cum jurare con-
sulit, & et pro munere dedit sagittas herone sele
tintlas, & reliqua ibid. Equid? nam Sicilia Dio-
dorus longè antea id confirmavit? cujus verò,
quod Graeci mihi exemplaris copia non est, Latina
sic subscribam. Hercules, ille inquit, desperatis
salute, ubi in rogum descendit, rogat, qui cum
eo erant, ut ignem submittant. quod cum facere au-
deret nemo, Philoctetes solus, sagittarum ergo, quas
ei Hercules reliquerat, pyram inflammavit: neque
sanè Homeri in Iliad. B. vs. 724. Scholiographum,
quifquis ille fuerit, id praeterit. ἐπεὶ οὖν, inquit,
ἡμεῖς, πρῶτον ἦ Ἡρακλῆς τῆξεν καὶ ἀλίσκουτο Ἰλιον.
ὡς π' ταῦτα εὐκαταίως, ἰσχύοντα ἀντὶ τοῦ Ἡρα-
κλῆος, καὶ δ' ἠμαυρὸς διαλύσαντο, ἀλλὰ ἰσχυρῶς ἐστὶν
ὄντιν τῶν Ἡρακλῆος παρὰ ἐστὶν ἐκείνου αὐτῶν, ἰσχυρῶς ἂν
Φειλακτῆρος. Teli hic Hercules Philoctetem filium,
pyram hic Hercules Philoctetem, non Poentem
patrem succendisse manifeste refert: memoriothe
ne vitio Cicero erravit, cum tot praeciti pro eo
testimonia dicant auctores? Huc accedat Philocte-
ti locupletissimi telis ex Imaginibus cap. 17. au-
thoritas. Θεοπέπων, inquit hic, ἰσχύοντα τῶν ἡρώων εὐ
Φειλακτῆρος ἐστὶν καὶ οὐκ ἔστιν ἄλλος ἄλλος, ἂν
ἂν ἐστὶν ἐκείνου ἑκάστου παρὰ αὐτῶν, καὶ ἐστὶν ἐκείνου
αὐτῶν, καὶ ἐστὶν ἐκείνου αὐτῶν, ἰσχυρῶς ἂν
Φειλακτῆρος. Comitem administrantem Herculis Phi-
loctetem, ait Philostratus, ac mercedis ergo sagittas
ab eo accepisse pro subjacta in rogum Herculis flamma.
Subnectamus & alterum ex Heroicis cap. 5. cla-
rissimum illud tanti viri testimonium, cum dicit:
Φειλακτῆρος ἂν φαίνεται ἐκείνου πρὸς ἂν τῶν ἡρώων,
ἀρετῆς δ' ἀδελφῶν ἐκείνου, Ἡρακλῆος φαίνεται εὐ ἂν παρὰ
αὐτῶν καθὸν αὐτῶν καὶ κληρονομήσει λόγοι τῶν ἡρώων,
ὅπου Ἡρακλῆς αὐτῶν τῶν ἀδελφῶν φησὶν, αὐτῶν
πηρῆστασθε, καὶ τὸ ἐστὶν ἐστὶν ἀρετῆς. Intelligi' ut
hoc quoque in loco Philoctetem pyram Oetaeam
succendisse, & ab Hercule sagittas accepisse cum
Cicerone Philostratus scribat, subjiciantque ἡρώων
Φειλακτῆρος ἐστὶν Τρωίον ἐστὶν ἡρώων, ἐστὶν ἡρώων
ἐστὶν, ἀλλὰ ἡρώων πρὸς ἂν ἡρώων, ἡρώων ἡρώων
ἡρώων ἡρώων, ἡρώων ἡρώων ἡρώων ἡρώων
ἡρώων ἡρώων ἡρώων ἡρώων ἡρώων ἡρώων ἡρώων

Ferre jubes Poeante satum: quo flamma ministro
 Subdita, dumque avidis comprehenditur ignibus agger;
 235 Congeriem silvae Nemeaco vellere summam
 Sternis: & impostae clavae cervice recumbis,
 Haud alio vultu, quam si conviva jaceres,
 Inter plena meri redimitus pocula tertis.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

Hercules in Deum.

^a Hercules in Oeta Thessaliae monte, praesensu irogo, ac sagittis traditis Philoetae Poeantis filio, ^b qui ejus pyram struxerat, flammis exustus est: ita ut ^c immortalium deorum jus à Jove in coelo reciperet, & aliquando placatâ Junone, filiae ejusdem nomine Hebae jungeretur. ^d Dejanira autem, re audita ipsa se interfecit.

240 **J**Amque valens, & in omne latus diffusa sonabat,
 Securosque artus, contemto remque petebat
 Flamma suum. timere Dei pro vindice terrae.
 Quos ita (sensit enim) laeto Saturnius ore
 Juppiter adloquitur: Nostra est timor iste voluptas,
 O Superi: totoque libens mihi pectore grator,
 245 Quod memoris populi dicor rectorque paterque:
 Et mea progenies vestro quoque tuta favore est.
 Nam quamquam ipsius datur hoc immanibus actis;
 Obligor ipse tamen. sed enim, ne pectora vano

Vide

γάρτατα, καὶ ἰδέσθαι τὴν βελονήσαντων ἐκωνδισθῆναι.
 Senem ac robusto jam corpore, ac viribus constantem ait Philostratus venisse Philoctetem ad bellum Trojanum. Deum, si placet, Cointum illum Smyrnaeum, cognomento Homericum, hunc tanquam Colophonem addamus: is enim supra scriptorum auctorum sententiae minime favens, subscribit ἐν τοῖς μὲν Ὀμηροῦ lib. x. vs. 203. ubi Herculem arma sua à Vulcano fabricata Philoctetae Poeantis filio dono dedisse, narrat, cumque illius amicum ac contubernalem fuisse, refert, cum ait:

Καὶ τὰ πρὸς ἂν τὴν ἀπὸ κλοπῆς ἔχουσιν ἡ φιλία
 Ομηροῦ ἠεὶ καὶ τῶν ἄλλων παλαιῶν ἑρμηνείων
 Περὶ τῆς, μὴ δὲ ἀπορροφῆσαι τὸν ἄνθρωπον,
 Ἀδὲν δὲ αὐτὸν ἐν τῶν ἄλλων, ἀναρῶν λαός.

Quos veritas sic verit Quintinus Spinens, civis meus, juvenis quidem eruditus & ingeniosus:

Quae quondam in vultu doctam subrepta per actum
 Alcides Vulcani tuam gestaverat artem,

Oetae ad superos jam iam rediturus ab igne,
 Illa Philoctetae claro donavit alumno.
 Hic se sol exultans telis Poeantia proci,
 Nunc hos, nunc illos hostes demittit ad aera.

CROFANUS.

232. *Visuras.*] An, *Verfuras.* HEINSIUS. *Bellaque visuras* Leidensis.

234. *Compenditur.*] *Componitur* Cantabrig.
^a *Hercules.*] Deest Roener. Tandem Hercules Miccyl. Colon. qui hoc argumentum continuè precedenti. in Parm. & Lugd. incipiebat, *Thessaliae monti.*

^b *Qui ejus.*] *Qui ei pyram conftruxerat.* Colon.
^c *Immortalium deorum jus.*] Sic edidit Roenerius. Sed MS. cum Venet. & Miccyl. *immortalis jus.* Forte, *immortalitatis jus.* MUSECENSIS. *Immortalitate ejus* ejus à Jovo reciperetur. Colon. *Immortalitate ejus* Marg. Miccyl.

^d *Dejanira autem.*] Haec ultima absum à Colonicis.

241. *Timore.*] *Timore* quatuor. *videlicet* nandi septem.

245. 31.

Fida metu pavcant, Oetaeas spernite flammis.
 250 Omnia qui vicit, vincet, quos cernitis, ignes,
 Nec nisi maternâ Vulcanum parte potentem
 Sentiet. aeternum est, à me quod traxit, & expers,
 Atque immune necis, nullaque domabile flammâ.
 Idque ego defunctum terrâ coelestibus oris
 255 Accipiam, cunctisque meum laetabile factum
 Dis fore confido. si quis tamen Hercule, si quis
 Forte Deo doliturus erit, data praemia nolet;
 Sed meruisse dari sciet; invitusque probabit.
 Adfensere Dei. conjux quoque regia visa est
 260 Cetera non duro, duro tamen ultima vultu
 Dicta tulisse Jovis; seque indoluisse notatam.
 Interea, quodcumque fuit populabile flammae,
 Mulciber abstulerat; nec cognoscenda remansit
 Herculis effigies; nec quidquam ab origine ductum
 265 Matris habet: tantumque Jovis vestigia servat.
 Utque novus serpens, posita cum pelle senectâ,
 Luxuriare solet, squamâque virere recenti;
 Sic, ubi mortales Tyynthius exiit artus;
 Parte sui meliore viget; majorque videri
 270 Coepit; & augustâ fieri gravitate verendus.
 Quem pater omnipotens, inter cava nubila raptum,
 Quadrijugo curru radiantibus intulit astris.

FAB.

245. *Refert.*] Tutor unus Basil.

247. *Dati hoc.*] *Datur hoc* Florentin. S. Marci, sec. Medic. & multi alii. HEINS.

247. *Immanibus.*] *Infiguibus* actis Medic. unus & Leidens. quod defendi posset ex Epil. III. 127. sed vult. ad lib. II. Trist. 335. BURN.

253. *Nullaque domabile flammâ.*] *Nullique* unus meus. *Legge, nullaque flammâ.* ut infra 262.

— quodcumque fuit populabile flammâe.

Ita enim vetuliores omnes. pro *immune necis* Florentinus S. Marci, *immens* sicuti HEINS. Ita inf. XIV. 253. *nullis penetrabile telo* ex MSS. & mox vult. 261. eadem varietas.

257. *Praemia nolet.*] *Imo nolet* cum colligationibus HEINS. Forte,

Doliturus, et haec data praemia nolet:
At meruisse dari sciet.

Et enim est in Moreti.

261. *Notatam.*] *Notata est* quatuordecim scripti. Tom. II.

notata totidem. *notatum* unus Moreti. *notatum* Basil.

263. *Flamma.*] *Flammâe* Cantabr. & infiniti alii.

264. *Ab imagine.*] *Ab origine* Gronov. Medic. follemni permutatione. *matris erat* etiam in Medic. altero.

267. *Nitens.*] *Virere* Palat. & Ambros. & haec verba passim confunduntur. vid. ad lib. II. 795. & alibi.

271. *Raptum.*] *Trastum* Cantabr.

272. *Quadrijugo curru.*] *Triumphali.* Innuit enim Herculem cum maxima gloria triumphantum more in coelum fuisse sublatum. REGIUS. Obiter autem poeta videtur & illam fabulam attingere, quâ Hercules inter sidera relatus fertur; dimicantis specie: quod fidus à Graecis *Engouastin*, hoc est, genicularis appellatur. De quo Hyginus lib. II. MICULLUS.

Nann : 8 Alf

FAB. V. ARGUMENTUM.

Galanthis in mustelam.

Almene cum ex Jove conceptum Herculem propter Junonem parere non posset, implorata ab ea partibus praesidens Lucina, quam quidam Ithiyiam interpretantur, ad fores reginae venit. Et cum in terra residens uexis manibus partum retardaret, Galanthis praeministra confressit eam, suspicataque est eo gestu impedimento esse dominae suae, quominus pareret, et providentia dolam videns, ementita est Almenam partu solutam. At illa imprudens resolutis manibus Almenam cruciata liberavit. Cujus astutiam gravissima poena est profecuta: namque eam in mustelae figeram concepit, ita ut ore, quo mentita est, pareret.

Sensit Atlas pondus, neque adhuc Sthenelcius iras Solverat Eurystheus; odiumque in prole paternum Exercebat atrox, at longis anxia curis Argolis Almene, questus ubi ponat aniles, Cui referat nati testatos ore labores, Cuive suos casus, lölen habet. Hercules illam

Imperii,

Almene.] Alcmena Micvll. Colon. Implorata ab ea.] Implorata Junone ea quae partibus praesidens Lucina Raen. Implorata ab ea Lucina partibus praesidens, quae Ithiyiam interpretatur Colon. Ithiyiam interpretantur.] Ithiyiam MS. Horat. Carm. Saec. lenis Ithiyia. Sciol. Diana à nobis quidem Lucina dea, à Graecis autem Ithiyia dicitur: sic et Homerus eam nominat, quia parientibus favere putabatur. Anton. Liberal. in hac fabula cap. 19. Μῆτρ' αὖτ' Ἰθυσίαν πρὸς ἄρ' αὖτ' ἤρας κ' ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ἰδίαις τῶν Ἀλαμῶν. ΜΥΝΧΕΡΟΣ. Reginae venit.] Reginae partum impeditura, in vetulam transfigurata venit Raener. In terra residens.] Intra residens Colon. Manibus partum.] Ne in manibus caneret, quod Junonis voluntate partum laborantem retardaret. Galanthis tam parturientis ministra confressit Micvll. Colon. & priora verba ad Galanthis usque, etiam habet Parm. & ugi. nisi quod laborantes. quo Junonis Marg. Micvll. Praeministra.] Ancilla. Resistimus idem vocabulum huic scriptori lib. 11. cap. 1. ubi vide, quae annotavimus, si tanti putes. ΜΥΝΧΕΡ. Confressit eam.] Eam decit Parm. Lugd. Et providentia.] Et prudens Colon. Marg. Micvll. Solutam.] Solutam esse Colon. At illa.] Haec perodus deest ad cuius Colomendi. Profecuta.] Conjectura Colon.

273. Sensit Atlas pondus.] Hunc locum imitatus est Seneca in Hercule Oetico: Lassus in pondus titubavit Atlas. Et ibidem: Numquid impostum sibi Non poterit Atlas ferre eam caelo Herculem? CIOPANUS. Sthenelcius Eurystheus.] Sthenelcius filius Ad id vero alludit poeta quod in v. scilicet Diodorus. Cum enim Eurystheus cognovisset Hyllum Herculis filium, ac quosdam e fratris viros evasissimos, ventus ne si omnes ad eam pervenissent aetatem, Mycenarum imperio se privarent, Cerey Trachinae regi, ad quem post patris mortem confluxerant, bellum indicit, nisi Hercules & Licymni filios, & lölam ac omnes Arcades, qui cum Hercule militassent, expelleret. Ipsi vero Luryci viribus impares, sponte Trachinam relinquunt, ab Atheniensibus adjuvi, ducibus lölam, Thero Hyloque constitutis, Eurysthei exercitum prostragunt, ipseque Eurystheus curru fugiens ab Heclo fuit interfectus. RAGIUS. Fabulam tractat Euripides in Heraclidis: qui etiam illud addit. Metastasio Deianirae Herculis filiam pro reliquorum salute se devovisse: de cuius nomine & nos Metastasio postea appellatus fuit in agro Atheniensi. Cuius etiam Paulanias meminit in Atticis. Micvll. 274. In prole.] Si esset soluta oratio in prolo diceretur, id est, contra prolem. RAGIUS. Notamen scriptores solutae orationis hac locum abstulerunt. Cicero. 1. Verr. 1. Si ferri partem in abstulerunt. Cicero. 1. Verr. 1. Si ferri partem in abstulerunt. Cicero. 1. Verr. 1. Si ferri partem in abstulerunt.

Imperii, thalamoque, animoque receperat Hyllus: Implératque uterum generoso gemine. cui sic Incipit Almene: Favcant tibi numina saltem; Corripiantque moras, tum cum matura vocabis Praepositam timidis parientibus Ithiyiam; Quam mihi difficilem Junonis gratia fecit. 285 Namque laboriferi cum jam natalis adesset Herculis, & decimum premeretur sidere signum: Tendebat gravitas uterum mihi: quodque ferebam, Tantum erat, ut posses auctorem dicere tecti Ponderis esse Jovem. nec jam tolerare labores 290 Ulterius poteram: quin nunc quoque frigidus artus, Dum loquor, horror habet; parsque est meminisse doloris. Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus, Fessa malis, tendensque ad coelum brachia, magno Lucinam, Nixosque pares, clamore vocabam.

Illa

Anonymus. idem, in eo dixit, et non, in eum, quia hic in utrumque casum profertur, sicut Virgilius, Talis in hoste fuit, cum in Priamum dicitur deiecit. sic Iulianus saepe loquitur; lib. 1. 6. Nepotem in eo egi. viii. 6. sceleris in utroque. Nec dubitare debebat Vortius an in utrumque praefaret, vel in utroque exponere, in utroque re. ut nec an Severus lib. 1. Hist. Sacrae 25. scripserit, toties in domino rebelles deprehendantur, & maluisse, in domino. Noter etiam aliquoties: lib. 14. 546. nimium in velle servare. vi. 635. scelus est pietas in conjuge Terro. & alibi. vid. ad Quintil. Declam. xv. 6. & inf. lib. xiv. 193. BURMAN. 276. Argolis Almena.] Almena cujus fuerit illa docet Plautus in Amphit. Prolog. vs. 99. Qui cum Almena est nupta, Electri filia. CIOPANUS. 276. Ubi ponat.] Fundat unus Moreti. 277. Testatos.] Vulgatos Patavini. 279. Imperii.] Imperio plurimi. sed perperam: Vide ad Valer. Flac. 111. 619. ubi latus de hoc agemus; & studio Poeta variavit ne tres ablativi in e concurrerent. Aut si imperio legendum sit, cum Henlio mallem, imperio thalamoque, animoque. sic Senec. Herc. Oet. 1491. ut ex Etrusco (o dice elidit Gronovius, Tuis hanc fatibus et thalamis para. BURMAN. 280. Generoso gemine.] Gemine vetustiores magna ex parte, nisi quod Cantabrig. Arundel. & tres alii, sanguine. tertius etiam Medic. & quatuor alii, cui sis, pro. cum. HEINSIUS. Vid. lib. x. 328. 282. Cum matura vocabis.] In uno meo, Patavina. CIOPAN. Nihil muta. Justin. xiii. 2. Rotane exacto mense octavo matura jam ex Alexandro erat. Noter v. Fall. 171. Hunc serps Oceani maturis visibus Actrao Edidit. Vid. ad Phaedr. 1. Fab. 19. BURMAN. 283. Timidis parientibus.] Timidis prim. Valle. & decem aut duodecim alii. mox, decimo premeretur sidere signum, non decimum Florent. & Marti. prim. Pal. quat. Medic. & xv. alii. HEINS. 283. Ithiyiam.] Ithiyiam secundus Medicus. vide lib. vi. 797. 288. Dicitur tanti.] Testi cum melioribus HEINSIUS. Dicitur Medic. quartus. ut lib. viii. 280. 289. Labores.] Dolores nonnulli. laborum Medic. & Bonon. celaro unus Medic. 291. Horror habet.] Adit Neapol. sec. Medic. Urbin. Forte, obit. Vide Notos lib. 1. vers. 552. HEINSIUS. 292. Septem ego per noctes, totidem cruciata diebus.] Bromia, apud Plautum in Amphitruone, Almenam & confestim & sine aliquo proliis dolore peperisse ait: Dum, inquit, haec geruntur, interea nosorem tuam Neque gemistem, neque plorantem nostrum quicquam audivimus. Ita profecto sine dolore peperit. CIOPAN. 294. Ad nexos paries.] In uno Vaticano. & eodem meo, Ad nexosque pares. IDEM. In MSS. legatur, ad nixos pares. Quod esset, ad nixos paries, vel nixos. Magna Lucinam ad nixos partes clamore vocabam. BURMAN. Hec

295 Illa quidem venit, sed praecorrupta, meumque
 Quae donare caput Junoni vellet iniquae.
 Utque meos audit gemitus; subsedit in illa
 Ante fores arae, dextroque à poplite laevum
 Pressa genu, digitis inter se pectine junctis
 300 Sustinuit nixus. tacita quoque carmina voce
 Dixit: & inceptos tenuerunt carmina partus.
 Nitior, & ingrato facio convicia demens
 Vana Jovi; cupioque mori; moturaque duras
 Verba queror filices. matres Cadmeides adsunt;
 305 Votaque suscipiunt; exhortanturque dolentem.
 Una ministrarum, medià de plebe, Galanthis,
 Flava comas, aderat, faciendis strenua jussis;
 Officiis dilecta suis ea sensit iniqua
 Nescio quid Junone geri: dumque exit, & intrat
 310 Saepe fores; Divam residentem vidit in arae;
 Brachiaque in gibus digitis connexa tenentem:
 Et, Quaecumque es, ait, dominae gratare; levata est
 Argolis Alceme: potiturque puerpera voto.
 Exsiluit, junctasque manus patefacta remisit

Diva

Hoc est ad ipsos nixus, sive auxilium partus ac nixam. Dax. HEINSIUS. Scripti vetuliores maxima ex parte, *Lucinam nixusque pares*, vel, *nixusque*. quod postulat à Turnebo in Adversariis lib. VII. S. probatur. Florent. S. Marci, *nixusque*. cum diversa lectione, *vel nixus vel nixas*. *Lucinam nixusque pares*. prim. Medic. sec. Palat. & duo alii. unus meus, *nixusque pares*. quod verum est. ut Nixos Deos intelligat puerperis praedilentes. de quibus videntur Festus in Nixi Dei, quamquam is tres fuisse contendit, ut forte sit legendum, *Lucinam Nixusque pari clamores*, nam in uno nostro, *nixusque pares*. Nominus in Enixae: *Enixas dicuntur Foeminae nitendi, id est cacandi & dolendi labore persuffitae, à Nixis, quae religionum genera parientibus praesunt*. in Sordenti, *Nixusque pari*. in Mureti excerptis ac uno Basil. *rursus parient*. in Graeviano, *nixusque pares*, cum glossa, *illos dor*. in prior Twisslenio, *nixusque pares*. sed emendatum, *nixusque*. addito scholio: *Nixi sunt Di, qui consilium mulierum soluta ad partum, unde dicitur nixi. Nixusque pares, duo sunt fratres, Di partus, sicut & Lucinae*. in altero Twisslenio, *Nixusque Deae* pro diversa lectione notatur. Olim legebam, *nixura pares*, ut Hypsipete apud Stat. v. Theb. *Anter geminae*. HEINSIUS. Nixi illi bene se habent, sed parci debent aliquantum. forte, *Nixusque pares*, ut inter decem Lares sint habiti: Graevians ad Juven. Sat. II. 33. *nixus partus*, pro impetibus capiti. BURMANN.

296. *Vellet.*] *Mallet* unus Medic. & Heinssii recte.
 297. *Audit gemitus.*] *Sensit* Gronovianus ut saepe Noster, Terentius & alii. deinde, *subsedit in ima* coniecerat Heinssius. etiam non male non illa & *inms* confundi solent. vid. inf. ad vel. 66. *ara ima*, vero hic est ima pars arae. Ut vero hic *subsedit in ara*, ita *confidere* Nepos in Paulin. & BURMANN.
 298. *Dextroque est poplite laevam Pressa genu, digitis inter se pectine junctis sustinuit partus.*] *A poplite* Priscianus lib. VII. pag. 777. agnovit & sex codices scripti è nostris. recte. complures, è poplite, duo, in. tum *digitis*, non *digitis* idem Priscianus cum membranis haud paucis. & *digitis* in Mediceo secundo ac septem aliis. Denique, *sustinuit nixus* quatuor apud me codices: nam *partus* subsequuntur statim. Forte & rectius sit, *digitis inter se pectine junctis*. certe in tribus scriptis, *digitis nixit*, quod nec ipsum damnum. Approfitè Plinius Naturali Historia libro XXVIII. cap. 6. *Assidere gravidis, vel, cum remedium alieni laboratur, digitis pectinatum inter se implevit, tunc ciam est: idque comparatum tradunt Alcmena Nucleum pariente. Pejus, si circa unum ambulet, item postices alterius genibus imponi. idemque necesse ducam potestatisque pari vertere majore, etiam omnem actum impediencia. Venere & facis omnia simili modo inter se.* Apulejus libro III. *Metamorphosis* Constituit denique pedibus ac palmaribus in dextera digitorum circumferentia super genas committit. HEINSIUS.

315 Diva potens uteri. vinculis levor ipsa remisit.
 Numine decepto risisse Galanthis fama est.
 Ridentem, prensamque ipsis Dea saeva capillis
 Traxit, & è terrâ corpus relevare volentem
 Arcuit: inque pedes mutavit brachia primos,
 320 Strenuitas antiqua manet: nec terga colorem
 Amifere suum: forma est diversa priori.
 Quae, quia mendaci parientem juverat ore,
 Ore parit: nostrasque domos, ut & ante, frequentat.

F A B. VI. & VII. ARGUMENTUM.

Dryope in arborem Loton. Iolus in adolescentem.

Dryope Euryti filia, soror Iolus, Andraemonis conjux, quam antea dilexerat Apollo, cum ad lacum sacratum Nymphis dona ferens venisset, & ex arbore loto ramum decerpisset, quo parvum filium nomine Amphison, quem secum tulerat, oblectaret, in quam Lotos, fugiens Priapum, erat transfigurata, quia saeva arboris exsilerat violatris, trunco eius haesit infixa. Inter quae dum sororis casum Iole refert Alceme: Iolus, Herculis & Hebes filius, in antiquam pueritiam transfusus videtur: Sic enim Junonis filia roganti conjugi promiserat.

Dixit:

299. *Pressa genu.*] Vid. Periz. ad Sanctii Miner. I. 13. p. 136.
 303. *Duras.*] *Duras* prior Moreti. vide ad vs. 215.
 304. *Verba queror.*] Nonnulli libri scripti, *Verba loquor*. CIOFAN. Ita & codices aliquot. *verba* sibi unus Leidensis & alius.
 304. *Adsunt.*] *Adstant* Bonon.
 305. *Suscipiunt.*] *Concipiunt* Genevens. vid. ad lib. X. 291.
 305. *Dolentem.*] *Timentem* duo codices. ut inf. X. 46. *luttaturque timentem.* & Claud. II. de Rap. 323
Tenturaque levant sermone timores.
 Ubi vulgo. *dolores*. HEINSIUS.
 305. *Una ministrarum, mediâ de plebe, Galanthis.*] Haec *lactus suos* interpretatur. *galacta* enim lac, *lactis* suos dicitur. CONST. FABENS.
 313. *Vero.*] *Nato* duo Codices. *partu* Basil.
 314. *Exsiluit, junctasque manus patefacta remisit.*] *Exsiluit* meliores. & *patefacta* prim. Medicus, prim. Basil. & octo alii. Narrat fabulam Libani in Diagenatis à Leone Allatio editis l'ab. II. ubi Galanthis est, quae Nasoni Galanthis. Nicanorio in *Exposicione* apud Antoninum Liberalem cap. XXIX Galanthis est Proeti filia. HEINSIUS.
 Strupfista duo Medicei. *resolvit* etiam Bonon. & Nox, *vinctis solutis* duo.

317. *Prensamque ipsis.*] *Suis* unus ex meis & Graevianus. rectius. Putabam aliquando:
 ————— *prensamque solo Dea saeva capillis*
Straavit.
 Lib. II. 476.
 ————— *arrepita prensis à fronte capillis*
Straavit hinni pronam.
 Pro *relevare volentem* quinq; veteres, *parientem*. HEINSIUS.
 323. *Ut ex ante.*] *Velut ante* scripti & ceteri nonnulli. male, vid. ad II. 514.
 a *solis.*] *illis*, & *Andr.* usor Colon.
 b *Nomine Amphison.*] *Repono Amphisonem* ex Antton. Liberal. cap. 32. monuit id jam pridem nob. Heinssius. Aliter fabulam narrat Tzerz ad Lycophr. pag. 83. Ed. Steph. MÜNCKER. In Colonienfi hoc ordine exhibentur, *decerpisset, in quam Lotos fugiens Priapum erat transfigurata, quo ramo partum s. &c.*
 c *in quam Lotos.*] *in quam lotum Nympha Lotos* Raener.
 d *Quis saeva.*] *Quis saevatae* Colon.
 e *infixa.*] *Adfixa* Colon.
 f *inter quae.*] *Quem casum sororis dum Iole* Raener. Heinss. *item dum casum sororis illis refert Alceme* Colon.
 g *Herculis & Hebes filius.*] *Sic cum Venet & Micyll.*
 NANN 3

Dixit: &, admonitu veteris commota ministrae,
 325 **I**ngemuit; quam sic nurus est adfata gementem:
 Te tamen, o genitrix, alienae sanguine vestro
 Rapta movet facies. quid si tibi mira fororis
 Fata meae referam? quamquam lacrimaque dolorque
 Impediunt, prohibentque loqui. fuit unica matri
 330 (Me pater ex alia genuit) notissima forma
 Oechalidum Dryope: quam virginitate carentem,
 Vimque Dei passam, Delphos Delonque tenentis,
 Excipit Andraemon; & habetur conjuge felix.
 Est lacus, acclivi devexo margine formam
 335 Litoris efficiens: summum myrteta coronant.
 Venerat huc Dryope fatorum nescia; quoque
 Indignere magis, Nymphis latura coronas.
 Inque sinu puerum, qui nondum impleverat annum,
 Dulce ferebat onus: tepidique ope lactis alebat.
 340 Haud procul à stagno, Tyrios imitata colores,
 In spem baccarum florebat aquatica lotos.
 Carperat hinc Dryope, quos oblectamina nato
 Porrigeret, flores: & idem factura videbar;
 Namque aderam. vidi guttas è flore cruentas

Decide.

Micyll. etiam MS. Falsum tamen Iolaum fuisse
 Herculis filium. *Αΐολος*; Hercules fuit. Fratris
 nempe ejus Iphicli filius, vide Palaephatum Soli-
 man. *Μυς*. MEXXER. *Iolaus*, Fratris Herculis
 filius. Koenr. Micyll. in Margine fortasse, *Iphicli*
 & *Dionysis*.

324. *Admonitu*.] *A* monitu Vossian.
 324. *Delonem*.] *Ganentem* Medicus familiaris
 Ovidio repetitione alii, *loquentem*, *parentem*.
 330. *Alia à sanguine vestro*.] *Alia* à sanguine
 vestro mulieres. HERTSIVS. Vide ad Quintil. vi.
 de Inst. Orat. 3.
 337. *Mira*.] *Cura* Medic. unde Heinf. *rara*.
facile pro mira etiam plurimi.
 331. *Dryope*.] Hanc Antoninus Liberalis ex Ni-
 candro cap. xxxii. Dryopei Spectati navii, ex Po-
 lidoriana Danaidum, filii suam facit, & fabulam
 longe aliter narrat. Andraemonem utem Oxyli fi-
 lium dicit. Scholiastes vero Pindari Olymp. ed. iii.
 22. Oxyliam Aetoli filiam, qui Andraemonis erat,
 fuisse forte esse Oxyliam filiam Andraemonem ex
 avi nomine vocavit, nisi apud Scholiastam Har-
 monis filius pro *Andraemonis* legendum sit; nam
 ita Pindarus lib. v. c. 3. dicit Oxyliam Haemonis
 filiam. Theophrastus nepotem esse, & sup. seq. Oxyli-
 am esse Aetoliam & Lacedaemiam tamen solentem
 Andraemonem genitricem Theophrasti narrat. ut &

Ovid. lib. xiiii. 357. & lib. x. cap. 36. Gortea
 Oenei filiam uxorem dat Andraemoni. Andrae-
 monem Pylum conditorem Colophonis facit Su-
 bo lib. xiv. pag. 633. alia Dryopea Val. Flac. ii.
 174. induci videtur. BURMANN.
 334. *Ej* lacus acclivis.] *Acclivi* unus Medicus,
 ut referatur ad *in* *terris*. unus Voss. & Twiss. *ac-*
clivum. sic *acclivus* *latus* initio libri ut pari quoque
 modo *acclivus* & *acclivis* dicebant. Vide Nann.
 Fast. iii. vi. 13. HEINS.
 336. *hic*.] *hic* plerique, & recte. *locus*.
 341. *In spem baccarum*.] *Baccarum* *quae* Ju-
 nian. & Leideni. in *specie* nonnulli alii.
 341. *Aquatica lotos*.] Vide ad Ep. xv. 159.
 342. *Carperat hinc*.] *Hinc* p. Moreti. *carperat*
hinc *paucos* Medic.
 344. *Namque aderam*.] Unus Heinf. *ubi* *nam-*
que aderam) *guttas*, quod ille praesertim sub-
 gat.
 344. *È flore*.] *De flore* Vossianus & unus Heinf.
 ini. rectius. geminare enim eundem praecipuum
 ex quibus verba composita, amantur. sic & lib.
 iii. Am. ii. 14.
Digne tuis manibus lora remitti fecisti.
 Ubi etiam e alii. Vide & sup. lib. i. 739. & 740.
 xiii. 103. unus etiam Gronov. *è flore* in *manibus*.
 BURMANN.

345 **D**ecidere; & tremulo ramos horrore moveri.
 Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
 Lotis in hanc Nymphæ, fugiens obscaena Priapi,
 Contulerat versos, servato nomine, vultus.
 Nescierat foror hoc; quae cum perterrita retrò
 350 Ire, & adoratis vellet discedere Nymphis;
 Haeserunt radice pedes. convellere pugnat:
 Nec quidquam, nisi summa, movet. succrescit ab imo,
 Totaque paulatim lentus premit inguina cortex.
 Ut vidit; conata manu laniare capillos,
 355 Fronde manum implevit: frondes caput omne tenebant.
 At puer Amphissos (namque hoc avus Eurytus illi
 Addiderat nomen) materna rigescere sentit
 Ubera: nec sequitur ducentem lacteus humor.
 Spectatrix aderam fati crudelis; opemque
 360 Non poteram tibi ferre, foror: quantumque valebam,
 Crescentem truncum ramosque amplexa, morabar:
 Et (fateor) volui sub eodem cortice condi.
 Ecce vir Andraemon, genitorque miserrimus, adfuit:
 Et quaerunt Dryopen: Dryopen quaerentibus illis

Ostendi

345. *Tremulo ramos horrore*.] *Tremulos* Leidenf.
 fuit: egregie hic locus alteri apud Propert. l. v. 5.
 veran, quam vidit Broukhutius, lectionem ad-
 ferit:
Et tremulis maestis orietur siletibus horror.
 BURMANNUS.

347. *Lotis in hanc Nymphæ*.] *Lotis* fortasse le-
 gendum sit. *Lotis* enim, non *Lotos* dicta Nympha
 illa, quae in lotum versa est. NAUGER. Magis
 placet, ut *Lotis* legatur. idem primo Faistorum:
At vider horrorum Deus, & intela Priapus
Gonibus ex illis Leido captus erat.
 Et infra:
Lotis in herbosa sub acernis ultima ramis,
Sic, ut erat iuxta festa, quaerens humo.

Nisi quis velit ut *Lotos* sicut *Rhodos* declinetur, ce-
 terum cum scio apud nescio quem Graecum au-
 ctorem Neptuni filiam appellari. CONST. PANENS.
Lotis cum Florent. S. Marci, Spirenâ & uno
 Gunoviano. quomodo & Naugerius. neque ali-
 ter duo vetustissimi codices in argumento hujus
 fabulae. *Lotis* etiam haec Nympha in Fallis lib.
 l. 416. dicitur. Servio lib. ii. Georg. vi. 84. In
 hac fabula *Lotos* est. Mendosè. HEINS.

350. *Ire & oratis*.] *Ire* *adoratis* Florent. S.
 Marci, Spirenâ & quatuor alii. *Lege, Ire & ado-*
ratis, quomodo Uromas, Langerni. unus Vossii
 cum Calandrae excerptis. *Ire & oratis* unus Medic.

HEINS. *Ire & adoratis* etiam Francof.
 353. *Lentus premit*.] *Subit* Gronov. prim. quod
totè *lento*, & *paulatim* melius convenire videtur.
 capiti Vatican.

355. *Fronde caput omne tenebant*.] *Tenebant* ve-
 stitiores magno numero. Adi Notas Faistor. iii.
 v. 219. HEINS.

356. *At puer Amphissos*.] Vide ne *Amphissos*
 legi debeat, ab Amphrysio Magnesiae fluvio: quae
 portio est Thessaliae: Oechalia enim, unde hujus
 parentes fuerunt, in Thessalia ponitur, omnium
 ferè scriptorum consensu. licet non ignoremus,
 plures fuisse Oechalias. CONSTANT. PANENSIS.
Amphissos plerique veteres. neque aliter in argumen-
 to veteri hujus fabulae. male alii, *Amphissos*, vel,
Amphrysos. Scribit, *Amphissos*. *Αμφισσος* Anto-
 nino Liberali his dicitur, qui fuisse fabulam ex Ni-
 candri *ερωτικων* narrat Metamorphosi xxxii.
 mox, *sentit pro sensu* meliores. HEINS.

357. *Addiderat nomen*.] Sic legendum ex opti-
 mis libris scriptis. CROFANUS. Heinf. *indiderat* ma-
 lebat. unus Medicus, *addiderat*. sed lib. v. 524.
si modo nomina rebus addere vera placet.

358. *Ducentem*.] *Sucentem* Vaticanus & alter
 Gronovii. male: vid. ad ii. Fast. 419.

362. *Volui*.] Heinf. olim conjecerat, *vovui*
 ut lib. x. 626. quidam codices, *vovui* quia *vovui*
recum. vid. & lib. x. 25. & alibi.

363. *Andraemon*.] *Andraemo* Oxoniens. vid. ad
 Quintil.

365 Ostendi loton. tepido dant oscula ligno:
 Adfufique suae radicibus arboris haerent.
 Nil nisi jam faciem, quod non foret arbor, habebas;
 Cara foror. lacrimae misero de corpore factis
 Irrorant foliis: ac, dum licet, oraque praestant
 370 Vocis iter, tales effundit in aëra queflus:
 Si qua fides miseris, hoc me per numina juro
 Non meruisse nefas. patior sine crimine poenam.
 Viximus innocuae: si mentior, arida perdam,
 Quas habeo, frondes; & caesa securibus urar.
 375 Hunc tamen infantem maternis demite ramis;
 Et date nutrici: nostraque sub arbore saepe
 Lac facitote bibat; nostraque sub arbore ludat.
 Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet.
 Et tristis dicat: Latet hoc sub stipite mater.
 380 Stagna tamen timeat; nec carpat ab arbore flores:
 Et frutices omnes corpus putet esse Dearum.
 Care vale conjux, & tu germana, paterque.
 Quis si qua est pietas, ab acutae vulnere falcis,
 A pecoris moriu frondes defendite nostras.
 385 Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non est,
 Erigite huc artus, & ad oscula nostra venite,

Dum

Quintil. 1. de Inst. Orat. 4. & ad Nostri lib. 11.
 Amor. xiv. 33.
 364. Et quaerunt Dryopen.] Et quaerunt ubi sit
 Dryope: quaerentibus Leideni. unus & Gronov. &
 duo alii.
 365. Tepido ligno.] Tepido Cantabrig. prim. Basil.
 & decem alii. ut libro 1. 554.
 Sentit adhuc trepidare novo sub cortice pectus.
 HEINSIUS.
 365. Adfufique.] Multi libri, *effufique*. eadem di-
 veritas lib. viii. 536. & alibi. vide Heins. ad Val.
 Flac. 1. 762. Urbinas etiam hic codex, *diffufique*.
 officine fec. Palat.
 368. Cara foror.] Toto foror Sixii. Forte, *Loi*
 foror. pro *mifero de corpore* scribendum, *verso de*
 corpore, vel contra membranarum veterum au-
 thenticam. nam *miseris* mox sequitur. ac *dum licet*
 in plerisque scriptis. HEINSIUS. Non potui reci-
 pere Heinsii conjecturam contra omnes codices,
 qui *mifero* habent. si quid mutandum, malle,
mixto de corpore, quia partim arbor, partim adhuc
 humanum corpus erat, facies enim supererat.
 ita etiam has voces à librariis confusas docet Bar-
 thius ad Stat. viii. Theb. 613. BURMANNUS.
 371. Si qua fides miseris.] Superis fragm. Cae-
 sen.

371. Non meruisse.] immeruisse Gronov.
 379. Et tristis.] Pertristis Argentin.
 379. Latet hoc in stipite.] Sub stipite rectius
 veteres. HEINSIUS. in cortice unus Patav.
 380. Stagna.] Medicus, Leidensis & sex alii.
 signa, unde Heinsius faciebat olim, *signa*. signa ta-
 men tenent Leid. Stagna tamen vixit unus Heinsii
 manu Strozac, ab arbore frondes undecim.
 383. Qui si qua est pietas.] Quis Urtin. & sex
 alii. HEINSIUS.
 383. Vulnere falcis.] Cuspide falcis Regius una.
 385. Et quoniam mihi fas ad vos incumbere non
 est.] Editiones nonnullae & sex scripti, non *in-
 cumbere vobis*. atque ita sec. Palat. nisi quod in i-
 lo, non *fas est*. unus Medic. *vobis incumbere non est*.
 Thyfii, *Et quoniam nymphas*. rō ad vos à matre
 secunda in Urbinate, etiam veteri lectione. *vobis*
occurrere non est unus Vossianus. Puto latere Grae-
 cissimum. Scribe:
 Et quoniam non est ad vos incumbere mihi.
 Vel,
 Et quoniam fato non est incumbere vobis.
 Adeantur quae notavimus supra lib. ii. vers. 159.
 & 11. Art. 28. HEINSIUS.
 387. Dum tangi possum.] Possent retulisti.
 oscula videlicet. sed alterum praestat.
 JOEN.
 388. Nam

Dum tangi possum, parvumque attollite natum.
 Plura loqui nequeo. nam jam per candida mollis
 Colla liber serpit: summoque cacumine condor.
 390 Ex oculis removete manus. sine munere vestro
 Contegat inductus morientia lumina cortex.
 Desierant simul ora loqui, simul esse: diuque
 Corpore mutato rami caluere recentes.
 Dumque refert löle fatum miserabile, dumque
 395 Eurytidos lacrimas admoto pollice siccant
 Alceme, flet & ipsa tamen: compescuit omnem
 Res nova tristitiam. nam limine constitit alto
 Pene puer, dubiaque tegens lanugine malas
 Ora, reformatus primos lölas in annos.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

Callirhoës filii in Juvenes.

Callirhoë Acheloi amnis filia Alcmaeonis, qui materno sanguine adpersus in Aear-
 nemem se contulerat, ut expiaretur, conjugium iuvit. Ex duabus Alcmaeon filios edi-
 dit: qui cum per fallaciam à Phaege, cuius ante filiam habuerat, esset occisus; a pe-
 tri Callirhoë à Jove liberis suis, ut ultores patris essent, annos adjiceret. Ergo ut
 id consequi possent, dei voluntate ex pueritia in adolescentes factum est ut cederent.

Hoc

388. Nam jam.] Puto, *jam jam*. lib. viii.
 390. Ex oculis.] Contegit ex scriptis. HEINSIUS:
 Obedactus etiam unus Moreti.
 392. Desierant simul ore loqui.] Desierant ora ex
 scriptis. HEINSIUS.
 394. Fatum miserabile.] In Caelis. & uno meo,
 Fatum mirabile. CIOPAN. Mirabile veteres majore
 ex parte. Lege, fatum mirabile. & sic unus Me-
 diceus. supra dixerat 327.
 ——— quid si tibi mira foretis
 Tota mea refram?
 Vide Notus lib. viii. vs. 612. potest & fatum mi-
 serabile legi. ut lib. vi. 90.
 ——— Pygmaeae fatum miserabile matris.
 HEINSIUS.
 395. Admoto pollice Tibull. ii. 1. 62.
 Polus & adposito pollice versat opus.
 398. Pene puer.] Forte puer Thuanus, *adria-*
 que alius.
 Alcmaeonis.] Alcmaeonis Colon.
 Ex duabus Alcmaeon filios.] Haec lectio est à
 Raenerio. MS. & Venet. non agnoscit rō *Alc-*
maeon. Nec Micyll. quae praefat, *ex quoque duas*
filios edidit. Id quod satis commode dictum est.
 MUNKER. Alcmaeon non est in Parm. Lugd. com-
 tulerat, expiaretur, ex eo dicitur, e. Colon.
 Phaege.] A filio Phaege Temeno & Axio-
 morante vestro quatuor.
 Tom. II.

400 **H**Oc illi dederat Junonia muneris Hebe,
 Victa viri precibus. quae cum jurare pararet
 Dona tributuram posthac se talia nulli;
 Non est passa Themis. Nam jam discordia Thebae
 Bella movent, dixit, Capaneusque nisi ab Jove vinci
 405 Haud poterit: ibuntque pares in vulnera fratres:
 Seductaque suos manes tellure videbit
 Vivus adhuc vates: ultusque parente parentem
 Natus, erit factio pius & sceleratus eodem:
 Attonitusque malis, exsul mentisque domusque,
 410 Vultibus Eumenidum, matrisque agitabitur umbris;

Donec

Donec eum conjux fatale poposcerit aurum:
 Cognatumque latus Phegeus hauserit ensis.
 Tum demum magno petet hos Acheloida supplex
 Ab Jove Callirhoe natis infantibus annos.
 415 Juppiter his motus, privignae dona nurisque
 Praecipiet, facietque viros impubibus annis.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Byblidis lacrymae in fontem.

^a Miletus ex insula Creta in Asiam ^b profectus, ibi urbem sui nominis constituit.
^c Hinc ex Maecandri filia Byblis & Caunus nati sunt. Byblis cum fratrem corporali amore

ne, quorum sororem Alphesibeam repudiarat, occidit narrat Pausanias in Arcadicis. Aliter haec ab Apollodoro referuntur Lib. III. Confer Hygin. Myth. cap. 247. & Passerat. ad illa Propert. Lib. I. El. 15. *Alphesibea suae ultra est pro conjuge fratres.* Errat tamen vir doctissimus, cum ab Hygino scribi annotat Alcmaeonem à genero Phegeo esse interfectum, MUSCÆRUS. *Per fallaciam Phegi Colon.*

^d *Petis Callirhoe.* Posterior vox nec in Venet. nec in M. comparat. Micyll. dedit, *petit illa* &c. MUXCER. *Petit à Jove Parm. Lugd. mater à Jove petit.* Colon. mallem praeterea, *liberis suis, ut ulterius essent, patrii amos adhaerere.* Id est, ut repente juvenes fierent, ut pater erat ante mortem.

^e *In adolescentibus.] In adolescentia Colon.*

402. *Post haec.] Neapol. sec. Medic. & unus Leid. post haec. alii nonnulli post haec.* HEINSIUS.

403. *Nam jam discordia Thebae.]* Thebae conditae sunt ante caraclynum, hoc est diluvium, Auctor M. Varro lib. III. cap. 1. De Re Rust. sed loquitur de his, quae Ogygi conditae sunt. Quorum murus hoc modo constructus est, Seneca dicente Phoen. 566.

*Potris hinc, Amphione,
 Quassare mela? nulla quas firmavit manus,
 Sideribus cardum machina ducens ovum;
 Sed convocatus cretae & citharae sonus
 Per se hinc turres cretae in summas laeva.*

CIOFANUS.

404. *Bella movent.]* Movent unus Voss. Forte:

*Nam jam discordia Thebae
 Bella movent, dixit.* HEINSIUS.

405. *Defensus pares in vulnera fratres.]* Ita in uno meo & duobus Vatican. Quare nihil puto mercandum. In antiquiore, *defensus pares.* Heben scribit Homerus Iliad. lib. IV. Iliad. fuisse Deorum pincernam. Quod & Statius quoque indicat lib. III. Sil. in Hero. Surrentino:

*Sive sui solum Jovis, & virtute parata
 Astra tenet, haustumque tibi succincta lenti
 Noctaris, excelsa melior Phrygae perijit tibi.*

CIOFANUS. *Defensusque Florentinus S. Marci. ubi qui, defensusque, vel defensusque in vulnere. Scribitur ibuntque pares in vulnera fratres.*

Hinc *Thebanorum per Minuci Oclavio. Silius Theb. VIII. 69.*

*Atque adeo fratres (haec nostris emina sunt
 Prima odiis) fratres alterna in vulnere lato
 Marte ruent.*

Idem Theb. XI. 306. de iisdem:
Caecant in praecia fratres.

Manil. lib. IV. 173.

*Atque armati cecant in vulnera fratres.
 Ire in vulnera, ut ire in arma, in bella, in hostia. nec caesura obstat, cujus exempla apud Nonnum non desunt. lib. VII. 61.*

Et dis cara ferat, & vertice sidera tangam.
 Lib. VII. 643.

*In superis opis esse nihil. at in aedibus impo
 Murmur erat.*

Lib. X. 98.
Et bicolor myrtus? & baccis caerulea tuis.
 Ibidem 459.

Et coler & sanguis? animisque reliquis cautes.
 Libro XIV. 750.

Ire negabamus, & tella ignota fabere.
 Ita enim vetustiores pierique. lib. XV. 634.

*Et locus, & laurus, & quas haeret illa, pho
 retus.*

Virgilius X. 394.
*Nam tibi, Thynatre, caput Evandrii abla
 ti cussit.*

Florentinus tamen S. Marci, *perierunt, pro
 rit, & Bella movent.* HEINSIUS. *Vid. ad lib.
 II. 743.*

406. *Seductaque.]* Lege, *diductaque, vel
 itaque. unus etiam Ambros. diductaque. bene.*

407. *Vates.]* De Alcmacone & eius interitu etiam Pausanias meminit in Arcadicis lib. VIII. 24. qui & filiorum, quos ille ex Callirhoe Acheloi suscepit, nomina addit, Amphoterum & Acarnana, à quo postea Acarnania dicta, quemadmodum & Thucydes tradit libro secundo. MICYLL. Vid. Colum. ad Ennii Alcmaeona pag. 281.

408. *Eris factio pius, & sceleratus eodem.]* Avri-
 lens. Sic lib. III. 5. *Factio pius, & sceleratus eodem.*
 CIOFANUS.

411. *Phlegon.]* Hic Phegeus, Themis & Axionis pater, videndum est, an Phoronei frater fuerit, & Phosphis filius, cujus meminit Stephans. CONSTANT. PANENS. Imo *Phlegon* cum melioribus ex fide historiae. HEINSIUS. Phegeus Alphei filius dicitur Hygino Fab. 244. & 245. an idem sit ille, qui aluit comes Theleo in bello contra Creontem apud Stat. XII. Theb. 596. & 681. (ubi etiam *Phlegon* legi monet Barthius) nescio. certe à Phoronei actae remotior est. alius etiam ille in bello Thebano Bacchi sacerdos *Phlegus* Statio memoratus lib. VII. 602. opalia Poetae nomina arbitrio suo dant suis hominibus, ut Virgil. v. Aen. 263. IX. 765. & XII. 371. Apollodorus lib. III. cap. 7. hanc fabulam canens, Alcmaeona Arlinoen ejus filiam duxisse dicit, quam alii Alphesibocam vocant. Phegei huius etiam meminit Schol. Stat. ad II. Theb. 301. ubi etiam *Phlegon* dicitur, sed recte emendat *Phlegus* Barthius. vide de eo ad Remed. Amor. 45.

hic vero Phegeus praeter filios ab Apollodoro & Pausania memoratos etiam Aeropum dicitur habuisse, ex quo Echemus natus, Rex Tegeae. qui Hyllum singulari certamine occidit. cujus saepe meminit Pausanias. vid. lib. VIII. 5. & alibi. qui cap. 4. Aeropum Cephei filium facit, sed Herodotus lib. IX. 26. *Phlegi* filium, depravato sine dubio nomine pro Cephei. quod minor ab editoribus non animadvertitur: Cepheus enim ille, Alei filius, frater Lycorgi, inter Argonautas fuit; & cujus stemma eam Apollod. lib. III. deducit à Pelago.

sed de eo latius agemus ad Valer. Flaccum. caedem vero Alcmaeonis quidam Phegeo, alii ejus filius adscribunt. *Cognatum vero latus* dicit, non quia Alcmaeon Phegeo sanguine erat junctus, sed quia affinitatem cum eo contraxerat. & ita *cognationem* pro affinitate poni docuit vir egregius J. Schulting. ad Senec. Contr. III. 21. in fine. BURMANNUS.

412. *Hauserit ensis.]* Sic Virgilius lib. II. Aeneid. 600.

Jam flammae intulim, inimicus & hauserit ensis.
 CIOFANUS.

413. *Petit hoc Acheloida supplex.]* Hic S. Marci, & Urbin. & tres alii. nonnulli *haec* cum Cantabrigiensis. quidam omittunt eam vocem. pro *petit* etiam prim. Medic. Avond. prim. Hamburg. alii, que complures, *petit.* HEINSIUS.

414. *Natis infantibus annos Adat, neve necem suat esse ulteris inultam.]* Ita in uno meo & in Briantii. In altero & uno Vatican. *Neve necem suat esse sui victoris inultam.* In alio Vatican. *Neve necem suat esse diu ulteris inultam.* Prior lectio magis mihi probatur. Nunc diligentius locum perpendens, non sequor; sed in legendum puto, *Neve necem suat esse sui victoris inultam.* interposito superiore versu post verbum, *anno.* quae distinctio optimum sane efficit sensum. CIOFANUS. *Neve necem suat esse diu victoris inultam* Florentinus S. Marci, Urbin. sec. Pal. alii nonnulli, *genitoris* vel *ulteris.* Neapol.

Neu genitorque necem suat esse parentis inultam, alii aliter. Ego versus esse spurium contendo; nihil enim ad rem facit. Certe in primo Vaticano non comparbat. in uno meo margini adscriptum offendi hunc ipsum versum. HEINSIUS.

415. *Privignae dona nurisque.]* *Privignae* ex scriptis. Hebe privigna Jovis, quod ex Junone nata sit: natus, quod uxor Herculis. HEINSIUS. *Vos nurisque* sec. Med. & alius.

^a *Miletus.]* Apollinis ex Aencallide filius. Vid. O 000 2 de

amore potius, quam pio patrioque more diligeret, nec vesaniam cupiditatis com-
ceret, atque per literas detestandum amorem indicavisset, furiali vesania ipse in-
fructus, patriam profugit. Quam illa dum vestigia persequitur, multas perennis
gentes, novissimè in Cariam venit, ibique adfano meore & fletu fatigata cum con-
cidisset, Nympharum Lelegidum misericordid' exspirantis lacrymae in fontem con-
versae sunt, qui dominae nomine est insignis.

Haec ubi fatigato venturi praescia dixit
Ore Themis; vario Superi sermone fremebant;

Et,

de Anton. Liberal. cap. 30. & quos Menfius lau-
dat Cretae cap. viii. Ariam matrem ejus vocat
Etymol. auctor in *Métopes*. *Métopes*, inquit, *πί-
λις*, *ἕως καὶ Μιλήτου*, ἀπὸ Μιλήτου ἕως ἃ Πάλλου-
ρος καὶ Ἄστιας. Aut hoc fallum, aut erat Schol.
Theocriti in *Eidyll*. vii. vs. 115. *Μιλήτου γὰρ Φε-
σι καὶ Ἀστίας ἐπὶ τὸν ποταμὸν Δαίωνα* (leg. *Καίωνα*)
καὶ Βυβλίς &c. Confer. Parthen. *Brothcon* cap. xi.
MUNCKER.

^b Profectus.] *Profectus* est Colon.
^c Hinc ex.] Et ex *Cyanoe* filia *Meandri* amnis,
Byllida & *Cannum* prolem gemellam genuit. Ex
his *Byllis* Colon.
^d Patrioque.] *Fraternoque* Colon. rectius si *MSS.*
ferrent.
^e Vesaniam cupiditatis.] *MS.* *Vesania* cupidita-
tum. MUNCKER.
^f Atque per literas.] *Uique p. l. d. a.* indicasset,
illa *facinus aethiops* *patriam* *prof.* Colon. reliquis
omissis.

^g Quem illa dum.] *Cuius* *illa* *dum* *vestigia* *per-
sequitur* *Raener*.
^h Permissa.] *Emensa* Colon.
ⁱ Adfano meore.] *Ad* *amore* & *luctu* Colon.
^k Lelegidum.] *Lelegidum* *Raener*. *Kaiadum*
Colon.
^l Exspirantis.] *Exspirantis* *Parm.* *Lugd.* *Micyll.*
eius *exspirantis* *Col.* *exidentes* *Raen*.
^m In fontem conversae sunt, qui dominae nomi-
ne est insignis.] *Byllis* nempe dicitur fons ille, & a
multis veterum laudatus. Sed urbis *Byllidos* in Ca-
ria qui mentionem faciat, non facile invenias prae-
ter unum Antonium Liberalem, qui id facere
videtur cap. 30. *καὶ ἐγένοντο δίδυμα παῖδες ἀπὸ τῆς
Καίως καὶ Βυβλῆς, ἃς εἶ πόλις ἐστὶν ἐν τῷ ἐν Κα-
ρίᾳ, Καίως καὶ Βυβλίς*. Vertit *Nylander*: *Nati-
que a suis gemini liberi, Cannus & Byllis, unda
citissimus* [sic *Cannus* & *Byllis* *Cariae* *urbes*. *Ve-
rum* hoc si voluisset *Liberalis*, ita potius scripsisset,
ἃς εἶ πόλις ἐστὶν ἐν τῷ ἐν Καίῳ, καὶ Βυβλίς. Sic nul-
lam tibi amplius molestiam exhibebit urbs *Byllis*,
quae nulla est. *Byllis* novissima & antiquissima

Phoeniciae urbs. *Stephanus*: *Βυβλίς πόλις ἐστὶν
ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ πασίῳ, Κέδου κτίσμα, ἃς εἶ
βλῆς γὰρ Μιλήτου ἑσχατῆς*. Nota *Byllis* dicitur, quae
Byllis est alii. Etymol. auctor. *Βυβλίς πόλις ἐν
ὄρεινῳ ἀρχαιοτάτῳ, &c.* *Ἡρόδοτος*. *Βυβλίς ἀρχαι-
ότατος καὶ Σιδῶν ἀνελευσέσσων*. Atque ille verusque
est in *Dionysio*, nisi quod ibi exhibetur *Σιδῶν*,
quomodo & pag. 21. in *Commentatio* suo ad *Lucanum*
Eulathius. Puto ergo pro *Ἡρόδοτος* in Etymol. re-
ponendum esse *Δαίωνα*, *MUNCKER*.

ⁿ Est insignis.] *Est* in *Parm.* *Lugd.* *Colon.* *Mi-
cyll*.
417. *Haec ubi fatigato.*] In uno meo, *Hae ubi
vaticino*. Omnino rectius. *fatigato* est in *Capo*,
quod & ferri potest. *CIOFANUS*. Alii *fatigato*,
quatuor codices, *vaticino*. lib. 11. 640.
Virgo ubi vaticinos conceptis mente furata.
Lib. xv. 436.

— sic dicere vates
Estivansque ferunt sortes. *HEINS*.
418. *Vano superi sermone fremebant.*] *Fremebant*
dii adversus *Themidos* vaticinium, ut *Theocritus*
lo ante contra *Heben*. *Hebe* nulli alii deo de-
venturam se daturam dixit, *Themis* autem fecerit
aut *Callithoës* filios ex infantibus subito vides.
Dii contra *Themis* nulli hoc concedendum. un-
dem *Jupiter* auctoritate sua haec dicitur *Ge-
kleanus*. *Omnis* libri calamo notati: *De* *Thi-
mis*, *vario*. *Rectius* *Virgilius* lib. 11. 96.

*Talibus orabat Juno: evellique fremebant
Caedulas assensu vario.* *CIOFANUS*.
fremebant vel *ferabant* nonnulli. vid. ad lib. 1.
199.
419. *Eadem dare dona.*] *Eadem* *dona* *Beil* &
duo alii.

420. *Pallantis.*] *Aurora* *Pallantis* *gigantis* *filii*
Regius. *Hesiodus* autem *Hyperionis* *filium* *facit*
Auroram, *Pallantis* *fororem* *patremque*, *lib* *ver-
sibus* in *Theog.* 311.

*Θεὸς δ' Ἠὲλῶν τε μέγαν, ἀμνηστὸν τε Σελήνης,
ἠὲ δ' Ἰανόου ἀνελευσέσσων Ἰουάνης,
Ἀδωνάτους τε βίβη δὲ ἐμμένον ἐστὶν ἕρπον
Γεῖνός, ἑπιανεῖν δ' Ἰαερίνος ἐν Φιλίππῳ.
Κεῖν δ' Ἐρεβίον τέκεν ἐν Φιλίππῳ μέγαν
Ἀργαῖον τε μέγαν, Πάλλαντά τε δὲ δὴ δὴ*

Et, cur non aliis eadem dare dona liceret,
420 Murrur erat. queritur veteres Pallantis annos
Conjugis esse sui: queritur canescere mitis
Iasiona Ceres: repetitum Mulciber aevum
Poscit Erichthonio. Venerem quoque cura futuri
Tangit, & Anchisae renovare pacificur annos.
425 Cui studeat, Deus omnis habet: crefcitque favore
Turbida seditio; donec sua Juppiter ora

Sol.

fuerunt enim fratres *Hyperion*, *Cereus*, *Ceus* &
Japetus. *Teneae* & *Oceani* filii, ut ex eodem pa-
tet. *MICRELL*.

421. *Canescere mitem Iasiona Ceres.*] *Mitis* *Ceres*
in pluribus veterum. recte. libro v. 497. *Arcthiola*
ad *Cereem*:
Hanc habeo faciem, quam tu miissima serva.
Et lib. vi. 118. *frangam miissima mater.* sic & *frun-
ge mites* *Noller* *passim* *vocat*. *HEINS*.

422. *Iasiona flavo Ceres.*] Sic quidem serè ha-
bitum corrupte lectum est, quod percipiam miran-
dum est: cum *Iasiona* & quadrysillabum sit, &
primam corripiat syllabam. quod sanè haud impe-
dit quidam animadvertentes *Iasiona* putarunt esse
legendum: quo quidem modo nulla vis rationi
crematis auctur, sed cum nemo priorum scri-
bit *Iasiona* à *Cerere* fuisse amatum, censuerim
Iasiona, qui accusativus in quinque syllabas occur-
rit, ita esse legendum, ut illud epitheton *flavo*
penitus eradatur. Huic autem lectioni non vetu-
tissimi solum exemplaria, sed historiae quoque
adipiscuntur. Tradunt enim *Iasionem*, qui & *Iasion*
dicitur, *Jovis* ex *Electra* filium, adeo à *Cerere*
fuisse amatum, ut in ejus gratiam ad nuptias *Her-
miones* ipsius *Iasionis* sororis maximam frumentum ac
quis copiam attulerit: ac ex eo *Plutum* peperit,
qui cultum vitae instituit, pecuniasque coacerva-
re, ac in usus custodire, omnium primus docuit,
cum antea parva congregandae servandaeque pec-
uniae fuisset cura. haec in sexto *Bibliothecae* li-
bro, ne quis me finxisse putet, à *Diodoro* scri-
buntur. *RECTOR*. De *Iasionis* etiam *Homerus* me-
morat *Odyss.* L. 125. his versibus:
*ἄλλ' δ' ἔπειτ' Ἰάσιον ἑπιλόκαρος ἀμύμονος,
ὃς ἰσχυρὸν ἔχουσα μίγξ Φιλότητι καὶ εὐσθῆ
Ναῖσ' ἐν τριπέλλῳ, οὐδὲ δὴν ἦεν ἄπειρος
Ζεὺς, ἃς μιν κατέσχευε βαλλὸν ἀργύρεον κειμένῳ.*

Hanc alii *Cretensem* faciunt, *Minois* & *Phroniae*
Nymphae filium, cum quo in prato fortè dor-
mivante, ut in *Commentariis* *Theocriti*, congressi
Ceres, peperit *Plutum*. *Hellanicus* autem *Mic-
etrae* & *Jovis* filium facit, fratrem *Dardani*, eum
videlicet, quem *Virgilius* & *Diodorus* *Iasionem* vo-
cant, alii alio nomine etiam *Estivem*, ut *Com-
mentator* *Apollonii* indicat. hunc cum *Cerere* con-
cubuisse inde fabulatur, quod homo agricul-

rae studiosissimus fuisset, & post diluvium apud
hunc solum, sive primum, tritici semen in *Creta*
reperitum esset. *MICRELLIUS*. *Divine* hunc locum
emendavit *Raphaël* *Regius*. *Iasion*, sive *Iasionis*,
meminit *Hesiodus* in *Theogonia*, non longè à
fimo, cujus haec sunt vs. 969.

*Διμήτηρ μὲν Πλάτωνος ἑγένοντο, εἰς ἑκάστῳ,
Ἰασῶν ἔπειτ' ἀμύμονος ἑστὶν Φιλότητι.*
Et *Ovidius* ipse lib. 11. *Trist.* 299. his verbis:
*In Venerem Anchisae, in Lumnus Lumnus heros,
In Cererem Iasion, qui referatur, erit.*

Et *Theocritus* *eclog.* 11. sub finem: & *Hyginus*,
& hic *Noller* 11. *Amor.* *eleg.* 19. *Bianii* lib. &
unus *Vaticanus* habent, *Iasiona Ceres*. quae lectio
ad veram germanamque quam proxime accedit.
Sed ea, quam ex ingenio restituit *Regius*, inte-
ger sine ulla litura reperitur in opt. lib. *Ca-
gerima* sine ulla litura reperitur in opt. lib. *Ca-
pranicenf.* *CIOFANUS*. Variant vehementer scripi-
Iasiona *Iasiona* *almia* *Ceres* *Thum.* & alii tres. *Iasiona*
frange *Ceres* *Regius*. nempe *Ceres* *Palat.* *sanctia* *Ceres*
duo *Palat.* *flavo* *decem*. *Cana* *unus*. *Iasiona* *Co-*
res *quinque*. *Iasiona* *flavo* *quatuor*. alii auct. vide
de *Iasionis* ad *lib.* 473.

425. *Cui studeat.*] *Unus* *Leidentis*, *studeant*.
Puto,
Cui *studeant* *Deus* *omnis* *habent*.
In *Fatis* quoque libro 11. 270. fortassis scriben-
dum:

Dignus Roma locus, quo Deus omnis eat.
sic lib. xii. v. 42. ex optimo codice:
— Penetrantione caros voce omnis ad aures.
Apud *Virgilium* lib. *Georg.* 1. 372.
— atque omnis navita ponto
Humida vela legunt.

Ita enim in vetustis aliquot exemplaribus se testa-
tur invenisse *Petrus* *Valerianus*. *Aeneidos* 11. 477.
Omnis *Scyria* *pubes*
Succedunt telli, & sanam ad culmina jactant.
Statius *Thebidos* xii. 471.
Omnis *Erecheis* *offusa* *ponatibus* *actas*
Tella *vivacque* *replent.*

Quomodo calligandum ex optimis membranis:
vulgo, *Omnis* & *Atlantis*, *Livius* lib. xxviii. cap.
11. *Tum* *universo* *omnis* *actas* *currere* *obvii*. *Luci-
nus* lib. vii. vs. 37.
Vincitur *his* *gladiis* *omnis*, *quis* *servit* *actas*.

Solvit: &, O, nostri si qua est reverentia; dixit,
 Quo ruitis? tantumne sibi quis posse videtur,
 Fata quoque ut superet? fati solans in annos,
 430 Quos egit, rediit: fati revirescere debent
 Callirhoë geniti; non ambitione, nec armis.
 Vos etiam, quoque hoc animo meliore feratis,
 Me quoque, fata regunt: quae si mutare valerem,
 Nec nostrum feri curvarent Aeacon anni:
 435 Perpetuumque aevi florem Rhadamanthus haberet
 Cum Minoë meo: qui propter amara senectæ

Pondera

Ita duo vetusti codices, Thuanicus alter, alter
 Hamburgensis. vincitur in vulgatis perperam. ne-
 que aliter Graeci. vetus interpres Evangelii Lu-
 cae cap. viii. vs. 37. Et rogaverunt illum omnis mul-
 titudo regionis Gerasenorum ut cederet ad ipsos, quia
 magno timore tenebantur, Kai ἐξάρτησαν αὐτῶν ἄπαν
 τὸ πλῆθος; καὶ περιέχοντες τὸν Γαδαρηνῶν, ἀπεδέχθη
 αὐτῶν, ἐπὶ Φῶβῳ μεγάλῳ συνίσχοντα. Val. Flac-
 cus libro xv. 64.

To cuncta precantur

Geni hominum.
 Sic Carrionis liber. venisse. quod ille tamen non
 percepit. eodem libro 456.
 — sprevere quod omnis
 Polleruntque manus, quodque uxigibus excedit
 arui,
 Has mihi fert in luce moras.
 Quo modo castigandum. nam Carrionis liber, manus.
 vulgati, sprevere quod omnes manu. sic paulo an-
 te, 314

at manus omnis

Hevum deus certatim amplexibus urgent.
 Mox lege apud eundem Valerium, sed vos o ser-
 vate precor. pro observate. Silius libro xliii. 308.
 Stabant iunxi pili exercitus omnis.
 Ita scribe. libro xvi. 307.

Omnis Latio sub nomine miles

Dona ferunt, tumulesque super frangantibus ad-
 dant.
 Statius lib. iiii. Silv. l. 85.

Huc omnis turba coimus.

M. Cato apud Gellium lib. iiii. cap. 7. Omnis
 Gratia detorere. libro iv. cap. 1. in vestibulo ae-
 diam Palatinam omnis ferme multitudo ordinum
 operantes salutacionem Caesaris confisterant. Gun-
 therus Ligurini lib. vii.

Tetrapo Romani nunc maxima curia cleri
 Te vultu cunctum regem dominumque salant.
 Sic & inf. lib. xiv. 137. ex MSS.
 Quis haberent corpora pulvis.
 Silius libro xxviii. 314.

Hannibal unus

Dans reges, non si maris Carthagini ignis

Sublatur, caesque cadant exercitus omnis,
 Profellum est Latin.
 Ita scribe. apud Horatium lib. i. Epist. xvi.
 Jactamus jam pridem omnis te Roma locutus.
 In Odis iv. ii. 49.

io triumphis,
 Non semel dicemus, io triumphis;
 Civitas omnis.

Et Epod. xvi.

— canus omnis civitas.

Epicetio Drusi,
 Tenuis exequiis adsumus omnis equi.

HEINSIUS. Vid. ad lib. v. 343.
 428. Tantumne aliquis sibi posse videtur.] Ten-
 tum ne sibi quis posse unus Moreti. venisse. lxx.
 430. Juvenescere.] Revirescere aliter Hambur-
 & unus Medic. lib. vii. 306.

Arta summi parili revirescere posse parantem.
 Ubi tamen vetustiores multi, juvenescere. lxxv.
 433. Vos etiam.] Ordo est, Fata regunt etiam
 vos & me quoque, ut hoc animo meliore fer-
 tis. REGIUS. Altera lectio melior videtur. quia
 legitur, quique hoc animo meliore feratis. Pro-
 quo hoc animo mel. ser. &c. Quid enim atio-
 bat eandem particulam geminare nulla necessi-
 te, & contra puritatem sermonis? MERTIUS
 Tevcentius in Eunuchis:
 Ne istuc tam iniquo patiaris animo.
 Idem in Phorm.

Quod fors feret, serenus aequo animo.
 M. Tullius lib. v. Fam. Quod ego speo aequo ani-
 mo sero, sero iniquo: tu de us centum millibus
 aequo animo serre debes, &c. Idem lib. ii. Tul-
 cul. Quod si seruis animo iniquo, qui curti quo-
 busdam destinatisque sustentis, &c. Gronovio
 Gronovio hic verus videbatur spiritus & de-
 lendus.

433. Me quoque fata regunt.] Eorum sequitur
 opinionem Ovidius, qui Jovem fati necessitatem
 subiectum esse existimant. Juppiter apud li-
 merum lib. Iliad. II. 433.
 Οἱ μὲν ἔργον, ἐπεὶ μοι Σαρπηδόνα Φιδίππου ἀνδρῶν
 Μοῖρ' ἐπὶ Πατρόκλῳ Μενετιάδῃσιν ἀπέθανε.

Pondera despicitur; nec, quo prius, ordine regnat.
 Dæta Jovis movère Deos. nec fuffinet ullus
 (Cum videant fessos Rhadamanthon & Aeacon annis,
 440 Et Minoa) queri. qui, dum fuit integer aevi,
 Terruerat magnas, ipso quoque nomine, gentes.
 Tunc erat invalidus; Deionidenque juvenac
 Robore Miletum, Phoeboque parente superbum,
 Pertimuit: credensque suis insurgere regnis,
 445 Haud tamen est patriis arcere penatibus ausus.
 Sponte fugis, Milete, tuâ; celerique carinâ

Aegaeas

Hi mihi, quando mihi Sarpedonem carissimum
 viturum
 Fatum est à Patroclo Menotiade interfici.

CIOFANUS.
 434. scri.] Sævi Cod. Menardi. miseri Medic.
 unus.

436. Qui propter amara senectas Pondera despi-
 citur.] Optimè legitur hic locus in meo antiquo,
 Qui propter dura senectas. quo modo monstra
 omnia tolluntur. CIOFANUS. In uno Heinfilii, de-
 primunt, quod melius tñ pondera respiciet. pro-
 pter dura excerpta Murchi. multa quatuor. sævæ
 nec.

437. Nec quo prius ordine regnat.] Hoc vix in-
 telligit, ego puto eum dicere velle, Minoa non
 tota subditorum obedientia regnare, quemadmo-
 dum si juvenis ac validus esset. GLAREANUS. Sensus
 manifestus. non ea auctoritate regit, sed fere in
 ordinem redigitur, quae locutio fere eadem est,
 & quam illustravit Meursius part. ii. Exerc. Critic.
 lib. i. cap. 5. Heinsius conjecerat, amine. nil muta.
 Epist. viii. 34.

Plus pro, qui prius est ordine, posses aviti.
 ii. Art. 251.

Nec poterit auxiliis, ut quaque erit ordine prima.
 Et post. BURN.

438. Nec fuffinet.] Nec se tenet Cantab. Jun. Re-
 gra & tres alii. se movet Medic. unus.

439. Annis.] Scribendum, annis, ut libri non-
 nulli veteres, & distinctione succurrendum. Nullos
 fuffinet queri, cum Aeacon & Rhadamanthon an-
 nis fessos vident, videant etiam Cancabrig. & octo
 alii. HEINSIUS.

441. Ipsi quoque nomine.] Auditio nomine duo
 libri, dicit quoque n. Gronov. gentes ipso q. n. mul-
 ta Leid. Ipsi q. n. terras unus.

442. Deionidem.] Deionici forsitan filium, ut
 vulgus putat. nam Apollinis fuisse filium poeta
 testatur, tamen nãquam legitur à Deioneo ipsum
 dicere originem, praeterquam quod Ovidius id
 innuere videtur. ac variae quidem sunt de Miletu
 proferuntur opiniones. alii namque Euxantii ex Mi-
 leone nati filium fuisse ajunt, alii Apollinis ex A-

raea Cleochi filia, quibus adlupulatur Arillocius,
 scribens Aracem Cleochi fuisse filiam, ex qua &
 Apolline genitum esse infantem, qui in Milaca
 heriam fuerit expositus. susceptum autem à Cleo-
 cho fuisse & à Milce Miletum nominatum. forsitan
 autem Cleochidem legendum est, non Deioni-
 dem, ut est in exemplaribus scriptum. sed cum ad
 virilem pervenisset aetatem Miletus, à Minoëque
 odio haberetur, fecerit primum in Samum, ubi
 etiam locus est ab illo Miletus cognominatus.
 deinde cum in Cariam transisset, urbem aedificasse,
 atque à suo nomine Miletum appellasse. alii autem
 scribunt à Sarpedone Jovis filio Miletum, & aedi-
 ficatam, & ab ea, quae est in Creta, nominatam.
 ipsam verò primum Juydam, sive Asteriam,
 deinde Anaclonium, postea Miletum fuisse voca-
 tam. REGIUS. Haec fere Regius ex Scholiaste
 Apollonii Rhodii lib. i. vs. 186. sed Anton. Liber.
 Fab. 30. facit Apollinis & Acacallidis, Minois fi-
 liae, filium. alii ex Acacallide & Apolline, sive
 Mercurio natum Cydona dicunt. vid. Steph. in Ky-
 donia. Scholiastes vero Apollonii Rh. iv. 1492.
 Acacallida, & Apollini & Mercurio subactam, pe-
 perisse ex illo Naaxum, ex hoc Cydona. vid. &
 Paulan. viii. 53. Hanc Acacallida etiam Hecleon
 vocatum docet Meursius in Creta. lib. iii. cap. 3.
 Etymologici auctor in Miletus Apollinis & Aracae
 filium facit, ad Iulius Mileri expositi, & à Lupis
 nutriti, memoriam nummum Cydonacorum refer-
 fert Triflan. lib. i. Comm. pag. 96. Deionides vero
 non dicitur videtur à Deioneo patre, sed rectius
 à Deione matre; nam parens Phoeboe sequitur. Do-
 ionem, matrem Philonidis, quae ex Apolline suscep-
 tit etiam Philammona, memorat Schol. Homeri
 Iliad. I. 432. de Deioneo vel Deione. vid. supra ad lib.
 vii. 679. Ceterum Deionidaeque erat in Francof. &
 pluribus aliis. Deionidaeque in MS. Berliniani &
 nonnullis Heinfilii. BURN.

443. Miletum.] Miletum unus mens. HEINSIUS.

444. Credensque suis.] Non credens, (quid enim
 minus?) sed certus, legi debet. aut nihil mihi cum
 judicio est. TAN. FABER. lib. ii. Ep. 69. Nihil
 mutato: suspicabatur & credebatur Minos nepotem
 suum

Aegaeas metiris aquas; & in Afide terrâ
 Moenia constituis, positoris habentia nomen.
 Hic tibi, dum sequitur patriae curvamina ripae,
 450 Fîlia Maeandri, toties redeuntis eodem,
 Cognita Cyanëe, praestanti corpora formâ,
 Byblida cum Cauno prolem est enixa gemellam.
 Byblis in exemplo est, ut ament concessa puellae:
 Byblis Apollinei correpta cupidine fratris,
 455 Non soror ut fratrem, nec quâ debebat, amavit.
 Illa quidem primo nullos intelligit ignes:
 Nec peccare putat, quod saepius oscula jungat:
 Quod sua fraterno circumdet brachia collo:
 Mendacique diu pictatis fallitur umbrâ.
 460 Paullatim declinat amor; visuraque fratrem
 Culta venit; nimiumque cupit formosa videri:
 Et, si qua est illic formosior, invidet illi.
 Sed nondum manifesta sibi est; nullumque sub illo
 Igne facit votum; verumtamen aestuat intus.
 465 Jam dominum adpellat: jam nomina sanguinis odit:
 Byblida jam mavult, quam se vocet ille sororem.

Spes

sum Miletum affectare regnum, sed non audebat eum eicere domo, sponte tamen fugiens Miletus acum timore liberat. *erodensque suis* MS. Berliniani.

436. *Celivique Carina.*] *Cirvaque* Oxon.

438. *Moenia constituis.*] Ovidius quidem sensit Miletum urbem à Miletò Solis filio & conditam & appellatam. Strabo lib. xiv. autem ex Ephori sententia scribit duas esse Miletos, veterem & novam, ac veterem quidem à Cretenibus, Sarpedone duce, aedificatam, Miletumque cognominatam à Miletò, quae est in Creta, cum prius Leleges eum locum tenebant. Novam verò postea à Neleo conditam fuisse juxta mare, quatuorque eum portus habere. RAGIUS.

450. *Redeuntis eodem.*] *In orbem* duo veteres. HEINSIUS.

451. *Cyanoe.*] Duae nymphae hoc nomine à poetis donantur. Altera Sicula, Proserpinae socia, altera Maeandri filia. RAGIUS. *Cognita Cyanoe* multi veteres. unus Basil. *Callisto*. prim. Palat. pro diversa lectione, *Crimis*. secundus, *Prodana*. Cretis Uridin. *Cranis* Spirensis & optimus Thuanens, *ad vâ; Kpovis*. quod nomen Nymphae conveniens. talis apud Statium Theb. ix. *Ceraurus* Ilineni Ilininis filius. Ex Eidotheâ Carum regis filia Caunum & Byblida fuisse Miletò matos ad Antemium Liberalis: Parthenius in Erotics, ex Tragodia. Conon Diegesi II. apud Pho-

tium in Bibliotheca matrem non expressit, de prore cum aliis consentit. Ceterum *Byblis* ne in *Byblis* sit scribendum, vix liquet. Apud Libanum enim utraque occurrit lectio, qui civitatem Cariae Bybliden facit. Malum tamen *Byblis*, quomodo Hesychius & Suidas. Apud Theocritum quoque Idyll. vii. *Byblis* scribitur, & fons est. nec aliter ejus Scholiasies, qui Miletî & Ainae filium facit. Meminit & montis Cariae Byblidis. *Byblis* *Δαίμων* pro *Καίωνες* perperam bis scribitur. Stephanus Byzantius, in *Byblis*, *Byblis* non *Byblida* Miletî hanc filiam appellat. Eadem in *Καίων* et *Byblis*. Quomodo & Partheno in Frontis. ex quo liquet copiose hanc fabulam ab Arillocio & Apollonio Rhodio Poemate quod *Καίων* *κρίση* appellavit, fuisse descriptam. Hinc & parentia etiam Graecos, *Καίωνος* *ἕρως*, cujus Hesychius, Suidas, Diogenianus, Apollonius & alii memorerunt. Conon apud Photium ait Byblidem à Cauno *Byblis* perditè amatam, in quo à ceteris auctoribus discredit. Nam quod è nucè arbore se suspensurâ Byblis ab illo traditur, id ipsum Ovidius quoque I. Art. 383. testatum reliquit hîste verbis:

Byblida quid referam, verito quae frater amavit

Arxii, et est laqueus faceret illa vfas?

Meminit ejus quoque carmine in Iona. *Byblis* Fab. cxxxi. de morte violentâ quidem mentis, sed genus mortis non expressit. *Byblis*, *Byblis* *Μιλετι* filia propter amorem Cauni fratris *Byblis* *Byblis*

Spes tamen obfcaenas animo demittere non est
 Ausa suo vigilans. placida resoluta quiete
 Saepe videt, quod amat. visa est quoque jungere fratri
 470 Corpus; & erubuit, quamvis sopra jacebat.
 Somnus abit: silet illa diu; repentque quietis
 Ipsa suae speciem; dubiaque ita mente profatur:
 Me miseram! tacitae quid vult sibi noctis imago?
 Quam nolim rata sit, cur haec ego somnia vidi?
 475 Ille quidem est oculis quamvis formosus iniquis:
 Et placet, & possum, si non sit frater, amare:
 Et me dignus erat. verum nocet esse sororem.
 Dummodo tale nihil vigilans committere tentem;
 Saepe licet simili redeat sub imagine somnus.
 480 Tellis abest somno; nec abest imitata voluptas.
 Pro Venus, & tenerâ volucer cum matre Cupido,
 Gaudia quanta tui! quam me manifesta libido
 Contigit! ut jacui totis resoluta medullis!
 Ut meminisse juvat! quamvis brevis illa voluptas,
 485 Noxque fuit praeceps, & coepis invida nostris.
 O ego, si liceat mutato nomine jungi,

Quam

torisit. Porro pro *praestanti corpore nympha* in eodem Spirensi, Florent. S. Marci, Taurin. Neap. Urban. Bernegg. prim. Erfurt. prim. Moreti, prim. Palat. sec. Medic. aliisque nonnullis, *praestantia corpora formâ, praestanti corpore nympha* prim. Vatican. & Sixtinae. *formae* unus Medic. lege, *praestanti corpora formâ*, ut pro diversa lectione Berneggenius. vel, *praestantis formae*. vel, *praestantia corpora formae*. ut *praestans animi* apud Virgil. HEINSIUS.

477. *Jungat.*] *Jungit*, & mox, *circumdas* nonnulli.

479. *Mendacique.*] *Mendacisque* Junian. & alius.

480. *Paullatim declinat amor.*] *Succrosâ* Poltrianae ex veteri codice. & sic primus Gronovii & tres alii. sed male. Horatius l. Od. 33.

..... *Lydas in asperam*
Declinat Phœben.

Pro amat Pholoën. Spartianus initio vitae Hadrianus: *inobtus impensus Graecis studiis, ingratis ejus se ad ea delinante, ut à nonnullis Graeculus dicitur.* HEINS. *Succedit* unus Heinsii.

483. *Nollamque sub illo igne facit votum.*] *Nondum* amor tam magnus erat, inquit, ut Byblis propterea votum susciperet, quod vehementer amantem facere consuevit, ut potirentur amato.

GEARANDUS. *Sub illo igne facit votum* Medic. unus

sub ipso Gronov. & Jun. & deinde *resnat ignis* duo.

466. *Mavult.*] *Mallet* Gronov. Heinsius *mollit* legebat.

477. *Demittere.*] *Demittere* veteres plerique. HEINSIUS. *Permittere* unus Heinsii. etiam non male.

470. *Jaceret.*] *Vetustiores, jacebat.* HEINSIUS.

472. *Ita mente.*] *Ita voce* Medic. & duo alii. *in mente* tres.

476. *Et possum.*] *Possum* cum scriptis, ut superioribus haec respondeant. nisi mavis, *at possum.* HEINS.

477. *Nocet esse sororem.*] *Sorori* forte scribendum esse ad Elegiam de Nucè monui. IDEM.

478. *Commistere.*] *Admittere* unus Basil. eadem varietas inf. 625. ubi *admississe* Vossian. & ita alibi.

480. *Imitata voluptas.*] *Voluntas* plurimi. *temerata voluptas* Medic. *provata* alius.

481. *Tenerâ.*] *Nivea* unus Moreti: unde Heinsius faciebat, *Onidia*.

480. *Quam me.*] *Mihi* quam Leid.

483. *Totis.*] *Tallis* unus Medic.

485. *Fuit.*] *Engit* duo.

Pppp 487. *Quam*

Quam bene, Caene, tuo poteram nurus esse parenti!
 Quam bene, Caene, meo poteras gener esse parenti!
 Omnia, Di facerent, essent communia nobis,
 490 Praeter avos. tu me vellem generosior esses.
 Nescio quam facies igitur, pulcherrime, matrem:
 At mihi, quae malè sum, quos tu, sortita parentes,
 Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum.
 Quid mihi significant ergo mea visa? quod autem
 495 Somnia pondus habent? an habent & somnia pondus?
 Di melius! Di nempe suas habuere sorores.
 Sic Saturnus Opim, junctam sibi sanguine, duxit,
 Oceanus Tethyn, Junonem rector Olympi.
 Sunt Superis sua jura. quid ad coelestia ritus
 500 Exigere humanos, diversaque foedera tento?
 Aut nostro vetitus de corde fugabitur ardor:
 Aut, hoc si nequeo, peream precor ante, toroque
 Mortua componar, positaque det oscula frater.
 Et tamen arbitrium quaerit res ista duorum.

Finge

487. *Quam bene, Caene, meo.*] *Quam bene tu nostro* multi ex vetustioribus. quidam hunc versum omittunt. HEINSIUS.

490. *Tu me vellem generosior esses.*] Notum est, quid cupiat Byblis; sed ejus libidini obstat fratrum nomen. Illud autem generosior tale est, ut à me nunquam concoqui poterit. neque alius faceret, qui admota face locum hunc propius adspexerit. legendum arboris:

Saltem factarent alienior esset.

Alienor autem remotior, quique me propinquitate minus contingeres. sic plus semel Ovidius. sed unus modo locus memoriae succurrit lib. 2. 340.

Nunc quia tam meus est, non est meus, ipsaque damno

Est mihi proximitas, aliena potentior esset.

Eadem omnino sententia, ut vides, in dissimili Byblis. nam Myrrha de patre loquitur, quem amat alter ac sibi parentem debeat. TAN. FABER. Lib. 11. Epist. 69. sed hoc est pro arbitrio omnia contempere: recte vero ornata Byblis, ut se generosior esset Caenus, & ideo ad stuprum sine metu repulsa fuerat.

495. *Et mihi, quae malè sum, etc.*] Duo Vatic. *mi mihi.* Libri mei & unus Massianus habent. *mi mihi.* quae vera est lectio. Ab *si* sine assumptione, stulti fecerant, & conjunctionem. De qua orthographia superius. CIOFAN. Nescio quomodo venienter placebat, quod ad marg. e. m. notaretur Gruterus:

At mihi, quae malè sum, quos tu, sortita parentes,

Nil nisi frater eris. quod obest, id habebimus unum. DAN. HEINSIUS.

At mihi ex scriptis. HEINSIUS.

493. *Quod obest id habebimus unum.*] Haec mendosa sunt, aut adulterina: potest tamen reponi, id habebimus una. HEINS.

494. *Quid mihi significant ergo.*] *Quid mihi significans aegre* putabam. nisi *miseris* mavis con primo Gronoviano. sed *aegre* pro amante. Cicero pro Coelio:

Maleda animo aegra, amara faveo facia.

HEINS.

495. *Habent etc.*] *Habent* haec Medic. & tres alii. *habent* bene Fragment. Casen.

497. *Sic Saturnus Opim, junctam sibi sanguine, duxit.*] In Vatic. & uno meo, *sanguine* *junctam*. CIOFAN.

499. *Sunt superis sua jura.*] *Mallim, sui, ut infra, jura senes norim.* HEINS.

502. *Peream precor ipsa.*] *Precor* ante meliores. IDEM.

504. *Et tamen.*] *vident, Atiamen.* Legs, *sub tamen.* nam *At* sequitur. IDEM.

506. *Thalamos timere sororum.*] *Vetulum apud Casenates* fragmentum, cujus excerpta V. G. Lucas Langermannus mecum communicavit, *timere,* & quinque praeterea ex notis. Scribitur, *thalamos* *tenere.* lib. xv. 648.

505 Finge placere mihi: scelus esse videbitur illi.
 At non Aeolidae thalamos timere sororum.
 Unde sed hos novi? cur haec exempla paravi?
 Quo feror? obcaecnae procul hinc discedite flammae:
 Nec, nisi quia fas est germanae, frater ametur.
 510 Si tamen ipse mei captus prior esset amore,
 Fortitan illius possem indulgere furori.
 Ergo ego, quem fueram non rejectura petentem,
 Ipsa petam? poterisne loqui? poterisne fateri?
 Coget amor; potero, vel, si pudor ora tenebit,
 515 Litera celatos arcana fatebitur ignes.
 Haec placet, haec dubiam vincit sententia mentem.
 In latus erigitur, cubitoque innixa sinistro,
 Viderit: insanos, inquit, fateamur amores.
 Hei mihi! quò labor? quem meus mea concipit ignem?
 520 Et meditata manu componit verba tremanti.
 Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram.
 Incipit; & dubitat; scribit; damnatque tabellas:

Et

— *parique negandum*
Non putat auxilium; multi reuere: suamque
Non amittere opem.

Ita & illic pro *relinere* codices nonnulli. bene. cum quarto casu etiam junxit Gratus 461. ubi de forma cauum:

— *tum fortis cura secundae*
Ne remans species, aut ne detraheret honorem.

Sic scribo. cura, inquit, secunda esto, ne ipsa cauum deformis species rejiciat & detrahat honorem, hoc est, ne parum liberalis & honesta canibus sit forma. Paulo post 285.

Si renuit junctos, & mater adultera non est.

Ita & illic scribo: non *emittos*, *junctos* honesto vocabulo dixit, qui ad cotum admittuntur. in *Penonem* jugere paulo ante dixerat. & *juugo* *parat*. Silius libro 14. 125.

— *renuit tibi Daunna regna*
Amiqr esse Jovis.

Idem libro x. 481.

Quae Libycos renuit frenos, sub regionis olim
Roma fuit.

Apud Valerium quoque Flaccum libro 1. 58. 529. scribendum videtur:

— *Lactataque contra*
Pallos, & ambarum renuit Saturnia quosus.

Ubi *quosus* nunc circumfertur. dixi aliquid libro vii. 88. 606. contra apud eundem lib. v. 259.

Annuitur thalamis Albani virgo tyranni. HEINS.

Ego mallem:
At nuno Aeolidae thalamos tenere sororum.

Reuere & tenere commutari vidimus ad Quintil. Decl. cclvii. *posset & inire*, ut alibi loquitur. BURM.

407. *Exempla paravi?*] Collegi. CIOFANUS. 509. *Nec nisi.*] *Puto, Ne, nisi qua fas est, amittitur.* HEINS.

511. *Quae fueram non rejectura.*] In uno Vaticano. utroque meo & Dominici. *Non rejectura.* CIOFAN. Melius nonnulli, *quem fueram, rejectura* etiam non movendum, licet & mei magno numero, *rejectura* habeant. mox v. 606.

Et si rejiceret potui mortura videre.

Cicero Philipp. 11. 24. *Rejecta mater amicum in-puri filii, tanquam murum sequodatur.* HEINSIUS. Ita & Horat. 11. Od. 1x. 20.

Rejecturaque potui janua Lydiae.

Infr. xiv. 677. *ulgares rejice taeda.* Juvenec. Hiss. Euanq. lib. 111. 466.

Conjunctis an liceat rejectum scindere vinculum. Ubi *malim, rejectae.* Vide Gebii. lib. 111. Cre-pund. c. 10. primam vero in *rejicere* semper fere produci docent exempla ad lib. 11. 382. & alibi producta, *abjectura* MS. Berinani. *qua fueram te non habitura precantem* Cod. Menardi. BUN-MANNUS

516. *Hoc placet.*] *Haec* multi veteres. & recte. libro 14. 53.

Haec placet, hanc quoniam communis *fabula non est,*

Talibus usque modis.

Vincit etiam castigatior. HEINS.

- Et notat; & delet; mutat; culpatque, probatque:
Inque vicem sumtas ponit, positasque refumit.
525 Quid velit, ignorat: quidquid factura videretur,
Displicet. in vultu est audacia mixta pudori.
Scripta Soror fuerat: visum est delere Sororem,
Verbaque correctis incidere talia ceris:
Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem,
530 Hanc tibi mittit amans. pudet ah, pudet edere nomen!
Et, si quid cupiam, quaeris; sine nomine vellem
Posset agi mea causa meo: nec cognita Byblis
Ante forem, quam spes votorum certa fuisset.
Esse quidem laesi poterant tibi pectoris index,
535 Et color, & macies, & vultus, & humida saepe
Lumina, nec causa suspiria mota patenti;
Et crebri amplexus; & quae, si forte notasti,
Oscula sentiri non esse fororia possent.
Ipsa tamen, quamvis animo grave vulnus habebam,
540 Quamvis intus erat furor igneus, omnia feci,
(Sunt mihi Di testes) ut tandem sanior essem:
Pugnativique diu violenta Cupidinis arma.

Efti-

518. *Viderit: infans.*] Sedit, & infans sec. Medic. & sex alii.

520. *Meditata.*] *Meditata* Leidens. quod à libris sequentis aevi est, qui *dimidiata verba* in Minucio Felice forte legerat, aut audiverat vulgo dici. BURN.

521. *Dextra tenet ferrum; vacuam tenet altera ceram.*] Epist. xi. 2.

Dextra tenet calammum, stricium tenet altera ferrum. CIOFAN.

Tenet Calammum hic quoque tertius Leidensis, pro varia lectione, cui & glossator adscripserat, *stricium*, id est *strigam ferream*. in Regio uno & tribus aliis hic versus praecedenti praeponebatur.

521. *Ceram.*] Tabellam ceratam. Plautus in *Asinaria* iv. l. 22.

No ulla sit cera, ubi sacro possit litteras.

Idem in *Curcul.* 111. l. 40.

Dim scribo, et plevi totas ceras quattuor. CIOFANUS.

522. *Damnatque tabellas.*] Forte, *mandatque* tab. lib. similes aeduntis animi descriptionem habes apud Apulejum *Met. v. de Psyche: Festinat, distert, audet, trepidat, dissidat, irascitur, & quod est nitissimum in eodem corpore, edit bellum, diligit maritum.* HEINSIUS. Nallem distinguere:

Incepit & dabit, scribit damnatque, Tabellas Et notat & delat,

Notata tabellas, pro in illis exarare litteras. in *charta notata.* l. Ep. 62. & iv. Pont. 111. 26. *luna notata* 117. l. p. 2. *deletat etiam tabellas* 11. Am. v. 5. BORMANNUS.

526. *Pudori.*] *Pudor*que unus Medic. *timori* Leidens.

527. *Visum est.*] *Placuit* Junian. & Berneg. *velit* unus. *visum dolere* Ambros.

528. *Correctis ceris.*] Imo, *correctis* cum prim. Pal. prim. Gronov. Oxon. Arondel prim. Erfus. utroque Hamburg. aliisque multis. *deletis rescriptis ceris* dixit lib. 111. Art. 495. HEINSIUS. *Infirmitat* unus Medic.

529. *Quam, nisi tu dederis, non est habitura salutem.*] Epist. iv. 1.

Qua, nisi tu dederis, caritara est ipsa, salutem *Mittit Amazonio Cressa puella viro.*

CIOFANUS.

530. *Mittit amant.*] *Mandat* unus Heinss.

530. *Pudet ab, pudet.*] Hoc quoque loco & semper libri vet. ut alias dixi, habent, *Pudet ab, pudet.* In meo tamen antiquo hoc loco aperte legitur, *pudet a, pudet*, sine adspiratione. Considera quae dixi lib. 11. CIOF. *Pudet ab, pudet esse ferorem* unus Heinss.

533. *Certa.*] *Plena* Palatin. quintus in *Petron.* xvii. *pleniorum hanc suscipere.* Vid. ad l. Art. 671.

535. *Humida laetitia.*] *Invida* quattuor Medic.

- Effugere infelix; & plus, quam ferre puellam
Posse putes, ego dura tuli. superata fateri
545 Cogor, opemque tuam timidis exposcere votis.
Tu fervare potes, tu perdere solus amantem.
Elige utrum facias. non hoc inimica precatur:
Sed quae, cum tibi sit junctissima, junctior esse
Expetit; & vinclo tecum propiore ligari.
550 Jura senes norint: & quid liceatque, nefasque,
Fasque sit, inquirant; legumque examina fervent:
Conveniens Venus est annis temeraria nostris.
Quid liceat, nescimus adhuc: & cuncta licere
Credimus: & sequimur magnorum exempla Deorum.
555 Nec nos aut durus pater, aut reverentia famae,
Aut timor impediunt; tantum absit causa timendi.
Dulcia fraterno sub nomine furta tegemus.
Est mihi libertas tecum secreta loquendi.
Et damus amplexus; & jungimus oscula coram.
560 Quantum est, quod desit! miserere fatentis amorem,
Et non fassurae, nisi cogeret ultimus ardor:
[Neve merere, meo subscribi causa sepulcro.]

Talia

cus. Forte, *vidua*. *panlo* ante, *esse poterant index*, non *potuit*, novem codices. HEINS.

546. *Potenti.*] Gronovianus, *latenti*; ut Epicetio *Dulci* 36. *Causa laet. fatenti* Ambros. *potenti* Melie. *potenti* duo. *nota potenti* multi codices. *note* unus Svozzae; quod non displicebat Heinss. *longi* tres libri.

549. *Animo grave vulnus.*] *Animo* rectius quidem. HEINSIUS. Forte, *vulnus alobam*; ut Virg. *in* *Aeneid.* 2.

Vulnus alit venis.

Vid. ad Epist. xii. 176. Sed & *habere vulnus* rectum est. vid. l. Art. 166. unde formulam *illam*, habet explicitum ad *Quinctil.* *Decl.* viii. 16. praeterea hic in *Plorent.* S. Marci & *Bonon.* erat, *quantum* *me iam grave vulnus habebat.* BURN.

549. *Sunt mihi di testes.*] *Sunt* quatuor libri. vid. ad Epist. xvii. 142.

549. *Quam fero.*] *Quam forte* unus Medic.

549. *Tu fervare potes, tu perdere solus amantem.*] *Ne* locutione usus est etiam in laudatissimo illo opere *Mulcaei Tragediae*, cujus hoc carmen citat *Quintilianus*:

servare potuit, perdere an possim rogat?

CIOFANUS.

549. *Non hoc inimica precatur.*] Citat haec *Cleodorus* in *Arte*, inter *Grammaticos* veteres pag. 287. hoc modo:

Non hoc inimica precatur;

Sed quaecumque tibi junctissima, junctior esse
Expetit.

Scripti nihil variant, nisi quod quidam, *non haec*; alii, *hoc non inimica.*

549. *Ligari.*] *Teneri* Vossian.

551. *Examina fervent.*] Nescio an non aptius foret, *versare* legere, quod *vs inquirant* respondet melius. ut *versare exemplaria* *Grassia* *Horatio* *Art. Poet.* 268. & ita *versare* & *servare* confundunt codices 11. Art. 729. BURN.

556. *Impediunt.*] *Impediunt* unus Gronov. pro *tantum absit*, multi ex vetustioribus, *tantum sit*. *Td tantum* absit à primo *Vatican.* *tantum sit* prim. *Moreti*, nonnulli, *tantum absit vel absit*. *Pato*: *nam quas sit causa simeudi?* HEINS.

557. *Dulcia.*] *Moreti* fragmentum, *publica*, argute. pro *furta* etiam, *vota* *Mediceus*. sed *Virgil.* *iv. Georg.* 346. *dulcia* quoque *furta* dixit ut *judicandum fursum* *Noiter* 11. *Amor.* viii. 3. ita *dulcia opus* 11. Art. 480. & l. *Amor.* iv. 48. BURN.

558. *Secreta.*] *Secura* unus Leidensis; recte, ut puto. & verba haec commutari solere, ostendit doctissimo *Drakenborchio* ad *Sil.* xi. 326. sic & apud *Lucan.* 11. 287.

Sed quo fata trahunt virtus secreta sequatur.

Ubi *secreta* in quibusdam codicibus; sed *perperam*; ut apparet ex imitatione *Claudianii*, qui ita in *Conf. Mal.* vers. 1.

Talia nequiequam perarantem plena reliquit
 Cera manum: summusque in margine verus adhaesit,
 565 Protinus impressa signat sua crimina gemma;
 Quam tinxit lacrimis: linguam defecerat humor.
 Deque suis unum famulis pudibunda vocavit:
 Et pavidum blandita, Fer has, fidiissime, nostro,
 Dixit, & adjecit longo post tempore, fratri.
 570 Cum daret; elapsae manibus cecidere tabellae.
 Omne turbata est: misit tamen. apta minister
 Tempora nactus adit; traditque latentia verba.
 Attonitus subita juvenis Macandrius ira,
 Projicit acceptas, lecta sibi parte, tabellas:
 575 Vixque manus retinens trepidantis ab ore ministri,
 Dum licet, o vetitae scelerate libidinis auctor,
 Effuge, ait: qui, si nostrum tua fata pudorem
 Non traherent secum, poenas mihi morte dedisses.
 Ille fugit pavidus: dominaeque ferocia Caeni
 580 Dicta refert. palles audita, Bybli, repulsa:
 Et pavet obfessum glaciali frigore pectus.
 Mens tamen ut rediit; pariter rediere furores:
 Linguaque vix tales icto dedit aere voces:
 Et merito; quid enim temeraria vulneris hujus
 585 Indicium feci? quid, quae celanda fuerunt,
 Tam cito commisi properatis verba tabellis?

Ante

*Ista quidem virtus pretium sibi, solaque late
 Fortunae secreta nitet.* BURM.
 560. *Quantum est quod desit.* Quod desit, puto.
 HEINS. Inf. xv. 488.
Quantum est quod desit in istis.
 561. *Ultimus ardet.*] *minimas* Basil.
 562. *Neve merere meo.*] Hic verus non uno
 mihi nomine suspectus est, nec Ovidianum esse
 persuasor ut credam. HEINSIUS. Retinendum
 censet Gronovius, quia in titulis sepulchri brevi
 elogio causa mortis solebat addi, ut patet ex Ep.
 II. 143. VII. 195. & aliis locis.
 563. *Talia nequiequam perarantem.*] *Properan-*
tem sec. Medic. & alii duo, *parantem*. sic infra
 praecipitatum suam deplorat, quod tam cito com-
 misit properatis verba tabellis. & pro summo margi-
 ne Florentin. S. Marci, Neapol. prim. Palat. sec.
 Medic. & tres alii, *famulaeque in margine verus*
adhaesit, bene pro crimina mox nonnulli, *carmina*,
 pro tinxit Rotendorph. & unus meus, *singula*.
 HEINSIUS. *Properare* & *parare* confundi ostendimus
 ad lib. I. Amor. xi. 7. *perrogatum* duo. *relin-*
quit etiam quinque. bene.

568. *Et pavidum blandita.*] Libri scriptioines,
Et pavidum. CIOP. *Pavidum blandita* plura: ve-
 teres. optime. est enim timentium blanditi. HEINS.
 Vid. sup. VII. 317.
 568. *Feras.*] Imo, *fer has* cum aliis Codicibus.
 DAN. HEINSIUS. Iidem codices, *fer has*; & illud
 recte. HEINSIUS.
 569. *Post longo.*] Olim editi & scripti praeter
 tres, *longo post tempore*. ut lib. x. 180.
Recessit in solidam longo post tempore terram
Pentus.
 Virgil. I. Eclog. 30.
Recessit tamen & longo post tempore venit.
 Ubi vide Servium & alios. BURM.
 572. *Lecta sibi parte.*] Heinus malebat, *lecta*
vix parte. sed sequitur *vix*.
 575. *Retinens.*] *Retrahitur* Sicii.
 576. *Libidinis.*] *Cupidinis* Genev. & Sponti &
 Leidens. actor quidam. sed *antior* hic est nuntius.
 Vid. ad II. Am. VI. 34.
 577. *Quid si.*] *Qui si* meliores. *To* qui refer-
 ad poenas dedisset. pro traherent recum, *idem*, *pro-*
can. bene. sic lib. II. Falcor. 848.

Et

Ante erat ambiguis animi sententia dictis
 Praetentanda mihi. ne non sequeretur euntem,
 Parte aliqua veli, qualis foret aura, notare
 590 Debueram; tutoque mari decurrere: quae nunc
 Non exploratis implevi linthea ventis.
 Ausferor in scopulos igitur, submersaque toto
 Obruor Oceano: neque habent mea vela recursum.
 Quid? quod & omnibus certis prohibebat amori
 595 Indulgere meo, tum cum mihi ferre iubenti
 Excidit, & fecit spes nostras cera caducas?
 Nonne vel illa dies fuerat, vel tota voluntas,
 Sed potius mutanda dies? deus ipse monebat;
 Signaque certa dabat: si non male sana fuisset.
 600 Et tamen ipsa loqui, nec me committere cerac
 Debueram, praelensque meos aperire furores.
 Vidisset lacrimas: vultus vidisset amantes.
 Plura loqui poteram, quam quae cepere tabellae.
 Invito potui circumdare brachia collo:
 605 Amplectique pedes: adfusaque poscere vitam:
 Et, si rejicerer, potui moritura videri.
 Omnia fecissem, quorum si singula duram
 Nescere non poterant, potuissent omnia, mentem.
 Forsitan & missi sit quaedam culpa ministri.
 610 Non adit apte: non legit idonea, credo,

Tem.

is saeva lacrymas invidiamque trahit. HEINS.
 581. *Et pavet obfessum glaciali frigore corpus.*]
 Rectius omnino legitur in uno meo, *frigore pectus*.
 CIOPAN. *Pectus* nonnulli ex castigatioribus. HEINS.
 Vide Epist. XIX. 192. *Et pavet obfessum* Gronov.
 apud Vatican.
 581. *Mens tamen ut rediit, pariter rediere furo-*
res.] Epist. XIII. 29. *Utque animas rediit, pariter*
rediere furores. CIOPAN. *Rapidi radiare* Medic. do-
 linei unus.
 583. *Ista aere.*] *Sesto* Neapolitanus & duo alii.
 sed perperam. vid. lib. III. 706. & hoc ex Stoico-
 rum arguta sententia, qui vocem *istum* aera esse
 contendebant, quod reflexerat Plato. vide Gell.
 lib. V. cap. 15. BURM.
 584. *Quid quae.*] *Quod quae* prim. Vatican. sec.
 Palm. duo alii. Puto, *quae*, *quae* quo commisi, cur
 commisi. HEINS. *Cur*, *quae* Thuan.
 587. *Diffusa.*] *Ceris* Moreti liber. ita lib. I. Art.
 664. & III. 623. *verbis* Cantab. & duo alii.
 592. *Nunc seror in scopulos.*] Emenda ex duo-
 bus meis & aliis antiquis fidelioribus, *Ausferor in*
scopulos, & pro, *submersaque toto*, lege ex hinc meo-

rum & Briantii exemplarium, *Submersaque toto*.
 CIOPAN. *Ausferor* plerique. recte. & pro *subversa-*
que, *submersaque*. Amor. II. Eleg. IV. 8.
Ausferor, ut *rapida concita* poppis aqua. HEINS.
 Moto etiam coniecerat Heins. ut IV. 737. sed &
 tota aequera lib. XIII. 955.
 593. *Recursum.*] *Recursum* Cantabr. vide Epist.
 VI. 59.
 595. *Mibi ferre.*] *Perferre* Gronov.
 599. *Signaque certa.*] *Cara* Franc. Basil. & Mo-
 dic. alii, *certainaque signa*. Heinus volebat, *Et rata*
signa dabat.
 602. *Vultus vidisset amantes.*] In Caesell. &
 meis, *vultum* numero sing. CIOPANUS. *Malo*, *a-*
manentes, vel, *vultum amantem*. nam *vultum* plu-
 rimi veteres. Adi Notas ad Epist. II. vers. 93.
 HEINS.
 605. *Amplectique pedes.*] Propert. IV. VIII. 72.
Cui vix tangendos praebuit illa pedes.
 Referendum enim ad illud, *per genua tua te obse-*
ro: genua enim misericordiae sedes. hinc Epist.
 XVI.
Amplectique tuos, si patiaro, pedes. DOWD.
 606. R3-

Tempora: nec petiit horamque animumque vacantem.
 Haec nocuere mihi. neque enim de Tigride natus;
 Nec rigidas silices, solidumve in pectore ferrum,
 Aut adamanta gerit, nec lac bibit ille laenae.
 615 Vincetur. repetendus erit; nec taedia coepta
 Ulla mei capiam; dum spiritus iste manebit.
 Nam primum (si facta mihi revocare liceret)
 Non coepisse fuit: coepta expugnare, secundum est.
 Quippe nec ille potest (ut jam mea vota relinquam)
 620 Non tamen auctorum semper memor esse meorum.
 Et, quia deserim, leviter voluisse videbor:
 Aut etiam tentasse illum, insidiisque petisse.
 Vel certe non hoc, qui plurimus urit, & ussit
 Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.
 625 Denique jam nequeo nil commisisse nefandum.
 Et scripti, & petii: temerata est nostra voluntas,
 Ut nihil adjiciam, non possum innoxia dici.
 Quod superest? multum est in vota, in crimina parvum.

Dixit:

Dixit: & (incertae tanta est discordia mentis)
 630 Cum pigeat tentasse, libet tentare: modumque
 Exit; & infelix committit saepe repelli.
 Mox ubi finis abest; patriam fugit ille, nefasque:
 Inque peregrina ponit nova moenia terra.
 Tum vero moestam tota Miletida mente
 635 Defecisse ferunt. tum vero à pectore vestem
 Deripuit; planxitque suos furibunda lacertos;
 Jamque palam est demens; inconcessamque fatetur
 Spem Veneris. sine qua patriam, invisosque penates
 Deserit; & profugi sequitur vestigia fratris.
 640 Urque tuo motae, proles Semeleia, thyrso
 Ismariae celebrant repetita triennia Bacchae;
 Byblida non aliter latos ululasse per agros
 Bubalides videre nurus: quibus illa relictis
 Caras, & armiferos Lelegas, Lyciamque pererrat.
 645 Jam Cragon, & Lymiren, Xanthique reliquerat undas,
 Quoque Chimera jugo mediis in partibus ignem,

Pectus

606. Reiteret.] Responder Jun. vid. vs. 512. re-
 fteret unus Regius.
 608. Perussit omnia.] Concinne unus meus &
 unus Ambros. com codice Berlinanni, poterant ta-
 men omnia. HEINS.
 610. Nec legit.] Non legit meliores. quod effi-
 cacijs. & mox, non petiit duo. pro nec. malim
 etiam, horamque animumque vacantes, quam va-
 cantem. IDEM.
 610. Idonea tempora.] Eodem sensu hic Noster
 proximè dixit:

— apta minister
 Tempora natus adit.
 Prout illo modo lib. vi. 467.
 Distuleratque graves in idonea tempora poenas.
 Huc facit Ciceronis locus è lib. i. Officiorum.
 Tempus, inquit, officijs opportunum, Graecè è ka-
 pia, Latine appellatur occasio. sic fit, ut molestia
 haec, quam interpretamur ita, ut dixi, scientia sit
 opportunitatis idoneorum ad agendum temporum. CIO-
 FANUS.

612. Neque enim de Tigride natus.] In veteribus
 libris, Neque enim est de Tigride natus. IDEM.
 613. Nec rigidas silices.] Duodecim praecantio-
 res, rigidas. Spirensis, rigida silice. Vide quae no-
 to libro hoc, vs. 225. HEINS.
 615. Nec taedia coepta.] Regius, Urbicus & pr.
 Palatinus legunt mutata distinctione:
 Nec taedia coepta
 Ulla mei: capiam dum spiritus iste manebit.
 Neapol. & Mediceus, nec taedia coepta Ulla mei fa-
 ciam, sed vulgatum retineo. Corn. Nepos apud

Gellium lib. vii. 18. Ut taedium vitae exquiri.
 BORMANN.
 617. Facta revocare.] Facta in plurimis veterum.
 HEINS. Sed magis mihi facta placet. sua facta enim
 vellet revocare, & non facille, quod fecerat, mi-
 let; sed quod factum est infecum fieri nequit. ut
 ait Terentius, mox non coepisse foret. nove nunc
 insolenter dictum coepta expugnare, pro petitor,
 cujus locutionis exemplum ignoro. neque codices
 variant, nisi quod coeptum expugnare, sit in Francos
 & infinitis alijs. BORN.

621. Leviter voluisse.] Capisse Mediceus una
 desero etiam Leidens. & Menard.
Dum nova Naiadum turbam comitata vagatur,
10 Decidit, in talum serpentis dente recepto.
Quam satis ad superas postquam Rhodopeius auras
Deflevit vates; ne non tentaret & umbras,
Ad Styga Taenariam est ausus descendere portam.
Perque leves populos, simulacraque functa sepulcris,
15 Persephonen adiit, inamoenaque regna tenentem
Umbrarum dominum: pulsisque ad carmina nervis

Sic

¹ Per vocatur.] Κακῶστατον ut evitetur, licet & alii ita loquuntur, mallem cum codice Mediceo & undecim aliis, rogatur. quae eadem varietas est inf. vs. 507. vide ad Epist. xx. 191. Epithola tamen s. 34. summa Thesae voce voco, ubi nihil mutari debet, propter τὸ summa. BURM.

² Sollemnia verba.] Jura unus Basil. forte pro toto ut iv. ex Ponto viii. 29. sed praestat vulgata lectio Sidon. Carm. xi. 121.

³ Pavis tenuit sollemnia dictis.]

Ubi vide Savaronem. sic sollemnis cantus lib. iii. Amor. xiii. ii. IDEM.

⁴ Ugnis fuit, nullotque.] Numeri paulo durioris. In uno Vossiano & uno Leidensi:

Ugnis fuit, nullos invenit motibus ignes.

Ugnis, si quid video. Fallorum lib. v. 436.

Ugnis erat, in duro procedere solo.

Et vi. 493.

Haec quoque sanctos, ut erat, laniata capillis.

Et i. 503.

Ugnis erat, immixtis puppim stetit ante capillis.

Atque ita passim tam Noller quam alii. similiter, sine vii. 178. & alibi frequenter occurrit. de quo Gevartius Lection. Papin. lib. ii. cap. 7. vide & ad Epist. xx. 19. HENRIS.

⁷ Juvavit.] Vide ad lib. vii. 281.

⁸ Naiadum turbam.] Maenaliidum sec. Palat. aliter Twindienus & unus Bail. Latet aliquid. apud Virgilium Dryades Eurydice comitantur. HENRIS. Hygin. Fab. 164. Aristaeum amore captum eam lectum scribit & Serv. ad Virg. iv. Georg. 116. & Lutatus ad Stat. viii. Theb. 59. qui perieram Euridices filium fecit, cum alii Cyrenes & Apollinis. vid. Hygin. Fab. 161. & Scholiamen Germanici ad Aquarium vs. 263. BURM.

¹⁰ Occidit.] Francosurtensis & Strozzae liber, decidit. quod placet. Horat. iv. Od. 7. Nos ubi decidimus, quo Pater Aeneas, & ii. Ep. 1. 36. Scriptor abhinc annos centum qui dicitur. in Lapide apud Fabret. cap. iv. pag. 254. Nivium cito decidisti. eadem vero varietas sup. lib. vi. 10. & vii. 43. & lib. xiv. 805. & alibi. Plaut. Trin. 11. iv. 143. Ita cuncti solstitiali morbo decidunt. Arnob. lib. v. p. 177. Fix vivonitium numero iudex ille decidit. Vide de hoc verbo ad iv. Epist. 94. in talo etiam Vivian. BURM.

¹³ Taenariam portam.] A Taenaro litore, de quo sic Probus in iv. Georg. Taenaros est Laconiae litus, in quo specus est, per quam Icarus existimatur descendisse ad inferos & Orpheus. Haec de re lic Virg. lib. iv. Georg. 467.

Taenarias etiam fauces, alta ostia Ditis, Et caligantem nigra formidine lucem Ingressus: Manesque adiit, regnaque tremendum, Nequeque humanis precibus mansuifere corda: At cantu committat Erosi de sedibus iouis Umbras iuante tenues, simulacraque luce carrentum:

Quam multa in silvis avium se millia condunt, Vesper ubi aut hibernus agit de montibus iubar, Matres atque viri, defuncta corpora vitâ Magnanimam Heronem. CIOFAN.

¹⁴ Sepulchris.] Ita recte ex MSS. Heinolus Sepulchris olim editi. vid. ii. Fast. 565. & supr. iv. 435.

¹⁵ Persephonen.] Proserpinam. REGIUS. Proprie autem videtur Persephona dici, Hecate, quod ea veneficis partem Persea interfecisse dicatur. ut est apud Diodorum libro quinto. Hecaten autem & Proserpinam pro eadem accipi supra annotavimus. MICYLLUS.

35. Luc.

Sic ait: O positi sub terrâ numina mundi,
 In quem recidimus quidquid mortale creamur;
 Si licet, & falsi positis ambagibus oris,
 20 Vera loqui finitis; non huc, ut opaca viderem
 Tartara, descendi; nec uti villosa colubris
 Terna Medusæi vincirem guttura monstri.
 Causa viae conjux: in quam calcata venenum
 Vipera diffudit; crescentesque abfluit annos.
 25 Possè pati volui: nec me tentasse negabo.
 Vicit Amor. superâ Deus hic bene notus in orâ est.
 An sit & hîc, dubito: sed & hîc tamen auguror esse,
 Famaque si veterem non est mentita rapinam,

Vos

Vos quoque junxit Amor. per ego hæc loca plena timoris,
 30 Per Chaos hoc ingens, vastique silentia regni,
 Eurydices, oro, properata retexitæ fila.
 Omnia debemur vobis: paullumque morati,
 Serius aut citius sedem properamus ad unam.
 Tendimus huc omnes, hæc est domus ultima: vosque
 35 Humani generis longissima regna tenetis.
 Hæc quoque, cum justos matura peregerit annos,
 Juris erit vestri. pro munere poscimus usum.
 Quod si fata negant veniam pro conjuge, certum est
 Nolite redire mihi. leto gaudet duorum.
 40 Talia dicentem, nervosque ad verba moventem,

Exfan-

15. *Inuoluntate.*] Et inania regna Boxtorū.
 ut lib. iv. Fall. 600.

Possidet alter aquas, alter inani chaos.
 Et ita passim Poëtae. sed & lib. iv. 477. & xiv.
 590. dixit inamabile regnum. tuentem etiam unus
 Langermanni. Bvnm.

18. *In quam decidimus, etc.*] In uno Vatic.
 Corruimus. In aliis antiquis, *Recidimus*. Ita infra
 28. 180. *Recidit in solitudinem longo post tempore ter-*
ram Poudas. Quo loco vulgati libri habent, *Deci-*
dit. Doctissimi viri, Lambinus & Gifanus, ex
 veteribus libris illud Lucretii sub principium lib. v.
 ita legunt:

tur ad extrahendum Cerberum illic descendisse.
 REGIUS. De colubris Cerberi, quos ille pro pils
 habet, Regius viderit. Medusæum autem mon-

strum Cerberum dici, inde volunt alii, quod Echidna, quæ Cerberum & Orthum Geryonis canem, peperit, ex Typhaone Medusæe progenies fuenit. Sic enim apud Hesiodum in Theog. 195. legitur de Medusâ:

Et paulo post 28. 306. de Echidna:

Τῆδε Τυφάονα Φαει μὴ γένοιτο ἐν Φλόδῳτι,
 ἢ δ' ὑπεκκοσσομένη τέκετι κρατερὴφρονι τέκετι,
 ὄφρα μὲν πρῶτον κίον γέλοιωτο Τηροῦντι,
 δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμύχανον, ὅσπε φησὶν
 Κλέβηρον ὠμύχην, ἃ ἴδον κίον χαλκίφρονον,
 Πανόνηκτανδάφρονον, ἀναδίσπει κρατερὴν πτ.

MICELLUS.

23. *In quam.*] In Eurydices exitum. CIOFAN.
 23. *Venenum.*] Auctore Servio dicitur, quod per
 venas eat. IDEM.

24. *Crescentesque abfluit annos.*] Et videm
 notatam ademit. Significat autem Eurydices in ju-
 ventutis flore è vita excessisse. IDEM. In Oxoniensi
 erat, *veneno*, & in quatuor, *crescentes abfluit*,
 unde forte legendum:

— in quam, calcata, veneno,
 Vipera, diffuso crescentes abfluit annos.

HEINSIUS.

25. *Possè pati volui: nec me tentasse negabo. Vicit amor.*] Volui, & quantum quidem in me fuit,
 ut dolorem, quem ex inæ uxoris obitu peteccep-

— — — — — & in rei

Recidere assidue, quotiens finire omnia constat.

Quare nihil hoc loco mutandum puto. CIOFAN.
 Recidimus meliores magno numero. dictum aibi
 de hoc loco. Julius Firmicus contra gentes: *Quia*
hæc est natura terræ, ut in eam recidant omnia.
 HEINS. Vide ad Epist. xiv. 46. & sup. vi. 212.
 creatur etiam duo. sed perperam. vid. mox. 28. 32.

19. *Si licet.*] Variant scripti; quorum quidam,
se licet, alii, *si licet*. At Heinsius olim conjecerat,
si liquet, pro *si constat*: sed nihil muta. ita Nolter
 saepe, *si licet & fas est*, & similes formulas habet.
 Vid. ad t. Fall. 25.

22. *Terna guttura.*] Tetra Oxon. *Torva* prin.
 Basil. & sex alii. *Trina* duo. *Carva* unus Medic.
 quod non capio. HEINS. *Trina* etiam capita dixit
 Senec. Herc. Fur. 784. ubi & alii, *terna*. Vid. ad
 Ep. ix. 38. & vi. Fall. 216.

21. *Medusæi monstri.*] Medusæum monstrum
 Cerberum interpretare, à Medusâ originem capien-
 tem. ex sanguine enim Medusæe natus est Chry-
 saor equus, ex Chrysaore Geryon, ex Geryone,
 qui Echidnæ se miscuit Cerberus. Auctor He-
 siodum in Theogonia. qui aliter interpretantur,
 errant totâ viâ. CONS. PARENIS. Cerberi canis
 inferorum tripicis, qui ut Medusâ pro capillis,
 ita pro pilis colubros ac serpentes habet. Merito
 autem he excusat Orpheus, ne, ut Hercules, creda-

ligna etiam lib. ix. 362. *vovi sub eodem cortice con-*
di. & infra h. l. 28. 621. & alibi.

18. *Non est mentita rapinae?* Palsive sumi debe-
 re, ut inf. 239. *nomina mentito.* & apud Gratium
 2. 91.

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

Ubi dicitur, nisi praeferat hic cum uno Vaticano
 legitur:

33. *Sedem properamus ad unam.*] Alii, contra
 omnes libros, inceptè legunt: *sedem properamus ad*
inam. Superiorem lectionem confirmat sive Ovi-
 dius, sive Abinovanus, ad Liviam:

Tendimus huc omnes, metam properamus ad
unam,
Omnia sub leges Mori vocat atra suas. CIOF.

Non sunt audiendi codices qui, *sedem ad*
inam, pro *unam* exhibent. Horat. lib. ii. Od. iii.
 Omnes eodem cogimur, ubi plura ad rem. Epicedio
 Drusi 159.

Tendimus huc omnes: metam properamus ad
unam:

Omnia sub leges mori vocat atra suas.
 Virgil. Aen. ii. 716.

Hanc ex diverso sedem variemus ad unam. HEINS.
 Horat. i. Od. 18.

Omnes una manet nox.
Sedem remanemus etiam Licentif.

35. *Longissima.*] *Latissima* unus Basil.
 36. *Justos.*] *Justos* herf. margo.

37. *Juris erit vestri.*] In manu vestra positum
 erit. CIOFAN

38. *Quod si fata.*] Sed si, inquit, fata mihi hoc
 beneficium, pro uxore petium negaverint. de-
 crevi nolite ad superos redire. *Veniam*, benefi-
 cium. Interdum *venia* pro pace ponitur. Virgil.
Caniti nam lelii navibus ibant Graecis veniam.
 Ceterum qui peccaverunt, *veniam petere* proprie
 dicuntur, cum ut sibi parcat, orant. REGIUS.

Raphaël *veniam*. id est, beneficium exponit.
 Quid autem si *veniam* sit verbum? hoc sensu, si
 fata negant mihi visum conjugis, ego pro conju-
 ge *veniam*, neque unquam redibo ad vivorum re-
 gionem, gaudete leto duorum quantum etiam
 alterum probo, quod Raphaël ait, ut *veniam* sit
 nomen. GLABBAN. Cui hoc persuasit Glacianus?
 rectè Regius, & *veniam* pro facultate, co-
 pia, poni notissimum; vide Mameret ad Lectant.
 Argum. lib. iii. Fab. xi. & ad Hygin. Fab. xlv.

39. *Duorum.*] Mei & Eurydices. CIOFAN.

Exfangues flebant animae. nec Tantalus undam
Captavit refugam: stupuitque Ixionis orbis.
Nec carpere jecur volucres: urnisque vacarunt
Belides: inque tuo sedisti, Sisyphæ, saxo.

45 Tum primum lacrimis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas: nec regia conjux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Enrydicenque vocant. umbras erat illa recentes
Inter: & incessit passu de vulnere tardo.

50 Hanc simul & legem Rhodopeius accipit heros,
Ne flectat retro sua lumina; donec Avernas
Exierit valles: aut irrita dona futura.
Carpitur acclivus per muta silentia trames,
Arduus, obicurus, caligine densus opacâ:

Nec

40. *Talia dicentem, nervosque ad verba.*] Poëtae haec sunt verba, quibus ostendit tantam fuisse Orphei & cantus & orationis vim, ut omnes, quos hic recenset, et quique apud inferos variis poenarum generibus afficiuntur, à lacrymis se continere & temperare non potuerint, simulque ab his, quae perpetuantur, cessasse supplicis. Ciof. *Ad bella* Cod. Sprotii. sed Palatin. quartus, *ad sinistra. dicenti* etiam & *moventi* unus Leidens.

41. *Refugam.*] *Profugam* Leidens. *refugam* sec. Pal. vid. ad Epist. xviii. 182. *animam refugam* etiam Thuan.

42. *Stupuitque Ixionis orbis.*] Ixion fuit Antionis, sive Pisonis, sive Martii, sive Phlegyae filius (nam dissentiunt inter se auctores) Diam Deionei filiam uxorem duxit. erat autem in morte positum apud veteres sponiarum patribus moneba quaedam dare, ut & Homer. *ἠπὸς ἕκαστον βῆος ἕκαστον, ἔπειτα δὲ χιθὼν ἰπέτην αἰγῶν ἡμῶν καὶ ἴε.* Id est: *Primum certam boves dedit, deinde mille capras pelliculas & totidem oves.* Deioneus igitur Ixionem, ut mos erat, filiae suae virum numera posebat. Ixion verò, cum ab illo crebro appellaretur, atque adeò urgeretur, fossam faciendam curavit, eamque materia, quae ignem facillè & subito concipere posset, implevit. Quo facto soterum quasi ad epulas opiparas & sumptuosas invitavit. Ille autem insidiarum & fraudis ignarus, cum ad eum locum, ubi fossa suberat, pervenisset, in eam jam inflammatam incidit, & in flammis consumptus est. *Jam verò, &c.* Haec & plura Lambinus in Arte Poët. Horatii ad illum locum Art. Poët. 124. *Perfidus Ixion.* Ita quoque Virg. lib. iv. Georg. 481.

*Quam ipsae stupore domus, atque intima Laetæ
Tartara, caeruleisq; amplexae crinibus angues
Eumenides, tenuitque inhians tria Cerberus ora:
Atque Ixionis vasto rota consistit orbis, &c.* Ciof.

Conferenda haec sunt cum Horatii Ode xi. libi sexti. & quae de descensa Orphei ex Minucio profert Athenaeus lib. xiiii. cap. 7.

43. *Volucres.*] *Volucres* generatim dicitur sic & Lucretius. Homerus autem, quem Apollodorus in primo sequitur, *vultures* vocat. Vide, quae annotavi lib. iv. Ciof.

43. *Nec carpere jecur volucres.*] Servius exponens illud è lib. vi. 595. *Nec non & Tityus terra omnipotentis alumnus, haec prodidit lumen. Tityus secundum alios filius Terrae fuit, secundum alios à Terra natus.* Unde elegit servium, quod utrumque significaret, nam alumnus dicitur à *amavit Latonam, propter quod Apollini conspexerat sagittis, & damnatus hac lege apud inferos, ut ejus jecur vultur excedat. Quoniam Haecus testissimè dicit duos vultures sibi in ejus jecur succedere.* Idem.

49. *Incessit.*] *Incessit* Leid. & Bonon.
50. *Hanc simul & legem Rhodopeius accipit Orpheus, Ne flectat retro sua lumina, &c.*] Scaxce in Hercule furente:

*Evade ad superos, lege tamen data,
Tu post terga tui perge divi cones,
Tu non ante tuam respice conjugem,
Quam chem clara Diis obtuleris dicit,
Spartanisque adit janua Tainari:
Odis verus amor, nec patitur moras.
Munus, dum properat curvae, perdidit.*

CIOFANUS.

50. *Rhodopeius Orpheus.*] Resius, *heros prim.* Palat. prim. Basil. prim. Vatican. prim. Moret. alii que complures. HEINSIUS.

52. *Valles.*] *Sedes* Sprotii: & idem, *irrita vna.*

53. *Acclivis trames.*] Puto, *acclivus*, quo modo Zulichemianus. sic Noster solet. vide Notus hoc ix. vs. 334. & Fall. lib. v. 13. HEINS.

55 Nec procul abfuerunt telluris margine summae.
Hic, ne deficeret, metuens, avidusque videndi,
Flectit amans oculos: & protinus illa relapsa est.
Brachiaque intendens, prendique & prendere captans,
Nil nisi cedentes infelix adripit auras.

60 Jamque iterum moriens non est de conjuge quidquam
Quella suo: quid enim nisi se quereretur amatam?
Supremumque vale, quod jam vix auribus ille
Acciperet, dixit: revolutaque rursus eodem est.

65 Quam tria qui timidus, medio portante catenas,
Colla canis vidit: quem non pavor ante reliquit,
Quam natura prior, saxo per corpus oborto:
Quique in se crimen traxit, voluitque videri

Olenos

55. *Nec procul abfuerunt.*] *Abfuerunt* S. Marci.

56. *Videndi.*] *Meditandi* unus Heinssii. *Juvandi* Regius.

57. *Relapsa.*] *Repulsa* secundus Medicus & quatuor alii. unde *revulsa* conjiciebat Heinssius.

58. *Et prendere captans.*] In nonnullis vet. libris *Captans*. In uno meo, *Certans*. Quod probo. Ciof.

Omnes nostri *captans* praeter Florentinum S. Marci, Bernegger. excerpta Sureti ac Calandrae & una Boconientem. sic *captans* praefare Aulon. Modest. vs. 275. Phaedrus lib. iv. Fab. 7.

Quid me, inquit, stulta dote captas laedere,
Et lib. v. Fab. 3.

*Calvi moneret mystica nudatum caput;
Quam opprimere captans.*

Stat. Achill. l. 278.

Si quis quoniam primis submittere captos habentis.
In vetustis codex, non tenet. Nil muto tamen. Union. l. 213.

Quoniam ut absumant, absumta requirere certant.
Sic. xiii. 653.

Fumoque volutri

Et nobili similes animas apprehendere certat. HEINS.
Eo *captans* praetuli, quia hoc *tyō* *prendre* verbum convenire puto. sic *captare brachia, colla & similia* possunt etiam Noster.

59. *Luras.*] *Uthreas* fragm. Caesenas.

61. *Quid enim nisi se quereretur amatam?*] *Nisi* *placetur* *amantem*, vel *amatam* multi veteres. *placetur* Florent. S. Marci & alter Twissianus. *nisi se sequeretur* prim. ac sec. Medic. & septem alii cum Spretensii. Scribe:

— *quid enim sese quereretur amatam?*

Quid enim nisi sequeretur Noricus. HEINSIUS.
Nobis vulgata placet: elegans enim sensus; quid enim aliud quereretur, nisi se nimis à marito ama-

tam, & ideo cum peccasse, cum respiceret impatientia & desiderio amatae conjugis?

62. *Revolutaque rursus eodem est.*] *Revolutaque* *vo-* *tulliores* magno numero. Virgil. vi. 449.

Rursus & in veterem fato revoluta figuram.
Apud Val. Flaccum libro 111. 42.

— *revolutaque pappis*

Turbine flectit iter.

Ubi *revolutaque* nunc legitur *perpetam*. Cicer. v. Tuscul. Quæst. 6. *revolutis eodem: sunt enim operet, si miseri sunt.* HEINS.

65. *Quam tria qui.*] Quisnam hic fuerit, nesciam me legisse meminisse. Quisquis autem fuit, cum Cerberum ab Hercule ad superos attractum vidisset, tanto affectus est tremore, ut in saxum fuerit conversus. REGIUS. Hujus nomen non reperimus. sed legimus apud Zenobium fuisse virum quendam, qui ita natum formidolosus esset, ut propter Herculis metum sese in spelunca occultaverit, ac propter timorem obicit, cum enim forte Herculem vidisset, in lapidem versus est: qui homini similis videretur, caput proferens è spelunca. unde in hæc quam meticulosum proverbium illud emerit, *δαιδύτερος εἰ τῷ παρακώπτοντος*, id est, formidolosior ex occulto cernente.

CONS. PANEMIS. Hunc locum explicat Parthasius in praefationem secundi de Rapt. Proserp. Alludit autem poeta ad eum, quem Graeci *παρακώπτοντα* vocant. de quo proverbium exitit, *δαιδύτερος τῷ παρακώπτοντος*, de quo apud Suidam hoc modo legitur: *Ἄνθρωπος τις ἐγένετο δαιδύς, & παρακώπτος ἐκ σπηλαίου, καὶ ἴδων τοῦ Ἡρακλέους ἀπειλῶν, καὶ δειμένον εἶναι καὶ οὐκ εἶς αἰεὶ ἀνθρώπων εἶς θεοβορήμενος γὰρ τὸν Ἡρακλῆα, κατέβη εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ διὰ δειλίαν ἀπέθανεν.* Reliqua vide apud Parthasium. MICILLUS. Hoc, nisi ea, quae doctissimus Parthasius in praefationem lib. 11. Claud. De Raptu Proserpinae scribit, huc afferantur, intelligi

Olenos esse nocens: tuque ô confisa figurae,
 70 Infelix Lethaea, tuae; junctissima quondam
 Pectora, nunc lapides, quos humida sustinet Ide.
 Orantem, frustra que iterum transire volentem,
 Porritor arcuerat. septem tamen ille diebus
 Squalidus in ripâ, Cereris sine munere, sedit.
 75 Cura dolorque animi, lacrimaeque alimenta fuere,
 Esse Deos Erebi crudeles questus, in altam.

Se

telligi satis non potest. Ego vero, quoniam nihil aliud, quam illusorum utilitati, quantum in me fuit, consului semper, à meo instituto non alienam esse censui. si ea, quae dixi, Parthasi verba recitarem. Cujus haec sunt: *Conduntur & haec appendix Ovidio, cuius carmini, tenoris (ut aiunt) Geminii edebat, lucum dare tentationis. Scribant ex Graecis nonnulli, fuisse quendam admodum medicosum, ut ad Heraclem nomine expazides parbor- rejeret, ut quis se satis tutum vix crederet etiam, cum profundissimam speciem subisset: unde probato interdum capite, cum Heraclem sortis conspiciatus esset, obduruit in saxum, quod παραπέτρωνα vetustas appellavit. Atque in proverbium formidinis, & quidem nimiae concessit, ut in Suidae monumentis legitur & apud Zenobium. Nam, quod hoc Ovidius designat, satis indicat verbum Timidus, ex adagio isto nominis positum, quod apud Graecos etiam non exstabat. Id autem sic in orationis ordinem venit: Nam aliter superius Orpheus, quidem timidus, qui vidit, etc. Nec illud te movent, à Suida Zenobioque mentionem Cerberi praetermissam, quam facit Ovidius. Nam totum Ovidius apud alios auctores hoc legere, vel esse commisit, ut historiae colorem daret. Nam potentissimum mendacium videbatur hominem hominis adfectu obriguisse. Idem Graecorum fabellam Romana gravitate temperavit. Haec ille. CIOFANUS. Apollonius quoque in eodem proverbio nomen viri non expressit. & dabo an illud proverbium huc quadrat. Schoettus ad Licham, de quo superiore libro actum est, refert. sed de Cerbero ibi nulla mentio. sed huc respexisse puto etiam Lucianum in initio Philopatridis de Homine pallido: Μέγετε τιμωρὸν τὴν ἰδέαν, ἢ Ἐκέρην ἐξ ἑαυτοῦ ἀπολαύων, ἀπὸ ἀλλοτρίου τριχίτητος (Cerberum) ἀφαισῆσι, αὐτὸν ἠεὶ τὴν ἐκ τῆς ἰδέας ἐξέρχεται, unde proverbium ex hac metamorphosi videtur esse natum, in hominem perturbatum & vultu timorem prae se ferentem. BURM.*

65. Timidas.] Timidas alter Hamburg. timidus Langerman. & unus Voss. timidi prim. Reg. timidi Mele. chataeus. Puto, Stygi canis. Illud mihi in timidi ex medio repetitum est. Stygius canis passian poëtae Cerberus dicitur. Stygius junior Silio lib. III. HEINS.

67. Saxo per corpus oborto.] Epist. xx. 205.

Quaeque superba parente saxo per corpus oborto. CIOFANUS. Oborto nonnulli. male. eadem variata in similibus locis. ut supra. v. 102.

Gorgone conspecta saxo caecereis oborto. In Isole 585.

Uvae feror Pelopis saxo durarum oborto.

69. Olenos.] Olenus quidam Lethaeam deam uxorem eximia pulchritudine, adeo superbam, ut se Deabus praefereat. Ceterum Deae inaeae cum de Lethaea suppliciam sumere vellent, Olenos, in se culpam uxoris transferre ausus, una cum illa in lapidem fuit conversus. REGIUS. Olenos dicit fuisse reperio, unum Vulcani filium, qui Aegae & Helicem filias habuit, quae Jovis fuere nutrices, teste Hygino Poët. Astr. II. 13. alterum Jovis & Anaxithetae, cujus meminit Stephanus in Ἰδαίῃς, in Achaia autem inter Patras & Dymam (ut ex Strabonis octavo colligimus) mons erat nomine Scelus, quem Homerus & Hesiodus Oleniam petram vocaverunt, ac supra eum civitas Oleno nomine nuncupata. fabulae tamen textum non invenio. CONST. FANENSIS. Olenus veteres majori ex parte. HEINSIUS. Oleni meminit Anonymus de Laboribus Herculis ab Allatio editus cap. v. qui Herculeum post Augiae purgarum stabulum hospitio excepit. sed neque illum huc pertinere puto. BURMAN.

69. Tuque ô confisa figura.] Turneb. lib. I. cap. 123. legit, tuque ô confixa figurae, Infelix Lethaea tuae. atque interpretatur: tu, ô Lethaea, cum figura tua in lapidem obriguisi. Mei certe membranae manu exarati habent, tuque ô confixa figura, Infelix Lethaea tua. FARN. Confixa figurae tuae, non figurâ tuâ, ut apud Lucanum libro II. 82.

Quem formae confisa suae Cleopatra sine ullis Tristis adit lacrymis.

pro. Lethaea unus Mele. Letheti. Lethae prim. Smarzae, & sec. Med. & Florent. S. March. & manu secunda. Neapol. Lethis. lege. Letheti HEINSIUS. Ita apud Stat. v. Theb. 192.

Et vix confixa Lyao

Dividor.

Ubi Behotius notat confixa in codicibus esse, etiam re vulgari. parum vero refert figurâ, an figurâ re legas, cum verbum utramque eadem recipiat, qui saepe distingui nequit, propter dativi & ablativi similitudinem.

Se recipit Rhodopen, pulsumque Aquilonibus Haemon.
 Tertius aequoreis inclusum Piscibus annum
 Finierat Titan: omnemque refugerat Orpheus
 80 Femineam Venerem; seu quod male cesserat illi;
 Sive fidem dederat. multas tamen ardor habebat
 Jungere se vati: multae dolere repulsa.
 Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem
 In teneros transferre mares: citraque juventam
 85 Aetatis breve ver, & primos carpere flores.

FAB.

antem eadem. vid. Epist. IX. 99. Am. IX. 39. eadem variata infra. lib. XIII. 42. socio confidit Uliae, vel Ulivi. BURM.

71. Justissima quondam Corpora.] Liber meus & unus Vatic. Peiora. CIOFAN.

72. Transire volentem.] Parantem Sprotti codex & unus Moreti. Melius, quasi liceret scilicet iterum transire. inf. IX. 497. cui respondero paranti, ubi similes diversitas. Virgil. IV. Aeneid. 390.

Lingens multa mactu cantantem & multa parantem

Dicit.

Et ibi quidam codices, volentem. & verbo parantem cunctis Noster hoc modo utitur. BURM.

73. Porritor arguat.] Lego, arcuerat: licet & illud tueri quis possit. CONSTANT. FAN. Arcuerat tres scripti praeter Bernegger. & Thuanicum. vere. HEINSIUS. Vid. ad lib. II. 505.

73. Septem ille diebus Squalidus in ripa, Cereris sine munere, sedit.] Aliter loquitur C. Julius Caesar lib. VI. De Bell. Gall. cap. 38. Publius, inquit, sextum diem jam quintum cibo caruerat. CIOFAN. Iste dicitur Pragm. Caesen. elegisse vero septennium numerum videtur Poëta, quia ultra septem dies sine cibo durare homines non posse creditur. Virg. ad II. Amor. VI. 45. BURM.

74. Sine munere Cereris.] Incaenatus. Eodem modo dixit Cerealia dona. Lib. VI. Faet. 391.

Est Ceris visa est; jaciunt Cerealia dona Julia super galeas, scutaque longa sonant. Sic & Silius lib. VII. 182.

tum lacte favisque
 Dissimul dulces epulas, nulloque cruore
 Polluta castus mensa, Cerealia dona:
 Atalite.

Et Antonius:

Dives eget genensis, Cereali munere pauper.
 CIOFANUS.

75. Fere.] Dedit unus Moreti. & ita Gebhard. lib. III. Crep. 20. ex Palatino. sed nihil nota. Reined. Amor. 528.

Lacrimam multas succus & herba sui.

Ubi etiam dedit quidam. vide ad I. Trist. IV. 5. et dicitur etiam Argenti. BURM.

78. Aequoreis piscibus.] Ita & veteres. Scribe nihilominus, aetheris piscibus. de signo enim coelesti hic agitur. paulo ante Haemon pro Haemum teres scripti. sic & alibi non semel. HEINSIUS. Dubito de conjectura Heinsii rescibentis, Aetheris piscibus; quia infra 126. litorem etiam caecum vocat. & 176. aquosus pisces. apud Manilium quoque lib. II. 445.

Agnoscatque suos Neptunus in aequore pisces.

Colum. ad Eun. pag. 165. corrigebat, in aethere; non male, sed sine auctoritate codicum. nam ita capi possunt ea verba: Neptunus in aequore, scilicet existens, agnoscebat suos pisces in caelo. voces vero has confundi patet ex II. Faet. 458. ubi pro aetheris equis, alii aequosus exhibent. BURMAN.

79. Titan.] Pacan Junianus, Argent. & Thyfil.

80. Omnemque refugerat Orpheus Femineam Venerem.] Virg. IV. Georg. Nulla Venus, nullaque animus flexere Lymenaei. CIOFAN.

81. Sive fidem dederat.] Cui fidem deditur dabitur, sed Eurydice verisimile est promissis, nullam se aliam amaturum. CLAREAN.

81. Hebebat.] Maluit olim Heinsius, agebat, ut saepe confundi haec verba vicimus. vid. lib. II. 417. XIV. 750. & alibi.

82. Illo etiam Thracum populis, etc.] Alii hoc ad Thamyria referunt. CIOFAN.

83. Amorem in teneros transferre mares.] Phanoecles poëma elegiacum fuit, Eporas, ἢ καλοῖς ἄσπρ Plutarcho in Symposiis dicitur. Hujus poëmatum partem non exiguam occupabat fabula Orphei paederae à Bacchis Thracis discepti, cujus narrationis fragmentum existit apud Stobaeum. Ex illo Phanoecles poëmate nonnulla mutuatum esse è sequentibus nostrum sit verisimile. Nisi quod ille Ganymeden à Tantalò, non ab Jove raptum deseripserat, eamque ob rem illo Ganymedis fratris bellum cum Tantalò fuisse. ut testatur Eusebius in Chronico & Orosius auctoritatem Phanoecleam secuti. Ceterum quòd Ὀψάκιον peccati poëmate scripserat Opomacritus, HEINSIUS. Idem

FAB. II. ARGUMENTUM.

Attis in pinum.

* Ad cantus Orphei, desiderantis consuetudinem conjugis, cum plurima animalia cepta vocis dulcedine convenissent; & in his etiam arbores elicitae: inter eas stupens cantibus fuit pinus Cybeles, montis, qui in Phrygia est, in quam Attis matris deum antistes mutatus est.

Collis erat, collemque super planissima campi Area: quam viridem faciebant graminis herbae, Umbra loco deerat. qua postquam parte refedit Dis genitus vates, & fila sonantia movit; Umbra loco venit. non Chaonis absuit arbos, Non nemus Heliadum, non frontibus esculus altis, Nec tiliae molles, nec fagus, & innuba laurus.

Phanoclis opus indicari ab auctore argumenti xv. libri secundi, ubi Phanocles in Cupidibus citatur, puto. Orosii locus est lib. 1. 12. laudat etiam Phanoclen Clemens in Protep. pag. 11. & Strom. vi. pag. 266. ubi diltichon ex eo profert. vid. Leopard. iv. Emend. 4. qui plures ex Stobaeo Phanoclis versus profert sermone LXII. BURM.

84. Citraque juvenam.] Sigenhorstius volebat, circaque, ut Horat. 12. Od. 5.

Circa virentes est avimus tuae

Campus juvenatae.

Sed circa hic est, ante juvenam pueritiae florem carpere. vid. ad Eleg. in Druf. 50.

Hoc argumentum ita habet Colon. Ad cantus Orphei cum solita consuetudine diversa animalia, cepta vocis dulcedine, convenissent, & cum his arbores à suis montibus elicitae adfuerint, inter eas pinus adfuit, in quam Attis Cybeles matris deorum antistes quondam transfiguratus est.

Arbores elicitae.] Arbores à suis montibus vicine Micyll.

Qui in Phr.] Quae in Phr. Parm.

Mutatus est.] Adiunt Venet. & Micyll. Alii ferunt fuisse cum filiam; alii pastorem. Aliam longè de pinu historiam narat Constantin. Geopon. Lib. xi. cap. 10. MUSCÆER. Addunt eadem Parm. Lugd. & Micyll.

86. Planissima.] Planissima Vossianus. vid. ad 11. Art. 143. Ceterum haec Ovidio brevius & elegantius dixisse Claudianum Epith. Honor. & Mar. 56.

in campum se fundit aëx, censelat Sigenhorstius. Collis erat unus Argent. collenque supra duo alii.

90. Non Chaonis absuit arbor, Non nemus Heli-

dam, non frontibus esculus altis, Nec tiliae molles, nec fagus, &c.] Ad hunc locum fonte repererunt & Statius & Seneca. Quorum carmina, ut hoc dignoscatur, hic ponere non me piget. Statii haec sunt lib. vi. 88.

— cadit ardua fagus, Chaoniamque nemus, brumaque illarum caespem. Procumbunt piceae flammis alimenta superent, Ornique, iliceaque trabes, metuentiaque succo Taxus, & insanos belli potura cruces Fraxinus, atque sita non expugnabile robur: Hinc audax abies, & odor vulnere pinus Scinditur: acclinant intonsa cacumina terreo Altius amica fretis, nec insubita vitibus alunt.

Senecae autem haec sunt in Oedipo 530. Est procul ab Urbe locus illicibus niger, Dircen circa vallis irriguae loca: Cupressus altis exeretis siveis caput Fronte semper alligat trunco nemus: Curvoque tendit quercus, & patres filii Amosa ramos hujus jam sessa cadunt Radice sulca pendet aliena trabes. Amara baccais Laurus, & Tiliae levet, Et Popula Myrtus: & per immensum mare Metara ramos Alnus: & Phoebo cœvia Eudo Zephyris Pinus opponeus laus.

CIOFANUS. 91. Frontibus esculus altis.] Nostri omnes, frontibus. quomodo etiam Scholiastes Statii agnoscit Theb. vi. 99. sic lib. 10. xi.

— uno ali à fronde virentem illic detrasit aëxam.

Paulo ante arbor duo veteres. HEINSIUS. Frontibus melius convenit tō altis. & Poetas frentis daretur boribus docuit ipse Heinsius ad Claudian lib. 11. 66

Et

Et coryli fragiles, & fraxinus utilis hastis, Enodisque abies, curvataque glandibus ilex, 95 Et platanus genialis, acerque coloribus impar, Amnicolaeque simul salices, & aquatica lotos, Perpetuoque virens buxus, tenuisque myricae, Et bicolor myrtus, & baccis caerulea tinus: Vos quoque flexipedes hederæ veniflis, & una 100 Pampineae vites, & amictæ vitibus ulmi: Ornique, & piceae, pomoque onerata rubenti Arbutus, & lentae, victoris praemia, palmae: Et succincta comas, hirsutaque vertice pinus; Grata Deum matri: siquidem Cybeleus Attis 105 Exiit hac hominem; truncoque induruit illo.

FAB.

de Roy. 346. & 374. eadem diversitas sup. lib. v. 369. & inf. xi. 109. & 111. Falz. 411. in Calice cum Virgiliano vers. 137. legendum puto:

Pinus Apuit aëris contingere frentibus aëra.

Ubi nunc montibus perperam legitur. Senec. Thyel. 155.

tiliae illae gravidis frontibus insulat Arbor.

Ubi frontibus Codex Traject. BURM.

93. Coryli.] Corni Genev.

94. Curvataque.] Onerataque tres libri.

97. Et platanus.] Citat Priscian. lib. v. pag. 646. & lib. vi. pag. 698. genialis nonnulli codices.

96. Et aquatica Lotos.] Sic Epist. xv. 159. Quam supra ramos extendit aquatica Lotos.

CIOFANUS: 97. Tenuisque.] Humilisque unus Moreti & laque. Boxhorn. quod ex Virgilio in mentem venit Iliadis, qui lib. iv. 2. humilis myricas dixit.

98. Et baccis caerulea fens.] Apud Statianum interpretem in sextum Thebaid. hoc loco caerulea (codice ipsius, ut opinor, depravato) legitur. unde conjicio legendum esse, Et baccis caerulea Cibus. est enim Cibus Lauri species, vel sui generis, abor lauro similis, ac baccas habens caeruleas, auctore Plinio. Baccas de ficibus dici non placeat, nec, si dicantur, caeruleas appellari. Lege prima Collectaneorum hecatostylis cap. 99. CONST. FASTIUS. Pinus Florent. S. Marci, Spirensis, & tres alii. neque aliter Scholiastes Statii. quod tamen ferri non potest, cum pinus posita sequatur. cinus Langermanni codex. quod ex suo etiam notavit Constantius Fanensis. Scribendum, tinus, ut jam monimus ad lib. 111. Art. Amal. 92. ubi vide quae noto. pro buxus, paulo ante, buxus idem S. Marci codex. ut Art. lib. 11. 692.

Not dasum foliis buxum, fragilisque myricae. HEINSIUS.

99. Flexipedes.] flexibiles olim, sed restitui jam Turneb. 1. Ad. 23. & G. Fabric. ad Virg. Eclog. iv. 19.

100. Et una Pampineae vites, & amictæ vitibus ulmi.] Ita constanter libri veteres. Repono nihilominus, & una amictæ vites. Scholiastes Statii & quatuor scripti, amicae. perperam. quod Constantio tamen Fanensi aridebat ex illis Plinii lib. xvi. vitiumque amictia accipitur ulmus. Vide quae notamus ad lib. 1. Pastor. 98. 153. alter Erfurtianus, & amatae. HEINSIUS.

100. Et amictæ vitibus ulmi.] Et amicae vitibus ulmi à Papiniano interprete ibidem legatur. quae lectio emendatior. Plin. in 16. Inter has atque frugiferas materiae vitiumque amictia accipitur ulmus. CONST. FANENS.

101. Onerata rubenti.] Generata Lutatius.

104. Siquidem Cybeleus Atys.] De furoribus Atys multa Catullus in eo carmine, cujus initium, Super alia vellus Atys calerato maria, &c. Interpres autem Nicandri, ab apro occisum Atys dicit, cujus verba haec sunt ad Alexeph. 8. Ἐγασσῆτε ἐνὶ ποταμῷ ἢ θροῦξ ὁ Ἄτυος, (sic enim Graeci quidam vocant τὸν Ἄτυον.) παρακαλοῦν δὲ καὶ ἰσχυρῶν τῶν Μυτιῶν τῶν θεῶν, ἐπιφιλῆα ἢ ἀσπίδα, καὶ δὴ Φανερῶν πολλὰν, τιμῆς πᾶν ἔχουσαν. Ἰσὺς δὲ ἐπὶ τούτῳ δυσπαρασκευάτων ἐνέδειν αὐτῶν, ὃ Φανερῶς, δὲ αὐτῶν τῆς μετῆς, ἀλλὰ οὐκ ἔργων πύργου, ἢ δὲ κατελιπευμένων αὐτῶν ἔλαβεν. οἱ δὲ θροῦξ κατὰ τὸ εὖς θροῦξ αὐτῶν. Diodorus ad historiam rem refert lib. 17. Cybelem enim Menodes Phrygum regis & Dindymenes filiam fuisse dicit, à monte Cybello, in quo exposita fuisset, appellatam. hanc cum jam aetate provecita esset, adolescentem quendam ejus regionis, Atym nomine, adamasse, ex coque gravidam factam fuisse. Quod

108

FAB. III. ARGUMENTUM.

Cyparissus in cupressum.

Cyparissus Amyclei filius ex insula Cea. hunc Apollo dilexit: Et propter terram...

Adhuc huic turbae, metas imitata, cupressus, Nunc arbor, puer ante Deo dilectus ab illo, Qui citharam nervis, & nervis temperat arcus.

Nam.

ut pater animadvertit, Atyn & nutrices interfici, atque insepultos abjici iussit.

quin pro illo legi oporteat, olim, ac utroque usus ita formandus sit,

Siquidem Cybeleius olim

Exiit hac hominem, trancoque indaruit Ayi.

TAN. FABR. Lib. 11. tp. 19. Dubito de emendatione, quin & alibi haec duo pronomina video...

Colonicensis ita exhibet: Cyparissus adolescentem ex insula Caea fuit.

Amyclei.] Menda esse in voce Amycle videtur.

Patientem manus.] Vid. Barth. viii. Adv. 17. & ad Argum. lib. vii. 13.

Arborem sui nominis.] Frequens est peritia Laetantio, qua & Servius usus ad Aen. 111. 694.

Huc numero unus Bail. laclas imitata Leid.

Metas imitata.] Laclas imitata Leid. sed male. Plin. xvi. 33. Metas aspectus nec resoluta.

QVI COLITIS CYBELEN, ET QVI PHRYGA FLANGITIN ATTIN... DVM VACAT ET TACITA DINDYMA...

CIOFANVS. Legitur in Catalectis Pithoei pag. 141. & apud Gruter. pag. octv. Inf. 3.

105. Exiit hac hominem, etc.] Qui Latine sciunt, his versibus hic nunquam probabitur: neque enim tolerari potest...

Namque facer Nymphis, Carthaca tenentibus arva, Ingens cervus erat: Iateque patentibus altas Ipse suo capiti praebebat cornibus umbras: Cornua fulgebant auro: demissaque in arcos Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Gratus

scopus Tachio 11. Hist. 3. praeterea, adfuit huic numero Baill. Bonn.

108. Qui citharam nervis, & nervis temperat arcum.] Apollo cithara & arca pingebatur: est igitur sanctus, qui nervos in utroque habet.

Carthaca arva.] Sic quidem scribitur, sed Carthaca non ita aspirato legendum videtur.

Gemmata monilia.] In uno meo & Cael. Doussa monilia. In altero meo, nec Demissa, nec serrata, sed Dissisa legitur.

Bulla super frontem.] In lib. Briantii, Ulla, per duplex u in prima syllaba. s, pro v, & v pro u, potuisse veteres, vir cum primis diligens...

Romae. L. IVLIUS TROPHI MVS RASINAE IA DOLENAE KAPITOLI NAE P. M. KASINI HER MADIIONIS ET IABOLENAE SIMPRONIAE M. C. F.

D. M. P. MANLIO TVSCO IAVOLENAE

Tan. 11.

MARCIA ET SOSIBIA FILIAE PATRI PIENISSIMO ET IAVOLENA SOSIBIA MARITO OPTIMO. CIOFANVS.

Huc refer locum Apuleji libr. vi. Metam. Bullis quo te molliis aureis inculatum velis stellas sideris relescentem, etc. saginabo, ubi quidam codices, inauratum, vel inaulatum, unde Heinsius conjiciebat, inauriculatum, quia aures animalium etiam ornatas fuisse ex hoc Ovidii loco constat.

Accipe regalis cultus, et crine superbus Erebo viridis spinis perfunde Smaragdus, Luxuriosi tumido gemmata monilia collo.

115. Parilisque aetate nitebant, Auribus in geminis.] Parilisque & in geminis plerique meliores, pro aetate, quod mendosum est, unus Gronovii, ex arte, unus Medic. in coro, unus meus, a mane, multi, parilisque nitore. Scribe cum sec. Vatic. quarto Mediceo & tribus aliis, parilique ex arte. HEINS.

117. Naturalique pavore.] In uno meo, Timore. CIOFAN. Timore etiam Regius unus & alius, pudore Junian. & alius.

T 111 110. Cae

Gratus erat, Cyparisse, tibi. tu pabula cervum
 Ad nova, tu liquidi ducebas fontis ad undam:
 Tu modo texebas varios per cornua flores:
 Nunc, eques in tergo refidens, huc latus & illuc
 125 Mollia purpureis frenabas ora capistris.
 Aeflus erat, mediusque dies: Solisque vapore
 Concava litorei fervebant brachia Caneri.
 Feflus in herlosa posuit sua corpora terra
 Cervus: & arborea ducebat frigus ab umbrâ.
 130 Hunc puer imprudens jaculo Cyparissus acuto
 Fixit: & ut saevo morientem vulnere vidit,
 Velle mori statuit, quae non solatia Phoebus
 Dixit? & ut leviter, pro materiaeque doleret,
 Admonuit. gemit ille tamen: munusque supremum
 135 Hoc petit à Superis; ut tempore luceat omni.
 Jamque, per immentos egesto sanguine fletus,
 In viridem verti coeperunt membra colorem;
 Et modo, qui nivea pendebant fronte capilli,
 Horrida caefaries fieri: sumtoque rigore
 140 Sidercum gracili spectare cacumine coelum.

Inge.

120. *Cera genit.*] A Cera insula. De qua Ovid. *Epil.* xv. 211.
Insula Corcyra quondam celeberrima Nymphis
Cingitur Aegea, nominis Cera, mari.
 Hunc postremum versum memoriâ lapsus Servius
 male addidit: videlicet ita: *Cingitur Aegea insula*
Cera mari. CROFAN.
 122. *Undas.*] *Undam* scripti plerique. HEINSIUS.
Liquidam ad undas MS. Berol. *liquidam ad undam*
 Leidens.
 123. *Tu modo texebas.*] Primus & sec. Medic.
 Neapol. Spirens. prim. Hamburg. & quatuor alii,
tandem tres, *strepas* cum fragmento Caesariati,
 S. Marci veterimo libro & sec. Palat. *sibi texebas*
 Cantabrig. *strepas* unus Leidens. *terebas* unus
 Voss. HEINSIUS.
 124. *Huc latus & illuc.*] Scribe, *latus*, à se-
 tendo. & sic unus Medicus. Postier & *caelus*.
 LEIDENS.
 125. *Purpureis capistris.*] Martial. lib. 1. Ep. 105.
Et quantum Calyden tulisse fertur,
Paret purpureis aper capistris. DOVZA.
 126. *Solusque vapore Concava litorei fervebant*
brachia Caneri.] Peniphasis mensis Junii. CROFAN.
 128. *Sua corpora.*] Tergora, unus Gronov. alii,
brachia, vel *strepas* HEINSIUS.
 129. *Frigus ducebat.*] Ore nim. aperto captabat
 auram. vid. vii. Sed. *Spiritus iste unus semper capta-*
vis sibi erit. ad arboream umbram. duo libri.

136. *Egesto.*] *Egesto* Cantab. & multi alii. vid.
 lib. vii. 243. *exhausto* Regius. *expulso* Leid. *faciu*
 etiam duo.
 138. *Nivea.*] *Nivei* Florent. S. Marci.
 140. *Caelum.*] *Soleis* Basil.
 142. *Lugebisque alios.*] Hoc ex Romana con-
 suetudine dictum est. Nam (ut Servius ad iv.
 Aen. 506. scribit) expressi rami ante fores domus,
 in qua esset cadaver, ponebantur, ne quis pro
 imprudens ingrediens pollueretur, unde illam us-
 feris suis consecratam dicunt, hoc est, *lucubrâ*
lucibus, vel, quod *caesa* nunquam reversit. Ro-
 61us. Plinius xvi. 33. Diti sacra caputium de-
 cit, eoque funebri signo ante domos poni solent.
 Ex Graecis autem Didymus quidam, Cyparissus
 Eteoclis filius fuisse dicit. Quae dum tripudiorum
 rum subsistunt, in puteam forte devolutae fue-
 runt. Tellus autem, vicem illarum misera, xbo-
 res, puellarum more comantes, in illarum locum
 & memoriam procreavit. Haec ex Gaeoponice-
 rum lib. xi. MICYLL.
 a *Trois.*] *Trois* Parm.
 b *Prima forma.*] Hoc est principis pietudine,
 ut rectè Barthius. Sed quod ex Euripide laudat,
πρῶτος μὲν εἶδος ἄγων ὑπάρχοντος, & ἄρσεν εἶδος
 interpretatur *salutarem spiritum*; in eo tacemur
 illi imposuit. Stobaeus in Sermonibus de Pueritudo-
 ne, Athenaeus Deipnos. Lib. xiiii. ut & Porphy-
 rius, vericulum illum. Euripidis ita proferat:
 112.

Ingemuit, tristisque Deus, Lugebere nobis,
 Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

Jupiter in Aquilam.

Ganymedes, Trois filius, prima formâ, cum ceteris filijs Phrygiae praeserve-
tur, & ad fidem venationibus interesset, ne insaniam virentis aetatis subiret, Jupiter
versus in aquilam ex Ida monte eum rapuit in coelum, ministrumque fecit.

TALE nemo vates contraxerat: inque ferarum
 Concilio medius, turba volucrumque sedebat,
 145 Ut fati impulsas tentavit pollice chordas;
 Et sensit varios, quamvis diversa sonarent,
 Concordare modos; hoc vocem carmine rupit:
 Ab Jove, Musa parens, (cedunt Jovis omnia regno)
 Carmina nostra move. Jovis est mihi saepe potestas
 150 Dicta prius. cecini plectro graviore Gigantas,
 Sparsaque Phlegraeis victricia fulmina campis.
 Nunc opus est leviore lyra: puerosque canamus

Dilectos

ἄγων μὲν εἶδος ἄγων ὑπάρχοντος, hoc est, *Primo*
quidem, specie dignus est imperio. MUNKER. *Filius.*
ova sermo ceteris, &c. MICYLL. sed *prima forma*
 nomine ejus debet. ita Terent. Eun. iii. v. 19.
quam elegans formam spectator sum. mox addit,
primum dicit scis, si videris. Vid. ad Petron. cap.
 xi. & ad haec. l. 13. BUHM.
 c *Ex Ida monte.*] *Ex monte Idaeo* Colon.
 143. *Vates atraxerat.*] *Mediceus. contraxerat,*
 quod in concilio medius convenit iv. Fast. 811.
Constrere agrestes, & moenia ponere utriusque
Concivit.
 Juliano lib. xxii. 2. *Contractio in Gymnasium sena-*
tu. & lib. xvii. 1. *Contractos domum fidelissimos ami-*
citos in custodiam patriae hortatur. & ita passim
 hoc verbum occurrit, ut & *conducere.* BUHM.
 143. *Inque ferarum Concilio, medius turba vo-*
lucrumque sedebat.] *Mire conjuncti duos ablativos*
concilio & turba; neque vero conjunctio que se-
 quens permittit, ut *concilio* cum *ferarum*, & *turba*
 cum *volucrum* connectamus, nisi licentia hoc po-
 tui factum quis putet. GIAREANUS. *Turbas* prim.
 Reg. prim. Basileensis, sec. Vatican. quart. Medic.
 & tres alii. lib. v. ys. 301. *monti videri scriben-*
dum, turbas volucrisque. HEINSIUS. Ego vulgaram
 sermo, nam *turbas* à praepositione *in* regitur, quae de-
 bet repeti: ut quae hic tertio verbo subjungatur,
 ut saepe Noster solet. vid. infr. lib. xiv. 30. ordo
 est, *sedebat medius in concilio ferarum & turba*
 volucrum; quamquam & cum *medius* conjungi pos-
 sit ut 11. Am. xvii. 13. *Medius Pollux & Castor*
panar. BUHM.
 146. *Sonarent.*] *Sonabant* Gronov. ut saepe. vid.
 vii. Ep. 29.
 147. *Carmina movit.*] *Mox iterum sequitur;*
carmina nostra move. quare cum Vossiano lego,
vocem carmine rupit; & ita passim Poetae, *rumpere*
vocem, questus & similia. vide Heinsium ad *lau-*
dian. 12. Rapt. Prof. vs. 249. Silius iv. 458 *gemitum-*
que ad sidera rupit. Virgil. 11. 129. *Compulsis rum-*
pis vocem. l. 7. C. de Quael. ut etiam *invitis te*
contra dominum vocem rumpere cogantur. pro *con-*
cordare Oxon. *conciliare.* BUHM.
 148. *Ab Jove, Musa parens.*] *Ab Jove principium*
Langern. *ab Jove Musa potens* Palat. & duo alii.
cedunt etiam duo Medic. Heinsius volebat. *cedant.*
 ut 1. Ann. xv. 32. *Cedant carminibus Reges.* dein-
 de pro *carmina nostra, carmina digna* Leidens.
 BUHMANN.
 150. *Dicta prius.*] Multae edid. distinguunt post
 dicta.
 150. *Gigantas.*] *Gigantas* S. Marci, Berneget.
 prim. Pal. prim. Medic. prim. Vatic. Cantabrig.
 prim. Erfurt. Spirens. & duo alii. quomodo & al-
 bi saepe. HEINSIUS.
 151. *Fulmina campis.*] Sic libri omnes scripti,
 sicque legendum. CROFAN. *Carmina octo ex melio-*
ribus. quod non intelligo quid sibi velit. LEIDENS.
 Ttt 2

Dilectos Superis; inconcessisque puellas
Ignibus attonitas mernisse libidine poenam.

155 Rex Superum Phrygii quondam Ganymedis amore
Arfit: & inventum est aliquid, quod Juppiter esse,
Quam quod erat, mallet. nulla tamen alicæ veri
Dignatur; nisi quæ possit sua fulmina ferre.
Nec mora: percussio mendacibus aère pennis,
160 Abripit Iliaden. qui nunc quoque pocula miscet,
Invitæque Jovi nectar Junone ministrat.

FAB.

Zuigera Basil. & edit. Gryph. & Berol. proelia MS. Berol. pro campis Heinſius conſecrat, caſtris, ut apud Stat. t. Actæ. 484.

Sic cum palantes Phlegraa in castra carent
Coelitalæ.

Et vi. Theb. 358. in MSS.

Nam sacre Jovem Phlegraaque castra.

Ubi vulgo, Phlegraque sui que anguis opus. Severus de Actæa 42.

Inpis sollicitat Phlegrae fabula castris.

Ubi etiam campis editiones veteres, ut & Scaliger notat. Sed cum alii Poetae passim Phlegraos campos & Phlegraa arva dicant, (vid. Sil. iv. 277. ix. 305. xvii. 654. Lucan. iv. 597. & alios.) nihil hic contra codices scriptos mutandum tenerè putem. Campi vero illi Phlegraei, praeterquam quod in Macedonia ponantur, etiam in Campania prope Cumas fuerit, qui olim Lobriæ, & hodie Quarto dicuntur. de quibus vide Camill. Peregr. Campanie felicis Dissert. ii. §. 15. & §. 19. BURMANN.

152. Nunc.] Hic Arondel.

154. Poenam.] Poenas omnes fere.

155. Phrygii Ganymedis.] Trojani: nam Ganymedes Trois Dardanorum regis fuit filius, qui admiranda pulchritudine Jovem in sui amorem pellexit: à quo in aquilam mutato raptus, ac sibi mensæ minister adhibitus, perhibetur. Quod quidem idcirco fingitur, quod Juppiter aut per legionem Ganymedem rapuit, cujus insigne erat aquila, aut navis, in qua fuit impositus, pictam habuit aquilam, ut Lactantius exponit. Eusebius verd in Chronicis ait, Ganymedem à Tantalò fuisse raptum, indeque ortum bellum inter Troem & Tantalum. Locus autem, in quo raptus fuit, ἀρπηγία vocatur ἀπὸ τοῦ ἀρπάζειν, hoc est, à rapiendo, ut Strabo testatur. Aquarium quidam Ganymedem esse dixerunt, ut scribit Hyginus, unde velut aquam suadens ostenditur, & à Graecis Hydrochoos appellatur. Regius. Alii illum fratrem Ganymedis faciunt, quos inter Scholiastes Lycoparous, qui & Ganymedem à Tantalò raptum adimat. atque hinc exorta bella inter hunc & illum. quemadmodò de Tantalò etiam Orosius, vi-

deantur Cedrenus & Suidas de hac re. Eustathius addit ab Nino quoque raptum Ganymedem nonnullis describi. HEINS.

158. Nisi quas possit sua fulmina ferre.] In duobus Vatic. utroque meo & Caelen. Nisi quas portat sua fulmina terrae. Verum in uno meo legitur, portet, non portat. CIOPANUS. Portet, vel portat terrae, aut terris plerique veteres, qui portat terrae unus, alius, qui portat terrae. duo, qui portat terra, portat terra primi. Hamburg. Arond. qui possit ferre. Scribe, quas possit sua fulmina ferre. vel, nullà tamen alicæ veri

Dignatus, nisi cui possent sua fulmina ferri. quod malo. infr. lib. xii. 56.

Quae fulmina curvis.

Terre solet pedibus.

Silius de Aquila libro xii. 58.

Ille hostem rostro atque ajustis fulmina ferri

Unguibus incessens.

Hinc Jovis armiger aquila dicitur Virgilio lib. v. 256. Nostro lib. xiv. 386. Germanico Plæm. 310. & Avieno in Arateis, & Apulejo Metam. lib. iii. Tantalus Armiger. Claudiano; minister fulminator Horatio; flamiger alas Statio lib. viii. 675. & vester fulminis. ix. 858. Vide & Manilium lib. 1. 344. & v. 484. & 496. Alludit autem hoc loco Noster ad signum Aquilæ coelestis fulmen unguibus tenentis. HEINSIUS. Portas MS. Berol.

160. Abripit Iliaden.] Abripit Florent. s. Marti Urbini. Spirensis & duo alii. bene. vide libro vii. 57. 731. HEINS.

161. Nectar.] Ovid. lib. 1. De Ponto s. 11. Nectar ex ambrosiam, lactice, epulæque Deorum; Dat mihi formosa exorta iuventa manu.

Parthasius haec de nectare collegit: Nectar in Deorum cibus est. Aleman enim canit Deus esse nectar, & Anaxionides ex aquilæ persona, Nectar, inquit, cibus, atque ambrosiam bibo, & Jovi misistro. Sappho quoque, Crater, inquit, Ambrosiam nectus est. Apud Suidam tamen legitur: Nectar pro vinumque & Deorum cibus, ut Anaxionides, appellaturque nectar, quasi νεκτα, id est, quod, qui inde bibunt, necis, id est, jucundi est. CIOPAN.

159.

FAB. V. ARGUMENTUM.

Hyacinthus in florem.

Hyacinthus Amyclæ, dilectus ab Apolline, cum per jocum in certamen disci venisset, altius jactum pondus non prius despicere potuit, quam capiti sensu injectum. Quo die, post obitum ejus eruer in florem ejus nomine inscriptum cecidit.

TE quoque, Amyclide, posuisset in aethere Phoebus;
Tristia si spatium ponendi fata dedissent.
Qua licet, aeternus tamen es: quotiesque repellit
165 Ver hiemem, Piscique Aries succedit aquoso,
Tu toties oreris, viridique in cespite vernas.

Te

Hyacinthus.] Ita habet Colon. Hyacinthus Amyclæ, unite dilectus Apollini, cum per jocum cum ipso in certamen disci venisset, ab Apolline pondus utante altius, longum post tempus in terram dedit; unde respiciens, nimium properantis tollere pueri vitibus incepti, quo die post obitum eruer ejus in florem inscriptum hinc, literis dolorem testantibus, cecidit.

Hyacinthus Amyclæ.] Ita ex MS. reposui pro Amyclæ, quod editi repræsentant. Est Graecismus elegans, quem & superius non uno loco huic scriptori restitui. Vide not. ad fab. 3. Lib. vi. MUCKER.

Despicere potuit.] Malim, despicere. IDEM. Sed vide ad Vell. Patere. ii. 14.

165. Amyclide.] Amyclæ filii. Amyclæ enim Hyacinthi pater fuit, urbis Amyclarum conditor. Nam Amyclæ urbs est Laconiae, Hyacinthi patria, pueri adeo formosi, ut Apollo illius amore captus è coelo descendere in terram sultingerit, quod dicitur pulchritudine ipsius frui posset. Amyclæ autem interdum Amyclæ secundum primam flexuram declinationem, interdum Amyclantis secundam tertiam. REGIUS. Pausanias in Laconicis lib. iii. cap. 1. Ἀμυκλῆς δὲ ἡ Λακωνικὴ, βουλόμας ἀεὶ ἀπὸ τῆς ἀμυκλῆς ἐκέρχεται, ἡ δὲ ἀμυκλῆς ἡ πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Λακωνίᾳ, γέννησάν τ' οὖν οὖν τὸν Ἰακίνθον, καὶ τὸ εἶδος ἀλλότρου, κατέλαβεν ἢ περὶ τὸν πρότερον τοῦ πατρὸς καὶ Τακίτου μινά ἐστιν ἐν Ἀμυκλῆς ἰσὸς τὸ ἀγαλλμα τοῦ Ἀμυκλῆος. haec ille. Fabulae autem meminit Nicander in Theriacis his versibus:

Καρπύτης πολυτρόχου Ταιάντου,
ὃς εὐθὺς ἔχρησεν, ἐκεῖ δ' ἀκίβους ἔκτα
Πῆλα, λαβὼν ποταμὸν Ἀμυκλῆου ποταμῶ
Πηλῆον Ταιάντου, ἐπὶ εὐλας ἔμπροσ κέστην
Πῆρον ἔφαλλε μιν, ἔπειτα δ' ἤμαξ κέλευμα.

Quo loco interpret addit & matris nomen Ταιάντου ἰουκίνας, εἰς μὲν ἢ Ἀμυκλῆου καὶ Διομήδους, ἢ Ἰακίνθου Ἀπόλλων. MICELL. Parthasius jam

ad Claud. ii. de Rapt. 134. Amycliden pro filio Amyclæ accepit. De parentibus Hyacinthi non convenit. alii enim Oebali faciunt filium, ut Hygin. Fab. cccxxi. ubi vide Munckeri notas. & ita Servius ad Virg. xi. 69. ubi male Daniels editio habet, Hybalii filius. unde & Oebalides puer in Ithide, 590. dicitur. addit etiam Servius à quibusdam Eurotæ filium habitum: ceterum rivales fuisse Zephyrum, & Apollinem, & Hyacinthum disco se Zephyro in ejus caput acto obtulisse, quod Noster omittit, narrat Lucianus in Dialogis Deorum, Libanius in Narrationibus ab Allatio editis cap. 25. Nonnus lib. iii. Dionys. Palaeophatus cap. xlvii. & Statii Scholiastes ad Lib. iv. 223. & ibi Barthius. Servius vero ad Eclog. iii. 63. Boreae necem Hyacinthi adscribit. posset & Amyclides poni, pro Amyclæus, ut mox Oebalides: à Regio exponitur pro Sparano, nisi natum Spartæ Noster scriberet infra 217. Claudiano vero ii. de Rapt. 133. natum Amyclis dicitur. Parthenius quoque in Eroricis cap. xv. & Nicandri Scholiastes, notante Parthasio ad Claud. i. Rapt. 135. & ii. 134. Daphnem Amyclæ filiam facit, inductus forte in errorem, quia saepe Daphnò & Hyacinthus, quos utroque amavit Apollo, jungi solent. Cynortam vero fratrem Hyacinthi facit Apollodorus lib. 121. Bibliothecae, & Tractes Chliad. i. Hist. xi. de Hyacintho inciditum in Schedis Heinſianis ex Salmasiano codice hoc epigramma vulgare placet:

Diferimen vitæ, ludis de sorte laqueatus,
Incurrit, disco tempora fissa gerens.
Non potuit Phoebus fato subducere amatum,
Sed eror exstincti florea rura regis;
Disperfit remans ludentis tempora discus;
Et dira pulchre morte laqueatus obiit.
Gratia magna tamen salatur moris perami,
Semper Apollineus sacro sojargit amor.

Ita continis versibus legebat, sed duo esse epigrammata puto, singula duobus distichis comprehensa. primo versu lego, ludis dum forte. penult.

Tit 3

Te meus ante alios genitor dilexit: & orbe
 In medio positi caruerunt praeside Delphi;
 Dum Deus Harotan, immunitamque frequentat
 170 Sparten; nec citharae, nec sunt in honore sagittae:
 Immemor ipse sui non retia ferre recusat;
 Non tenuisse canes; non per juga montis iniqui
 Ille comes: longaque alit adfuetudine flammis,
 Jamque ferè medius Titan venientis, & aëtae
 175 Noctis erat, spatiumque pari distabat utrimque;
 Corpora veste levant, & succo pinguis olivi
 Splendescunt, latique ineunt certamina disci.
 Quem prius aërias libratum Phoebus in auras
 Misit, & oppositas disiecit pondere nubes,
 180 Recidit in solidam longo post tempore terram

Pon-

mo, solatur fata parenti, vel solatus, vel etiam, solatur morte parentum. BURM.

166. Viridique in cespite flores.] Boscii liber, quo Gruterus usus, vivaque. Horat. 1. Od. 19. Hic vivan mihi cespitem, hic Perbonas puri ponite thraaque, & 111. 8. postquam carbo in cespiti vivo. Antonius Ephemeric. focalum vivi cespiti dixit. Calpurnius Eciog. v.

— tum cespiti vivo

Pone focum.

Val. Flaccus libro v. N. 61.

— tum vivo frondens de cespiti tellus
 Aggeritur, cineremque Lyco commendat lison.

Sic scribe. peperam legebatur, frondes ex cespiti tellus. sic & vivax cespes Pall. IV. vs. 397. Vividam tamen Noller dixit lib. xv. 57. & Statius 1. Theb. 587. & ix. 234. & Silius vii. 747. HEINS. Leidensis unus, veritas, cuius glossa est, flores eodem modo lib. vii. 284. vernal humus. ubi quidam codices, floret. sic avem vernal dixit lib. 111. Trist. xii. 8. & Flor. 1. bis floribus vernal. viridi vero an vivo cespiti legas parum refert, nisi quod viridi magis convenire vix vernal existimo. BURMANUS.

167. Et vobis in medio positi caruerunt praeside Delphi.] Lib. xv. 630. Mediamque tenentis Orbis humum Delphos adempti oracula Phoebii. Lutatius, exponens illud Statio lib. 1. Thebaid. 118. Audiat ex mediis caeli Parvas, scribit hoc modo: Pene Medius, quia similis terrae dicitur. Nam, cum Juppiter medium mundi locum vellet agnoscere, ab ortu ex occasu duas aquilas dimississe fertur, quae volata lassas in Parvas vertice quieverunt: vel quod Cataclysmi tempore terrae fuerat discrimen ex aëtris, ut Lucanus. Haec ille. CIOPANUS. Orbis in medio, non orbe unus Thuan. HEINS. Praetuli omnium fere codicum scripturam, orbe in medio. alia res est

lib. xv. 630. Mediamque tenentis Orbis humum Delphi. ubi enim humus requirit genitivum. sic & lib. vii. 790. MSS.

Medio duo marmora campo.

Ubi vide. lib. xii. 39.

Orbe locus medio est.

Vid. ad lib. 1. Art. 115. & alibi. BURM.
 169. Immunitamque frequentat Sparten.] Huc etiam particulam percurrentes epitheta hujusce ratione pensitata, admoniti sumus dicti Agestii Spartani ducis, de quo Plutarchus in Apopathegma ita scribit: Agestius, percussante quodam, quod obrem Sparta careret muris, ostensis armatis viribus, hi sunt, inquit, Lacedaemoniorum muri. Apud eundem cuidam respondit Cleomenes in hunc sententiam: Quod si moenia solius civitates efficiunt, infolissimum esse Spartam necesse erat, cum nulli sit supra moenibus. JACOB. A. CROCE. Ex P. Galei conjectura & ex veteris lectonis vestigiis legendum, immetuitamque. CIOPANUS. Immunitamque in quibusdam MSS. legi Vivianus notat, quia Apollo nunquam inde discedebat. Claustran. 1v. Conf. Honor. 507.

— Arripotens Lacedaemon

Despexit muros, rigida manna Lycaeo.

170. Sagittae.] Pharetrae in Gronov.

173. ire comes.] Ille prior Eriunt, & alii quique. idem Eriunt. longè trahit adfuetudine Panoniarum, pro, longaque alit. HEINSIUS. It comes 1. Ant. 301. longaque alit adfuetudine flammam Cantabrig.

175. Noctis.] Lucis Cant. Basil. & alius. fute bene.

176. Corpora veste levant, & succo pinguis olivi splendescunt.] Thucydides in 1. de Lacedaemoniis, lidam primi corpora certantur nudaverunt, praeterea se exierunt, oleoque unxerunt. Signata legitur poetæ nostri locutio. CONST. FARRER.

176. Puer

Pondus: & exhibuit junctam cum viribus artem.
 Proinus imprudens actusque cupidine ludi,
 Tollere Taenarides orbem properabat: at illum
 Dura percussio subiecit ab aëre tellus
 185 In vultus, Hyacinthe, tuos. expalluit aequè,
 Ac puer, ipse Deus: collapsosque excipit artus:
 Et modo te refovet, modo tristia vulnera ficeat:
 Nunc animam admotis fugientem sustinet herbis.
 Nil profunt artes. erat immedicabile vulnus.
 190 Ut si quis violas, riguove papaver in horto,
 Liliaque infringat, fulvis haerentia virgis;
 Marcida demittant subito caput illa gravatum;
 Nec se sustineant; spectentque cacumine terram.
 Sic vultus moriens jacet; & defecta vigore

Ipsa

176. Puerus olivae.] Olivae meliores. ut apud Summ. Theb. vi. 576.

— rignaque catem susatur olivo.

Summanus cap. 50.

Senex impergerit pinguis olivi.

Auctor Moreti:

— Palladii guttas infillat olivi.

Mont. 1. Od. 8.

— divum sanguine viperino castius vitas.

HEINSIUS.

177. Liliam.] Lactique Leidens. Vat. & quatuor alii, jactique in discrimina Basil.

179. Duxit pendere nubes.] Unus Heinssii, dicitur; eleganter. disiecit Gronov. disiecit Menard. suspecta praeterea vox, pondere, quia verbum secundum iterum repetitur. forte, verbero legendum, quas voces confuderunt & librarii apud Lucan. 111. 43.

At saxum quoties ingenti verberis ictu

Enajitur.

Ita MS. sed Grotius edidit, ponderis. BURM.

180. Noctis.] Bona exemplaria, decidit, non recidit legendum consulunt, ne syllaba offendatur. CONSTANT. FARRER. Libri veteres, recidit. CIOPANUS. Etiam hoc loco Recidit vetustiores plerique. Sic etiam sup. vs. 18. HEINSIUS. incidit Gronov. occidit ita.

180. Longo post tempore.] Post longo tempore Oxon. & hec alii. vid. lib. ix. 569.

182. Proinus imprudens actusque cupidine lusus.] Ludi in multis antiquis, actusque cupidine lusus prim. Gronov. sec. Pal. sec. & tert. Medic. Neap. Berolger. Thuan. prim. Eriunt. prim. Hamb. Spirensis alique non pauci, sed artem praecessisse videntur. alii aliter. incambans etiam pro: imprudens pro: fatuus. & unus Leid. artisque cupidine datus

Menagianus. vide quae notamus 1. viii. vs. 123. HEINSIUS. Forte, actusque cupidine laudis. ut lib. xi. 527.

Laudis accusus amore.

Tactique Palatin. & Gron. unde & tralans possit legi, ut IV. Trist. v. 11. tralansque cupidine laudis. vid. ad lib. viii. 184. alii codices habent, raptusque, captusque, laetisique, victisique, avidusque quae omnia habent quo se tucantur. BURM.

184. Repercussio subiecit in aëre.] Repercussum in aëre prim. Medic. Thuan. Spirens. & quatuor alii. tum lege. Et vultus, Hyacinthe, tuos. unus Argenti. repercussio ab aëre. non male. Pinus xxxvii. 5. de Smaragdis. insipientes circa se repercussum aëre. Pari modo & Solinus, proxima suis insistant aëre repercussio. Stat. vii. 20. sonat orbe recesso Discus. HEINSIUS.

186. Quam puer.] Ac puer prim. Bononiensis; probe. IDEM.

186. Excipit.] Variant codices, accipit, vel excipit habentes. Sed nihil muta. xii. 48.

Morientes excipit artus.

Heinsius conjecerat, erigit. BURM.

190. Rignaque papavera in horto.] Rignus papaver Neapol. Arondei. & sex alii. HEINSIUS. Hunc locum Nasonem ex Virgilio x. 433. expressisse credit Jos. Castalio. ix. decad. Obs. 4.

191. Fulvis haerentia virgis.] Sic legitur in Bri. & uno meo: In altero erat, Linguis, sed erasum est, & alia manu repositum, Virgis. Quod etiam accidit in uno Maffejano. In uno Vatic. & altero Maffejan. & Caesell. Linguis. CIOPANUS. Liguus Florent. S. Marci, Thuan. Spirens. uterque Eriunt. alique complures. trandis prim. Gronov. & unus Medicus. quod ipsi Gronovio aridebat Diatrib. Stat. cap. xvi. signis duo alii. virgis prim. Moreti, Arondei. prim. Reg. sec. Palat. Neapol. sec. Medic. Oxon.

195 Ipsa sibi est oneri cervix; humeroque recumbit.
 Laberis, Oealide, primâ fraudate juventâ,
 Phoebus ait: videoque tuum, mea crimina, vulnus.
 Tu dolor es, facinusque meum. mea dextera leto
 Inscribenda tuo est. ego sum tibi funeris auctor.
 200 Quae mea culpa tamen? nisi si lusisse, vocari
 Culpa potest. nisi culpa potest, & amasse, vocari;
 Atque utinam pro te vitam, tecumve liceret
 Reddere! sed quoniam fatali lege tenemur;
 Semper eris mecum, memorique haerebis in ore.
 205 Te lyra, pulsa manu, te carmina nostra sonabunt:
 Flosque novus scripto gemitus imitabere nostros.

Tempus

Oxon. Excerpta Mureti, & praeterea non ponci.
 quod sequor. *culinus* dixit Statius lib. 111. Silv. 111.
 Vs. 128.

Qualis pallentes declinant lilia culinos.
 Statius Theb. vii. 226. de rosis, *infernos ornât
 sua gloria virgata.* Ad rem Plinius lib. xxi. cap. 5.
 de liliis: *Nec ulli florum exteilitat major, interdu
 cubiterum triam, languido semper collo & non suffi
 ciente capitis onni. virgae litorum recte fulvae di
 centur, cum infraeae sulveant, virides cete
 roquin. Posset tamen & legi, virgis haerentia
 longi.* De liliis pari modo Ganthus Liguria.
 libro vii.

*Ut si forte rosas & candida lilia nimbis
 Contulit, & utinam virgâ decussit honorem.*
 HEINSIUS.

194. *Sic vitas maris jacet, &c.* [Vulnus unum
 meus. alius, *vinita*. scribe, & reddere Naroni suos
 numeros:
sic vitu meruit jacet, defessa vigore, &c.

Nisi alius mendam putas subesse & scribendum,
Sic vitas maris jacet, quod proprium huius rei
 verbum. vel *maris*, & tum supra pro *Maritima* sit
 reponendum, *Flaccida*. Vide Nonium in *Flacco*,
 pro quo *Flaccidus* magis in usu. Et Apulejus Met.
 vii. *Dum fecerat menti redideret fatus, & sensim
 nimisiani jeno flaccidus fuerat.* Sic scribendum
 monui Met. xvi. v. 208. *suus flaccidi* apud eun
 dem Met. vii. *uber flaccidus* apud Plinium lib. xvi.
 cap. 22. Vide Salmasii solimanas Exerc. pag. 461.
 Sic *augere, pigrescere, senare* veteres dicebant, *dulce
 re, laetare* & similia. de quibus Nonius copiose.
 IDEM.

196. *Osialide.*] Patronymicum pro possessivo
 positum. nam Oealida uxor est Laconiae ab Oealo
 conditore appellata. Ruricus. Qui affectant, ut
 multa vitasse videantur, in foeditimos interim er
 rores libi, vel hinc constat, quod quidam, ut
 olentent se Lucianum legisse, ajunt & hic Oealo

dide, & apud Martialem *Oebades* esse legendum,
 quod ex Luciani sententia Oebades Hyacinthi
 pater, quasi verò fecutus sit Natio Mantilius,
 cujus avia nondum erat nata. sed tanti est iohur
 vulgò se in alienis operibus multa notasse. Ruricus.
 Aut etiam ab Oebalo *αὐτὰ πρὸς ἄλλο* temporis, qu
 ca, quae consecuta sunt, pro antecedentibus
 ponuntur. fuit enim Oebalus Cynoniae, qui fuit
 Hyacinthi suerat, filius, Hyacinthi nepes, qui
 postea ex Gorgophone, Persei filia, Tyndaron
 genuit, quem Hercules, ab Hippocoonte reno
 expulsum, restituit. ut Pausanias in Laconia. M
 CYLLUS.

203. *Quod quoniam fatali lege tenemur.*] *Vita
 mur* in vetustis leguar exemplaribus, & recte qu
 dem. sic namque aperte intelligitur, quod facit
 prohibemur. dii enim, cum natura sua immort
 les, nulla ratione vitam deponere possunt. Ruricus.
 Quod ante mutare non sum ausus. lecto exempl
 vetusto, non *tenemur*, sed *vetamur* monui esse
 legendum. IDEM. *Vetamur* ait Regius legi in vetustis
 exemplaribus; quod an verum sit, ipse scit. Ego
 verò in omnibus, quos viderim, libris scriptis sine
 ulla prolixâ litura, *tenemur*, repperi. Quod
 tum hoc quidem loco valet vetamur, prohib
 tum. Mecum sentit Petrus Galeus. *Tenemur* quo
 que impressit Aldus senior. Intellego autem libros,
 qui ab eo, anno M. D. II. editi sunt. CIOFAM.
Tenemur plerique vetustiores, at Bernegger, ex
 pta Jureti, duo Leidens. & alii quaedam, sed
 quoniam fatali lege tenemur. tenet levis formu
 larum, ut in illo, *patrice tenor* act legimus, quod
 Maronem lib. II. 159. & lib. xii. 819.

*Illud te, nulla fati quod lege tenetur,
 Pro Latino obsequio.*

Neque aliter Cicero passim, & Livius, & ceteri
 ex optimis scriptores. etiam Lucretius lib. II

*Sed ne forte putas animalia sola teneri
 Legiari his.*

Tempus & illud erit; quo se fortissimus heros
 Addat in hunc florem; folioque legatur eodem.
 Talia dum vero memorantur Apollinis ore,
 210 Ecce cruor, qui fufus humi signaverat herbam,
 Definit esse cruor: Tyrioque nitentior ostro
 Flos oritur; formamque capit, quam lilia; si non
 Purpureus color huic, argenteus esset in illis.
 Non fatis hoc Phoebus est, (is enim fuit auctor honoris)
 215 Ipse suos gemitus foliis inscribit: & ai ai
 Flos habet inscriptum: funestaque litera ducta est.

Nec

Sed tenetur Arondei. quod tenetur prim. Hamburg.
 & duo alii. HEINSIUS. Vid. ad Quinest. Declam.

207. *Hirci.*] *Ajax* Ox. Vof. & quidam alii.
Ajax in hunc fl. Voffian.

210. *Qui fufus humo.*] *Humi* meliores. HEINS.
signaverat herbam idem.

213. *Purpureus color his, argenteus esset in illis.*]
 Non est servata differentia pronominum *his* & *ille*,
 quomodo illud *hic* pro *hinc*, sive *huc* positum vi
 detur, nempe flore Hyacinthi; nisi quis propter
 duas paralleliter prolatum contendat Hyacinthum &
 Ajacem, cum *Flos* praecedat proximo versu sin
 gularis nomen numeri. GLABRANUS. *Hinc* nempe
 flos, cum uno meo & uno Voff. HEINSIUS.
 Vid. ad lib. II. 205.

214. *Et ai ai.*] In veteribus multis, *et ya*, quam
 lectionem sunt qui probent: ego non video cur
 probare debeam; cum nullo pacto Ajacis nomen
 hi literis describi possit: quod in eodem flore fa
 ctum, & hic paulo superius ostendit Ovidius,
 cum inquit:

*Tempus & illud erit, quo se fortissimus heros
 Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.*
 Et lib. XII. 397.

*Littera communis mediis proteroque viroque
 Inscribit foliis, haec nomini, illa querelae.*
 Quare dicunt quidam *ya* esse posse. *nomini* non
 video quo esse possit, cum Ajacis tamen nomen
 designandum sit. Ideo illi mihi recte sentire vi
 dentur, qui, *et ai ai* legunt: *ai* enim & querel
 ae & Ajacis nomen innuit. Quin Planudes sic
 interpretatur, *καὶ αἰ αἰ τὸ ἄνω ἐχρὶ δὴ γρηγο
 ρησὶ* & tamen fortasse rectius, *ai* non repetere,
 sed duplongum dividere, quod saepius à Poëtis
 fit, & Latinarum morem sequi, apud quos *ai* est
 duplongum; quod & in ipso hoc Ajacis nomine
 licet cognoscere. NAUGER. *Et hya* quidem serè
 legitur, siquae legendum esse quidam praecipunt,
 sed aperte falluntur, cum *hya* litterae nullum ge
 nitivum praefereant. *ai* verò, quae vox est aper
 te genitivus significativa, legendum esse facile con
 tendentem, quamvis omnia, quae quidem mihi

videre contigit, exemplaria refragentur. Ruricus.
 In duobus meis atque uno Vatic. *Et ya*. In alio
 Vatic. & Caelest. *Et ai ai*. Quod Theocritus &
 Sophocles in Ajace comprobant. CIOFAM. Mon
 stra lectionum sunt in antiquis libris, *et ya, et ai,
 et ay, et ia, et aia, et e e, et eas, et ac ac*
 pluraque huius notae. vulgata scriptura sincera est,
 quod fatis confirmant, quae praecedunt:
Ipse suos gemitus foliis inscribit.

Et in Fatis libro v. 223.

*Prima thearapaeo feci de sanguine florem,
 Et mansit in folio scripta querela sua.*
 Nec abluunt illa Columellae lib. x.

*Et mala damnata meste de sanguine surgunt
 Ascidiae flores.*

Ita scribo; *Atacii* flores nunc perperam circum
 ferunt. Moschus Epicedio Bionis,

*Νῦν ἄκωνδα, ἀλλὰ τὰ εἰ γρηγορησῶ, καὶ αἰ αἰ
 αἰ αἰ*
ἀσκιδῶν τοῖς πετάλοις.

pro vulgata etiam stat illud Nostri,
 — cum se fortissimus Ajax

Addat in hunc florem, folioque legatur eodem.
 hinc Virgilio Ecl. III. *inscripsi nomina regum flores
 hyacinthi dicuntur.* ubi Servius cum Probo infi
 giter nugatur, cum negat Ajacis nomen hyacin
 this esse inscriptum, sed *hya*, primas Hyacinthi
 literas. Plinius I. XII. cap. II. de hoc flore: *ita
 discurruntibus venis, ut Graecarum litterarum figura
 Ai legatur inscripta.* Nonnus Dionys. lib. III.

Γρηγορησῶ δὲ τῶν φίλων καὶ τῶν ἀγαθῶν ἀνείκελων.
 Et mox:

Αἰδῶν ἀνταναστασῶν ἰστροφῶντες ἀκωνίδα,
 Hinc *γρηγορησῶ ἀκωνίδα*. Theocriti enim Mytilio x.

habet:
καὶ τὸ ἰὸν μέλας ὄνει, καὶ ἀγρηγορησῶ ἀκωνίδα.

Ubi Scholiastes: *τῶν ἀκωνίδων φανὶ, ἀπὸ τῶν αἰματῶν
 ὁ αἰματῶν ἀκωνίδα, καὶ ὁ τῶν μακρῶν. ἀπὸ
 τῶν αἰματῶν ἰστροφῶν ἀκωνίδα αἰ αἰ, τῶν ἀγρηγο
 ρησῶν ὁ αἰματῶν. ἀπὸ τῶν αἰματῶν τῶν ἀκωνί
 δων. ἀγρηγορησῶ ἀκωνίδα, ἢ ἰστροφῶν τῶν ἀκωνί
 δων ἀγρηγορησῶ ἀκωνίδα, ἢ ἀκωνίδα τῶν αἰ, αἰ,
 αἰ*
 VVVV

Nec genuisse pudet Sparten Hyacinthon: honorque Durat in hoc aevi, celebrandaque more priorum Annua praclata redeunt Hyacinthia pompa.

FAB. VI. ARGUMENTUM.

Cypri incolae in boves.

Amathus oppidum in insula Cipro, cujus incolae, obtritâ consuetudine venenis generis, soliti in ara Jovis, quae proxima erat deae, advenas immolare. Quam crudelitate Venus offensa, ne relinquire sedes suas cogretur, in boves eos vertit, qui à magnitudine cornuum Cerastrae apud Salaminius sunt nominati.

As

Et plura, quae illic sequuntur ex aliis Scholiis depromta. Iuphoriou:

Περσέης ἰκέτης. ἐν μὲν μίᾳ φέρει ἀοιδῶν Πρωτοῦ ἀμᾶθου δὲδοτεῖτο Ἀιακίδου, Εὐαγῶ ἀπὸ δὲ τῆς ἑρμηνείας κινεῖται.

Quomodo illos Euphronius versus castigavit vir summus Ithacus Casaubonus, qui apud Theocriti Scholiasten mendosi circumferuntur. aliter eos castigavit ad Solinum Salmastius pag. 1012. idem pag. 1223. monet hunc hyacinthum notis inscriptum esse Iridem, non hyacinthum vulgarem. Noster libro XIII. 397. de Morte Ajaxis:

Littera communis mediis protergo viroque Inscripsit esse follis, haec nominis, illa querelat.

Quibus verbis manifeste denotat, quod si in his hyacinthi foliis inscriptum esse, & quidem sic, ut alteram designare contendat Ajaxis nomen, alteram querelae esse à Phoebus in Hyacinthi exequiis effuisse. Ausonius Cupidine crucifixo:

Et crocus arietomanis, et murice pictus Adonis, Et tragico scriptis geminis salaminius Ajax.

Tragico gemitu quod ad A designatur. Denique Plinius Naturali Historia libro XXI. cap. 11. Hyacinthum comitarum fabula duplex, vel lactum praefertur eius, quae Apollo dilexerat, ut ex Ajaxis erroribus editi: ita disjunctibus venit, ut Graecorum litterarum figura A legatur inscripta. Quae vulgata in Naione lectionem egregie confirmant, quam & Vossius tuetur operis Grammatici libro primo cap. 31. Sed scribendum in Plinio cum optimo codice Thuaneco, aut ex Ajaxis errore editi ita disjunctibus notis, mutata distinctione, perperam Salaminius pro editi corrigebat adens ad Solinum pag. 1041. Ceterum quod hyacinthum cum eo flore confundit Natio tam hoc loco, quam libro Metamorphoseon XIII. ubi mortem Ajaxis commemorat, in eo adfidentes sibi habet scriptores plurimos, ut Jun. vultius. Pausanias tamen libro primo testatur, Salaminius asseverare, florem Ajaxis jura mortui apud se enatum esse subcandidem & modice tumentem, lilio minorem, quicquidem,

quas hyacinthus litteris inscriptas referet, quibus hunc florem diversum ab hyacintho facit. HENS. Vide Parthal. ad Claud. II. de Rapt. 131. & Th. Barthol. de Medicis Poësis pag. 8.

216. Littera ducta est] Scripta est: nam litterae dum scribuntur, duci proprie dicuntur. hinc inde aperte etiam colligitur esse legendum esse. in quoque est vox, qua etiamnum in funcribus & fletibus uti solemus. REGIUS. Ad id videtur alludere, quod scribit idem Sophocles ibidem:

Αἰ. αἰ τὴν ἀνάτ' αἰὲν ἀπὸ τοῦ αἰῶνος Τυαία ἔνο' οὐσ' ἄρα τὸς ἰπὸς κινεῖται. Νῦν δ' ἄρα τῶν ἐξ οὐ τοῦ αἰῶνος ἰπὸς, Καὶ τῶς. - -

Et Plinius lib. XXI. cap. 11. Hyacinthum tamen fabula duplex, lactum praefertur eius, quem Apollo dilexerat, aut ex Ajaxis errore editi, ita disjunctibus venit, ut Graecorum litterarum figura A legatur inscripta. Et Moschus in Epitaph. Beovibulci: Νῦν ὁ αἰὲν δὲ τὸν ἄρα ἑρμηνεύει ἢ αἰὲν αἰ δὲ Ἀδρᾶσαν οὐκ ἐπὶ τὴν ἄλφ. JOSEPHUS. Legit quae Rigaltius in Tertulianum de Coronis, & quae G. Sabinus referat de ejusmodi flore ad Lat. Bonanicum, Alexandria allato. FARRAR.

217. Nec genuisse pudet.] Gemisse vetustiorum sequentia id requirunt. HENS.

217. Sparten Hyacinthum.] Non simpliciter de loco seu patria accipiendum, sed & de persona Sparta. fuit enim haec uxor Laedaeonis, mater Amyclaei, ipsiusque Hyacinthi avia. ut Pausanias tradit. MICILL.

218. In hoc aevi.] In hoc aevi Gronov. in hoc aevum Vossian. Argent. & duo alii. nihil multa. Plin. XIII. cap. 4. amplissima arborum ad hoc aevi existimatur Romae vicia. ita dicebant, hoc velid vestis, acutis, temporis. vid. Graev. ad Cic. v. Ver. 49. & Jac. Gronov. ad Macrob. I. Sat. 17. BONA.

219. Praclata pompa.] Praclatae pompae, Cato. clata pompa unus Med.

220. An genuisse velit Propoetidas, abnuat aequae, Atque illos, gemino quondam quibus aspera cornu Frons erat; unde etiam nomen traxere Cerastrae.

Ante fores horum stabat Jovis Hospitis ara, 225. Lugubris sceleris: quam si quis sanguine tinctam Advenerat vidisset; mactatos crederet illic Lactentes vitulos, Amathusiacasve bidentes:

Hospes erat caesus, sacris offensa nefandis, Ipsa suas urbes, Ophiusiisque arva parabat

230. Deferere alma Venus. Sed quid loca grata, quid urbes Pecca-

219. Hyacinthia.] Horum festorum meminit Pausanias in Laconicis lib. III. 19. Ἐν Ἰακονίᾳ, ἃν τῆς τοῦ Ἀμᾶθου θύρας ἐξ ἑαυτῶν, Ἰακωνίᾳ ἐν ἑαυτῶν Ἰσθμῶν χαλκῶς ἀναγύσει. & in Melencis lib. IV. 20. FARRAR. Macrobius lib. I. Sat. 18. Apud Laedaeoniam in sacris, quae Apollini celebrantur, Hyacinthia vocantur, habera ornantur Baccho ritu.

1. Oppidum.] Est oppidum Colon. 2. Soli.] Soli erant Colon. 3. In ara.] In ara Parm. Lugd. in ara, quae proxima erat templo deae Veneris Colon. 4. Reliquere.] Derelinquere Colon. 5. En aruit.] En ignorant Parm. Lugd. illos Micell. os homines Colon. 6. Qui a.] Et quia m. co. erant, Cerastrae Colon.

220. Secundum Amathunta metallis.] Metallum cum uno Gronoviano. sic infra 531. vetus ceteri, praedamque Amathunta metallis. quomodo & apud Silium libro II. 219. Metis apes gravidas.

Apud Chudiniam, foetas Martis novales. Bello Gotico 217. & in Apono, ardens secundus aquae. & Salmius Apollinarius carmine xv. de Palla Jovis.

221. Abnuat aequae.] Imo, abnuat, certe abnuat in multis veterum. quatuor cum prim. Reg. abnuat. Bona.

222. Cerastrae.] Qui hospites immolando maximo illa delectari fuerunt. Unde etiam nomen traxere Cerastrae, Képas, unde Cerastra declinantur, contra dicitur. nam in fronte duo cornua habebat, unde & Cypri ipsa Cerastris à quibusdam fuit appellata. REGIUS. Sed ejus nominis ratio-

nem Stephanus inde tractam dicit, quod multa népara, hoc est, ἔκρη seu promontoria habeat Cyprius. Et videtur sanè insulae nomen fabulae dedisse locum, non autem contra. MICILL. Vide Meursii Cyprium lib. I. cap. 2.

225. Lugubris sceleris.] Haec mendosa sunt. Florent. S. Marci, lugubris sceleris. Neapol. prim. Medic. & quatuor alii, lugubri sceleris. Lugubris sceleris prim. Vatican. tert. Medic. & duo alii. at Spirensis, lugubris sceleris. Bernegger. fec. Palat. prim. Erfurt. & sex alii, lugubris sceleris. unus Medic. & Jureti excerpta, lugubris sceleris. Lugubris sceleris Arond. & Genev. Lugubris sceleris unus Leidens. Lugubris sceleris tres. alter Hamburg. ilugubris sceleris. Forte, illicibus celebris. ut III. Amor. v. 3. celebrimus illic locus. vel, in loco obscuro. vel, illic sub vestri. ut apud Virg. II. Aeneid. 513.

— juxtaque veterima laurus Incumbens arae.

Viderint acutiores. HENSTIUS. Hunc locum inter desperatos numerat vir Cl. loquitur autem Poeta de ara Cerastrarum, Jovi Hospitali sacra, nec minus quam illa Bufridis, aut Dianae Scythicae, multa advenarum caede ac sanguine rellagantiae. Lectiones diversas scire si aves haec sunt, lugubris sceleris, sceleris, lugubri sceleris, & ilugubris sceleris. Ego autem verba transposita putem, quae si suo loco reddas, nullo negotio elucueris, caedibus illis. Qui verus & genuinus hujus loci sensus. quod enim illugubris acque ac nobilis, famosus, insignis, in utramque partem accipi posse nullus dubito, cum illugubris avaritiam viani dixerit Cicero &c. SCHEPPER. apud Tan. Fav. lib. II. Ep. 71. Forte legendum, lugubris venari; quia illa abhorret à sanguine & sacris his nefandis, & potius hospites & advenas coitu virginum se prostituentium excipiebat. vide Justin. XVIII. 5. & hoc sequentia probant. BONA.

227. Amathusiacasve bidentes.] Amathusiadescus unus Leidens. Lege, Amathusiadescus. sic Amathusius residens in versibus Symmachii, quos emendabo infra hoc libro ad 38. 538. HENSTIUS.

Peccavere meae? quod crimen, dixit, in illis?
 Exsilio poenam potius gens impia pendat,
 Vel nece; vel si quid medium mortisque fugaeque.
 Idque quid esse potest, nisi verfac poena figurae?
 235 Dum dubitat, quo mutet eos; ad cornua vultum
 Flexit: & admonita est haec illis posse relinqui;
 Grandiaque in torvos transformat membra juvenecos.

FAB. VII. ARGUMENTUM.

Propoetides in lapides.

Propoetides, filiae Amathunteae, adspersatae Venerem, primas in trivio vulgatae corpora. Ob ejusdem deae iram, quia pudore induruerant, in lapidem vertuntur transfiguratae.

Sunt rament obscaenae Venerem Propoetides aufac
 Esse negare Deam: pro quo sua, numinis ira,
 240 Corpora cum formâ primae vulgasse feruntur.

Utque

229. *ipsa suas urbes.*] Mox iterum sequitur, quid urbes. neque repetitio hic placet, quia tunc & arva repetenda essent, cum nunc loca grata dicat, quae tam templa, quam urbes vel arva notare possunt. quare cum uno Leideni legerem, *ipsa suas sedes*, &c. nam ita passim *sedes* Deorum sunt loca, ubi coluntur. Stat. v. 558. *Nullo Veneri sacra vimus aras*, Nulla Dea sedes. Cicer. v. Verr. cap. ult. *Alterum*, (Cereris simulacrum) *Ennae ex sua sede ac domo sustulerit*. quamquam in his locis & de basi, in qua statua erat posita, posset capi. sed Tacitus III. Hist. 72. Capitolium vocat *sedem Jovis optimi Maximi*. Vide quae nos in Jove Pulgeratore cap. xiv. olim notavimus. posset & legi, *ipsa suas aedes*. sic *urbs* & *aedes* lib. II. Fast. 616. confusae. *aedes* etiam & *sedes* permutatas, praeter ea quae tradit eruditissimus Broukhufius ad Tibul. I. Eleg. XI. 18. ostendit, hac magis faciens Claudiani locus I. de Rapt. 201. ubi de Ida monte:
Hic sedes augusta Deae, templique colendi
Religiosa flex.

Ubi Heinſius reponit cum Aldo & aliis, *aedes augusta*. BURM.

229. *Ophiſſa arva.*] Cypria. alludit autem poeta ad pſicum illius insulae nomen: *Ceraſſi* namque etiam cognominata fuit à genere quodam serpentis, vel quòd multa cornua, hoc est, montium vertices habeat, *Ophiſſa* verò serpentina possumus interpretari. RABRUS. Hujus nominis, neque apud Graecos Stephanus aut Strabo, neque apud Latinos Plinius aut Mela meminere. Sed tum quia idem nomen multarum insularum fuit,

(Nam & Hispaniae quaedam, & Aegaei maris, item quae Tenus dicitur, & ea quae proprie Rhodos, aliquando Ophiſſae nomine appellatae sunt.) demum hoc poetae, ut si vel in mænonico errato lapsus fuerit, vel alia, nobisque incoegua ratione Cyprium, Ophiſſam vocavit. Nam de serpentum genere, quos Ceraſſas dicunt, quae hic à Regio afferuntur, rationem non habent. MICYLLUS. Vid. Meursii Cyprium. Lib. I. c. 3.
 230. *Filiae Amathunteae.*] MS. & Venet. *Amathuntae*. Ceteri editi, *Amathunte*, vel *Amathontes*. *Amathuntis* effret scribendum. sed Poeta non docet Amathuntis fuisse filias. legerim, *feminae Amathuntae*. MUNCKER. *Amathuntae* Pat. *Amathuntae* Lugd. *Amathuntae* Micyll. & Colon.

230. *Pudore induruerunt.*] Ita Venet. & Micyll. RABNER, quia vero ad *pudorem*, &c. MS. *quae pudorem duruerant*. forte, quia pudorem exuerant. MUNCKER. quae à pudore dixerunt Colon. sed editiones fere omnes distinguunt post *nam*, & illa cum praecedentibus connectunt.

231. *In lapidem.*] *In lapides*. Colon.

238. *Obscaenae.*] Impias explicat Bath. VII. Adv. 17.

239. *Propoetides.*] *Propoetides* Urbinius. *Propoetides* Medic.

240. *Corpora cum forma.*] Nescio an hoc recte dicatur, forte melius, *corpora cum fame*. sunt enim quae clam coeunt, & dum corpus junguntur

Utque pudor cessit, sanguisque induruit oris,
 In rigidum parvo filicem discrimine verfac.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

Pygmalionis statua cburnea in virginem.

Pygmalion, offensus impudentia vulgari Propoetidum, statuit caelebs permanere. qui cum signum virginitatis ex ebore fecisset; captus specie ejus, in recordem incidit amorem; & tota mente quaesivit à dea, ut ei signo, cujus amore exarsisset, animam infunderet. Qui ut egressus templo domum pervenit, comperit voto se esse donatum conjugii. Itaque laetatus arte sua Paphum filium genuit, qui in insula Cypri opidani sui nominis construit.

Quas quia Pygmalion aevum per crimen agentes
 Viderat, offensus vitis, quae plurima menti
 245 feminae Natura dedit, sine conjugio caelebs
 Vivebat: thalimique diu conforte carebat.

Interea

famam tronen pudicarum adfectant. hae vero publice omnium libidini patebant. ita & Dido querentur Epist. VII. *f. famam, & corpus, & animum pudicam se perdidisse*: ubi etiam formam quidam codices inepte. Vide & Ep. IV. 27. & passim hae voces confusae fuerunt. sequentia quoque, *utque pudor cessit*, confirmant. BURM.

240. *Vulgasse.*] Videtur hae fabula à libidine & turpitudine Cypriarum mulierum occasionem traxisse. nam & Herodotus & Justinus tradunt, antiquitus Cyprii quaestum corporis dotem quaerere, vulgasse ad litus etiam advenis ac nautis proflare solitos fuisse. quod illis commune fuit cum Babylois, ut idem Herodotus auctor est. MICYLL.

241. *Sanguis induruit oris.*] *Sanguis induruit* Noster. PAVAN. & alius. *induruit omnis* Juniana.

242. *Pygmalionis.*] *Pygmalion in recordem amorem* Parr.

243. *Vulgari.*] Deest Colon.

244. *Captus specie ejus.*] *C. f. in ejusdem incidit amorem* Colon.

245. *Et tota mente.*] *Et cum tota mente* Vell. Edd. cum MS. ita Parr. & Lugd. & Micyll. sed à Deo Lugd. & Micyll. qui & in marg. *quaesivisset*. *Et à dea tota mente petit, ut eidem ex. anima infunderetur* Colon.

246. *Qui ut.*] *Qui ignorant* Parr. Lugd. Micyll. RABNER. *Qui nō* Colon.

247. *Voto se esse donatum.*] Elegantius foret, *damnatum*. Hygin. Aitron lib. II. cap. 24. *Quo voto damnatum crimen in Veneris*, &c. Nepos Timol. 5. *dicit nunc demum se voti damnatum esse*. Liv. v. 15.

Haud mirum esse fore civitatem, quae damnata voti, omnium rerum priorem curam, quam religione se exsolvendi, habeat. Virgil. Eccl. v. 80. *Damnabis tu quoque votis*. Confer quae habet Briffon. de Form. lib. I. MUNCKER. Vid. Bath. ad Stat. II. Theb. 696. *donatum* habent omnes. sed Colon. post eam vocem distinguit, & deinde legit non male, *Conjugio itaque l. artis suae, P. f. genuit*. ut ars sit ipsum signum. de qua significatione vide Broukh. ad Propert. III. VII. 39. BURM.

248. *Laetatus arte sua.*] *Artis suae* MS. est notus hellenismus. ita *laetari malorum* dixit Maro Aeneid. XI. vers. 280. nec non *laeta malorum* vers. 73. MUNCKER.

249. *Paphum filium genuit.*] Quid ergo sibi vult Schol. Pind. ad Pyth. Od. II. 5. *ὄβρος δὲ (Κυπρία) ἢ Ἀπὸδλωρὸς ἰδὸς καὶ Πάφου, καὶ ἰδὸς δὲ Ἐλερ- μέδωρος, καὶ Παφίαν ὄβροφ.* Aut femina fuit Paphus, aut scribendum, ἢ Πάφου. MUNCKER.

243. *Quas quia Pygmalion aevum.*] In meo libro praecleariore legitur, *Pygmalion nevum* cum obplici u. n., quarum alterum, id est ultimum, sine causa positum est. Vide quae collegi lib. XIV. CIO-RANUS. De Pygmalione vid. Meurs. Cypri. II. 16. qui regem Cypri fuisse docet. Sed Philosophum lib. v. de vita Apoll. Tyan. cap. 5. *Attuarium fecisse*, notat Potterus ad Clement. Alex. Admonit. ad Genes pag. 50. quod Noster confirmat, qui sculpsisse illum ait ebur. BURM.

243. *Per crimina agentes.*] *Per crimina meliores*. HEINS.

244. *Menti femineae.*] Unus Medicus, *forti*. ita

Interea niveum mirà feliciter arte
Sculpit ebur; formamque dedit, quàm femina nasci
Nulla potest: operisque sui concepit amorem.

- 250 Virginitas est veræ facies; quam vivere credas:
Et, si non obster reverentia, velle moveri.
Ars adeo latet arte suâ, miratur, & haurit
Pectore Pygmalion simulati corporis ignes.
Sæpe manus operi tentantes admovet, an fit
255 Corpus, an illud ebur: nec ebur tamen esse fatetur.
Oscula dat, reddique putat: loquiturque tenetque:
Et credit tactis digitos insidere membris:
Et metuit, pressos veniat ne livor in artus.
Et modo blanditas adhibet: modo grata puellis
260 Munera fert illi conchas, teretesque lapillos,
Et parvas volucres, & flores mille colorum,
Liliaque, pietasque pilas, & ab arbore lapsas
Heliadum lacrimas. ornat quoque vestibus artus:
Dat digitis gemmas; longoque monilia collo.
265 Aure leves baccae, redimicula pectore pendent.
Cuncta decent: nec nuda minus formosa videtur.

Collocat

- Collocat hanc fratris, conchâ Sidonide tinctis:
Adpellatque tori faciam: adclinataque colla
Mollibus in plumis, tamquam sensura, reponit.
270 Festa dies Veneri, totâ celeberrima Cypro,
Venerat: & pandis inductæ cornibus aurum
Conciderant istæ niveâ cervice juvenæ;
Turaque fumabant: cum munere functus ad aras
Constitit; & timidè, Si Di dare cuncta potestis;
275 Sit conjux opto, (non ausus, eburnea virgo,
Dicere Pygmalion) similis mea, dixit, eburnæ.
Sensit, ut ipsa suis aderat Venus aurea festis,
Vota quid illa velint: & amici numinis omen,
Flamma ter accensa est; apicemque per aëra duxit.
280 Ut rediit; simulacra suæ petit ille puellæ:
Incumbensque toro dedit oscula. vîsa tepere est.
Admoveret os iterum: manibus quoque pectora tentat.
Tentatum mollescit ebur: positoque rigore
Subsidit digitis, ceditque: ut Hymettia sole
285 Cera remollescit, tractataque pollice multas
Flectitur in facies, ipsoque fit utilis usu.

Dum

lib. ix. 675. *onerosus altera fors est.* Fall. vi. 30.
Suavis fors ego prima fui.

Vide Heinf. ad lib. xiii. 651.

245. *Colebit.* Felix unus Heinfii.

246. *Thalimigæ.* Unus Basileensis, *Thalimigæ.* venulle. *sic consortia corpora* lib. xiiii. 343. HEINSTEUS, ita Cuntherus lib. i. Ligur. 322. *conjors fœdus*, qui & sæpe alibi hoc nomine ita uti solet.

248. *Sculpsit.* Sculptis prim. Ambros. sec. Medic. & duo alii. HEINSS. *sculpsit* Florent.

249. *Concepit.* Præcepit unus Heinfii. vid. lib. vii. 22.

250. *Virginitas est vera facies.* Veras. HEINSTEUS. Vid. l. Art. Amat. 62.

251. *Velle moveri.* Pesse prim. Gronov. & alii duo. HEINS.

252. *Ars adeo latet arte sua.* Ita distinguit. IDEM.

253. *Simulati corporis.* Pectoris duo. *simulatae conjugi* Junian. *ignem etiam unum.*

255. *Nec adhuc ebur esse fatetur.* Nec ebur tamen prim. Gronov. rectius. HEINS.

260. *Teretesque lapillos.* Leves & rotundos, è litore lectos, quales in deliciis fuisse puellis Noster lib. ii. Amor. xi. 73. significat:

*Nec mediis tenuis conchas, pistorumque lapillos
Pectus habet: videri litore illa mora est.*

Et quibus etiam solebant ludere. vide Casub. ad Suet. Aug. cap. lxxxviii. BURM.

262. *Lilia perpietasque pilas.* Liliaque pistorum pilas emendavi ex veteribus libris. CROFAN. *Liliaque pietasque pilas.* Cantabrig. Urbin. Thuan. prim. Erfurt. prim. & sec. Palat. & alii multi. Nec potiores, *Liliaque & pietasque* proxime verum *lilichem.* *Liliaque & pietasque* violas. tabulas unus Palat. HEINSTEUS. *Liliaque pietasque* etiam Gifan. Indic. Luer. pag. 462. Heinfius etiam conjectant, *lilia fert pietasque pilas.*

264. *Dat longa monilia collo.* *Grata monilia duo.* larga Oxon. lata Arondel. In secundo Medicæto & duobus aliis est, *longoque monilia collo.* quod placet, quia *longum collum* elegantibus formatum spectatibus probari solet. Tibull. iii. Eleg. 4.

Intonsi crines longa cervica fuebant.

Vide Junium de Pictura lib. iiii. cap. 9. *ita dicit* Juvenalis Sat. ii. 83. loco ab hoc non multum abluente:

Accipit te

*Paulatim, qui longa domi relinquentia sumant
Frontibus, & toto passure molliis collo.*
Ubi redimicula frontibus dat, quæ Noster pectus. BURM.

266. *Nec nuda minus formosa videtur.* *Collat hanc fratris conchâ Sidonide tinctis: Adpellatque tunc faciam.* Hæc de re sic Arnobius lib. vi. *Polyphephanus in Cypriatis auctor est, Pygmalionem, regni Cypri,*

Cypri, simulacrum Veneris, quod sanctitatis apud Cyprios & religionis habebatur antiquas, adavasso, ut junium mente. anima, lumine rationis judiciumque cæcitas, solitumque demensum, tanquam si uxoria res esset, jubentem in lætulum numine, copularier amplexibus atque oro, resque alias ægere libidinis tantum imaginatione frustrabilis. CROFANUS.
267. *Tullia.* Pietis Medic. Basil. mox *inclinataque* Junian. & quatuor alii.

270. *Festa dies Veneris.* Veneri prim. Strozæe. HEINS.

271. *Et blandis inductæ cornibus aurum Concideram atque.* Sic legitur in libris scriptis qui aliter legunt, errant. CROFAN. *inductæ* plerique veritates. dixi lib. vii. vs. 161. Deinde *pandis curatibus* jam puer olim legendum vidi. neque aliter in his ad me literis Noster Gronovius. in uno meo, & uno Basil. & prim. Erfurt. *auratis ornata curata viciis, vel feris.* sed perperam. *blandos etiam pro pandis* perperam legitur apud Val. Flaculum libro ii. 451.

*Alidas Telamonique comes dum littora pando
Aspexit lunosa legunt, vox attingit aures
Hæc iuxta, cœnæ, seu fratris remurmurat unda.*
Nam *blando anfractu* nihil est. male etiam illic, *cum fratre remurmurat unda* vulgati. HEINS.

272. *Juvenæ.* Atque tunc tantum, non Gouguæ Venen ibi sacra fiebant, vide Meursium lib.

1. Cypri cap. 16. qui hoc Papho nondum conditâ fieri solum credit. *pietas nivea* Medic. Reg. & Thua. *istæ ranca* Bonon.

273. *Cum munere.* *Quo munere* Gronov. & unus Medic. *ad aram etiam* Cantab. & tres alii.

276. *Similis mea, dixit, eburnæ.* *Eburnæ* Oxon. prim. Erfurt. alique multi. rectius. *adeantur* adnotata lib. vii. 224. HEINS.

277. *Aurea festis.* *Templis* pr. Gron. *sacris* Genevent.

278. *Numinis.* *Muneri* Vossian. & tres alii, & MS. Berlin.

280. *Puellæ.* *Figuræ* quinque libri.

284. *Subsidit.* *Subsidit* bene unus Medic. *Ceditque* etiam proprie. Catal. Pich. p. 40.

*Ut laus est ceræ, molliis cedenque sequatur
Si doctos digitos, jussaque fiat opus.*

Ubi male Pithæus, *cessisse sequatur*, deceptus male distinctione. *tractata* etiam proprie mox, ut Lucret. iv. 231. *tractata* manibus figura. HEINS. Vid. ad Quintil. de Inst. Orat. xi. 1.

285. *Multas Peritur in facies.* *Flectitur* plerique meliores. sic apud Horatium Art. Poët. 163. *Cærens in vicium flecti.* Aleim. Avitus 1. 76.

*Cur artis in usu est
Flectere laxatas per cuncta sequacis ceras.*

Male plurimi veterum, *multas quæ pollice tracta.* HEINSTEUS.

Dum stupet; & timidè gaudet; fallique veretur;
Rursus amans, rursusque manu sua vota retractat.
Corpus erat: salient tentatae pollice venae.

290 Tum vero Paphius plenissima concipit heros
Verba; quibus Veneri grates agat: oraque tandem
Ore suo non falsa premit: dataque oscula virgo
Sensit; & erubuit: timidumque ad lumina lumen
Attollens; pariter cum coelo vidit amantem.

295 Conjugio, quod fecit, adest dea. jamque coactis
Cornibus in plenum novies lunaribus orbem,
Illa Paphon genuit: de quo tenet insula nomen.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Myrrha in arborem sui nominis.

Myrrha, Cinyrae & Cenebreidis filia, iracundiã Veneris, quã sibi mater eius præferretur, patrem impio amore dilexit: nec viam potiendi inveniens, cogitat suspensum

287. Et dubio gaudet. In uno meo & Dominie. Et modico gaudet. In Castell. Modico. Vatic. Modico gaudet. Ego Modico magis probo. CIOFAN. Modicum MS. sed fortasse modicum scribere voluit. nam & Ciofan libri duo habent modico. BURSMAN. Et modico multi. Arondel. & tres alii, timide. placet. l. ix. 701.

Nec simula gaudete filie. HEISS. 288. Retractat. Retractat Palat. & quatuor alii; ut supr. 254. & 288. retractare vitur. vide ad Phaedr. III. Fab. x. 26. & amat hoc verbum Noster, vid. lib. i. 74. BURMANNUS.

290. Paphius. Recte Berlimannus per proleptim ita dici notat: nam Paphus demum ex Pygmalione natus. MOURF. lib. II. de Cypr. cap. 9. Memoriae vitio de Cinyra capit Paphi filio. BURM.

292. Plenissima concipit heros Verba. Quanam vero sunt verba plenissima? mihi certe non intellecta: quare non displicet unius Heinsiani scriptura, plenissima verba plena verba, sunt, ut fructus & coact cum imagine illa eburnea, jam semina facti. de lib. I. Ar. 671.

Quantum delictis plena post oscula toto. Et ita Petron. cap. xxvii. & hic quidem pleniorum sunt concipit. de votis autem hoc sensu vide ad Petronii cap. lxxvii. verba vero & verba constandi docuit jam Heinsius supr. ad lib. iv. 387. BURMANNUS.

295. Grates agit. Agat ex castigatibus. HEISSIUS.

297. Ad lumina lumen Attollens. Ad lumina cum uno Moreti & uno Bonon. Val. Flac. lib. vii. 21.

Jam jactata toto, nimis inque experta cubile, Ecce videt tenui candescere lumen. Eo.

Lumina tamen pro fenestris possunt accipi ut apud Cicero de Oratore. Cum aditu recideret, in mancipio lumina, uti iam erant, accepit. HEINSIUS. Male: per lumina hic solem intelligi patet ex sequentibus, cum coelo videt amantem. & l. Met. 10.

Nallas adhuc mundo prædabat lumina Titan.

Et ita lumina solis lib. i. 135. & passim.

297. Illa Paphon. Paphion vestitiones plerique HEINSIUS.

Cinyrae & Cenebreidis filia. Colon. Cinyras Cenebreidis Lugd.

Quod sibi mater, &c. Ita Raenerius MS. et sibi non habet. Venet. & Micyl. quod mater eam præferretur deat. MUNKERUS. Ita Parm. Lugd. quod eam mater deae præferret. Colon. & in Marg. Micyl. qui in eam sententiam etiam Hyginum fabulæ meminisse notat.

Cogitavit. Cogitavit Colon. rectius ut puto.

Elegantius scrutatur. Dum dil. posuit causam, Colon. forte, causam nescit.

Consolata ergo. Hæc a Raenerio lecta est. Venet. Micyl. & MS. consolata ergo puella tota, consolata puella. Notum est parentis participia deponentium sæpissime passivo sumi, ne dicam etiam consolo dixisse veteres. Unde etiam in terpes Matth. cap. 11. Rachel ploravit sicut in diebus consolari. Leo Papa de Conit. Vit. & Vici cap. xx. ex Matth. cap. 3. Basi qui lætatur, quæritur

non desperari. Cujus nutritrix intra cubile gementis excepit vocem: & signis cognitis nescitæ mortis, dum diligentius scrutatur, causam poscit. Consolata ergo puellam, et pollicetur, se effecturam, ut parenti sine ulla infamia jungatur: cuius illa orationem in promissum tempus differt. At anus die sollempni Cereis, quo mater ejus operam in vivo secubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram; prædicans forma ejus rata à viro secubabat, alumnam noctu deducit ad Cinyram; prædicans forma ejus impellam sibi se credidisse: qui data cupiditate lumen inferri jussit, ut speciem ejus intam haberet. cognitusque filiae pater supurator, coactus est pudore, ferro stricto eam insequi. Quae duplici metu territa in silvam profugit: ibique misericordia ejus faciens in arborem, quae ejus nomen indicaret, mutata est.

Editus hac ille est, qui, si sine prole fuisset, Inter felices Cinyras potuisset haberi. 300 Dira canam. natae procul hinc, procul este parentes:

Aut,

ipæ consolabatur. MUNKER. Consolata omnes re- lueat ed.

Et pollicetur. Nutrix se effecturam pollicetur, ut 7. infamia conjungatur Colon.

Cuius illa orationem. Ita cum MS. etiam Venet. & Micyl. puto tamen scribendum, cuius illa orationem. MUNKERUS. Puto aberrasse operam: nam non video, quid correctio illa à textu differat. forte voluit, oratione. Raener. Promissum in operam tempus differt. à Coloniensi tota peniorum abest malleum, cuius illa oratione amorem in p. 1. differt. vel, mortem differt.

At anus. Die ergo sol. C. q. m. e. separata Colon.

Delatit. Ducit Colon.

Sibi se credidisse. Se concididisse MS. MUNKER. Prædicans formosissimam puellam (siliam tacens) forma ejus, &c. Raener. Credere se alicui, esse amantem in se potestatem alteri concedere, ex hoc loco, ut singulare quid, notat Barth. viii. Adv. 17. sed quis non hoc jam tradidit? de iis qui se hostibus permittunt vid. Lamb. ad Horat. iii. Od. 5. Videt. ad Cicer. iv. Fam. 7. credere se Medico nos videmus ad Quint. Decl. viii. 3. credere se coelo Decl. xii. 17. & ita passim. BURM.

Qui data. Notat Barth. viii. Adv. 17. dare cupiditatem esse huic scriptori satiare, & plura in eam esse percussam non triviali moneta. Immo, nec Græcè, nec Latinè. Scripserim, sedata cupiditatem. Supr. lib. iv. cap. 5. Cupiens, ut in antedictis, cupiditatem sedare, Festus Avienus Defec. Od. Ten. Myrrha furor quondam Memyrius. restitit, Cinyraus; ad eundem modum Heras Cinyrius, & Juvens Cinyrius dicitur Adonis à Nafone lib. x. Met. 712. & 730. Aulon. Epitaph. Met. 37. Verum aut Persephonas Cinyrius ut Adonis, &c. MUNKERUS. Explata cupiditate Marg. Micyl. explata cupidine Colon. idem Barthius tamen tentabat, data sui potestas, & xliii. Od. 11. Tam. 11.

Aut, cupidiatorem speciatim apud Lutatium amorem esse notat.

Lumen inferri. Adferri Colon. Male. vid. ad x. Met. 473.

Cognitusque. Reliqua hæc interpolata sunt in Colon. Cognitusque filia pater supurator coactus, &c. insequi. Quae j. m. territa in terram Sabaziam profugit, &c. arborem, quae nura nomen haberet, conversa est.

Editus & iste est. Cinyras, Pygmalionis filius, Myrrham genuit, quae, nefando patris amore capta, nutritrix opera cum eo incipio concubuit, Adonemque concepit: quod cum rescivisset pater, stricto ense siliam persequi coepit: illa vero fugiens in Arabiam usque pervenit, ubi longo errore fessa, deorum miseratione in arborem sui nominis fuit mutata. REGIUS. Lege, Editus hac ille est, ne verus deturbetur. CONSTANT. FANSENIS. Legendum, Editus atque illo est, propter carmen. Ceterum si Cinyras Pygmalionis fuit filius ac Paphi frater, videtur in Cypro natus: (ubi & Pygmalion) quem Cinyram Cypriorum regem quidam faciunt, ut Raphael. Quomodo igitur Panchaia Tellus Myrrham protulit? nisi intelligamus patrem Cinyram fratri Papho Cypri imperio cessisse in Panchaiam, ubi Myrrham genuit, quod est verisimile. nam ubi à patre filiae nequitia refocta est, postea ex Panchaia & Arabum regione, inquit poeta, venit Myrrha in Sabacos, quasi Sabaci non sint Arabes. Verum in his fabulis exactam geographiae ac temporum rationem exigere nimis curiose fuerit hominis, etiam si dinocononeras nepi dædalus ubi dicitur in lxxviii. lxxv. ut ait Aristoteles. GLAREAN. Ego vero, Editus hoc illo est, aut, Aditus hinc illo est, legendum existimo, verus causa, ut Cinyras (quem falso quidam Cynaram scribunt, quando & apud Iudæam Cynaram scribunt, quando & apud Homerum, Cinyras dicitur, ἀπὸ τοῦ νύβριος, ut puto, quod conqueri &

Aut, mea si vestras mulcebunt carmina mentes,
 Desit in hac mihi parte fides; nec credite factum:
 Vel, si credetis, facti quoque credite poenam.
 Si tamen admiffum finit hoc Natura videri;
 305 Gentibus Ismariis, & nostro gratulor orbi:
 Gratulor huic terrae, quod abest regionibus illis,
 Quae tantum genere nefas. fit dives amomo,
 Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno
 Tura ferat, floresque alios Panchaia tellus;
 310 Dum ferat & Myrrham. tanti nova non fuit arbor,

& lugere ferè significat) non Pygmalionis, sed Paphi filius accipitur, quam sententiam & Boccatius fecimus videtur in Genealogis. quoniam ille, *Edius hoc ille*, pro *hinc* ibidem legat. Fabulam autem Myrrhae exponit *μυρρινης* Fulgentius lib. III. MICELLUS. Opinor legendum, *Et hinc hoc ille est*, non *hac*. ut Paphi filium fuisse designet Cinyran, Pygmalionis nepotem. Certe Apollodorus, quanquam de Cinyra rem longe aliter narrat, tamen Pygmalionis generum facit, cujus filiam Metharmen duxerit uxorem. HENR. Myrrham *μυρρινη* vocat, & Thianis Belli filii & Orihyiae Nymphae filiam facit Anton. Liberal. cap. xxxiv. ubi vide Minckley notas, qui docet veteres admodum variare. in Cinyrae genealogia. Nicephorus Basilus in narratione II. ab Allatio editus, Thianis filiam facit Myrrham, & Oppian. lib. III. v. 423. Myrrham vocat *Δαρυειν* *Αρσυρι* *Οριθυια*, velut ali legunt *Οριθυια* ubi vide Ritterh. Thianis filiam etiam Cinyrae à multis dicitur. vide Meur. II. de Cypro cap. 9. ubi plura de Cinyra. quod autem Antonius dicit in Liano nata, convenit illi, quod Lucianus de Dea Syria dicit, Cinyram templum Veneri in eo monte dedidisse. Atrobis vero lib. IV. p. 123 Cinyram meretriculam Venerem inter deas retulisse, & Firmicus de Error. Profan. Relig. p. 15. dicit Cinyram Cyprum amicae meretrici templum donasse, cui erat Venus nomina, & initiale Cyprae Veneri plurimos, &c. Anon. lib. v. pag. 159. eum conditorem Luforum Veneris dicit. diuinitum & potentem fuisse (unde mox p. 337. *magis* dicitur. apparet ex proverbio *Καλας ηρωισθητης*, quod ex Appendice Variano Cent. III. 90. edidit Schotus, & ubi dicitur Pharnacis filius, Cyprorum rex. & Schotus ex Suida affert alia, ubi cum Sardanapolo & Tithone jungunt. Ita & Lucianus Rhetor. praecopt. p. 88. eum Sardanapolo, ut diciturum & mollem jungit: cum Tithone autem propter longum acrum componitur: nam vicine unius est. ex Anacreon refer Plinius lib. VIII. c. 28. ex Censor. VIII. Diogeniani, divites Miles, Croci & Cinyrae in praecentium abesse parat; ut &

ex Apolloni Cent. XII. 49. ubi Paninus plura de Cinyra habet; quoniam dubium an non hoc hic Cinyras confunderet, cum ille Troino bello visisse dicitur. Ceterum fabulam etiam hanc videtur apud Servium ad Virg. Ecl. X. 18. & v. 21. et. 22. et. longe aliter narrat. & Myrrham in Myrram narrantam prodit. & de Adone Cinyrae filio ad Ecl. VII. 35. Myrrham vero ad alios *μυρρινη* dicitur, praeterquam quod ex Antonino videmus, apparet ex Poemate, quo hanc fabulam complexus est C. Helvius Cinna, & quod sub titulo *μυρρινης* tractatur ab antiquis. & quod nomen post annum edidisse obscurumque fuisse tradit Palaeg. et Virg. Ecl. IX. 35. ex quo Pind. lib. VI. pag. 728. notat hunc verum:
At scelus incesto Cinyrae crederet in dea.
 Ubi videtur legendum:
μυρρινης crederet in dea.
 Sospiter lib. I. p. 61. citat:
Incertum turpi crederet in dea.
 Producit alium Servius ad I. Geor. 288.
Et maritium fletum esse videtur dicit,
Et fletum paulo citius esse dicitur dicit.
 Et ex eo crederet Helvius etiam fuisse dicitur, quem citat Schol. Juvenalis ad Sat. VI. 151.
Atque imitata viros laetas leguntur Crepidae.
 Ut emendavit Rutgerius, pro *laetas*: *laetas* vero lib. IV. Adv. 20. *Leguntur Crepidae* laetas. Charisius etiam lib. I. pag. 13. & 14. notat Cinyram in Smyrna *laetas* *laetas* dicitur, nullo modo. BURMANUS.
 300. *Præter hinc nata.*] *Nata præter hinc, præter hinc præter hinc* Canabrig. Mediceus & duo alii. Suavius, ut in formula, *præter hinc, præter hinc præter hinc*. duo etiam ibi hic, *præter hinc præter hinc*.
 301. *Aut mea.*] *Aut mea* ibi. *Aut mea*.
 302. *Ne creditis.*] *Ne creditis* ibi. *Ne creditis*.
 Helvius malebat, *factis*, ut dicitur. *Factis* Florentino.
 303. *Gentibus.*] *Abest hic veritas* à Florentino & Marti: & certe mirum videtur, quod præteritum *Tanachae*, ubi modo p. 31. *Opuntia* dicitur, *ancorem in requies transiret* *maior* *quasi* *madidantia* *minus* *solus* *incesto* *est*, à quo *ma-*

Iple negat nocuisse tibi sua tela Cupido,
 Myrrha, facesque suas à crimine vindicat isto.
 Súpite te Stygio, tumidisque adflavit Echidnis,
 Et tribus una Soror. scelus est odisse parentem:
 315 Hic amor est odio majus scelus. undique lecti
 Te cupiunt proceres; totoque Oriente juventus
 Ad thalami certamen adest. ex omnibus unum
 Elige, Myrrha, tibi; dum ne sit in omnibus unus.
 Illa quidem sentit; foedoque repugnat amori:
 320 Et secum, Quo mente feror? quid molior? inquit.

Di,

non se alienum semper ostendit Poëta. vid. lib. II. An. Amat. 68. in seq. etiam versu, *gratulor huic* illi unus Ambros. venisse, si prior versu deleatur. BOUM.
 308. *Cosumque suam.*] In duobus Vatic. meis & libris. *Cosumque suam*. Utrumque videtur. Janus Parrhasius, vir insigniter eruditus & multiplex lectionis, lib. II. in Claudianum De Rota Proserpinae vers. 81. legit, ut est in veteribus libris, cujus haec sunt illud interpretantis:
Quid quid turiferis spirat Panchaia flois.
 Panchaia, Sabaeorum regio, turifera, Soli consecrata, quod redivivus Phoenix nidum deserit. Ovid. X. Metamorph.
 ———— *Sit dives amomo,*
Cinnamaque, costumque suam, sudataque ligno
Tura ferat, floresque alios Panchaia tellus.
 Paganissimo Solis sideri subest Arabia, propter ea digna odoramenta, quae sunt praestantia, multaque proveniunt, cum Solis ardoribus in terrae vis humor excoquitur. Auctor Theophrastus. necit & Plutarchus in Sympoticis & in Alexandro. CROAN. *suam* Urbin. prim. Vatican. Oxon. & sex alii cum nonnullis editionibus. sic *Eoaque* quoque Luciano IX. 919. *seca costus* Claudiano ex antiquo libro Nuptis Honorii 95. sic *infusa* *Nardus* Probert. Psychom. VI. 359. & Apothecol. ex veteri codicet Puteaneo *santa rnbus*, HENRIVS. Vid. III. An. 443.
 309. *Floresque alios.*] Ita veteres, & rectè. Alii *proceram*, *Floresque suos*. CROAN. *Floris varias* lib. & tres alii.
 310. *Panchaia tellus.*] *Panchaia* meliores. bene. sic Virg. II. Geor. 139.
 311. *Turiferis Panchaia pinguis arenis.*
 In Quince Virgiliano 86. *Panchaia tura* ex antiquo memoramus. HENRIVS. Male haec conjungi putat Samuel Petrus Comm. in Leges Atticas pag. 148. quia Myrrham adscribit Panchaiae, quam tamen infr. VI. 978. reliquisse Natio dicit: legit ergo, *Sudataque ligno*
Tura ferat (floresque alios) Panchaia, tellus,
Dum ferat & Myrrham, tanti nova non fuit arbor.

Ut *Tura Panchaia* conjungantur. sed incommode sine inter *Tura* & *Panchaia* interjiceretur, *floresque alios*: Panchaia vero pars Sabaeorum fuit, unde non longe fugisse Myrrham credendum; nam & Servius ad Ecl. X. in *Sibon* fugisse ait. Licet Noster infr. vers. 478. novem menses errasse, relicta Arabia & Panchaia, narrans, videatur longiorem fugam indicasse, & Sabaeus à Panchaia diversos fecisse. sed rectè Glareanus notat, frustra in fabulis, ter diversis modis proditis, exactam temporis & locorum rationem quaeri. sed quid de fabulis dico, cum nunc in tanta literarum luce Christophus nollet Arabas, populos esse Cypro insulae oppositos dicit: eodem jure ac si quis scribat Britanniae non oppositam esse Galliam aut inferiorem Germaniam, sed Gotharigiam, vel Burgundiam. BOUM.
 312. *A Crimine.*] *Ab crimine* unus Basil.
 313. *Te Stygio.*] De Jun. & MS. Besim. *tumidis afflavit* Regius & Junian. ut esset, tumidis de Stygio Stygio Echidnis. *tumidae* enim à veneno dicitur. vid. lib. I. 460. BOUM.
 316. *Totoque Oriente juventus.*] Humani hic aliquid passus est vir, cetera doctissimus, Casparus Hofmannus, qui libro III. Var. Lect. 4. *toto Oriente* nimis Poëticum esse censet, & ideo corrigat, *totoque Oriente*, ut Orotus sit pro Syria illa parte, quam Orotus irrigat. & frustra legi *Pediae* conatur satisfacere. donatus talia sphalmata viro egregio, qui à Poëtica non satis instructus erat, sed pudet tamen, & mallem tales emendationes Gorallo relictas, qui eo turpior, quod plane *juvenus* affus est profanas manus Poëtae, quos non intelligit, castigandis admoveat. Quid vero nimis Poëticum, si distissimi & potentissimi Regis filia a procis totius Orientis expectatur: nec Historicus vereretur hoc certa fide narrare, nedum Poëta, cui certelicer famam pulcherrimae puellae fingere, etiam ad longe remotas gentes distans fuisse. Sic de Thibe lib. IV. 56. *quas Oriens habuit praestantissimas puellas*. BOUM.
 318. *Elige Myrrha virum.*] *Myrrha tibi Neap.* & sec. Med. HENR.
 318. *Dum non sit ex omnibus unus.*] Hoc est, uno

Di, precor, & Pietas, sacrataque jura parentum,
 Hoc prohibete nefas: scelerique resistite tanto;
 Si tamen hoc scelus est, sed enim damnare negatur
 Hanc Venerem pietas: coeuntque animalia nullo
 325 Cetera defectu, nec habetur turpe juvencae
 Ferre patrem tergo: fit equo sua filia conjux;
 Quasque creavit, inquit pecudes, caper: ipsaque, cujus
 Semine concepta est, ex illo concipit ales.
 Felices, quibus ista licent! humana malignas
 330 Cura dedit leges: & quod Natura remittit,
 Invida jura negant, gentes tamen esse feruntur,
 In quibus & nato genitrix, & nata parenti
 Jungitur; & pietas geminato crescit amore.
 Me miseram, quod non nasci mihi contigit illic,
 335 Fortunaque loci laedor! quid in ista revolvor?
 Spes interdictae discedite, dignus amari

Ille,

Ille, sed ut pater, est, ergo si filia magni
 Non esse Cinyrae, Cinyrac concumbere possem.
 Nunc quia tam meus est, non est meus; ipsaque damno
 340 Est mihi proximitas, aliena potentior essem.
 Ire libet procul hinc, patriosque relinquere fines,
 Dum scelus effugiam, retinet malus error amantem;
 Ut praetens spectem Cinyran; tangamque, loquarque,
 Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.
 345 Ultra autem sperare aliquid potes, impia virgo?
 Nec, quot confundas & jura & nomina, sentis?
 Tunc eris & matris pellex, & adultera patris?
 Tunc soror gnati, genitrixque vocabere fratris?
 Nec metues atro crinitas angue sorores,
 350 Quas, facibus faevis oculos atque ora petentes,
 Noxia corda vident? at tu, dum corpore non es
 Passa, nefas animo ne concipe: neve potentis

Con-

uno patre excepto, quem vis ex omnibus elige. REGIUS. Dele substantivum verbum, & sanabitur carmen. CONSTANT. PANENS. Lego: *Dum non sit in omnibus unus, scilicet, pater.* Alioqui verus non stabit. MICVLL. *Vetus liber, dum ne sit, &c. CROFANUS. Dum non ex omnibus Excerpt. Calandrae, quod non displicebat Heinio, si legatur. Elige Myrta virum, dum non ex omnibus, unum, dum desit in o. unus Leidenfis.*

319. *Repugnat.]* Resistit Basil.
 323. *Si tamen hoc scelus est.]* Tota hac oratione mentis ac sensus pugna est. hic igitur sensus verba sunt, quibus negatur esse scelus filiam cum patre concumbere. & vide, ut accepit *pietatis* nomen sequente versu. GIAREAN.

324. *Coeuntque animalia nullo Cetera delicto.]* Coeunt ex vetulioribus quidam, *nullo delicto* fragm. Caesenas. optime. nisi *delicta* malis cum Floritino S. Marci, quod verum est. *diligere* enim idem, quod seligere. hinc militum *dilectus, delicta* fragmentum Boxhornii. unus Palat. & unus Voss. *dilectus*. HEINS. Non convenit inter viros doctos, an *dilectus* an *delictus* militum scribendum sit, neque in libris scriptis hic aliquid certi praesidi est, quia utroque modo omnibus fere locis exhibent. Juretus vero ad Paullini vitam Martini lib. 1. 27. *delictum* praefert, sed ego cum clarissimo Graevio facio, qui parum interesse censet, & *diligere* & *diligere* ejusdem esse notionis docet ad Cicer. 1. Verrin. cap. 10. & in Vat. 16. Heinsum vero *dilectum* praeferre videbis ex notis ad lib. xiv. 678. ubi vide: & 111. Pont. vi. 32. (sicet ipse in Virgiliti sua emendatissima editione semper *diligere* praetulerit, ut Eclog. iv. 33. 11. Aen. 18. & alibi.) & in hac quoque fuit sententia Lambinus ad Lucret. lib. 1.

87. qui ita semper scriptam hanc vocem se reperisse in libris MSS. testatur. hic vero locus *delictus* patrociniatur, quia *delicta* alii codices. in quam vocem facilius lapsus ex simili *delicta*, quae recipienda: nam in hac phrasi ea vitatissima. in Cicer. in Rull. 22. *Ceteri agri sine ullo delicto decembris addiscuntur.* Apulej. *Metam. viii. Undique res circumfusae, & sine ullo delicto laerant.* Dicitur Cretensis lib. v. cap. 11. *Itaque involutum ventis tempestatibus murorum opus, Neptunisque, ut peribent, atque Apollinis maxima monumenta nullo delicto circum manibus dissolvuntur.* ita vulgo edunt. sed Obrechtus monet in scriptis esse, *nullo delicto*, quare legendum puto, *nullo delicto*; sive *delicta* quis male cum Obrechtio, qui alia exempli addidit. Minuc. Fel. de Fulminibus cap. v. *Sine delicto tangunt loca sacra & profana.* & cap. xvi. *Servat omnes homines sine delicto aetatis, sexus, dignitatis, rationis & sensus capaces & habiles proceras.* quae duo loca Heinsum indicaverat. Sueton. Neron. 37. *Nullus posthac adhibebis delictus aut vidus reterimendi quoscumque libidinis.* sic nullo discrimine passim occurrunt, quod idem notat. BOEMANNUS.

328. *Semine.]* Germine Sini. vid. lib. ix. 280.
 328. *Ex illo concipit.]* Ex illa Neapol. prim. & tent. Medic. & tres alii. HEINS.
 333. *Ut pietas crescat.]* MS. exemplar, *geminis comeresat amore.* MARIANG. ACCURS. in Diatriba. Et *crescit* plurimi veteres. HEINSIUS.
 339. *Nunc quia jam meus est.]* Lego, *Tam meti*, atque ita liber Langermannianus. IOEN. Vid. ad Epist. 111. 67.
 341. *Patriosque relinquere fines.]* Rectius codex Napol.

Naugra cum uno Bonon. *patriosque*. sic *patrii* eni-
 si libro x. 518. apud Lucanum:
Dum patri veniant in viscera Caesaris enses.
 Hoc est Romani enses, non Aegyptii. Stat. Theb.
 xl. 750.
Haud, inquit, patriis prohibere longo
 Frigidus.
 Virg. Eclog. 1. 68.
Patriis longo post tempore fines
 Nardob.
 Noster 11. Pont. vii. 65.
U' aliquid patriis vicinam finibus esse. HEINS.
 Virgilius tamen Eclog. 1. vs. 3.
Nos patriae fines & dulcia linquimus arva.
 Eodem diversitas 11. Fast. 666. & mox 359. & alibi:
 342. *Retinet malus ardor amantem, Ut praefens*
 fadum.] Nisi haec conaectantur, non video quis sit sensus, tamen si plerique libri colo, plerique separati puncto. GIAREAN. *Error* prim. Moret. excerpta Jureti & alii viginti aut plures. *ardor* eundem trin. Gronov. Puto, *error* eundem. Vide Notis Trist. 1. Eleg. 11. vs. 99. *error* pro amore Poetis passim. quomodo apud Virgil.
 Ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error.
 Apulej. xi. Met. *Cum me Fotis malis incapisraffet*
erroribus. nam & furor & infania amor poetis dicitur, & amantes & malefani. Plato in Phaedr. iv. species *maius* huius statuit, fatidicam Apollinis inspirationem, Bacchi mylica, Musarum illatum. *Τεραστειν δὲ Ἄφροδιτης καὶ Ἐρωτος ἰσχυροῦ μαινοῦ Ἐρωτοῦ ἢ Ἐρατοῦ οὖται.* Noster Amor. 1. Eleg. x.
 Cum bene pertasam est, amique resanuit error.
 Et Eleg. 11. ad Cupidinem,

Blanditiae comites tibi erunt, Errorque, Furorque,
Affidus pariter turba secuta tuat.
 Ita illis locis scribendum. Propertius libro 1. Elegia xiii.
Quae tibi sit felix, quoniam novus incidit error.
 HEINSIUS.
 345. *Sperare.]* Spectare Moreti, Medic. & octo alii. peccare Viviani.
 346. *Et quod.]* Lego, *Nec quot.* CONST. PANENS. Et plerique scripti. aut unus Medic. *nun quod* Leid.
 347. *Matris pellex & adultera patris.]* Unus Medicus, *matris pellex.* & tunc *adultera* patri legendum esset, & mox, *gnato & fratri.* sic in libro de 537.
Quodque suae passa est pellex invita forori.
 Et 1. Art. 295. quidam scripti:
Pulsiois fieri gaudebat adultera tauro. BURN.
 348. *Tunc soror nati.]* In Caesell. & uico antiquiore, *gnati*, more antiquorum. CROFAN.
 349. *Nec metues sacro crinitas angue sorores, Quas,*
facibus faevis oculos atque ora petentes, Noxia corda
vident.] Ut melius hoc intelligas, audi quid Cicero pro Sexto Roscio cap. 24. dicat. *Nolite, inquit, putare, quemadmodum in fabulis suspensum-
 ro videtis eos, qui aliquid impie sceleratque commiserint, agitari & perterri furiarum saedis ardentibus. sua quomque fraus & suus terror maximus vexat. suam quomque scelus agit atque amantiae afficit. suae malae cogitationis amentiaeque animi terrent. Hae sunt impii assidue domesticaque furiae, quae diis nocturnae penas a consularatissimi reprobant.* Et in primo de Legibus cap. 14. *At vero scelerum in homines atque impietatum nulla expia-*
 XXX 3

Concubitu vetito Naturae pollue foedus,
 Velle puta: res ipsa vetat. pius ille, memorque
 355 Juris. & ò vellem similis furor esset in illo!
 Dixerat: at Cinyras, quem copia digna procorum,
 Quid faciat, dubitare facit; sciatur ab ipsa,
 Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.
 Illa silet primò: patriisque in vultibus haerens,
 360 Aestuat: & tepido suffundit lumina rore.
 Virginei Cinyras haec credens esse timoris,
 Flere vetat; siccataque genas; atque oscula jungit.
 Myrrha datis nimium gaudet: consultaque, qualem
 Optet habere virum; Similem tibi, dixit. at ille
 365 Non intellectam vocem collaudat; & Etsi
 Tam pia semper, ait. pietatis nomine dicto
 Demisit vultus, sceleris sibi conscia, virgo.
 Noctis erat medium, curasque & corpora somnus
 Solverat. at virgo Cinyreia pervigil igni
 370 Carpitur indomito; furiosaque vota retractat.
 Et modo desperat; modo vult tentare: pudetque,
 Et cupit; &, quod agat, non invenit. utque securi

Saucia

tio est. itaque poenas luvit non tam iudicii (quam
 quondam nupquam erant, bodie multifaria, nulla
 sunt, ubi sunt ficta, tamen per se falsa sunt)
 quam ut eis agerent, instenturque Eurias non ar-
 dentibus iactis, sicut in fabulis, sed angore conscien-
 tiae grandisque cruciatu. CONSTANT. FANENSIS.
 In duobus Variè. & duobus meis apertè legitur:
 Nec metuens sacra. CIOPANUS. Quidam codices,
 sacra, quod probabat Vivianus. sed male: atrox enim
 angues Furis passim Poëtae tribuunt. vide sup. lib.
 IV. 455. XIV. 410. Stat. Theb. II. 282. legerem
 etiam potius, mernas cum Junii & Sprotti codici-
 bus. trinitas etiam tres codices. BURM.

350. Quas facibus.] Quam Junianus. ut esset ex-
 clamatio, quam facibus. quas Thuan. pro varia
 lectione.

352. Neve parentis, etc.] In ambobus incis,
 Capran. & aliis nonnullis, Neve potentis. CIOPAN.
 Variant hic scripti, & pro utraque lectione multa
 dici possent. ita parens Naturae Claudiano II. de
 Rapt. 45. Ciceroni, Senecae & aliis. sed & potens
 eidem Claudiano II. Laud. stil. 442. Horat. II.
 Sat. 143. Senec. Hipp. 1114. Juv. Sat. X. 303. &
 similiter naturae potentia Plin. VIII. 4. & Nostro
 lib. X. 757. sed tamen huic forte loco convenientis ma-
 gis esset, potentis legere, ut inter concubitus ve-
 titos sit oppositio. Natura patet satis late, & ut
 ex omnibus eijus permittit, dummodo à patris
 vetito concubitu te contineas sic lib. II. Am. XII. 25.

Pinguis amor nimiumque patens.

Ubi & codices quidam, potens. BURM.

354. Vetat.] Negat Basil. & Junian.

354. Memorque est maris.] Prim. Gronov. ex-
 cepta Jureti & quinque alii, Juris: rectè. Vide
 sup. 331. & IX. 530. HEINS. Et ut vellem, vel ut
 ò vellem, maluerat etiam Heinsius. & hoc vellem
 Junian.

356. Copia digna.] Magna Oxon. & unus
 Heinsii.

359. Patriisque in vultibus.] Patriisque cum A-
 rondel. & uno meo, & altero Twisslenio. HEINS.
 Primoque patris in vultibus haerens Giffa. Indic.
 Laeret. p. 462. & ita multi scripti.

361. Virginei Cinyras haec credens esse timori.]
 In uno meo, Credens haec esse timori. qui nume-
 rus videtur melior & suavior. CIOPAN. In multis
 erat, pudoris, quae lectio mihi prae alia placet,
 & saepe librarii has duas voces confuderunt.

364. Optat habere.] Optat plerique meliores.
 HEINSIUS.

368. Curasque & corpora.] Curas & Basil. &
 septem alii. pectora etiam Gronov. vid. VI. 489. &
 VII. 634.

369. Igna.] Igna sec. Pal. prim. Esfuit. Spic. qua-
 tuor alii. HEINS.

371. Tentare.] Capere Medic. & alius.

372. Quid

Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima reflat,
 Quo cadat, in dubio est; omnique à parte timetur.
 375 Sic animus vario labefactus vulnere nutat
 Hinc levis, atque illuc; momentaque sumit utroque.
 Nec modus, aut requies, nisi mors, reperitur amoris.
 Mors placet. erigitur: laqueoque innectere fauces
 Destinat, &, zonâ summo de posse revinctâ,
 380 Care vale Cinyra, causamque intellige mortis,
 Dixit: & aptabat pallenti vincula collo:
 Murmura verborum fidas nutricis ad aures
 Pervenisse ferunt, limen servantis alumnae.
 Surgit anus, referatque fores; mortisque paratae
 385 Instrumenta videns, spatio conclamat eodem,
 Seque ferit, scinditque sinus, ereptaque collo
 Vincula dilaniat. tum denique flere vacavit;
 Tum dare complexus, laqueique requirere causam.
 Muta silet virgo, terramque immota tuetur:
 390 Et deprensa dolet tardae conamina mortis.
 Instat anus; canosque suos, & inania nudans
 Ubera, per cunas alimenta que prima precatur,

Ut

371. Quid agat non invenit.] Quod agat cum
 Junio. HEINS. Lib. III. Fast. 8.

invenit & quod invenit agat.

Ubi etiam quid alii codices. & II. Art. 707. Inve-
 nit digni quod agant. ubi vide.

374. Omnique à parte timetur.] Elegantior me-
 hercule lectio, quam in uno Moreti codice depre-
 hendi, minatur. Virgilium hic ante oculos habuit;
 qui lib. II. Aeneid. 626.

Ac velis summis antiquam in montibus ornem,
 Cum juro cretam, crebrique bipennis instans
 Ensur Agrilae certatim, illa usque minatur,
 Et transfusa comam concusso vertice nutat.

Et ò omni parte etiam unus Medic. BURM.

376. Uroque.] Utriusque quatuor libri.

377. Amoris.] Amori malebat Heinsius, cui as-
 scribitur plane.

380. Causamque intellige mortis.] Unus Medi-
 ces & Arundelianus, causam te intellige. ut Ep.
 I. 244.

Car si tu mihi causa necis.

Elegia in Drasum 270.

Causaque dicemur nos tibi, Druse, necis.

381. Dixit & aptabat.] Heinsius malebat, dixit:
 ut aptabat, &c.

383. limen servantis alumnae.] Libro IV. 95.
 411. monui videri scribendum, limen alumnum.
 ut paulo post, ante pedes supplex procumbit a-
 lumnae, non alumnae. HEINS.

384. Mortisque paratae.] Paratam Medic. &
 quinque alii. parata Gronov. & Medic. & mortis
 apertae Basil.

386. Sinit.] Comas Junian.

387. Tum denique flere vacavit.] Pessimè legi-
 tur hoc modo in vulgatis quibusdam. In veteribus
 omnibus optimè est, Flere vetavit. Quod ad nu-
 tricem est referendum. CIOPAN. Male in aliis, ve-
 ravit, vel paravit. lib. VI. 585.

———— nec flere vacat, sed fasque nefasque
 Confusura ruit.

Jucanus libro II. 119.

———— cui saevare vulgi

Flere vacet?

Stat. II. Achilleid. 261.

Quid precor heu, timeamque prius, quidve anxio
 mandem,

Cui vix flere vacat? HEINS.

391. Instat anus, canosque suos, & inania nu-
 dans Ubera, per cunas alimenta que prima precatur.]
 Hunc locum expressit Seneca in Hipp. 246. apud
 quem loquitur nutrix, ut & hic altera:

Per has senectus splendidas supplex comas,
 Fessumque curis pectus, & cara ubera
 Precor, furorem siste.

Nutrix in Hercule Oetoe 925.

Per has aniles ecce te supplex comas,
 Atque ubera ista panno materna obsecro,
 Despone tumidas pectoris laevi minas. Gron.

718

Ut sibi committat, quidquid dolet. illa rogantem
Aversata gemit. certa est exquirere nutrix:

395 Nec solum spondere fidem. Dic, inquit, opemque

Me sine ferre tibi. non est mea pigra feneclus.
Seu furor est; habeo quae carmine sanet, & herbis,
Sive aliquis nocuit; magico lustrabere ritu.
Sive est ira Deum, sacris placabilis ira.

400 Quid rear ulterius? certe fortuna domusque
Sospes, & in cursu est: vivunt genetrisque, paterque.
Myrrha, patre audito, suspiria duxit ab imo
Pectore. nec nutrix etiamnum concipit ullum
Mente nefas: aliquemque tamen praesentit amorem.

405 Propositiq; tenax, quodcumque sit, orat, ut ipsi
Indicet: & gremio lacrimantem tollit anili:
Atque ita complectens infirmis colla lacertis,
Sensimus, inquit; amas: & in hoc mea (pone timorem)
Sedulitas erit apta tibi: nec sentiet unquam

410 Hoc pater. exsiluit gremio furibunda, torumque
Ore premens, Discede, precor; miseroque pudori
Parce, ait. instanti, Discede, aut desine, dixit,

Quae-

Td emas mihi non placet, & si genium Poetae
novi, haud dubio scripsisse ipsam. per canos alimen-
tibus prima precatur. quam lectionem verissimam
esse probat ad alimentum prima, quod de uberibus
intelligendum nemo neget. sed male delicatus ali-
quis Ovidianus haec delicias non potuit conco-
quere, quod & obiit lib. xiv. 62. SCHAEFER. apud
Tan. Fabr. lib. 11. Epist. 71. nulla opus hic emen-
datione, nam alimentum prima non sunt uberes, sed
à cunis reliqua educatio, ut firmat similis locus lib.
111. 313.

Furtim illum primis Ino materera cunis
Educavit.

Ubi proximo versu, pro lactisque alimenta dederat,
in uno Leidensi erat, alimentaque prima dederat,
quod ex hoc loco repetitum esse puto. BURM.

393. Rogantem? Roganti adaversata multi codices.
pretantem Med. Argent. & Thyli.

395. Nec solum spondere fidem. Nisi subjunctus
fuit, opemque Me sine ferre tibi, videri poterat
h-
videtur, id est oratio altero desecta membro.
GLAREANUS.

397. Habeo quod carmine sanet. Quae sanat ple-
rique vetustiores. HEINS.

198. Lustrabere ritu. Cantu Arondeianus &
excerpta Langermanni, forte recte: ita lustrificas
cunus Valel. Flac. 111. 448. qui saepe hac voce in
magis sacris utitur. ut & magis cunus VII.
331. magis cunus VII. 385. BURM.

399. Sacris placabilis iram. Placabilis ira in
rent. S. Marci: Ponticis 1. 1x. 23.

— placabilis ira Doorum est.
Fast. xi. 541.

— sed et his placabilis umbra est.
Pont. 111. Eleg. 111.

Effice sit nobis non implacabilis ira.
Gratius 351.

Est aliud, quod praestes opis placabilis numer.
Quomodo ibi scribendum, non opus. Val. Placur
lib. iv. v. 471.

— namque en tibi nostra voluntas:
Si non ira Deum codo implacabilis urget.

Sic verus mendosissimi relictuntur. Vide Notae
Trist. 111. Eleg. v. vers. 31. HEINS.

401. Sospes ab incurso est. Sospes in Florent. S.
Marci & Neap. Lege, sospes et in cursu est. quo-
modo Bemegger. Spirens. & à manu secundi Flo-
rentinus S. Marci; ita Noster saepe. vulgata scriptu-
ra parum Latina est. lib. x111. 508.

In cursuque meus dolor est.
Pont. iv. Eleg. xi.

Dum dolor in cursu est, dum pectus aeger est.
Remed. Amor. 120.

Dum furor in cursu est, curvanti celo furori.
Sic, furere in cursu, Epist. v. 121. in cursu fons-
lac rapere furantem. ita scribe. non incurso. Fast.
11. 902.

In medio cursu tempora veris erunt.

Lib-

Quaerere quid dolcam. scelus est, quod scire laboras.

Horret anus; tremulasque manus annisque metuque

415 Tendit: & ante pedes supplex procumbit alumnae.

Et modo blanditur; modo, si non conscia fiat,

Terret: & indicium laquei, coepitque minatur

Mortis: & officium commisso spondet amori.

Extulit illa caput, lacrimisque implevit obortis

420 Pectora nutricis: conataque saepe fateri,

Saepe tenet vocem: pudibundaque vellibus ora

Textit: & O, dixit, felicem conjugem matrem!

Haecenus: & gemit. gelidos nutricis in artus,

425 Vertice canities rigidis iterit hirta capillis.

Multaque, ut excuteret diros, si posset, amores,

Addidit. at virgo se non falsa moneri,

Certa mori tamen est; si non potiarur amato.

Vive, ait haec; potiere tuo; non ausa, parente,

430 Dicere, conticuit: promissaque numine firmat.

Festa piae Cereris celebrabant annua matres

Illae, quibus nivea velatae corpora veste

Lib. v. 245. Fox erat in cursu. lib. vi. 382. Spes
cui in cursu. HEINSIUS. Pro certe etiam maluerat
olim Heinisius, terrae fortuna domusque.

401. Dixit ab imo. Traxit Basileensis Moreti
& eius Gronovii. parum referre puto. vide lib.

11. 774.

405. Quodcumque est. Quodcumque sit prim.
Gronov. prim. Ambros. & quatuor alii. bene.

HEINSIUS.

407. Complacens membra lacertis. Colla sec.
Fabr. aliquanto rectius. at in uno Mediceo, nata.

verula. Natae enim alumnae à nutricibus appel-
labantur, & illae vicissim ab alumnis matres. vide

Nonian Marc. in mater. sic Nutrix Phaedrae apud
Euripidem ipsam allocuta:

— θέρει, εθερει, και ειδ ηυλασηος
Metεβαλλε δεγναε.

Atque ita passim Tragicis. & Nonnus initio libri

v. Dionysii ter quaterve. apud Statium Theb. vii.

Antigone nutritorem Phorbantem patrem appellat.
Medea ad nutricem apud Valerium Placcum lib.

v. 354.

Quae manus haec, certo cui me petat agrime, mater,
Advenit, haud armis, haud unquam cognita

cultri? IDEM.

408. Et in hoc. An in hoc quinque libri. sed in
lib. Medic. sed in hac Jun. et in hac Bonon. et ad
hoc tres alii. sed ad hoc unus. Heinisius volebat,
sed et hic.

Tom. II.

Primitias

410. Exsiliit. Exsiliit vetustiores. HEINS.

412. Parce, ait, instanti discede aut desine dixit.]
Admonivimus lib. vi. 280. non temere repetitum

verbum dixit, etiam si praecesserit ait. ubi Niobe
Latoniae conviciatur. GLAREAN.

413. Quid dolcam. Cur quidam: duo etiam
quod: forte, quo. vid. lib. vii. vs. 720.

414. Tremulasque. Trepidatque Medic. unus.

417. Coepit. Cantabrig. Regius & duo alii;
captus.

418. Et officium. Nonnulli, at officium. Nati-
genitos. Duo etiam codices, confesso amori. &

commisso spondet aperto unus Regius.

424. Sensit. Sensus Vatican. & quinque alii. si-
mer etiam multi. albaque torto unus Heinisii: ea-
dem varietas lib. xi. 386.

428. Potiarur amore. Amato fragmentum Cae-
senas, prim. Gronov. & duodecim alii. vide lib.

vi. Pass. 579.

430. Dicere; conticuit. Prior Gronovii habet,
Dicere; jurato promissaque numine firmat.

Quod: ego à librario profectum non puto. ita
enim dixisse jurare numina, pro per numina, egre-
gie docet ille antiquarum locutionum & majesta-
tatis linguae latinae vindex Broukhafius ad Tibul.

11. x111. 15. ita Noller lib. 11. 41. Dis juranda
palus. & Epist. 11. 23. Nec te jurata reducam No-
mina. BURM.

431. Festa piae Cereris. Thesmophoria à Graecis
facta

yyy

Primitias frugum dant, spicæ ferta, suarum:
 Perque novem noctes Venerem, tactusque viriles
 435 In vetitis numerant. turbâ Cenchreis in illâ
 Regis abest conjux: arcanaque sacra frequentat.
 Ergo legitimâ vacuus dum conjuge lectus;
 Nacta gravem vino Cinyram male sedula nutrix,
 Nomine mentito, veros exponit amores:
 440 Et faciem laudat. quaesitis virginis annis,
 Par, ait, est Myrrhae: quam postquam adducere iussa est,
 Utque domum rediit; Gaude mea, dixit, alumna:
 Vicinus, infelix non toto corpore sentit
 Laetitiâ virgo; praesagaque pectora moerent.
 445 Sed tamen & gaudet. tanta est discordia mentis.
 Tempus erat, quo cuncta silent; interque Triones

Flex.

sacra Cereris appellantur, quae quidem tanta constantitate per decem dies (ut scribit Diodorus) celebrantur, quanta inventi frumenti donum postulat. Sacra autem Cereris cum Proserpinae sacrificiis confusisse videtur poeta. Cereri namque sacrificabantur prisci, decemque dies festos agebant, cum saepe in terram iactabatur, quibus eisdem diebus conviciis invicem uti consueverunt, uti Deae dolor, ex filiae raptu conceptus, risu ac verborum scurrilitate mitigaretur. Proserpinae vero mensis tempore sacra faciebant, quo quidem tempore coronas spicæ ex frugum primitiis Deae dicebant. RSGIUS. Ex sequentibus fit manifestum de Theismophoria, non de Eleusiniis haec esse intelligenda, quae duo festa perperam vulgo confunduntur, etiam à scriptoribus antiquis. Theismophoria moeroris plena à solis faeminis, Eleusinia hilaritati data à viris celebrantur: illa Pyanepsione, qui Septembris & Octobris partem occupabat, haec Boëdromione, qui Pyanepsionem proxime praecedebat, quamquam nonnulli Maemacticionem inter duos illos menses medium constituunt. Exstant etiamnum *Θεωμορφια* Aristophanis comœdia. HEINSIUS. Neque Theismophoria, neque Eleusinia hic in animo habuisse poetam credo, sed festum Cereris sacrum, quod in Oriente celebrabant, nam in Theismophoriis tres noctes modo pure se habebant matronae, neque de primitiis oblati quidquam repperit, vide Menfii Lect. Att. lib. v. c. 21. & Graeciam Feriatam in *Θεωμορφια*, ubi ostendit, illa saepe cum Eleusiniis confundi, sed nunquam haec Ovidii verba adduxit, neque in Theismophoriis, neque in Eleusiniis, quod admittit Castellanus. BORM.

435. *Turbâ Cinyreis in illâ Regis abest conjux.* Cenchreis, vel Cenchreis Florentinus S. Marci, Bænegger. Neapol. Cantabrig. Oxon. prim. & in Palat. aliique complures. recte. quod alludunt nonnulli, in quibus, *Cenchreis*. Auctor argumentorum in Metamorphoses, *Myrrham Cinyram & Cenchreidis filiam* facit. Hyginus Fab. LVIII. *Myrrha Cinyrae Assyriarum regis & Cenchreidis filia* Apollodorus Metharmen Pygmalionis Cyprii regis filiam ei uxorem assignat, ex qua Adonis pluresque liberos genuit. Pocominas à mutacionem mutatas rari exempli est, liberos à parentibus, obvium, emenda intranscursu Festum hinc Descriptione Orbis vs. 1111.

Proumpis lacrymosa sibi Myrrha,
Myrrha furor quendam Cinyriam.
 Pro adest malum, abest cum primo Palatino & Latendorphiano. prim. Gronov. prim. Reg. & duo alii, abest. sec. Pal. & Oxon. turbam in illam alii. HEINSIUS.

439. *Mentita.* Mutato Basil. vid. sup. vs. 38.
 441. *Adducere.* Ducere unus. abest ut Gronov.
 443. *Vicinus.* Vicinus quidam. vide lib. 17. 356.
 443. *Non toto pectore sentit.* Corpore Oxon. quart. Medic. & quatuor alii. bene. non loquitur proxime, praesagaque pectora. HEINSIUS.
 445. *Sed tamen & gaudet.* Gaudet sic Medic. & alius. *Flet tamen abus Medic.* Forte. *Flet tamen & gaudet.* nisi mavis, sic tamen & gaudet. Sed alterum praestat. Stat. Theob. XII. 416. *Fidèle gausus.* idem ibidem vs. 793. *gaudet lenitate.* lib. 11. Silv. v. 10.

Quanto manarent gaudia fletu.
 Sic lacrymas gaudentes eidem Theob. VII. 403. & lacrymosa gaudia Claudiano Bel. Get. 407. *Iura* Ego nihil muto: frequens enim usus illarum p. 251.

Flexerat obliquo plaustrum temone Boëtes.
 Ad facinus venit illa suum. fugit aurea coclo
 Luna: tegunt nigrae latitantia sidera nubes;
 450 Nox caret igne suo. primos tegis, laeare, vultus;
 Erigoneque pio sacrata parentis amore.
 Ter pedis offensi signo est revocata: ter omen
 Funeris bubo letali carmine fecit.
 It tamen: & tenebrae minuunt, noxque atra pudorem,
 455 Nutricisque manum laevâ tenet; altera motu
 Caecum iter explorat. thalami jam limina tangit;
 Jamque fores aperit; jam ducitur intus: at illi
 Poplite succiduo genua intremuere; fugitque
 Et color, & sanguis: animusque relinquit euntem.
 460 Quoque suo propior scelcri, magis horret, & ausi

Pocni-

Cenchrum, sed tamen & vide Heins. ad Epist. III. v. 4. de lacrymis gaudio profluentibus hic non agitur, sed de moerore mixto laetitia, quia futura pueri gaudet. BORM.

445. *Mentita mentis.* Mentis malebat Heinsius. vide id lib. IX. 629. & VIII. 88.

446. *Tempus erat, quo cuncta silent.* Conticiniis delirij. i. Trist. 111. 27.

Jamque quiescebant voces hominumque cannaeque,
Lanaque nœlarns alta regobat equos.
 CIOFANUS.

446. *Interque Triones Flexerat obliquo plaustrum aurea bootes.* Lib. 1. Trist. eleg. 111

Jamque moras spatium nox praecipitata negabat,
Parvasque ab axe suo Parrhasis Arctos erat.
 Lucanus lib. 11. 237.

Parrhasi obliquis Police cum verteret axis.
 Seneca in Troade 438.

Pavis sese nox alma transferat daas,
Clarissime septem vertarant stellae jugum.
 Mem in Agamennone 70.

Luca vestat Plaustra Bootes.
 Et illustissimus poetarum Anacreon Oda tertia:

Μετωρηνος πῶς ἄγχι,
Ἐπιφῆρα ἢ ἄγχιος ἔσθι
Καὶ πῆμα πῶς ἰσῶρος.
Ναυρὶ σιλιε νύκτι.
Καὶ ἰσὸν ῥοτατὴν Ὀψα
Κίκα μανῶν Βοοῶν.

Mem in Medea 314.

Non quae loquitur, stetitque senex,
Antea tardus plaustra bootes. IDEM.

446. *Interque Triones.* Trionem Florent. S. Martini. dicitur Notae lib. 1. VI. 64. HEINSIUS. Et ad Val. Flac. VII. 457.

450. *Primos tegis, laeare, vultus.* Primos vultus meliores magno numero. HEINSIUS.

450. *Icare.* Icarus Arcturi, sive Bootae, Erigone autem virginis nomine appellata, ut Hyginus ait. Ceterum notandum hoc loco à poeta Icarum dici *Ἰκαροῦ*, quem alii *Icarium* vocant. MICHELUS. Servius ad Virg. 1. Georg. 68. *Icarium* etiam appellat, & illum Arcturum sive Bootem à quibusdam dici notat. vide & Lutat. ad Stat. IV. Theb. 655. & 692. in uno Leidensi erat *nox, Erigoneque suos.*

452. *Ter pedis offensi signo est revocata.* Ita pro: p. 1. Trist. 111. 55.

Ter limen itegi, ter sum revocatus, & ipse indulgens animo pes mihi tardus erat.
 Offendore pedem in limine antiquitas in finitrum omen putabat, ut bene contingere id, quod volebat, non posse sibi persuaderet. Itaque signo pedis offensi poeta, qui in exilium eiectus erat, augurans, concurrit se ab eo nunquam revocatum in. CIOFANUS. Vid. ad 1. Amor. 8. 1. 4.

453. *Fecit.* Dixit Thuanii codex. nihil opus. Epist. 1. Sabini 85.

Prima meis omen metuentium passivus illa fecit. BORM.

454. *Et tenebrae minuunt, noxque atra pudorem.* 1. Amor. VI. 59.

Nox & amor, vinumque nihil modabile suadent:
illa pudore vocat, Liber amorem metu.
 Livius lib. XXXIX. 8. *Chem vinum animos, & nox, & misti feminis mares, aetatis tenerae majoribus, discrimen amove pudoris exsufflissent.* Terentius in Adelphis 111. v. 24. *Perfusa nos, amor, vinum.* Plautus in Bacchide 1. 1. 55. *Quia istae illecebre sunt fieri nihil potest: nox, mulier, vinum homini adulescentis.* Ennius: *Perfusa nos, vinum, deus, qui multo est maximus.* CIOFANUS. Puto, ut tenebrae minuunt. HEINSIUS. In Menardi codice erat, & tenebris minuit nox atra pudorem.

- Poenitet; & vellet non cognita posse reverti.
 Cunctantem longaeva manu deducit: & alto
 Admotam lecto cum traderet, Accipe, dixit;
 Ista tua est, Cinyra; devotaque corpora junxit.
 465 Accipit obscuro genitor sua viscera lecto;
 Virgineosque metus levat; hortaturque timentem.
 Forsitan aetatis quoque nomine, Filia, dicat:
 Dicat & illa Pater sceleri ne nomina desint.
 Plena patris thalamis excedit: & impia diro
 470 Semina fert utero, conceptaque crimina portat.
 Postera nox facinus geminat. nec finis in illa est.
 Cum tandem Cinyras, avidus cognoscere amantem
 Post tot concubitus, illato lumine vidit
 Est scelus, & natam. verbisque dolore retentis,
 475 Pendenti nitidum vaginam deripit enssem.
 Myrrha fugit, tenebris & caccae munere noctis
 Intercepta neci: latosque vagata per agros,
 Palmiferos Arabas, Panchaeaque rura relinquit.
 Perque novem erravit redeuntis cornua Lunae;
 480 Cum tandem terram requievit fessa Sabaea.

Vixque

496. *Cactum iter explorat.*] Tibul. II. 7. 77:
Et pellibus praetentat iter suspensa timore,
exploret caecae cui manus ante viam.

Mura tactis vitam Cantab. & octo alii.

457. *Feret.*] *Seras* Basil. unus.

458. *Intremere.*] *Tremere* fragm. Caesen. vid.
 21. 180. & ita mox vs. 466. *hortaturque trementem*
 Basil. vid. lib. IX. 305.

459. *Animusque reliquit.*] *Relinquit* cum melio-
 ribus. & mox, *deducit pro deduxit.* pro *Cunctan-*
tem sec. Medic. *Lullantem.* HEINSIUS. Vid. ad
 IV. 461.

461. *Non cognita posse.*] *Non cognoscenda* Gener.

464. *Devotaque pectora junxit.*] In nonnullis libb.
cripsit, Corpora junxit. CIOFAN. *Corpora* veteres
 perique. HEINS. *Junxit* etiam Vossian. Moret.
 & Menard.

467. *Filia dixit, dixit et illa Pater.*] *Dicat* utro-
 que loco cum castigatioribus. HEINS.

469. *Thalamis excedit.*] Tertius Bononiensis,
 qui in veterino descriptus est, *thalamus.* vide
 lib. II. 517. & III. 388. *excessit* Menardi Codex.
discedit Arond. & septem alii. *incedit* unus
 Heimii.

470. *Crimina.*] *Semina* Regius & Junian. forte
 legendam, *crimina fert utero, conceptaque semina*
 21111.

473. *Illato lumine.*] Quatuor libri, *illati*, sed
 perperam. sic in argumento Fabulae, *lumen infer-*
missi. & lib. XI. Fab. 10. *extulso usque super lumen*
inferri iussit. Inf. XI. 681.

Intrulerant lumen.

Lib. II. Fast. 352.

Fit semis: inelamant comites, & laminae pennis
Maeonis; illatis ignibus astra parant.

Et ita apud Phaedr. lib. III. Fab. 10. Heinsius, *La-*
terna illata, pro *adlata* malebat. Apulej. II. *Me-*
tam. *Jam* illatis luminibus opularis *sermo* jecturati.
 Sic & Suet. Vesp. cap. 5. *Canis extraxit: triv-*
manum humanam intulit. scilicet in cubiculum.
 neque apud eundem in Domitiano cap. ult. al-
 quid mutandum, *scalas etiam inferri, elyptopae*
imagines ejus coram detrahi. scilicet in ipsam cu-
 riam. *ingerere lumen.* Quint. Decl. III. 19. *Bu-*
MANNUS.

475. *Vaginam deripit enssem.*] *Deripit* melio-
 ri quod in tribus, *liberat*, quemodo libo vi. vs.
 557. locutus, & lib. II. Fast. in fabula *Lucretius*
 vs. 793. *eripere ferrum vaginam* Virgilio lib. VI. 660.
 HEINSIUS.

476. *Tenebrisque caecae munere noctis latebris*
neci est.] *Tenebris* prim. Vatican. prim. Gronov.
 Caesen. alique satis multi. *et est* etiam tollen-
 dum cum, uno Moreti. pro *vagata* alius Moreti,
ululata, relinquit etiam pro *relinquit* meliores. *et*
 21007.

- Vixque uteri portabat onus. tum nescia voti,
 Atque inter mortisque metus, & taedia vitae;
 Est tales exoritur preces: O si qua patetis
 Numina confessis; merui, nec triste recuso
 485 Supplicium. sed, ne violam vivosque superstes,
 Mortuaque extinctos, ambobus pellite regnis:
 Mutataeque mihi vitamque necinque negate.
 Numen confessis aliquid patet. ultima certe
 Vota suos habere Deos: nam crura loquentis
 490 Terra supervenit; ruptosque obliqua per unguis
 Porrigitur radix, longi firmamina trunci:
 Ostiaque robur agunt: mediisque manente medulla,
 Sanguis it in succos: in magnos brachia ramos;
 In parvos digiti: duratur cortice pellis.
 495 Jamque gravem crescens uterum perfrinxerat arbor;
 Pectoraque obruerat; collumque operire parabat;
 Non tulit illa moram, venientique obviam ligno
 Subfedit: merfitque suos in cortice vultus.
 Quae, quamquam amisit veteres cum corpore sensus,
 500 Flet tamen: & tepidae manant ex arbore guttae.

Est

aque, *radiantis Lunae*, pro *redeuntis* sec. Pal. &
 (ex lib. nil muta. Noster *Metam.* XIV. 423.

Sed illam nos, tuisdem redeuntis solis
Lumina viderunt.

Statius lib. V. Silv. IV. 7.

Septima jam relictis Vhaebis mihi respicit aegras
stans genas. HEINS.

Avienus Orb. Def. 367.

Quidquid terra dehinc redeuntis sufficit anni.

Id est tenet. Val. Fl. VII. 229. *Qua redit itaque dies;*
 & 499. *perque tuo redeuntis sidera nutu.* Catull. V.
Soli credere et redire possunt. BURN.

43. *Est tales complexa praeci.*] *Esorja* Arond.
 & lex alii. HEINS.

486. *Mortuaque.*] *Mortuae* Med.

487. *Mutataeque.*] *Sed mihi mutatas* Vatica-
 nae. & mihi Basileensis. sed in Mediceo aberat
 locus versus.

489. *Vota suos habuere Deos.*] Ita propè in fabu-
 la Pyrami II. 164. *Vota tamen scitigere Deos.* CIO-
 TASUS.

489. *Crura.*] *Plura loquentis* Cantab. Palat. & tres
 alii. *non plura loquentis* Leidens. recte, si *loquentis*
 loqs. ita passim Noster *plura loqui.* lib. I. 525. II.
 658. & alibi. BURN.

491. *Porrigitur.*] *Propagatur.* CIOV.

492. *Agit.*] *Agit* Thuanus. *et quoque robur a-*
gita Menardi. deinde, *media remanente* Arg. & Thyfii.
medulla manant pr. Moreti.

494. *Duratur.*] *Curvatur* prior Gronovii. si vo-
 ci sua constaret auctoritas, *legerem, rugatur*, ut
 passim *rugosus cortex.* Epist. V. 28. VII. Met. 626.

495. *Præfrinxerat arbor.*] *Perfrinxerat* S. Mar-
 ci, tert. Medic. Oxonien. Spirensis. Excerpta Ju-
 reti & alii octo, *confrinxerat*, Neap. & sec. Me-
 dic. *præfrinxerat.* Urbin. & tres alii. duo, *præ-*
frinxerat. HEINS. *Præfrinxerat* etiam Gitanus In-
 dice Lucretiano in *præfringo.*

496. *Pectoraque obruerat.*] *Obrui* telis, *undâ,*
testis habente dicuntur bene & eleganter. *obru* cor-
 tice duris paulo dictum. Quare persuadetur, ut cre-
 dam scripsisse Nostri, *Pectora obruerat.* id est,

occluserat, opernerat. vide quae de hoc verbo
 annotavi lib. II. Fast. 578. certe in altero Hambur-
 gensi, *obruerat.* HEINS. Dubito an *obruera* hoc
 sensu Ovidius scribere poterit. si quid mutandum,
 mallem, *induerat.* sic apud Statium lib. XI.
 Theb. 41.

Nunc retrogit bibulat, nunc obruit aegras arenas.
 Quidam codices habent, *induit*, sed potius nihil
 mutandum. BURN.

499. *Cum corpore.*] *De corpore* duo; in *corpore*
 quatuor. & ita seq. vs. duo etiam, *de cortice*, alii,
ex corpore, vel *ex cortice*, vel *de corpore* vs. 501. *Sub-*
lataque robore, vel *corpore* quidam. unus etiam Gron-
 ovii, *sub cortice* tres, ita ut ubique
 eadem sit fere consuetio.

Talis erat. sed, ne faciat discrimina cultus,
Aut huic adde leves, aut illis deme pharetras.
Labitur occultè, fallitque volatilis aetas:

520 Et nihil est annis velocius. ille sorore
Natus avoque suo, qui conditus arbore nuper,
Nuper erat genitus; modo formosissimus infans;
Jam juvenis, jam vir, jam se formosior ipso est:
Jam placet & Veneri, matrisque ulciscitur ignes.
525 Namque pharetratus dum dat puer oscula matri,
Inscius exstanti destrinxit arundine pectus.

Lact.

517. *Fatias.*] *Fatiant* Leidens. unus.
519. *Volatilis.*] *Volabilis* Leidens. & quince
alii. vid. 1. Amor. viii. 48. & v. Trist. viii. 15.
522. *Se formosior ipse.*] *Ipse* sex libri. elegantius.
inf. 685. ex scriptis:

Namque ipsa exoritur in ambo.
Et ita pallim optimi scriptores. BORN.

526. *Destrinxit arundine pectus.*] *Destrinxit* me-
liores. HERTS. *Perstrinxit* Leid. *destrinxit* Thuan.

529. *Forma.*] *Formam* Gronovian.

520. *Cytherea litorea.*] Cythera insula est cum
oppido, antea *Porphyrusa* appellata à pulchritudi-
ne marmorum, quae ibi effodiebatur, ut scribit
Aristoteles, una ex Cycladibus Veneri dicata,
quod in mari nata ad eam primum conchâ perve-
nisse fertur. Dicta est autem Cythera à Cythereo
Phoenicis filio. REGIUS. Verba Stephanus, de Cy-
theris, quae hic citantur à Regio, Graecè sic ha-
bent: *Κύθηρα, ἄνευ τῶν ἐπιπέδων ἕρπονται, πρὸς
τῷ ἑσπέρῳ ἀπὸ Κόβηρον τῶν Φεινίκων. ἐκαλίθη δὲ
Ποσειδέωνος διὰ τὸ κάλλος τὸ παρὶ τῶν περσφύρων,*
(hoc est, à pulchritudine purpurarum quae ibi na-
scentur, non marmorum, ut Regius falso acce-
pit) *ἢ Ἀμφοτέρας, ἢ ἀμφοτέρων Κυθήρας, καὶ
Κυθήρας, καὶ ἢ γυνῶ, καὶ ἢ ἕστες ἀδύων Κυθή-
ρας.* Quare videndum hoc loco num *Cythereis*
litorea, à Cytherea, quod nomen Veneris est, &
è brevi dicitur, magis quam ab ipso insulae nomi-
ne, quod è longum habet, derivandum sit, ut *Cy-
theras litorea* accipimus, apud quae Cytherea,
hoc est, Venus, primo è mari apparuit: nisi quis
figuram Scytholam admitti omnino contendat, eo
videbatur ritus, quod & Hesiodus ait:

*Ἀφ' ἑρασθῆ ἡε ἰδὼν, καὶ δὲ ἐδ' ἄνευ Κυθήρας
Κυθήρας ἴσθαι, καὶ ἀνέρας, εὐνοὶ ἐν ἀφ' ἧ
ὄρεσσι, ἀνὰρ Κελλίοναν, ἐνὶ περσφύρας Κυ-
θήρας.*

Nam aliàs etymologici, *Κελλίοναν* nomen non à
Cythereis, sed ἀπὸ τοῦ κέλευν τοῦ ἐμπυτος, ἢ τοῦ
κίον τὸν ἕρπον. MICHEL.

531. *Piscosamque Gnidon.*] *Gnidon* ubi est Do-
rica. ubi Veneris & templum & simulacrum vide-
batur à Praxiteles sculptum tanta arte, ut quidam
illius amore captus sustinuit intra sacellum per

noctem includi, ac deae simulacrum ita amplecti,
ut spermatum quoque inquinaret. REGIUS. *Gnidon*,
cujus hic meminit poeta, insula est non longe à
Rhodo, ut Plinius & Strabo auctores sunt, nobili-
simo templo Veneris, & ejusdem signo à Praxiteles
facto, quorum utrumque Luciano describit in
amoris. MICHEL. Citat hunc verum Praxiteles.
lib. 1. p. 542. & p. 572. qui *Gnidon* habet, ut etiam
nonnulli MSS.

531. *Gravidamque Amathunta metalli.*] *Me-
talli* Genevensis, dictum supra vers. 220. HERTS.

532. *Abstinet.*] *Balbus* in Catholico citat:
Abstinet, & summo caelo praefertur Adoni.

533. *Hunc tenet.*] Amplectitur veluti amans.
De Veneris erga Adonidem amore, deque ejus in-
teritu, exstat Theocriti Idyllium: sed non celum,
qui alius id ascribit: cuius principium est:
Ἀδών ἢ Κόβηρον ἢ εἴς τινος ἕτερου, &c. reliqua.
Quos versus pereleganti hendecasyllabo carmine
Latine reddidit aetatis nostrae Vates celebrissimas,
amicus meus, Pet. Angelus Bargaeus. COEUS.

533. *In umbra.*] In herba tres libri. dante *in-
dulgere rosa* Thuan. pro *rosae*.

535. *Per silvas, saxa & saxa vagatur.*] In
lib. scriptis, *Per silvas, dumosaque saxa*. COEUS.
Vid. ad Rem. Amor. 179. *silvas* quae *saxa* Bæll. &
duo alii, *clivosaque rura* unus.

536. *Nuda genu.*] Sic in vestitio legitur exem-
plari, non *usque genu*, ut ferè est in novis depra-
vatum, est enim poetica synecdoche. REGIUS.
Rectè in antiquo codice scriptum est: *Nuda genu*,
itaque correximus. IDEM. Sic venatrices aut lu-
dentes virgines plerumque describuntur. apud A-
eschilem Tatiium Leucippes latro, de virginum Euro-
pam comitantium choro: *Τὸ πρὸς ἄνευ τῶν
γυμνασίων. τὸ μὲν ἄνευ τῶν ἵππων, τὸ δὲ κείνη
τῶν πεδίων. τὸ γὰρ ἕδωκε μὲν γυμνασίου εὐνοῖ
τῶν ἵππων.* Sed variantes in Nazione scripturae lo-
cum mendosum esse sit s evincunt. Florantius à
Marci, secundus Palatinus, primus Mediceus &
Berneggerianus, inter optimos haud dubie codices
centendi, cum priore Twissiano, *Eius genu*
primus Palatinus, *Eius genu*. Neapolitanus & se-
cundus Mediceus, *Inda Venus*. Fontana. Cœlius

Lact.

in quo tamen manu recentiore castigatum, *Usque*
genu quae scriptura etiam occupavit Vaticanum
primum, Arundellianum, primum Gronovianum,
Bibliothecam & Moretanum primos, Hamburgicum
unumque, alios complures haud contemnendae
venerunt codices. In Norico, *Visusque genu*. *Pe-
ne genu* in altero Erfurtano. Quare opinabar olim
emendandum, *Crux tenuis*. quomodo apud Juve-
ntalem, Sat. vi. 445.
*Nam, si dacta nimis caput & sacunda videri,
Crux tenuis medio tunice succingere debet.*
Et apud Claudianum II. Conf. Honor. 247. de Dia-
nae comitum:

*— duo cingula vestem
Crux tenuis pendens vetant.*

Tum de ipsa Diana, II. Rapt. 33.
*Cristarum gemino vestis Corymba cinctu,
Polite sasa tenuis.*

Sed à veterum codicum vestigiis fideliter in-
sistendum, uti par est, scribi oportere contendo,
Sua genu vestem ritu succincta Dianae.

Quam conjecturam confirmat plane Spirensis fra-
gmentum optimae notae, a genu secundum casum
eius deduci videns apud Servium ad vers. 22. li-
betenti Aeneidos, quomodo *coruus à cornu*, unde
etiam pro *cornu* Nostrum II. Met. 874. dixisse
Pitæus observavit jam pridem. & sane amat im-
pende Noster ejusmodi archaismas interdum: nec
obstant Luciano VII. 217. profertur, *coruus tibi
crua salsivi*, *Lentula genu* pro *gelu* ex Afranio à
grammaticis profertur & ex Attio. Sed & *genu*
pro *genu* in Ciceronis Areatis non uno loco oc-
currit. Quale illud:

Quae genu ad laevum Nixi delapsa residit.
Eius genu vel *genuum*, quomodo *sua manus* apud
Aevium in Areatis:

*— ipsius autem
Sua manus parvas haedorum suscipe flammam.*

Cristarum sibi sine apud Nemesianum in Cynegeti-
co. Claudianus Gigantomachia 79.

*— tunc concitus ensu velorum
Transiit adverso, femurum qua sine volutus
Duplex semiferis conuoluitur ilibus anguis.*

79. II.

Ita enim illic loci in praestantissimis membranâ in-
veni exaratum. Apulejus libro secundo Metamor-
phosus: *Sed pretiosus in eam, qua sine summu-
cacaenae capillis ascendis, melissimum illud sua-
vinum impressi*. quod cave cum doctissimo Prisco
 bele eadem cum tecture putatur esse. RACIUS.
 Alludit ad coronam, turribus insignitam, mor-
 tiorum modò, quae illi attribuitur à poëta. Hinc
 Lucretius libro secundo vs. 606.
*Muralique capiti summum circum corona;
 Ex imis munita locis quod sustinet urbes.
 Quo nunc insigni per imagines praedita terras
 Horrificae fertur divinae matris imago.* MICHAEL.
 698. *Ergo modo.* Malim,
*Tergum, & modo levit fulvae
 Colla jubae velant.* HEINS.
 699. *In unguis.* In unguis sec. Medic.
 704. *Dente premunt domito.* Salido unus Hein-
 si.
 704. *Cybeleia frena.* Nam matris Deam cer-
 tum à leonibus trahi fingunt poëtae. Cybela au-
 tem dicta est à Cybelo monte Phrygiae, ipsi Deum
 matri sacro. REGIUS. Vel etiam *à πύ κείνης*,
 hoc est, cubo; quoniam terra cubica, hoc est,
 solida, & per hoc constans & immobilis intelli-
 gitur. De leonibus autem idem Lucretius ita me-
 punit lib. 11. 600.

FAB. XII. & XIII. ARGUMENTUM.

Adonis cruor in florem purpureum. Menthe nympha in
 herbam Mentham.

*Adonis supradictus, a monitus à Venere quam vim ferae haberent, non obtempera-
 vit. Igitur is in venatione ab apro interimitur: cujus cruor ejusdem deae numine in flo-
 rem purpurei coloris conversus est. Minulle Nympha in herbam mutata mentham odie
 Proserpinae Cereris filiae est; quod cum patre, conjuge suo, concubisset.*

Ille quidem monuit: junctisque per aëra cygnis
 Carpit iter: sed stat monitis contraria virtus.
 710 Forte suem latebris, vestigia certa secuti,
 Excivere canes; filvisque exire parantem
 Fixerat obliquo juvenis Cinyreus ictu.
 Protinus excussit pandò venabula rostro,
 Sanguine tineta suo: trepidumque, & tuta petentem
 715 Trux aper infequitur: totosque sub inguine dentes
 Abdidit; & fulvâ moribundum stravit arenâ.
 Vecta levi curru medias Cytherea per auras
 Cypron olorinis nondum pervenerat alis.

Agnovi?

*Hinc veteres Graecum docti cecinero poëtae
 leonibus in curru bigas agitare leones;
 Aris in spatio magnam pendere docentes
 Illarum, neque posse in terra sistere terram.
 Adjuvare feras, quod quamvis essera proles
 Officij debet molliri vultu parentum.* MACEVLL.
 705. *Care mihi.* Care puer Argentin.
 706. *Quod non terga fugas, sed pugnae pectora
 praebet.* Quae praebent ex melioribus. HEINSIUS.
 Quae n. t. f. sed dant sua pectora pugnae unus
 Heinii.
 a Monitus. Admonitus Colon.
 b Non obtemperavit. MS. & Venet. non agno-
 scunt verba illa. Immo nec Micillus, cujus edi-
 tio exhibet, *Quam vim ferae haberent; igitur is;*
 (hanc negligi haec) ab ore. sed verba, inclusa pa-
 rendenti, procul dubio ab emendatore aliquo sunt.
 NUNCIUM. Omittunt & Parm. Lugd. *Haberent;*
 tam virtuti sicut aliter existit; in venatione, &c.
 Colon.
 c Minthe. Cocyti filia. Plinius lib. xix. cap. 8.
 Menthae nomen suavitas odoris apud Graecos mi-
 nthe, cum aliqui Mintha vocatur. unde nostri
 serpen declaraverunt. Lege, *dalinaverunt*, ut ha-
 bent edd. vet. Nam à *μίνθη* vel *μίνθη* Graecorum
 derivatum Latinum *mentha*. Dicitur & *μίνθη*.
 Schol. Anitoph. ad Ran. Act. 1v. sc. 1. *Μίνθη* est *μίνθη*

ad *μίνθη*. et *δὲ τὴν μίνθη*. &c. Confer Strabon.
 lib. viii. MUCKERUS. Hoc argumentum priori
 connectit Racner. ita, sic & olim Menthe.
 d Quod. Eo quod c. Dite p. c. f. concubuerat;
 transfigurata est. & in priori omittit mutata Co-
 lon. Dite habet etiam Racner. Diteo Parm. &
 Lugd.
 710. *Vestigia certa.* Tria Basil. unus.
 714. *Tuta.* Tella Oxon. & Gronov.
 715. *Totosque sub inguine dentes.* Tortosque quin-
 que veteres. nil muta. pro *pandò rostro* duo libri,
patulo. Vid. lib. xv. 513. HEINS. Fissosque unus
 Heinii. ut iii. 84.
Figitque in acumine dentes.
 Deinde pro *pandò*, septem libri, *curvos*.
 718. *Cypron olorinis nondum pervenerat alis.*
 Nec de hac. sola certum est, ubi venatus Ado-
 nis fuerit. puer quidem Adonis in Panchia natus,
 jam vir factus poterat aliò concessisse. ex hoc autem
 carmine saltem liquet in Cypro non esse facta quae
 hic narratur. Verum in fabula frustra haec, ut
 antea admonimus. GLAREANUS. Pro *pervenerat*,
penetraverat unus Basil. & margo Gryph. Viig.
 vii. 365.
At non sic Phrygius penetrat Lacadaemona Passor.
 Et ita ille & alii passim.

Agnovit longe gemitum morientis: & albas
 720 Flexit aves illuc. utque aethere vidit ab alto
 Exanimem, inque suo jactantem sanguine corpus;
 Desiluit: pariterque sinus, pariterque capillos
 Rupit; & indignis percussit pectora palmis.
 Quellaque cum fatiis, At non tamen omnia vestri
 725 Juris erunt, inquit. luctus monumenta manebunt
 Semper, Adoni, mei: repetitaque moris imago
 Annua plangoris peraget simulamina nostri.
 At cruor in florem mutabitur. an tibi quondam

Femineas

Femineos artus in olentes vertere menthas,
 730 Persephone, licuit? nobis Cinyreius heros
 Invidiae mutatus erit? sic fata, cruorem
 Nectare odorato spargit: qui tactus ab illo
 Intumuit; sic, ut pluvio perlucida coelo
 Surgere bulla solet. nec plenà longior hora
 735 Facta mora est, cum flos è sanguine concolor ortus.
 Qualem, quae lento celant sub cortice granum,

Punica

719. *Agnovit longe.* Multi, *cognovit.* sed nihil muta. accumulatus Noster illa Virgili lib. x. Aeneid. 813.

Agnovit longe gemitum praesaga mali ment.
 Ut & Statius lib. vi. Theb. 179.

Nymphisitem agnovit longe.
 Ita & alibi. Virgilius lib. viii. 531.

Agnovit fontium.
 Et lib. ix. 16.

Agnovit juvenis.
 Heinſius coniecit olim, *agnovit linguae gemitum morientis.* sed nihil opus. BURM.

720. *Flexit.* In uno meo, *miſit.* CIOF.
 720. *Uque aethere.* Ita ut aethere Baſil.
 721. *Exanimem.* Si exanimis, quomodo jactabat corpus? Scribe vel invitis membris, *semanimem.* de Procris moribunda lib. vii. 850.

Semanimem, & sparsit ſcedantem ſanguine veſtes, Invenis. HEINS.

721. *Inque suo jactantem sanguine corpus.* In eodem meo, *inque suo versantem.* CIOFANUS. Ita & excerpta Murci. vide ad Ep. 111. 50. & ſupr. lib. v. 88. 50.

722. *Desiluit, pariterque sinus.* Desiluit, & sinus meliores. HEINS.

723. *Percussit pectora palmis.* Pectus percussa lacertis unus Leidensis. IDEM.

724. *Et non tamen.* At non Calandr. Arondel. & sex alii. bene. vide quae notanus initio Epist. Medae. & lib. xii. 367. mox pro dixit idem Arondel. Zulich. & unus Medic. inquit. IDEM.

726. *Repetitaque moris imago.* Recitataque Spiritus. *reſolvitque ſec.* Medic. Scribe, *reſolvitque.* de qua voce ſuſus egimus ad Phoenicem Claudiani. etiã minime ignoro vulgatam ſcripturam ex aliis Nasonis noſtri locis defendi poſſe. Ad. Notae Paſtor. iv. verſ. 45. IDEM. Nihil mutato. nam *reſerre.* & *reſerre* de ſacris anniverſariis. & ſequenti verba pro *peraget* Argent. habet, *reſerret.* vid. ad Remed. 593.

727. *Annua simulamina.* Simulachra. Nam ſingulis quibusque annis Adonia, id eſt ſæra in Adonis honorem celebrabantur, in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referreſcit. RIGIUS. Haec ſæra etiam ab Iſtaia inceperantur alicubi. Nam circa Libanum in Palaestina & circa Byblum peragi ſolita fuiſſe legimus. Adonem autem Graeci fabulae huic, Martem, quia Adonidi invideret, tanquam rivalis, ſeſe in apum transformare, & ſub ſpecie illius Adonem intermiſiſſe. Florem autem, qui ex cruore Adonidis enatus ſit, Anemomen fuiſſe. Cujus quidem nomini reſpondet illud, quod ſtatim ſubiicit poeta:

Namque male haerentem, & nimia levitate caducum
Excitantur idem, qui perſtant omnia venti.

Aëreas enim ventus Graecis eſt, inde Aëreus. Praeterea autem & roſam idem Graeci dicunt, cum antea candida fuiſſet, in purpuream verſam eodem tempore fuiſſe tinctam, videlicet Veneris cruore, quem illa emiſerat, cum ſortè ex nimio luctu ob Adonidem, diſcalceata approperaviſſet, eoque modo pedem ſpina roſae ſauciaſſet. Fuerunt etiam qui Adonem non Cinyrae, ſed Theatis filium facerent, & qui ex eodem & Veneris Praepum natum dicerent. in Commentariis Theocriti autem etiam legitur: *Α'πειρανότις Α'δώνος ἵσθνας ἐν ἀρχαίαις πρὸς Α'φροδίτην παρθένω, ἑστὴν καὶ ἕξ ἐν τοῖς Περσεφόνης,* quod idem illi deſtru-gibus interpretantur, quoniam fruges, quae per Adonem accipiunt, ſex mentes ſub terra ſeunt, & ſex ſupra terram aëre temperentur. Vide Myll. III. Atque in eam ſententiam & Orpheus mentit Adonidis in hymnis, his verſibus:

Περσεφώνη ἱεροπλάκουτος ἀνερωσι ἀνερωθῆς
Ὅς πῆρς πῆρς ἰονίας ἐπὶ Τάρταρον ἕξειν
Ἴ δ' ἵπλον πρὸς Ὀλύμπου ἀνερωθῆς ἀνερωθῆς.

MICVLLVS.
 728. *An tibi quondam.* Myrthe nympha fuiſſe, quam Plutonis pellicem fabulae tradunt extulſiſſe. Eamque cum Proſperina dolo circumventiſſe, in

hottentem mentham fuiſſe transfigurata: quam eleuque hedyſſimonia vocant. Eſt & mons prope Plutoni cognomine Myrthias. juxta quem Plutonis quoque eſt templum. RIGIUS.

727. *Femineos artus in olentes vertere menthas.* Lego, *ἀνιχίας.* Mintha enim vel Minthe à Graecis dicitur, quae alio nomine hedyſſimon vocatur, à Mintho Neptuni pellice in eam mutata, ut notor eſt Pollux libro ſexto, capite decimo. Menthos quin etiam ipſa herba appellatur eidem Polluci & Ariſtophanis in Plutoni interpreti, ex eorum poſteriore nonnulla alibi ſuper hoc recitata ſunt. CONSTANTIVS PANENſIS. Hujus fabulae meminit & Nicolaus interpres in Alexipharmacis. Cujus verba haec ſunt: *Μινθὴ δὲ Ἄδων παλλακὴν εἶνα καλεῖσθαι, ἢ δὲ ἀπὸ ἀρχαίων ἢ Περσεφών. ἐφ' ἣν ἡδύσμον παρὰ Ἀδωνος ὀνομαζομένην ἔστι.* MICVLLVS. Tangit & fabulam Oppianus Halicut. lib. 111. & Strabo lib. vii. Vide & Plin. xix. 8. qui prius Mentham diſſentit ait, nonneque ob odoris inavitatione muſſe.

732. *Spargit.* Spargit cum melioribus.
 733. *Fulva perlucida caelo.* Ita libri veteres & M. Alii ineptè legunt, *pluvio.* CIOFAN. Immo recte: cum pluvia enim cadit in aquam, furgit bulla ex gutta.

735. *Ortus.* Exit in uno invenit Heinſius. ſic & mutata haec verba II. Pont. v. 50.

736. *Celans sub cortice granum.* Grana prim. Gronov. frag. Boxtornii & ſeptem alii. in *cortice* idem Gronov. quae *cortice* prim. Moret. *sub vertice* prim. Pal. atque alii quatuor. Forte,

Qualem, quae lento celantur cortice, grana
Panica ferre ſolent.

Vd. *celant se cortice.* ſcriptum fuerat, *celant utitur.* mendose. hinc factam *celant sub vertice,* vel *ortice.* Videtur hunc locum reſpexiſſe Lactantius comine de Phoenice ſoediſſime depravatus, quem ſic calligamus.

Principio color est, qualis sub cortice levi
Mintia quem crecum Panica grana legunt.

Nullo ſenſu nunc circumfertur, *qualis sub fidere tali Mintia quem crecum Panica grana legunt.* Martial. I. Ep. 44.

Aui imitata breves Punica grana roſas.
 Ita optimus Thuaneus. nam *Punica mala* perperam nunc legitur. Poſſis & calligare, *celantur tegmina;* ne; Columella lib. x.

Mox ubi sanguineis se floribus induit arbor
Punica, quae rusticis interſit tegmina grani.


In Catalectis Pythoei pag. 186. exiſt carmen Aëvieni, quo mala Punica eleganter deſcribuntur. ubi & *granorum* bis terve ſit mentio, & tegmen illud, cui grana ſunt involuta, *vellus* appellatur. De Grana Punice corrigè in tranſcurſu locum ejuldem Columellae inſigniter depravatum libro vi. cap. 5. *Sublevis & intertrigo pice per se (lege terſae) liquida, vel alumina & ſulfura atque acetis mixtis rite (bene vetus codex litae) ubi tuncro (vet. cod. auſtero) punice malo, priusquam grano ſociat, cum alumina ſuſſito, ſuperſuſſoque aceto vel aeris aeregia (lego rubigine cum ſcriptis) inſtrata vel combuſta golla cum auſtero vino levigata & ſuperpoſita (vet. Cod. inſitia) tuberculum, cui ſubſeſt vermientis, ferro quam acutiſſime (lege cautiſſime) circumſcari oportet, ne dum amputatur, citius quod infra eſt, animal vulneremus.* HEINS. Vide lib. iv. Paſt. 608. & iv. ex Pont. xv. 3.

738. *Et nimia levitate caducum.* In uno meo eſt, *Gravitate,* non *Levitate.* CIOFAN.

739. *Qui perſtant omnia venti.* Omnes libri ſcripti, *Qui praerant omnia venti.* Sic Ald. Briantii tamen liber eam habet lectionem, quae eſt in lib. vulgatis, quam ſequendam arbitror. CIOFAN. *Qui perſtant omnia venti.* Haec ſcriptura à ſcriptis nullis confirmatur. Perique veteres, *praerant omnia,* vel *praebent omnia.* At prim. & tertius Medicei, Oxonien. prim. Hamburg. prim. T. wiſd. & duo alii, *praerant nomina.* ſeptem alii pro di-verſa lectione eandem ſcripturam quoque exhibent. verè. nec abſudit Arondelianus, in quo *praebent nomina.* Adonidis enim cruor in anemomen florem mutatus eſt. qui flos è *veo anemom* nomen deducit. quo aſſuſit Noller. vera ſcriptura hujus loci jam mihi puero olim deprehenſa ex Leidentiſſe bibliothecae codice. de qua me monuerunt poſtea Deſiderius Heraldus & Johannes Peytaſſus, de ea quoque jam Lectorem monuit Aegidius

Punica ferre solent: brevis est tamen usus in illo.
 Namque malè haerentem, & nimia levitate caducum
 Excutiunt idem, qui praestant nomina, venti.

Aegidius Menagius, magnum Galliae suae ornamentum, in erudito & ingenioso opere, quod Gallicas Origines inscripsit, & ad Poëmata Malherbae pag. 394. ubi de Anemone agit. apposite Plinius lib. XXI. cap. 23. de anemone: *Flos minus quam sa aperit, nisi vento spirante, unde & nomen accepit.* Sed & Fabricius Lutatia mihi scripsit hunc locum restitutum à Cl. Sarravio, viro longe humanissimo, HELINSIUS.



P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER UNDECIMUS.

FRAG. I. ARGUMENTUM.

Serpens in Lapidem.

Orpheus, a Oeagri fluminis & Calliopes Musae filius, cum habuisset conjugem nomine Eurydicen, & eam amisisset, & cum sine eâ ab inferis redisset, lege accepta à Platone: ne talem dolorem in alterâ experiretur, a puerilem amorem primum insinuit. Quam ob causam Thressae mulieres instinctae, in abditis locis solitudinem agentem propter desiderium conjugis, interfecerunt; separatimque caput ejus à reliquo corpore cum hyrâ in omnem Hebrum praecipitaverunt: per quem in mare delatum, & hinc in insulam Lesbum: cum hic haesisset in litore, serpensque morsu sanguinem lamberet, priusquam vultus ejus adpeteret, ab Apolline Jovis & Latonae filio duratus in lapidem est.

Carmine

Hoc argumentum, & sequens plane interpolatum, ita edit. Colon. habet. *Matronae Thraciae Orpheo vate, ex quod foemineum amorem in parvum venere transferens, eas aspernatur, scilicet interempto, Lyram & Caput ejus in Hebrum omnem projecere. Cuius secundo flumine in maris hata ad insulam Lesbum appulerunt; ibi obrutus morsu, cum tam sacrum caput sacrilego morsu tentari, Apolline rictum tutante, serpentis figura, ut erat videtur, in lapidis rigorem transformatur. Thraciae matris molliores, quae sceleri tam nefando adhaerere, in dolores Bacchi irâ mutatae sunt.*

^a Oeagri fluminis.] Rex Thraciae fuit. Vide Philagry. ad Virg. Georg. IV. 513. MUNKER.

^b Ab inferis.] Ab inferis lege a. a. P. ad supra redisset Parm. Lugd. Micyll. Raener. lege doctus, Barth. Adv. VIII. 17.

^c in alterâ.] in aliâ MS. MUNKER.

^d Puerilem amorem.] Vide Hyg. Astron. lib. II. cap. 7. Sci. Conon. *Oris dō puerilem amorem tūm vryat, tēxē aēn xat' āllax ppoθāciē.* In factis hae Bacchicis dilaceratus & carptus est, ut inter alios etiam Lactantius Firm. Lib. I. cap. 22. notis narrat. Accedit huc, quod sacrorum initia docuisse Graecos Orpheus referatur. Tatianus Asyrius Orat. contra Graec. *Παινον μὲν γὰρ ἀκατὶναι ἔδωκε Ὀρφεὺς ὑμῶς ἐδιδάξεν, ἃ δὲ αἰσῶς καὶ μυσῶσαι.* MUNKER.

^e Thressae.] Thraciae Lugd. Micyll. Thorsas Parm.

^f Instinctae.] Hoc est furor percitae. Instinctus est allatus. MUNKERUS. Vid. Barth. Adv. VIII. 17.

^g Separatumque ejus caput.] Servium vile ad laudatum modo Maronis locum. Conon Narrat. 47. & Hygin. Astron. II. 7. Plutarchi. lib. de Fluv. in Hebro longè aliter haec narrat. MUNKERUS.

^h Vultus.] Ita MS. non vultum, ut edd. E. mendatio, inquit, unius literae. Ita est, sed ideo non contemenda. Litera una omnia corripit etiam versum Aristoph. Plut. Act. I. sc. I. vs. 11. *Ἰατρός ὢν καὶ μόνος, ὡς Φωκὶ εἶθε.* Leg. Φωκῶν. Notum est v. addi interdum etiam sequente consonâ. Aristoph. ipse Act. II. sc. 5. *Πομπὴ εἶ κάρτος ἔξερν τοῦτο κούβια.* Ioh. Valerius Parm. Lugd. Micyll. Raen.

CArmine dum tali silvas, animosque ferarum
 Threicius vates, & saxa sequentia ducit;
 Ecce nurus Ciconum, testae lymphata ferinis
 Pectora velleribus, tumuli de vertice cernunt
 5 Orphea, percussis sociantem carmina nervis.
 E quibus una, levem jactato crine per auram,
 En, ait, en hic est nostri contemtor: & haflam
 Vatis Apollinei vocalia misit in ora.
 Quae foetus praefuta notam sine vulnere fecit.
 10 Alterius telum lapis est: qui missus, in ipso
 Aere concentu victus vocisque lyraeque est;
 Ac veluti supplex pro tam furialibus ausis,
 Ante pedes jacuit. sed enim temeraria crescunt
 Bella: modusque abiit; insanaque regnat Erynnis.

Cuncta.

1. *Silvat.*] *Silvatque* Excerpt. Longerm.
 7. *Animoque.*] *hi est* sentis. neque enim ferarum
 animos habere dicuntur. nisi Poeta ad veritatem
 potius alludit, ut intelligamus ferarum hominum
 animos ab Orpheo fuisse exultos, id quod Ho-
 ratius aperte his versibus scribit. Art. Poet. 391.
Silvestres homines facer, interpresque deorum,
Caedibus & vitiis seculo deterruit Orpheus,
Ditius ab hoc lenire tigris, rabidoque leones.

REGIUS.

1. *Ducit.*] Delectat. *ducere* namque interdum
 significat delectare, ut Nonius scribit. Cicero de
 Finibus honorum & malorum. *Fabellarumque au-*
ditione ducantur. IDEM. Non placet exponere
 hoc loco, *ducit*, delectat, sed in propria ejus ver-
 bi significatione, vel trahit; quemadmodum No-
 ster hac ipsa de re loquitur IV. Titul. 1. 17.

Cum traheret silvas Orpheus & aera canendo.
Saxa, bis amissa conjuge missus erat.

Seneca Medea 228.

Attatus est Orpheus meum,
Qui saxa cantu moluit & silvas trahit.
 Rurilius alter loquitur III. Art. Amat. 327.
Saxa feraxque Lyra movit Rhodopaeus Orpheus,
Lariarumque lacris, vergeminiisque canem.
 CROFANUS. *Ducit* est vera scriptura. perperam alii
colit, *trahit* vel *ducit*. Redde & Propertio hoc
 verbum lib. III. Eleg. II.

Orpheus, te duxisse feras, & concita dicunt.
Flumina Threicia demissa Lyra.

Vulgati. *Orpheus te tenuisse*, vel *Orphea demississe*.
 inconcinnie proferunt, cum idem verbum in pentame-
 tro proximo repetatur. Horatius de Orpheo lib. I.
 Od. 211.

Blandus auribus silibus canoris.
Ducere quarectus.

Et libro III. Od. II.
Tu potes tigris domitaeque silvas
Ducere.

Ceterum in optimo fragmento Spirensi, *saxa se-*
quentia ducit. probe. quomodo & Silius Apo-
 linaris de Orpheo carm. XVI. HEINS. Utraque inter-
 pretatio, sive *ducere* pro delectare, sive pro trahere
 capias, convenit & in unum recidit. & *trahere*
 etiam pro delectare aequae ac *ducere* poni solet:
 voluptatem enim & delectationem, qua mubeat
 ferarum Orpheus, indicat verbum; quae causa scilicet,
 ut sequerentur ejus cantum. sic Horat. Art. Poet.
 395.

Saxa movere sono testudinum, & praes blanda
Ducere quo vellat.

Propert. I. Eleg. I.

Tunc ego tradidit vobis, & silvas & amni
Posti Cytacaei ducere carminibus.

Ubi vide Broukhaui notas. Silius de Pave lib.
 XIII. 347.

Dulce sonat calamus, ducit stabula omnia cantu.
 Solinus cap. XIII. *Thebas condidit Amphion, non*
quod Lyra saxa duxerit. Vide Heins. ad Claud. I. in
 Ruf. praef. 13. apud Quintil. XII. 10. *Commov-*
endos enim esse ducendosque animos imperitiosum,
 ut nos legendum esse credimus. utuntur autem
 Poetae utroque verbo *trahere* & *ducere* in hac li-
 bula promiscue. *saxa sonantia* erat in uno Mediceo:
frequentia in alio; *signa sequentia* Vossian. BER-
 MANNUS.

3. *Ecce natus Ciconum.*] Repentinus Baecarum
 impetus illa particula *ecce* significatur. Cicones
 autem populi sunt Thraciae ad Hebrum habitan-
 tes. REGIUS. Ad quos primum delatus Orpheus
 fuit cum a Troja rediret, ut est apud Homerum
 Odyl. IX. MICHTUS.

4. *Tumuli.*] *Cumulis* Medic. vid. lib. IV. 253.
 6. 2

15 Cunctaque tela forent cantu mollita: sed ingens
 Clamor, & inflato Berecynthia tibia cornu,
 Tympanaque, plaususque, & Bacchei ululatus
 Obstrepare sono citharae. tum denique saxa
 Non exauditi ruberunt sanguine vatis.
 20 At primum attonitas etiamnum voce canentis
 Innumeras volucres, anguesque, agmenque ferarum,
 Maenades Orphei titulum rapuere theatri:
 Inde cruentatis vertuntur in Orphea dextris;
 Et coeunt, ut aves; si quando luce vagantem
 25 Noctis avem cernunt: structoque utrimque theatro
 Ceu matutina cervus periturus arena,
 Praeda canum est: vatemque petunt; & fronde virenti
 Conjiciunt thyrsos, non haec in munera factos.

Haec

à P. quibus.] De quibus Leidensis, ut lib. I. 325.
 Vid. ad Petron. cap. XLIV.

6. *Leves auram.*] *Levem auram* meliores. & pro,
Es, ut, en hic est, Bernegger. Rottendorph. & unus
 Medicus cum uno Regio, *hic, hic est*; ut in Amo-
 ribus III. 120.

Atque, ait, Hic, hic est, quem ferus iri amor.
 Claudian. Epith. Hon. 319. *Hic est, hic Silius.*
 HEINS. Vid. ad d. I. Amorum. *levi j. c. p. auram*
 unus Heinsii.

7. *En, ait, en hic est.*] Conduplicatio indigna-
 tioni conveniens tamen hoc adverbium *en* fere in-
 dignationi ferviat. REGIUS.

9. *Notam sine vulnere fecit.*] In uno meo, *Sine*
sanguine fecit. CROFANUS. Ita & codex Menardi.
 eodem varietas lib. VIII. 518. xv. 82. & alibi:
 Vid. ad Remed. 26. pro *praefuta*, alii *praesumpta*,
praesta, *praecincta*, *praesulsa*, *praesasa*, *pressura*,
prista.

11. *Insanque.*] *Vesanaque* Thuan. & Gronov.
 unus Medicus.

16. *Berecynthia.*] Eadem ratione Virgilius
 Buccon Berecynthiam dicit. Aeneidos IX. 619.

Tympana vos Bacchusque vocat Berecynthia matris
 Iliade. MICHTUS.

Citharis flauti afflatis etiam unus. infracti septem.
 sed inflato recte; ut VI. Fall. 704. ubi vide.

17. *Tympanaque & plausus.*] *Tō* & abest ab
 Oson. & uno Medic. *Lege*, *Tympanaque plau-*
suppe quomodo & ex suis scriptis Gœhardus.
 HEINSIUS. Vid. mox vs. 36. & centies alibi.

18. *Obstrepare sono.*] *Sonum* Urbin. Caesen.
 Rom. Moret. sec. Pal. octo alii. *sonus* unus Moreti
 & Vossii. quod tantum. m. est. alius Medic. *sonis*.
 sign. Boetianii, *soni*. *Obstruxere sonum*
 nisi prim. Reg. & Zulichem. *Obstruxere sonum*.
 Apud Claudianum libro III. in Silic. vs. 36. pau

modo in multis probae notae membranis:

— nulli pars acmilla desuit unquam;
 Quae gravis obstreperet laudes.

Non laudi, quod est in vulgatis. & sane sic locu-
 tus videtur Claudianus ad vitandam verborum ob-
 scuritatem, quam praevidebat, si *laudi* *vix* nulli
 construeretur. Virgilius in Calice:

Et quamquam geminas avium vos obstreperet aures.
 Symmachus lib. II. Epist. XLIX. *Obstreperentes imbe-*
cillitatem querelae. sic *obstruere senatum* Var-
 ro apud Silium Italicum dicitur, libro VIII. 251.
 HEINSIUS.

19. *Exauditi vatis.*] *Exauditi nervis* Arond.
 20. *Attonitas etiamnum.*] *Attonitas, nec tacitas*
voce Basil. unus.

22. *Orphei Theatri.*] Spectaculi ab Orpheo con-
 gregati. Est autem adjectivum *Orphei* alii,
Triumphali legunt, intelliguntque agmen illud fera-
 rum à Bacchi raptum in titulum & gloriam trium-
 phi de Orpheo acti. REGIUS. *Rapere theatri.* Ita
 libri veteres. quare nihil mutandum caesio. Cior.
 Argentinitus & Thyrsii habent, *populum rapere*
theatri. etiam non male. Ita Manilius de Piscibus
 lib. V. 286. *Literibusque suis populos exponere captos.*
 & lib. V. 363. *Avis populos caeloque dactum Ali-*
antum omne genus & ita alii. *depsu* *epitru* dicit Alei-
 phron lib. I. Epist. 30. Margo Gryphus etiam,
triumphi. & certe mox iterum sequitur *theatro*,
 nec titulus male *triumpho* convenit: nihil tamen
 ausus mutare. Mart. Spectac. XXI.

Quidquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit, Caesar, arena tibi.
 Considerunt has voces etiam librarii lib. V. Fast.
 189. BURM.

24. *Vagantem.*] *Volantem* unus Medic. eadem
 varietas inf. 749.

26. *Ut matutina.*] Multi ex melioribus, *Cerni*.
 Bbbbb a Scii

Hae glebas, illae dereptos arbore ramos,
 30 Pars torquent silices. neu desint tela furori;
 Forte boves presso subigebant vomere terram:
 Nec procul hinc, multo fructum sudore parantes,
 Dura lacertosi fodiebant arva coloni.
 Agmine qui viso fugiunt, operisque relinquunt
 35 Arma sui: vacuosque jacent dispersa per agros
 Sarculaeque, rastrique graves, longique ligones.
 Quae postquam rapuere ferae, cornuque minaci
 Divellere boves; ad vatis fata recurrunt:
 Teadentemque manus, & in illo tempore primùm
 40 Irrita dicentem, nec quidquam voce moventem,
 Sacrilegae perimunt. perque os (prò Juppiter!) illud,
 Auditum faxis, intellectumque ferarum.

Senli.

Scribe, *Cent.* ut bene prin. Vatican. & Calandriae excerpta. HEINS.

26. *Periturus.*] *Deprensus* Junii codex; ut lib. 1. 337. sed *positurus* rectum, utpote in certam datam mortem. vide ad Petronii cap. cxxix. ceterum post hanc verum in margine codicis Leidensis adscriptus erat hic versus:

Jam morsus petitur cœum titaque prementum:

Qui corruptus est & spurius. Heinsius conjiciebat tamen,

Circum barbaras prementum. BURMANNUS.

27. *Fronde virentes.*] *Virenti* Cantabrig. prin. Palat. Arondel. excerpta Jureti & decem alii. De quo loquendi modo differunt inter alios copiose A. Gellius lib. v. cap. 8. Macrobius Saturn. vi. 8. apud Persium Sat. v. 116. *Fronte solita*, non *positus* in multis antiquis codicibus. HEINS. *Injiciunt thyrso* Tert. Medic.

29. *Dereptos arbore ramos.*] *Dereptos* malim: vide Amor. lib. 1. Eleg. v. vs. 13. quae nota. HEINS. *Dereptos* Gronov.

32. *Multo fructum sudore.*] *Merito sudore* unus Gron. non ineleganter. HEINSIUS. Vide ad lib. 2. 157.

33. *Fodiebant.*] *Fundebant* unus Medicus. *subigebant* unus Leidensis. quae omnia defendi possent.

35. *Arma.*] *Arva* Junian. qui & *dilatata*. *dissipata* Leidens.

36. *Sarculaeque & ra.*] *Lege*, *Sarculaeque rastrique graves*: ac lege quae de quo conjunctione superius diximus. CONST. FAKENS.

36. *Longique*] *Prior* Moreti, *curvique*: recte, ut ex Igonis forma apparet in gemma apud Begerum Spicilieg. Antiq. p. 71. ubi minime longus apparet. diversam ex nummis hujus instrumenti figuram praebet Thibautus Tom. II. Comment. pag. 47.

qui videns videtur. *longus* tamen vocat ligones & Noster lib. 1. Pont. viii. 59. BURM.

37. *Cornuque minaci.*] In nonnullis, *cornuque minaces* utrumque recte. NAUGERIUS. *Cornuque minaci* *Divellere boves*: quae vera scriptura est, non *minaces*, aut *Divulsera*. *Divellere* recte prin. Palat. Cantabrig. Oxon. Thuan. uterque Esfuit. & alii duodecim. Adi Notas ad Epist. vi. vs. 104 & viii. Met. 583. Catullus de Bacchis LXIV. 257.

Pars à diverso jactabant membra juvenes.

Sic Canidiam & Saganam veneficas Horatius lib. 1. Sat. viii. inducit:

— Scalpare terram

Unguibus, & pullam divellere mordicus agnam. *Bacchantum disperso* Apulejus dixit Miles. libro primo. Apud Prudentium libro 1. contra Symmachum,

Virides thelydros ora discindunt bacchantes.

Sic teste Firmico contra Gentes pag. 9. *Lanibant in Bacchi sacris taurum dentibus.* & Amob. lib. v. *Bacchanalia praetermittimus*, &c. *in quibus ceterorum reclamantium viscera cruciatu orbis dissipant* ubi vid. interpretes, & Hesychium, & Suidam in *γαιωφάδες*. & hinc intelligo Stat. Achill. 1. 394.

Hujus in umbra

Alternam revocare piaë tristerida mavis *Conspiciant, scissimisque petus terraque revolvat* *Ferre trabes.*

Et lib. iv. Theb. 659.

Post exultantes spolia armentalia portant, *Somnitetque lapos, scissisque minationes arsi.* Et lib. 11. 83.

Illis semianimum pœnis, exessuque Leonum *Ore dapes, & lacte novo domuisse cœnorem* *Luxus, at Oxygii si quando afflavit læteli* *Sævus odor, tuas fassa manus, tuas pulvis* *pulchrum.*

372

Sensibus, in ventos anima exhalata recessit.
 Te moestae volucres, Orpheu, te turba ferarum,
 45 Te rigidae silices, tua carmina saepe secutae
 Fleverunt silvae: positus te frondibus arbos,
 Tonsa comam, luxit: lacrimis quoque flumina dicunt
 Increvisse suis: obscuraque carbasia pullo
 Naiades & Dryades, passosque habuere capillos.
 50 Membra jacent diversa locis. caput, Hebre, lyramque
 Excipis: & (mirum) medio dum labitur amne,
 Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua
 Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.
 Jamque mare invecitae flumen populare relinquunt;
 55 Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi.
 Ille ferus expositum peregrinis anguis arenis

Os

spargere, & immerito sociorum sanguine fuso *inhaurari diem festasque reponere menfas.*

Et vs. 614.

Hinc iterum quondam Dryope Phoenissa gravato *capta repente choris, avertisque oblita, sercat.*

Damone irabitis pressis taurum tibi cornibus Evana, *proditu impulsus nimis conatibus infans.*

Vid. Apollod. proverb. p. 230. HEINS. Sic apud Euripidem in Bacchis, Bacchae tauros, vaccas, vitulos discerpunt; & ita Persius 1. Sat. 101.

Et caprum vitulo caput ablatura superbo *Bacchari.* BURM.

38. *Divulsera.*] Exponit Raphael dilaceraverat, ego malim ab aratro avulserat exponere. GLAZIUS. *Divortore* Junian. *dimisero* alius. *divulsero* Gron. *disjungere* Medic. Et duo alii. *disjilnera* Bonon. *dam misere* Basil.

39. *Atque illo tempore.*] *Elegantius & suavius* eo codices, & *in illo tempore*. sic Cicer. pro Quin. 1. *in hoc tempore* dixit. & *in tali tempore* Livius xxv. 3. Sueton. Claud. xviii. *Nihil non extogitavit ad invadendos, etiam in tempore hierno, commotos.* & ita passim optimi scriptores. BURM.

41. *Periment.*] *Periunt* unus Medic. *perdunt* duo alii. vid. 11. Att. 217.

45. *Te rigidae silices.*] *Rigidæ* prin. Ambros. & duo alii. jam monitum ad lib. ix. vs. 225. HEINS.

46. *Positis te frondibus arbos, Tonsa comam luxit.*] Antiquam consuetudinem latenter attingit: quae fuit, ut comae in luctibus tonderentur, id quod in penultimo Iliados in Patrocli funere Achilles fecit; & ejus exemplo Antoninus Imperator in funere Pauli sui à memoria liberti apud Herodianum in iv. ac in funere Maximii Perfaci facinum apud Herodotum ix. Eundem sanè morem idem Hom. ponit iv. Odyssæ: ubi Pisistratum, Nestoris filium, ad Menelaum loquentem introducit. & poeta no-

sic tertio hujus operis libro, quo loco Narcissi mortem exponit, sic inquit: *Plansere sorores*

Naiades, & festos fratri imposuere capillos.

Ac Statius (ut ceteros poetas praeteream) in Sylvis non semel: quamvis fere semper depravat. CONST. FAKENS.

47. *Tonsa comam.*] *Comam* quatuor veteres cum Berneggeriano: ex vetustioribus multi, *coma*. HEINSIUS. Vide ad lib. x. 648.

48. *Pulla.*] *Pullo* substantive, pro, *pullo colore*, dixit: est autem pullus color aëd; Graece, hoc est subniger. hoc utebantur in luctu, unde & *togæ pulla* apud Ciceronem, & *pulla bestia* apud Theophrastum. MICYLLUS. *Pillo* Palat. unus, *Pullae* Junian. sed *pullum* hic dictum, ut *album* & *nigrum* alibi. Vid. Gronov. ad Liv. iv. 25. Flor. iv. 2. *Manent pullo apud principia conspectus.* Vid. Heins. ad Petron. xxx. *Carbasia* vero fluvius amicitii Poëtae fingeant. ut Nonius in *Carbasus*, quem perperam corrigi Lindenbr. ad Stat. vii. 958. Vid. Scal. ad Aufon. Mosell. vs. 367. BURM.

49. *Habuere.*] *Habuisse* unus Moreti. *Scribe*, *Naiades & Dryades, passosque habuisse capillos.*

Et refer ad 70 dicunt. HEINS.

50. *Membra jacent diversa locis, &c.*] Seneca in Medea de ipso Orpheo vs. 625.

Ille vocali genitur Camoena, *Cujus ad chordas modulante plectro* *Resistit torrens: silura venit.* *Cui suo cantu volucris relicto* *Adfuit tota comitante silva,* *Thracius sparsus jacet per agros;* *Ad caput tracta squalida libori,* *Coniigit notam Stygia, Tartarumque* *Non rediturus.* CIOFANI.

Os petit, & sparsos stillanti rore capillos.
 Tandem Phoebus adest; morsusque inferre parantem
 Arcet; & in lapidem rictus serpentis apertos
 60 Congelat; & patulos (ut erant) indurat hiatus.
 Umbra subit terras: & quae loca viderat ante,
 Cuncta recognoscit. quaerensque per arva piorum
 Invenit Eurydicen, cupidisque amplectitur ulnis.
 Hic modo conjunctis spatiantur passibus ambo:
 65 Nunc praecedentem sequitur: nunc praevius anteit:
 Eurydicenque suam jam tuto respicit Orpheus.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Thraciae mulieres in arbores.

^a Thraciae matronae, quae caedi interfuerant Orphei, à Libero ulciscute cenitum scientiae suae, ^b in arbores varias abierunt.

Non

Diversa Leïd. *divisa* Argent. *dispersa* alius. *dimensa* Medic.

54. *Maræ.*] *Maræ* quinque libri.

55. *Melbymnacae* potantur *litore Lesbii.*] Lib. xii. 38.

Multaque perperas Phrygiâ potantur arenâ.

Et libro xiii. 729.

Sub noctem potitur Zanclacâ classis arenâ.

Virgilius lib. i. Aeneid. 172.

Egressi opatâ potantur Troâs arenâ. CROF.

Litora Spretis. ad Notâ infra l. xiiii. v. 730. Pro *melbymnacae* alii codices, *melbymnacae*, de quo Vossius videndus Analogiae lib. 1. c. 2. apud Maronem, *Ostriferi fauces Abydi.* HEINS. *Miteleni* Cantabr. In Lesbò sepelitur esse caput Orphei Hyginus quoque in Astronomico Poetico lib. 11. cap. 7. asseverat, & Antigonus Hist. Mirab. cap. v. qui addit Lucinas melius illic, quam alibi, cantare, cujus rei quoque testis Pausanias in Boeoticiis. lib. ix. c. 30. qui tamen in Thracia sepulchrum videtur collocare. Apollodor. lib. 1. §. 2. ad Pieriam sepulchrum Orphea tradit. Plutarchus de Flumin. in Hebro caput in Draconem mutatum narrat. Conon. narrat. 26. caput repertum ad ossia fluvii Meletis adhuc canens & vegetum, & sepulchro mandatum, cui templum circumdatum narrat. cum Ovidio facit Virgilius iv. Georg. 523. ubi Philargyrius etiam in Lesbum delatum caput notat. Senec. quaeque in Medea 630. caput fluctasse Hebraeor. & Lucian. adversus indoctum p. 808. Ovidio consent. Bousæ.

Hic serus expositum peregrinis anguis arenâ
Os petit, & sparsos stillanti rore capillos.

In alio Vaticano:

anguis in herbis.

Sed non placet. Verum in antiquiore meo, *os petit*, non *os petit* legitur. Sed *os petit*, verior est lectio; quae reperitur etiam in Caesellio. in quo non *expositum*, sed *expositus*, per s. aperte scriptum est. Verus autem, *Lambit, & hymniseros inhiat devellere vultus*: in altero meo, Capian. Joan. Brianti & iis, quos modo dixi, Vaticanis libris, non legitur. Qui quidem multis de causis mihi non probatur. Quo repudiato, ut adulterino & inepto, siquis attentè & diligenter locum consideret, optima est Ovidii sententia, si post verbum *capillos*, pen-

Non impune tamen scelus hoc finit esse Lyaeus,
 Namisloque dolens sacrorum vate suorum,
 Protinus in silvis matres Eëdonidas omnes,
 70 Quae fecere nefas, tortâ radice ligavit.
 Quippe pedum digitos, in quantum quaeque secuta est,
 Traxit: & in solidam detruiit acumine terram.
 Utque suum laqueis, quos callidus abdidit aiceps,
 Crus ubi commisit volucris, sensitque teneri;
 75 Plangitur; ac trepidans adstringit vincula motu:
 Sic, ut quaeque solo defixa cohaeserat harum,
 Exsternata fugam frustra tentabat. at illam
 Lenta tenet radix, exsultantemque coercet.
 Dumque ubi sunt digiti, dum pes ubi quaerit, & unguis,
 80 Adpicit in teretes lignum succedere furas.

Et

ponitur ponatur. quo modo est in his, quae fecerunt, exemplaribus. CROFAN. *Os petit* vera lectio. Ceterum versus proximus ex auctoritate quoniam codicum hinc ablegandus est:

Lambit & hymniseros inhiat devellere vultus.

In codice Vossiano pro hoc versu erat,

Exempla morsu calidâ lanare feris.

Credo pro, *cepit lanare*. Joannes Guilielmus Capulenus censet ex duobus verbis conficiendum vultum, hoc modo:

Orphei, & sacros inhiat devellere vultus.

cum de capillis otiosam mentionem esse contendat. pro *sparsos stillanti* in antiquis multis, *sparsos stillantibus*. HEINS. Vid. lib. xiii. 532.

(1. *Ubi.*) *Alis* alter T. Wisdenianus. ut alas pro brachijs ponat. ad Notâ lib. viii. vs. 818. Huius. *Aviisque* Medic. vid. vi. 706. *trepidansque* lib.

(2. *Conjunctis.*) *Conjunctis* Mazarin.

(3. *Eurydicemque suam jam tuto respicit Orpheus.*) In uno meo, *Jam tutus*. CROF.

(4. *Thracias matronae.*) Cae MS. & Venet. MUSEBER. Caes. Parm. Cae Lugd. Edonae Marg. Micyl.

(5. *In arbores varias.*) In *varias species* MS. cum edd. Vet. Hyg. Myth. cap. 138. *Us se in aliam speciem commutaret.* MUSEBER. In *species varias* Parm. Lugd. Micyl.

(6. *Matres Eëdonidas.*) Mulieres Thracias. Aëdones namque populi sunt Thraciae. REGIUS. *Eëdonis* vocat Stephanus secunda declinatione. A'wò Hædâ rōò Micydonos hēdâφōō. MICYLLUS. *Moerens Eëdonidas* Pragm. Boxh.

(7. *Quae videre nefas.*) Rectius, *fecere* prim. Reg. prim. Medic. prim. Basil. excerpta Jurati, cum lex alii. STAT. xii. Theob. 802.

(8. *Thyades amantes, maxime quas poscere credas.*) *Aut fecisse nefas.* HEINS.

71. *Quippe pedum digitos, in quantum est quaeque secuta, Traxit.*] Oppidò obsecutus sensus, utrum autem *Traxit*, de Baccho similiter intelligendum; ut *ligavit*? an de singulis Bacchi foeminis? sed illud, *in quantum est quaeque secuta*, non minus me sollicitum habet, nec placet à me intelligitur.

GLARHAM. Vid. Prol. Flavii conject. cap. 77. unde apparet inter viros doctos eo tempore dubitatum fuisse, an Latine diceretur, *in quantum*, quod ille exemplis, sed nullus auctoris ante Ovidium, asfirmat. addi potest Velje. ii. 8. *Et quid, non in quantum admissem feris, aestimabant.* Sed si licuerit dicere *in tantum*, quo saepius Velje. uittur, (vid. ad ejus lib. 1. 13. & 11. 53. & 120.) & ipse Virgil. vi. Aeneid. 876. non vileo, cur non *in quantum* etiam BOURM.

(9. *Detrahit.*) *Delastit, demisit, destraxit, detruisit, detraxit, desexit* in codicibus est legere.

(10. *Trepidans adstringit vincula motu.*) *Trepidans* Barberin. in Bernegger. *trepid.* additis postea manu recentiori tribus ultimis literis *ans.* supra lib. iii. v. 125. monui scribendum:

plangitur, ac trepido substringit vincula motu.

Sic *substripta* illa dat canibus venaticis lib. 117. 216. & lib. xi. 752. *substripta* *crura* mergo. possis &c. *Trepidans adstringit vincula motu* Senec. iii. de Ira 16. *Sic laqueos fera dum jactat adstringit, sic aves viscum, dum trepidantes excutunt, plumbi omnibus illinant.* HEINSIUS. Cantabrigiensis & Junii quoque, *vimina* pro *vincula* habebant, ut fortasse ex vimine facti laquei intelligi possint. vid. lib. 11. 789. *Robora* Thyf. Argent. & Pragm. Theatin. *trepidante motu* olim etiam Heinsius coniecerat. BOURM.

(11. *Sic quaequoque solo.*) *Sic ut quaequoque* prim. Vatic. unus Patav. & unus Voss. lib. vii. 339.

(12. *Illis quoque pia est hortatibus, impia prima est.*) HEINS.

Et conata femur moerenti plangere dextra;
Robora percussit. pectus quoque robora fiunt:
Robora sunt humeri. porrectaque brachia veros
Esse putes ramos; & non fallare putando.

FAB. III. ARGUMENTUM.

* Contacta à Mida & arena Pactoli in aurum.

Liber, Thracia digressus, cum Tmolus montem Lydiae comitatus Bacchis peteret,
Silenus ei aufugit: quem Phryges captum ad Midam regem adduxerunt. Agniti
ab eo, exceptus est, & Libero advenienti redditus. Quod ob beneficium optandi
deus veniam ei dedit, si quid vellet, à se peteret. Ille ut quaeque contigisset, aurum
fierent: quod ei inutile fuit. Cui deus petenti ut restitueretur sibi fecit. Iussit enim
ad flumen Pactolum perveniret, ibique se lavaret, & sic rediret in pristinum statum,
unde aqua auri coloris esse coepit.

Nec

HEINS. Sic III. ex Pont. ix. 59. Postmodo collectas ut
quaeque suo ordine iunxi.
78. Lenta.] Longa Medic. Basil.
79. Dumque ubi sunt digiti, dum pes ubi petit,
& manus.] Quare, etiam si vetulus codex non
adhibeatur, legendum esse constat, ne tribrachus
in heroico versus quintam occupet sedem, si petit
legatur. REGIUS.
80. Sacerdote furas.] Sacerdote in multis veterum,
etiam bene. ut lib. 17. 352.
Totaque paulatim lentus premis inguina cortex.
HEINSIUS. Vid. lib. ix. 713. Teretes furas quoque
laudat in formosa ancilla Horatius lib. II.
Od. 4. respicit Excerpt. Langerm. prospicit Oxon.
& unus Heinsii.
83. Porrectaque brachia veros Esse putes ramos.]
Sic unus meus, Brianii & unus Maffei. In altero
meo & altero Maffei: Longos quoque brachia
vera esse putes ramos. CIOFANUS. Plurimi ex veteri-
tioribus, longos quoque brachia veros. Vel, brachia
tandem. prim. Basil. & Bernegger. veros quoque
brachia longa. tert. Medic. longos quoque brachia
vera. Puto, brachia vera. vel porrectaque
brachia veros esse putes ramos. Vide Notas lib. vi.
vs. 615. HEINSIUS. Brachia fertes Palat.
* Contacta.] Contactus Midam in aurum, & Pa-
ctoli amnis in colorem auri. Parm.
b Liber.] Liber pater omnes edidit.
c Montem Lydiae.] Ita reposui ex MS. pro Ci-
liciae, quod perperam edd. repraesentant. Vibius
Séqueller: Tmolus Lydiae, vino insignis. Idem cap.
de Flum. Hermus Lydiae. Leg. Lydiae. MUNKERUS.
Lydiae Parm. Colon. Raener.
d Ei aufugit.] Ei deest Colon.
e Adduxerunt.] Duxerunt, qui a. a. a. acceptus

est & l. adventanti r. Colon. Et exceptus Mi-
cyl.
i Redditus.] Reddidit Parm. Lugd. Raener.
s Quod ob beneficium.] MS. cum Ven. edd. Et
ob beneficium. Forte, id ob &c. MUNKERUS. Et ob
benef. Parm. Lugd. Micyl. ob quod b. Colon.
h Optandi deus veniam illi dedit.] Potestatem
vel zuzi. Prudentius Hymn. ad Cererum: Fit li-
guri veniam mel velut Attonem. Inf. lib. xiv. Fab. iv.
Optandi veniam tribuit. Hyginus in hac Fabula My-
thol. cap. 191. Deus optandi dedit potestatem. Sallust.
Jug. cap. 79. Optionem Carthaginiensium fecerunt.
Victor Illustr. cap. 2. Et T. Taurus optionem non-
nari dedit. MUNKERUS. Dedit optum, ut, quidquid
vellet, peteret Colon. sed veniam rectum est vid.
Barth. III. Adv. 20. inf. xii. Fab. iv. & libi.
i Ille ut quaeque &c.] Sic & Veneta cum MS.
Micyllus dedit, ille, ut quaeque contigisset, aurum pe-
terent, petit. Forte, ille petit, quaequeque conti-
gisset, aurum fierent. Non ignoro tamen quaeque
posse accipi pro quaequeque. Aulon. Ludov. Pa-
reto legi, quique legem sanxerit. MUNKERUS.
Posit ille, ut, quodcumque tangeret aurum fieri, quod
illi i. f. Colon.
k Cui Deus.] Cui iterum petenti, ut se pristinum
restitueret, Deus praecipit. ut ad f. P. p. itaque co-
pita merso crimen elueret, ut sic rediret in pristinum
Colon.
l se lavaret.] Haec lectio est à Raenio. Ve-
ner. & Micyl. cum MS. se supponeret. sed deprava-
tum istud indubie sensus flagitat, quippe facti se
supponeret. vel simile quid. Ita enim est apud
Nalonem. spumigerasque tunc fontis, quae pluvias
exiit, subde caput. MUNKERUS. Cum Veneta Parm.
& Lugd. faciunt.
m Esse coepit.] Effet MS. cum Venet. forte, co-
epit.

85 Nec fatis hoc Baccho est. ipsos quoque deserit agros:
Cumque choro meliore, sui vineta Tymoli,
Pactoloneque petit: quamvis non aureus illo
Tempore, nec caris erat invidiosus arenis.
Hunc adfuerat cohors Satyri, Bacchaeque frequentant:
90 At Silenus abest. titubantem annisque meroque
Ruricolae cepere Phryges: vinetumque coronis
Ad regem traxere Midam: cui Thracius Orpheus
Orgia tradiderat, cum Cecropio Eumolpo.
Qui simul agnovit socium comitemque sacrorum,

Hospitis

HEINSIUS. Effet Parm. Lugd. Vis autem illa
emans efficiendi à Midam in aurum transit: unde
ovras arenas habere memoratur. Raener. Unde &
ellias flavio color aureus inest Colon.
86. Sui Tymoli.] A se amati. Est enim Tymolus,
qui & Tmolus dicitur, mons Lydiae optimi vini
fontis, ut in superioribus quoque diximus. Ne-
que est spondaicus versus, cum Tymolus etiam tri-
syllabum sit nomen, non solum dissyllabum. Ru-
gus. Quidam legunt, Pineta Tymoli. Quomodo
in uno meo & Caesell. In altero meo & uno
Maffei, Sui vineta Tymoli. Rectius. Sic etiam sopo-
nos: Deserunt sui Nymphas vineta Tymoli. Et lib.
II. Pall.
Jan Bacchi nomen, & Tymoli vineta tendat.
Eti quid Regius hoc loco comminiscatur non
bene fugit. CIOFANUS. Tymoli. Graecis, Τυμολος,
zui Τυμολος. HEINSIUS. Dumta Basil. spineta Ju-
dith. & Palat. vide ad lib. vi. 15.
88. Nec caris.] Quatuor libri, subis.
89. Frequant.] Sequuntur Gronov. & qua-
tuor alii.
91. Cepere Phryges.] Cepere senes Moreti. boves
Junim.
92. Vinetumque coronis.] Liber meus, unus Va-
lentin. & Maffei unus Vinetumque caenis. CIOFANUS.
Diversitas haec lectiois, quae & in Hein-
sio plurimis est, saltem probat, minime admitten-
dam interpretationem Gruteri ad Liv. xxxiii. 46.
qui vinetum coronis, circumcinctum orbibus a-
gricolatum, caput, nihil certe infelicitus infami sub-
fessili ludiimagis excidere potuisset. sed reliquit
haec summi viri meritis donamus: ap vinetum pro
circundatus, an coronis in plurali numero ita apud
aliquem occurrit? denique an hoc simile illi Li-
viano II. 50. multiplicatis in arcto ordinibus? sed
Jostelle Gruterus legerat pro coronis, colonis; ut in
quatuor codicibus exstat. & tunc legendum cin-
ctaque colonis, quod aliqua specie defendi potuis-
set. intelligendum verohic de coronis, quas Sile-
nus vino indulgens solebat capiti imponere, qui-
bus Phryges pro vinculis usi, ut apud Virgil. VI.
Ed. 19.
Imprimis ipsi ex vinculis sortis.
Tom. II.
Et sic Lucian. in lib. II. Verae Hist. pag. 394. fingit
rosas vinculis ligatos in insula bestiarum. Borna.
92. Midam.] Meliores, Midam. traxere etiam
pro duxere Arandel. ut apud Virg. II. 403.
Ecce trabebatur passis Priamiae virgo
Cremibus. Hains.
Vide lib. III. 563. Virgil. II. Aeneid. 57. Passores
magno ad regem clamore trabebant.
93. Orgia tradiderat.] Hujus rei & Justinus me-
minit libro XI. 7. Post haec, Gordium intelligens,
inquit, filius Midam regnavit, qui ab Orpheo sacro-
rum solemnibus initiatus, Phrygiam religionibus
implevit. quibus tutior omni vita quam armis
fuit. MICILLUS.
93. Cum Cecropio Eumolpo.] Eumolpum Cecro-
pium vel Atheniensem potes interpretari, ut po-
ta à Diodoro dissentiat, qui Aegyptium facit; &
à Pausania, qui Thracium patat. vel qui Athenae
venit habitatum: in quo omnes consentiunt. vel
genus à Cecrope ducentem per matrem, quae E-
rechthei pronepos ex filia erat. Lege Eleutherus
primae Collectaneorum cap. 37. CONST. FANES.
Duo Eumolpi traduntur apud autores Graecos.
Prior Thracensis genere, Nepruni & Chiones:
Ejus quae fuit Boreae & Orithyae filia. Hic E-
leuthinus auxilium tulit contra Erechtheum & Athe-
niensem. In quo pacto & Erechtheus rex, &
Eumolpi filius Imaradus cecidisse dicuntur. facta-
cum compositio belli talis, ut Eleuthini in ceteris
pererent Atheniensibus, facta autem sine mysteria
deae per se privatim agerent ac retinerent. Atque
ita Eumolpum & Celei filias, quarum nomina,
Diogenia, Pammetope, & Gaesara, illa cum pe-
ragere solitos. Post Eumolpi mortem autem Ce-
rycen, qui filius Eumolpi fuerat, natu minimus,
istem velut antistitem relictum. quem tamen sa-
cerdotes, qui ab eodem Ceryces dicuntur, non
Eumolpi, sed Mercurii, ex Glauro Cecropis fi-
lium dicunt. Haec Pausanias in Atticis lib. I. 38.
Alter autem Eumolpus Eleuthinus, sive, ut alii,
Atheniensis genere, traditur, filius Mufaci: &
ut quidam addunt, etiam Orphei discipulus: quin-
tus ab eo qui ex Thracia Eleuthinem venit. Nam
Eumolpi filius Cerys fuit, Cerycis Eumolpus alius.
CCCCC

95 Hospitis adventu festum genialiter egit
 Per bis quinque dies, & junctas ordine noctes.
 Et jam stellarum sublime coegerat agmen
 Lucifer undecimus, Lydos cum laetus in agros
 Rex venit; & juveni Silenum reddit alumno.
 100 Huic Deus optandi gratum, sed inutile, fecit
 Muneris arbitrium, gaudens altore recepto.
 Ille malè ufurus donis, ait, Effice, quidquid
 Corpore contigero, fulvum vertatur in aurum.
 Admit operas: nocituraque munera solvit.

Libert;

hujus Antiphemus, Antiphemi-Musaëus poeta. Musaëi porò Eumolpus, de quo hic agitur. Atque hunc primum, non Thracensem illum, mysteriosum rationem ac ritus docuisse, eademque etiam veribus descripsisse volunt. autores Suidas, Illrus, Acedorus & Androtion, ut quidem in commentariis Sophoclis citatur. Ceterùm in epigraphio Musaëi non pater Eumolpi, sed filius idem dicitur. ita enim habet:

Εὐμόλιπος φίλον ἴδον ἔχει τὸ Φαλαγγίδον ἔθνος
 Μουσάιον, Φίλιππον αἶμα ἔσθ' ἔξ τῆς φῶς.

Sed tamen plures ac potiores autores consentiant, Musaëi filium Eumolpum hunc fuisse. MICYLLUS. Manuscripti omnes *Eumolpha*, quo modo impressit Aldus senior, & Schallianus Cyprius illud III. De Ponto:

At non Chionides Eumolpus in Orpheia talis.

CIOFANUS. *Cetropium* Noëter vocat, quem alii Thracem faciunt, Neptuni & Chiones filium, qui bellum gessit cum Erechthæo Athenarum rege, & in eo bello victus interit. Hygin. Fab. 46. 157. & 273. quod bellum intulit vel auxilium ferens Eleufinis, vel ad veterem Neptuni cum Pallade similitatem. vide Meurf. de Regn. Attico lib. II. cap. 8. Scholiastes quoque Sophocli ad Oed. Col. 1041. tres Eumolpos recenset. ut recte Micyllus, quorum tertius mysteria instituit, & *ἱεροφάντης* fuit. quare verosimile est hos Eumolpos fuisse confusos. nam si de primo Eumolpo, Neptuni & Chiones filio, hæc Ovidii capiamus, quid faciemus Poëtae nostro, qui in Ponticis lib. II. eleg. XI. Cotyn ait descendere ex Eumolpo & Erechthæo, quem priorem Eumolpo facit, ubi Cotyn per exempla domestica adhortans ita alloquitur:

Hic tibi est Eumolpus, generis clarissimus auctor,
 Et prior Eumolpo juadet Erichonius.

Quae de Eumolpo primo intelligi non possunt, qui hostis Erechthæi, & contra eum Eleufinis incitasse videtur (vid. Sch. Burip. Phoenis. 361.) & in praelio contra Erechthæum occubuit (licet alii filium ejus immaturo cecidisse narrent) & ideo ad Erichonion genus duxisse non potuit. praeterea ille primus Thras, non Atheniensis, sive Cecro-

pheus fuit. quare suspicari licet Eumolpi primi postereros sedem fixisse Eleufine, & aliquem ex illis cum nonnulla Erechthidarum matronarum iniisse, unde Cotys originem traxit ex Eumolpo & Erechthæo. Sic Hercules, ab inferis cum Cerbero ductus, Eleufine ab Eumolpo fuit initiatus. vid. Anonym. de XII. labor. Hercul. ab Allatio editus cap. XII. ille autem Eumolpus discipulus Orphi fuit, & Musaëi Poëtae filius, licet & hic duplicem Musaëum faciant mythographi, & Eusebius in Chronico Musaëum discipulum Orphi Eumolpi filium, de quo vide Celeb. Periz. ad Actian. lib. XIV. cap. 21. Atheniensis quoque Eumolpus dicitur à Pini. lib. VII. cap. 56. qui cultus vitium & arborum invenit. turbat tamen & confundit hos duo ipse Ovidius cum lib. III. Pont. III. 41. *Chionides* vocet Eumolpum, ubi & cum Orphæo conjungit, ubi vide Micyllum: atqui primus fuit Chiones & Neptuni filius, non tertius Orphi discipulus. Theocritus vero Idyllio XXIV. 108. *Philammonides* vocat, cum Philammon Chiones & Apollinis filius secundum Noëtrum mox vs. 317. fuerit. at Hygino est Apollinis & Lenconoë filius. Fab. CXXI. qui tamen Fab. CC. ex Chione sive Philonide Philammonem creatum ait. cui aëntit Conon, qui narratione VII. Philonidis, Phosphori & Cleobææ filiae, filium facit. illa vero Chione ab Hygino Fab. 157. Aquilonis filia dicitur. & Schol. Apoll. 1. 211. Orthyæ & Borææ. BORN.

94. *Qui simul.* Quæ simul undecim Elæi, mox, Et bis quinque dies unus Heinfil. per quos quatuor unus Medic. unde Heinfilus, bis quatuorque dies, etc.

216. *Telamon sine honore recessit.*] Non ab re Telamonis fit mentio, quoniam constat cum Herculis assiduum fuisse comitem, & in multis certaminibus unà cum eo pugnavisse, nec solum in Ilium navigasse, sed in Amazonas fuisse auxilio, ac Alcyoneum interemisse, ut Pindarus scribit. Theocritus magnum inter eos amicitiam fuisse demonstrat, cum ait: *Οἱ μὲν ἄρφα ἐτάρα δέει δαίμονος ἤρακεζαν. Unam antea socii semper comederant ad mensam, si tanta igitur Herculi fuit cum Telamone amicitia, non mirum, si ei potius quam alteri donavit Hefionem. CONST. FANSENS.*

219. *Nomine.*] Heinsius malebat, *nomine, nec avo* Leidensis.

219. *Jovis esse nepotem contigit haud uni.*] *Nepoti* Florent. S. Marci & unus Medicus. vere & eleganter. quo & Neapolitanus alludit, in quo, *neptote.* Axi Notae ad vs. 64. Epist. xiv. HEINS.

Thetis.] *Thetis Nympha* in plura Parm.

Protus cum.] Ita & Venet. cum Micyll. sed MS. principium hoc paulo antea habet: *Protus cum Thetidi praedixisset, si voluisset jugalis fore, ut filium parente fortiter procrearet.* Putes scripsisse, *praedixisset, si voluisset jugalis fieri, fore, ut filium parente, &c.* MUNCKER. *Si vellet conjugare quod fil. p. f. genitura esset Colom. procreatura esset Marg. Micyll. forte, si vellet jugari, fore ut &c.*

Jupiter inconfusus.] *Jupiter, quatenus in p. Nymphae, id sibi ne Raveret.* *Jupiter, antea meo. p. n. ne raven in f. a. Micyll. Jupiter, quamquam inconfusus p. t'reae, ne id raven sibi as. Colom.*

Accidit.] *inciderat* Parm. Lugd.
Et in successorem conjugii.] *Et successorem conjugii.*

dit: quem illa refugiens, modo in volucem, modo in arborem, interdum in lignum
conversa, cum cluderet, Peleus Neptunum oravit, ut open sibi ferret: qui cum Pro-
teo precis ejus commendaret, ille emergens à mari Peleo mandavit, ut quiescenti Thetidi
meridiano calore infidaretur, casaque vinculis illigatum adgravaret; & quavis in
mille figuras converteretur, ne dimitteret, donec in pristinam redisset formam. Sicque
illa potius, Achillesque Graecorum fortissimus procreatus est.

Namque senex Thetidi Proteus, Dea, dixerat, undae,
Concipe: mater eris juveni, qui fortibus actis
Aëta patris vincet; majorque vocabitur illo.
Ergo, ne quidquam mundus Jove majus haberet,
225 Quamvis haud tepidos sub pectore senferat ignes,
Juppiter aequoreae Thetidis connubia vitat:
In suaque Aeaciden succedere vota nepotem
Jussit; & amplexus in virginis ire marinae.
Est sinus Haemoniae curvos falcatus in arcus:
230 Brachia procurrunt. ubi, si foret altior unda,

Portus

jugi Pelium. Parm. Et successione coniugi Peleum
Lugl. & successorem coniugi (al. conjugi) P. n. d.
Micyll. Colon. & in successione coniugi Raener.

¹ Nepotem.] Nepotem sumo Colon.
² Peleus Neptunum.] Sic & Venet. cum Micyll.
Sed MS. Peleus adorato Neptuno, ut open in amore
sibi ferret, Proteo mandavit precis ejus, qui se
mari emergerat, ac Peleo mandavit, etc. Quam
lectionem minus improbabis, si ante inspexeris,
quae ad Hyg. Myth. cap. 8. annotavi. MUSEKKA,
Peleus adorato Neptuno ut in amore open sibi ferret,
petiit; Qui cum Proteo precis ejus commendaret, ille
Colon.

³ Vinculis illigatum.] Vinculis alligavit, & quavis
Raener. casaque vinculis gravares illigatum, quo
facto ex his Achilles Graecorum fortissimus est pro-
creatus Colon. illigatum adgravaret. ex quo Achil-
les Graec. f. natus est Varn. Lugl. Micyll. omnibus
reliquis.

⁴ Illa potius, etc.] Tzetzes in Lycophron. p. 37.
Κατὰ δὲ ἐξαρτηθῆναι ἢ διακερμένῃ ἢ ἑστῆς ἐπὶ Πυ-
λαίης μεταλλάττειν ἑαυτὴν, ἢ ἐν Πρωτοῦς, ἢ ἐν δια-
φόροις εἰδέσιν. Εἰ καὶ δὲ κατέσχευε ἀεὶ ἐν σπονδῆς
μοσφῶ, καὶ ἐπὶ τῆς αἰθῆς, ἔλεν καὶ Σηπίας χερσὶν
Μαγνητίας Θεσσαλιῶνδε. Ceterum quae hic non
injuria possit, si dea Thetis, cur insidias sibi sibi
divinare nequiverit. Quid respondere debeat, do-
cebit te Homeri Scholiastes ad Iliad. N. 53. 521.
Ἐξέστη δὲ πᾶς ἰδέσθαι ἄνθρωπος οὐκ εἶδεν πρὶν τοῦ
ἑαυτοῦ: Πρὶν τοῦ εἶναι, ἢ πρὶν τοῦ ποιεῖν αὐτὸν, οὐ-
κατακτῆσαι λαβὴν ἀνθρώπων, ἀνθρώπων δὲ ἐπισηναῖας,
καὶ ἀνθρώπων μὲν διαφέροντες ἀνθρώπων, τῆς αὐ-
τοῦ ἐκχρῶναι πάθων. MUSEKKA.

⁵ Procreatus.] Κατὰ est Raener.

221. Thetidi.] Hujus transformationis, quae
Thetis in alias atque alias figuras mutare solita
fuit, etiam Pindarus meminit, Ode III. Nemoro-
rum, & Sophocles in Troilo, cuius verba hi co-
tantur:

Ἐργαζον δὲ ἔργων ἀφύργων γόμφων;
τῆ πανταμορφῶς Θετῆς συμπαλαιῆς ποτῆ.
Et in fabula, quae inscribitur Achilles Etalae:
Τὶς γὰρ μὴ μάχης εὖν ἐπέτατο
ἄδων, ἀθανάτων, πῶρ, ἑσπ, &c.

Vaticinii autem, quo Juppiter à consuetudine il-
lius absterretur dicitur, etiam Lucianus meminit
in Dialogis Superiorum, qui tum à Prometheo Je-
vem monetatum dicit, ut se à Thetide contin-
teret. MICYLLUS.

221. Dea, dixerat, undae.] Legendum pro-
serat undae, ut est in nonnullis. nam & in Episto-
la Briseidis ad Achillem eandem aquosam vocat.

Tu mihi juratus per nomina matris aquosae.
Sed neque minus scribi posse videtur, Dea, dixe-
rat, undae, ut dea sit nominativi casus. quomodo
omnes fere MSS. veteres. MARIANG. ACCURS. in
Diatribis. Undae in nonnullis. HEINS.

222. Qui fortibus armis Aëta patris vincit.] Fir-
tibus actis prim. Medic. prim. Basileensis, prim.
Gronov. Oxon. Bernegger. & quinque alii. recte.
Vide Notas ad Epist. VIII. vers. 24. recte etiam,
juveni pro juvenis excerpta Laengermanni & prior
Strozvae. IDEM Vid. ad lib. v. 415.

226. Juppiter aequoreae Thetidis connubia vitat.]
In uno meo & Caelcil. Connubia fugit. Quod
autem ad hujus fabulae intelligentiam pertinet, ve-
de, quae annotat & Graecae & Latinae linguae
intelligentissimus D. Lambinus, ad illud Horatii
Ode

Portus erat: fummis inductum est aequor arenis.
Litus habet solidum, quod nec vestigia fervet;
Nec remoretur iter; nec opertum pendeat algæ.
Myrtea silva subest, bicoloribus obfita baccis.
235 Est specus in medio; naturâ factus, an arte,
Ambiguum; magis arte tamen: quo saepe venire
Frenato delphine sedens, Theti nuda, solebas.
Illic te Peleus, ut somno vincula jacebas,
Occupat: & quoniam precibus tentata repugnas;
240 Vim parat, innectens ambobus colla lacertis.
Quod nisi venisses, variatis saepe figuris,
Ad solitas artes; auso foret ille potitus.
Sed modo tu volucris; (volucrem tamen ille tenebat)
Nunc gravis arbor eras: haerebat in arbore Peleus.

Tertia

Ode XIII. in Epod. Nata pro Thetide. CIOPANUS.
Vita multi ex melioribus. HEINS.

227. Inque sua Aetideia.] In suaq. IDEM.
Suaque jura unus Heinsh. recte Medic. & Ju-
lian.

229. Est sinus Haemoniae curvos falcatus in arcus.]
Alibi: Est sinus adhaustus medica falcatus in arcus.
CORASUS. Medici falcatus in arcus unus Hein-
sh. ut Epist. II. 131.

233. Nec remoretur iter.] Prim. Palat. Urbin. &
duo Ambros. aquis. Nec remoretur aquis velligia.
pro Haemoniae paulo ante Zulich. Emathiae. pro,
ubi si foret, puto scribendum, qui si foret. HEINS.

234. Myrtea silva subest.] Hoc est, sylvæ myr-
tis contra illi adhaeret sinui. subesse autem illam ait,
quod ex physicorum sententia mare, quam terra,
altius est. REGIUS. Nimis acutum hic Poëtam ta-
cit Regius. subesse enim saepe pro prope esse.
not. 359. Tempus mari subest. ita sub, pro in,
prope. Vid. ad lib. I. 689. pro obfita, edita non-
nulli. obfita Arund. obfita canebis Leidens.

235. Est specus.] Citat Priscian. lib. VI. p. 713.
Et specus Basil.

237. Theti nuda.] Thetis nuda Cantab.

238. Ut somno vincula jacebas.] Vincula Florent. S.
Marci. Bernegg. prim. Med. prim. Basil. prim. Er-
sur. & sex alii. ita passim poëtae. Mollis devinctus
laxina somno apud Catullum. Dulcis devinctus laxi-
na somno apud Virgilium in Ciri. Moschus Euro-
topi:

Τῆσθε ὄτε γλυκύναι μέλισσας βλεφάρων ἐφίξων,
Ἀναμύδαε, τὲλέθω μαλακῶν κατὰ Πάου δεσφῆ.
Lucretius libro IV.

Devinctus cum suavis devinctis membra sepore
lenius.

Apud Colomellam libro X.

Refugus vincula papavera somnos.

In Catalectis Pithoci,
Nymphis asterio devinctus membra sepore
ille fitus est

Apud Nostrium I. I. Fast. 422. ex antiquis codicibus;
corpora vincula sepore. Ammianus I. XXV. Quis securi-
tas placido vinerat somno. sed modus exemplorum
non esset. Hinc somnus δεσμός Graecis dicitur.
ita Aristoteles non semel in libro de Somno & Vi-
gilia. Orpheus Hymno in somnum:

Σώματα δεσμούς ἐν ἀχλακείῳ πέθρη.

Simile quid apud Homerum etiam videor legisse.
pari modo allegare atus somnus Senecae dicitur
Hercule Furanti:

Sopor indomitus alliget artus.

Valerio quoque Flacco & aliis, mentem vincit
Lyao. Apulejus Met. VII. Colligat adhuc vino
magis, quam vinculis deprehendimus. Propertius
libro III. Eleg. IV. sic & amore vinciri, & amoris
vinculum. de quibus dicitur Fallos. IV. 86. 224
HEISTUS. Sic apud Sueton. in Aug. 15. devinctus
somo, ubi alii, devinctus; neque tamen semper
puto vinculis esse praefereendam, sed cum agitur
de oculis, qui, postquam diu homo iuctatus est
cum somnolentia, labuntur in somnos, vinciri praefere-
rem cum Gebhard. ad Tibul. I. eleg. II. 2. vid.
III. Fast. 19. & Epist. XVI. 100. sed cum de somno
jam ingravescente & membra alligante agitur,
vinciri probarem. de alligore vid. lib. I. 548.

BURMANNS.

240. Colla.] Vincula Oxon. & Palat.
242. Ausu.] Ausu Barber. & tres alii. ita Grono-
novius voluit apud Calpur. Decl. V. legi, quam
ausus est. utitur & Orolius lib. IV. 5. Serpentina tan-
ta manus fuit, ut sine controversia ausu potestatur.
quod Gronovian. BURM.

243. Sed modo tu volucris.] In eodem meo.

Nam

245 Tertia forma fuit maclosae tigridis: illa
 Tertius Aeacides à corpore brachia solvit.
 Inde Deos pelagi, vino super aquora fuso,
 Et pecoris fibris, & fumo turis adorat.
 Donec Carpathius medio de gurgite vates,
 250 Aeacida, dixit, thalamis potiere petitis.
 Tu modo, cum gelido sopita quiescet in antro,
 Ignaram laqueis vinclouque innecte tenaci.
 Nec te decipiat centum mentita figuras:
 Sed preme quidquid erit: dum, quod fuit ante, reformet.
 255 Dixerat haec Proteus: & condidit aequore vultum;
 Admitteque suos in verba novissima fluctus.
 Pronus erat Titan, inclinatoque tenebat
 Hesperium temone fretum: cum pulchra relicto
 Nereis ingreditur consueta cubilia ponto.
 260 Vix bene virgineos Peleus invaserat artus;
 Illa novat formas: donec sua membra teneri
 Sentit: & in partes diversas brachia tendit.

Tum

Nam modo. CIOPAN. Si modo unus Gronov. Nam alter Hamb. puto:

Seu modo tu volueris; volucrum tamen ille tenebat,

Seu gravis arbor erat; haerebat in arbore Peleus. HEINSIUS.

245. Forma fuit. Tibi unus Medicus.

248. Inno. Multi, jamque. sed unus Heinsii, inq. Basileensis, inde; quod jam Heinsius expressit. Vide sup. 160. postquam Moret. Demum etiam quinquae.

248. Adorat. Honorat Regius & unus Heinsii. vid. lib. VIII. 266.

250. Aeacida. Aeacida unus Vossian. & prim. Twissen. at prim. Erlor. Aeacidae. propius vero. Dixi Epill. III. v. 87. HEINSIUS.

251. Cum gelido sopita quiescit in antro. Rigido antro Florent. S. Marci, unus Medic. & unus Bononiensis. quiescit antro etiam primus Gronov. & unus Basileensis. cum Jureti excerptis. multi alii, quiescet. IDEM.

252. Vinclouque innecte tenaci. Firmisque innecte catenis Palat. loc.

253. Mentita. Mutata figurat Medic. figuris decem.

254. Sed preme. Heinsius malebat, perprime. ut in Art. I. 394. Perprime tentatam, nec nisi vitior abi.

257. Inclinatoque tenebat, etc. In meo antiquiore, Parachiano, & Caelst. Tenebat. CIOPAN. Tenebat meliores. ut in Pallis lib. II. 364. Medias sole tenente vias. lib. IV. 686.

— hae Hyades Dorida nesci teum. Adi Notas lib. III. Pastor. vs. 219. HEINS. Forte, tenebat, unde transpositis syllabis petebat unum est.

259. Cubilia fluviu. In eodem meo lib. Chilia Jaso. In altero, uno Massii, Brian. & Caelst. Cubilia ponto. placet. CIOPAN. Ponto cum mediobus. nam fluctus jam praecesserat. Florentinustemen S. Marci, Neapol. & unus Bonon. (scilicet apud Virgilium IV. Georg. 429. de Proteo in familiaratione:

— Consueti petens d' ruyibus antra. HEINS. In Virgilii loco omnes editi habent d' fluvibus, nec in MSS. video variantem lectionem.

260. Invaserat artus. Lib. Briant. Evixerat. Caelst. & Farnes. Conjunxerit. CIOPANUS. In quoque codices quidam Heinsii. unus etiam, devinxerat; sed nihil nota. vide ad Petron. 1307.

261. Donec sua membra teneri sentit. In sequi formam mutata haec nympba legitur deponi à Peleo. CONST. FANENSIS.

262. Sentit et in partes diversas brachia tendit. Sentit praehantiores. nonnulli tendens, ut libro 1. 419.

— in partes diversas brachia tendit. Obsistit.

At in margine Gryphianae editionis, tendi, quod placet. in partes diversas tendunt brachia, quando ligantur post tergum. Forte tamen, in partes avertas brachia tendi. HEINS.

264. Exhibita estque. Exhibitaque Thetis. eadem varietas II. Pall. 39.

Tum demum ingemuit: Neque, ait, sine numine vincis:
 Exhibita estque Thetis. confellam amplectitur heros,
 265 Et potitur votis; ingentique implet Achille.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

Daedalion in volucrum.

Peleus, fratre Phoco interempto, profugus Trachina ad Ceyca Luciferi filium in insulatum venit. Ille accepit Daedalionis filiam Chionem speciosissimam fuisse: hanc à Mercurio per quietem oppressam: item ab Apolline in anum converso. Horum altero Antioycom suracissimum, qui ex albis nigra, & ex nigris alba faciebat, procreatum: ex Apolline item Philammona studiosissimum citharas. Hanc etiam gloriantem, quod cum talibus concubisset deis, Dianae pulchritudini se praetulisse. Confellam itaque illam, ut debuit, procacem ejus linguam sagitta incidisse, atque ex eo vulnere confellam interemptam. Qua calamitate Daedalion, cum se eodem rogo vellet casuam, neque cum proximi paterentur, ut furis insidius montem Parnassum perisset & se praecipitasset, antequam radicem montis contingeret, ab Apolline in accipitrem esse conversam.

Felix & nato, felix & conjugè Peleus;
 Et cui, si demas jugulati crimina Phoci,
 Omnia contigerant. fraterno sanguine fontem,

Expul-

Ad Ceyca.] Antoninus cap. 38. ad Eurytionem sui filium pervenisse narrat. Facere cum Antonino Lycophroni Schollasten, quod annotat Vir Cl. frustra quaesivi. Pag. 37. ed. Steph. legas: Ο' δε Πελοΐς κατά Φεραίων κωμικῶν ἢ Εὐρίων τῶν Ἄρπυζα, εἰς Ἰσπυρία ἀναγέρων λαμβάνει. Ridelicium est, quod ex eodem descripsit idem, Plamathem fuisse μίαν Ἐυρίων. Legendum enim utique, εἰς Παράβας μίαν τῶν Νηπίδων. Lucus exstat paginā modo adductā. Apollonius Lib. I. vs. 71. Antonino consentit; tibi consulendus Schollastes, ut & ad vers. 224. Schol. Pind. ad Nem. Od. 4. MUNKER. Thraciam (Trachina Lugd. Trachina Raener.) ad Ceyca L. f. venit, seseque ab eo moerente cassam materis ab ipso audiv. hinc Ceyca namque frater erat Daedalion, isdem filiam Chionem speciosissimam, quas cum ab Apolline & Mercurio amaretur, à Mercurio p. q. compressa est. Parm. Lugd. Raener. & Micyll. nisi quod, Trachina ad Ceycam Micyll. in Trachiniam ad Ceycam regem L. f. venit, seseque ab eo moerente, cum cassam materis quaereret, accepit Daedalionem fratrem ejus filiam Chionem speciosissimam habuisse. hanc autem etc. Colon.

Horum altero.] Horum ab altero, etc. ex nigris alba patria arte effecit Colon.

Procreatum.] Procreatum dicitur Micyll. Col. servent Raener.

Ex Apolline item.] Malim, autem. MUNKERUS. Ita Colon. reliquae, vero.

Philammona.] Philemonem Colon. Philemonem Parm. Lugd. Micyll. qui in Marg. Philammona.

Hanc etiam gloriantem.] H. e. gloriantem Micyll. Hanc etiam gloriantem est q. c. t. c. d. Dianaeque se p. praetulit. Raener. Horum materem quid cum e. c. d. gloriantem, & suam Dianae pulchritudinem praeferebant, Dea procaci ejus lingua sagitta trajecta, fauciam fecit, eoque vulnere interempta est Colon.

Confellam itaque.] Itaque dea confellam. u. d. p. c. l. sagitta trajecta, atque ex eo vulnere est servito interempta. Parm. Lugd. Micyll. Raener.

Daedalion.] Daedalion affectus Raener.

Neque enim proximi.] Nec id proximi Colon.

Ut furis insidius.] Cum f. in. Marg. Micyll. servitque in. m. Parnassum petuit, ut inde se praecipitaret: sed antequam radicem m. c. Colon. servitque insit. Raener.

In accipitrem.] In volucrum accipitrem est conversus omnes Edd.

Oppressam.] Lego, compressam. MUNKERUS. Ita & Colon. sed vid. ad lib. VIII. Fab. 6.

Converso.] Verso Parm. Lugd. Micyll. Raener. Tuae. II.

Expulsumque domo patriâ, Trachinia tellus
 270 Accipit. hic regnum sine vi, sine caede, tenebat
 Lucifero genitore satus, patriumque nitorem
 Ore ferens Ceyx; illo qui tempore moestus,
 Dissimilisque sui, fratrem lugebat ademptum.
 Quo postquam Aeacides fessus curâque viâque
 275 Venit; & intravit paucis comitantibus urbem;
 Quosque greges pecorum, quae secum armenta traherat,
 Haud procul à muris sub opacâ valle reliquit.
 Copia cum facta est adendi prima tyranni;
 Velamenta manu praetendens supplice, qui sit,
 280 Quoque satus, memorat, tantum sua crimina celat.
 Mentitusque fugae causam, petit urbe, vel agro
 Se juvet. hunc contra placido Trachinius ore
 Talibus adloquitur: Mediae quoque commoda plebi
 Nostra patent, Peleu; nec inhospita regna tenemus.

Adjicis

267. *Crimina Phœi.*] *Fratri* Arondel. Langern.
 & unus Basil. HEINSIUS.

269. *Trachinia tellus.*] Apollodorus lib. III. Peleum non Trachin, sed Plathiam exulatum pervenisse refert. Chor.

270. *Accipit.*] Excipit duo libri.

270. *Regnum regerat.*] *Tenebat* cum mellioribus paulo post 285.

— *nec inhospita regna tenemus.*

Falor. III. 271.

Regna tenuit fortisque manu pedibusque fugaces.

Ita passim Nolter alique. HEINS.

273. *Dissimilisque sui.*] *Dissimilemque* unus Medicens & tenius Bononiensis, quod defendi posset ex verû 297.

Culta mihi pax est, fratri fera bello placebant.

Nihil tamen muro. sed ad moestitiam & luctum, quae mutarent Ceycem, refero. Eleg. in Drusum 87.

Dissimilemque sui vultu proficiente dolorem.

Ubi vide. BURM.

276. *Quosque greges pecorum.*] *Hoc pecorum* additum puto à sciclo, qui credebatur à regis id requirere, ut *armensis* opponi posset. sed in uno Heinssii erat:

Quosque greges secum, quos secum armenta traherat.

Quod mihi elegantius videtur. ita lib. IV. 634.

At illis greges illi, totidemque armenta per herbas errant.

Sub *opaco* tolli etiam Barber. vid. ad lib. I. 689. BURMANNS.

278. *Adendi tella tyranni.*] *Prima* prim. sec. Palat. prim. Vatican. Cantabr. Oxon. Calander.

Gracivianus & alii decem. sequor. Sat. III. Thea. 58.

Ut primum invisi cupido data copia regi.
 Et Nolter VI. 447.

Ut primum feceri data copia. HEINS.

279. *Velamenta manu praetendens supplice.*] Rimum intelligit lauri vel oleae lani circumvolutum, quo legati & caduceatores utebantur. Leg. primae Collectaneorum hecatolys cap. 33. CONST. PANENSIS. Ramum olivae dicit, qui ab externis, qui pacem afferbant, gestabatur. Unde Virgilius in octavo Aeneidos 115. *Tum pater Aeneas ipsi se sator ab alta, Patiferamque manu ramum praetendit olivae.* REGIUS. Et Aeneidos undecimo, 100.

Jamque oratores aderant ex urbe Latina, Veluti ramis olivae, veniamque rogantes.

Et Aeneid. VII. 153.

Cantum oratores angusta ad moenia regis Ire jubet, ramis velatis Palladis omnis.

Ubi & verbum *velandi* ponitur, à quo *velamentis* hoc loco dicuntur. Quamquam etiam ad ritus & infusus nomen *velamenta* referri poterat, quae & ipsae à supplicibus praetendi solebant. MICVLL.

279. *Qui sit.*] *Qui* meliores. bene. & mor. *Mentitusque* prim. Moreti alique multi probent. HEINSIUS. Quos etiam Basil.

280. *Sua crimina.*] Phœi fratris eadem. REGIUS. Hujus Phœi & Pindarus meminit. Ode 5. Nemecorum & Comment. Eurip. in Orest. Item Pausan. in Corinthiacis lib. II. 29. Ab hoc & Phocensium nomen factum idem autor dicit, si quis eundem habuisse Panopeum & Crisum: quoniam hic Strophium genuit, patrem Pyriadis, ex Anaxibia sorore Agamemnonis. Panopeus autem hujus floricatorum equi Durteci sive Trojani. Fuit etiam

285 Adjicis huic animo momenta potentia, clarum
 Nomen, avumque Jovem. nec tempora perde precando:
 Quod petis, omne feres. tuaque haec pro parte videto,
 Quaecumque vides. utinam meliora videres!
 Et flebat. moveat quae tantos causa dolores,
 290 Peleusque comitesque rogant. quibus ille profatur:
 Forsthan hanc volucrem, rapto quae vivit, & omnes
 Terret aves, semper pennas habuisse putetis.
 [Vir fuit: & tanta est animi constantia, quantum]
 Acer erat, belloque ferox, ad vimque paratus,
 295 Nomine Dacalio; illo genitore creatus
 Qui vocat Auroram, coeloque novissimus exit.
 Culta mihi pax est, pacis mihi cura tenendae
 Conjugique fuit: fratri fera bella placebant.
 [Illius virtus reges gentesque subegit:
 300 Quae nunc Thisbaeas agitat mutata columbas.]

Nata

tem & alter Phocus Ornytionis filius, Corinthius, Sisyphi nepos, qui Hyampolitas bello, quod cum Opuntis gerebat, à patre Ornytione adjuvatus, pacem petiit, & de nomine suo Phocenses appellavit antiquior toto saeculo, ut inquit Paulianus, Phoco Aeaci. Sed ut ille Hyampolitas primò, ita posterior Phocus Aeaci, totam regionem à se Phocidem nominavit. MICVLL.

281. *Se juvet.*] *Se respici* Basil. unus. vide ad Epil. II. 55.

284. *Commedia.*] *Moenia* quatuor libri & prior Moreti. Gualius ad Phaedr. III. 19. ex MSS. proficit, *medio quoque commoda Phœi*, & ipse legit, *Phoco absurde*, ut puto: *media enim plebi* passim Ovidio dicitur. Vide v. 207. VII. 432. & alibi praeterea, *inhospita tella* duo Moreti & unus Medici. ut saepe alibi. BURM.

285. *Adjicis huic animo momenta potentia.*] Item Raphael illud, *huic animo*, ad Ceycem refert, quasi diceret nostro per se benigno ac liberali, sed difficultatem facit quod subjungitur, *Nec tempora perde precando*. ita ut locum suspicer non omnino purum, ut hujus poetae & diligentis & ingenium requirit. GIARFANUS. *Momenta* sciendum. atque ita unus Vossii & unus Gronovii pro diversis lectione. eandem vocem reposui Post. IV. El. XIII.

Quae potes praebes nostrae momenta saluti.

Guthriens Ligor. II.

Penna dies magnis momenta potentia coepit
 Adidit.

Et sic ille frequenter. HEINS.

287. *Tuaque haec pro parte vocato.*] *Videto* cum prima. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. prim. Reg.

Neapol. Urbini. altero Hamburgens. Norico & quatuor aliis. HEINS. Notato Marg. Berlm.

290. *Et Peleus comitesque rogant.*] Relinquit, *Peleusque comitesque*. nec te moveat, quae, copulativa conjunctio elongata, quoniam ratione & auctoritate defenditur, ut supra retulimus. CONST. PANENS. *Peleusque comitesque rogant*, sic quidem corruptè legitur, neque enim ratio carminis patitur, ut (*quae*) copula brevis producatur. Quare illa (*quae*) crassa hanc copulam & in veris principio putavi reponendam. REGIUS. Imò quae Regius hic corrupta putat, & rectè leguntur, & elegant. nec obstat versus ratio aut quantitas. Nam ut apud Virgil. *Limosaque, laurique Dei. & Tribulaque, trabeaque*. Et item, *Alexandriaque, Italiaque, Noëmonaque, Pritaniaque*, & id genus alia defenduntur. ita hic quoque verus caelura trithemimeri defendi potest. MICVLL. Et ita optimi codices. Vide Gifan. Indic. Luciet. p. 462. & passim apud Nostrum.

293. *Vir fuit, & tanta est animi constantia, quantum.*] Alii, *quanta est animi constantia, tantum*, sed quoquo modo legas, vix Latinus est versus, quem si tollis omnia erunt plana. Praeterea illos duos versus, qui mox sequuntur, quorum initium, *Illius virtus*, auferendos censeo, cum Nafoniano tutori non respondeant & superflui sint. pro *pacis tenendae* omnes nostri, uno alteroque exceptis, *tenendae*. HEINS.

294. *Belloque ferox.*] *Armisque potens, belloque* p. Gronov.

297. *Culta.*] *Cura* Palatin. & octo libri. culpa Casarabr. cuncta Vossii. sequens versus, *conjugique* &c. non erat in Masarian.

300. *Thisbaeas.*] Thisbe ubi est Bocothe, à Leccc 2. Thisbe

Nata erat huic Chione: quae dotatissima formâ.
 Mille proci placuit, bis septem nubilis annis.
 Forte revertentes Phoebus, Majaque creatus,
 Ille suis Delphis, hic vertice Cylleneo,
 305 Videre hanc pariter, pariter traxere calorem.
 Spem Veneris differt in tempora noctis Apollo;
 Non tulit ille moras: virgâque movente soporem
 Virginis os tangit. tactu jacet illa potenti:
 Vimque Dei patitur. Nox coelum sparserat astris;
 310 Phoebus anum simulat; praeceptaque gaudia sumit.
 Ut sua maturus complevit tempora venter;
 Alipedis de stirpe Dei, versuta propago,
 Nascitur Autolyceus, furtum ingeniosus ad omne:
 Qui facere adfuêrat, patriae non degener artis,

Car.

Thisbe Alope filia cognominata, columbis abundans, unde *Thisbens* declinatur. Portus autem & navale Thisbeorum (ut ait Stephanus ex sententia Epiphronii) columbis plenum erat. REGIUS. STAT. VII. 101.

Disceis avibus circumfusa Thisbe.
 Ubi Scholiastes dicit per columbas Jovis oracula aliquando data. Et x. 67. *candidam Thisben* dici propter columbas notat. *Thisbas* hic quatuor. alii, *Thisbas, Thisbas, Thisbas, Thisbas.* BURN.

301. *Nata erat huic Chione.* Quae alii Philonide dicta, teste Hygino Fab. ce. & eidem Fab. EXLII. Leuconoe Lucieri filia. HEINSIUS. *Laudatissima.* BATH. & MORET.

302. *Mille proci placuit.* Veteres libri, *Mille proci habuit.* CIOFAN. *Proci placuit* duo veteres & editiones nonnullae. ut Epist. VII. 123.

Mille proci placuit. HEINSIUS.

307. *Non fert ille moras.* Sic lib. VI. 467. *Jamque moras male fert.* Et x. 497. *Non tulit illa moram.* Hoc eleganter quoque dicitur in soluta oratione. Legitur apud Livium, *Pati, & ferre moram, & dilationem.* Apud Plautum, & apud Cicero ad Attic. lib. XVI. *Moram facere.* Apud Terentium, *Moram praestere.* CROF. Heinsius edidit, *non tulit, & mox teigi,* quorum hoc in multis est: illud in Ambros. *moram* etiam Moreti.

310. *Phoebus anum simulat.* Dii Deaque, cum aliquem aliquamve decipere volebant, vel ne agnoscerentur, se in anum metabant. ut hic, & III. 275.

Quam simulavit anum, postaque ad tempora canis, &c.

Et VI. 26.
Pallias anum simulat, falsaque in tempore canis Aditi.

Et XIV. 655.
Imitans baculo, postis per tempora canis, Afflictorum annos.

Virgilius lib. VII. 475.
Aleto torvam faciem & furiâs membra
Exiit: in vultus sese transfert acies:
Et frontem obsoenam rugis arat: induit albat
Cum vitia ermes. CIOFAN.

310. *Praeceptaque gaudia.* Praeceptaque quatuor libri veteres. Vide Notas Epist. XVII. VI. 107. HEINSIUS. *Praeceptaque* unus. *sumpsi* Arnud.

311. *Complevit.* *Complevit* Bonon. CONST. FANENSIS.

314. *Patriae non degener artis.* Quia Mercurii pater furorum inventorque dicitur. Lege Horatium I. Carminum, & hunc poetam quanto Placac secundo hujus operis libro. IDEM.

314. *Non degener.* Hoc est, similis Mercurio, ejus patri. De quo ita Horatius I. Od. 10.

Collidam quidquid placuit jectis
Conclera furto.

Quod interpretans vir doctissimus, Joannes Casarius, Comenianus, haec scitu digna de Mercurio studiose & diligenter collegit. Plurimus, ait, hunc Deum turandi artem invenisse; quod suis eorumque suis monumentis mandavit. Prudentius quoque sic ait:

Exortet strandi homines hac invidiâ arte
Mercurius genitus Maja.

Et postea, pluribus omissis, subdit. Homerus:
Ἦδ' ἔπειτα πρὸς αὐτὸν ἔειπεν ἑρμῆσιν,
Ἐσθόμενος βίβης κλέβων ἐπιβόλον Ἄρ' ἄλλωθεν.
Mandatus, meride citharam pulsavit, cuius sit
ratus est boves Apollinis in longum sequitur juvenis. CROF.

317. *Phylammon* Hujus Phylammonis in 2o Apollonii interprete (lib. I. 52.) mentio, qui ait Pherecydem dixisse non Orpheum cum Argonautis, sed Phylammonem navigasse, hunc vero ait Suidam Thamyrae Thracis patrem fuisse. NAUGERIIUS. Scribo *Philemon* cum diptongo in media syllaba, ut sit nomen ab arte deductum. *Philemon* enim

315 Candida de nigris, & de candentibus atra.
 Nascitur è Phoebis (namque est cnixa gemellos)
 Carmine vocali clarus, citharâque Philammon.
 Quid peperisse duos, & Dis placuisse duobus;
 Et forti genitore, & progenitore Tonanti
 320 Esse satam prodest? an obest quoque gloria multis?
 Obsuit huic certè. quae se praefere Dianae
 Sustulit; faciemque Deae culpavit. at illi
 Ira ferocis mota est: factisque placebimus, inquit.
 Nec mora; curvavit cornu: nervoque sagittam
 325 Impulit; & meritam trajecit arundine linguam.
 Lingua tacet: nec vox tentataque verba sequuntur:
 Conantemque loqui cum sanguine vita reliquit.
 Quem (miserâ ô pietas!) ego tum patruoque dolorem

Corde

amicus, *ὄψα* cantus dicitur. unde amator cantus interpretatur, quod hoc poetae versu datur cognoscere. CONST. FANENS. Pherecydes, ut quidem in commentario Homeri Odyl. T. 432. citatur, Autolyceum & Philammonem, Philonidis quoque, quae fuit Dejonis, & Mercurii filios facit. ac Philammonem dicit, etiam choros virginum primum instituisse; Autolyceum autem, patris artes secutum, iura exercuisse, isdemque faciendis hominibus inconspicuum fuisse, praedas quoque, quas abegisset, aliis atque aliis formis induisse solitum, quare & divitem admodum praedando fectum. Paulanias autem in Arcadicis Autolyceum tantum quidem Mercurii, re ipsa autem Daedalonis filium fuisse tradit; uxoremque habuisse Neeraem, filiam Persei cujusdam, sed quod ad morem atinet Ovidius supra lib. VIIII. *Metam.* Euboeionis filiam Autolycei conjugem vocat. hujus illa est Anticlea mater Ulyssis, ut Odyl. II.

Νεοκλέω γὰρ ἡ γὰρ μεγαλήτορος Ἀντικλέω.
 Hinc ipse pater Sisypho, aliquando hospitio accepto, noctu habendam concessit, atque inde Ulysses concepit dicitur, priusquam illa Laertae nuptum daretur. quare & ipse Ulysses infra *Sisyphius* ab Ajae per costumeliam appellatur. auctor commentator Sophoclis Ajae. 190. Ex Phylammonem autem Thamyris natus traditur, matre Argiope nymphâ, ut Paulanias placet, sive, ut alii, Egeio musâ, quem Musae certamine canendi superatam postea, oculis privavit, ut Homerus tradit *Βαλλοῖσι*. METELL. *Delphus* in Chronico Eusebiano Hieronymi ad an. DCCXXX. dicitur. *Phylammon Delphus nobilis habetur, qui primus apud Pythium choros constituit.* vel, ut alii habent, *apud Delphos Pythiarum ludos instituit.* mallet, vero, *Phylammon Delphus nobilis habetur, qui primus apud Pythium choros constituit.* nam gentile nomen est *Delphus*, non *Delphus*. vid. Stephan. in *Δελφῶν*. & ita Jav-

stianus lib. XXIV. 8. quamvis & Plutarchus de Musica pag. 1132. videatur Delphum facere. est corrupte ibi *Φιλάμονα τὸν ἀδελφῶν* legatur, cum in MSS. etiam sit *Δελφῶν*. forte quod ibi sedes fixerit: nam & Argiopam Parnasum habitantem duxit uxorem, ex eaque Thamyris suscepit. teste Paulania lib. IV. c. 33. & Lucio Pythius vicisse Phylammonem & ejus patrem Chrysothemidem & filium Thamyrim narrat Paulan. lib. X. cap. 7. in eodem Eusebio Chronico ad annum DCCXXV. perperam scribitur, *Thamyris, Ammonis filius, pro Phylammonis*, ut recte Scaliger correxit. conjungit patrem & filium Tacianus Orat. adv. Graecos §. LXIII. & LXIII. ubi ostendit illos multo esse juniores Moysi. vide de Thamyra ad lib. III. Am. VII. 62. cum instituisse initia Lemaeorum telluris Paulanias lib. III. c. 37. vid. & ad II. Pont. III. 41. *Phylammon*, ut Fanensis volebat, est in Excerptis Calandrae. in aliis, *Philemon, Philemon, Palamon, Phylammon*. Vid. etiam Cl. Fabric. lib. I. Bibl. Graec. cap. 26. BURN.

318. *Et dis.* *Quid dis* unus Heinsii. vid. III. ex Pont. I. 11.

319. *Progenitorum Tonante.* *Tonanti* meliores. Forte & scribendum, *esse satam prodest*, non *satam*. Adi Notas in Nucem §. 107. HEINSIUS. *Nitoni* quinque libri.

324. *Nervoque sagittam impulit.* Mallet, *expulit*. sic lib. VIII. 379.

Sagittam
Impulsit nervo, sinuatoque expulit arca.
 SCHIFFER. apud Tan. Fabr. lib. II. Epist. 71. *expulit* erat in uno Basilicensi, sed *impulit* ne mutetur. vid. lib. XII. 552.

326. *Lingua tacet.* *Tacet* sex scripti cum opt. Thuan. HEINSIUS.

326. *Tentataque verba.* *Tentataque* prior Vaticanus, quod non displicebat Heinsio. sed lecturam

Corde tuli, fratricque pio solatia dixi.

- 330 Quae pater haud aliter, quam cautes murmura ponti,
Accipit: & natam delamentatur ademtam.
Ut verò ardentem vidit: quater impetus illi
In medios fuit ire rogos: quater inde repulsus
Concita membra fugae mandat: similisque juvenco,
- 335 Spicula crabronum pressâ cervicè gerenti,
Quâ via nulla, ruit. jam tum mihi currere visus
Plus homine est: alasque pedes fumsisse putares.
[Esfugit ergo omnes; veloxque cupidine lecti]
Vertice Parnasi potitur. miseratus Apollo,
- 340 Cum se Daedalion faxo misisset ab alto,
Fecit avem, & subitis pendentem sustulit alis;
Oraque adunca dedit, curvos dedit unguibus hamos,
Virtutem antiquam, majores corpore vires.
Et nunc accipiter, nullis satis aequus, in omnes
- 345 Saevit aves; aliisque dolens fit causâ dolendi.

FAB.

vulgatam imitatio Statii firmat, qui lib. xi. 602.
Nec verba diu tentata sequuntur.
Ita male tentatas procer dixit Quinct. Declam. vi.
23. de sepi vid. ad Quinct. Decl. xii. 17. Bux-
MANUS.

328. *Quam miser amplexus ego tunc, &c.* Ita est in meo antiquiore. In altero, Briant. & Caesellino. *Quam miser, ô pietas, ego tunc.* CLOFAN. *Quam misero pietas* scripti plerique. & recte. nisi quod scribendum. *Quem*, nam in uno Palatino, *Quem misero ô pietas.* deinde pro *patrio*, nonnulli, *patriumque*. Bernegger. & Rottendorph. pro divertiâ lectione, *patriumque*, quomodo prim. Medic. & quatuor alii in ipso contextu, at Arondel. prim. Basil. Junian. Medic. chartac. frag. Boxhorn. prim. Bonon. sec. Vatican. *Patrius*. Nihil verius. *corde patrio*, est corde forti, vel duro. sic apud Horatium 11. Sat. 3. *ne sis patrius mihi*. Vide omnino quae notamus Amor. libro 111. Eleg. vi. vers. 49. praeterea cum in multis veterum sit, *misero pietas*, vel *misero ô pietas*, censio scribendum, *misera ô pietas* per parenthesisin.

Quam (misera ô pietas!) ego tum patrioque dolorem
Corde tuli, fratricque pio solatia dixi.
Sic apud Senecam OEdip. vers. 19.
Pro misera pietas! eloqui fasum patet.
Hercule OEdipo, 1027.
O misera pietas! si mori matrem votas,
Patri es sceleratus.

Et paulo post, 1171.
O misera virtus! famulus Alcidas dies
Nullam malam praesertis.

Hippolyto, 903.
Pro sancta pietas, pro gubernator poli,
Prudentius Hamartigen. de Abolitione:
Aufus in auctorem generis qui stringere ferro
(Ab pietas!) signis contraria signa paternis
Egit, & unus commisit sanguinis arma.
Quincilianus Declamazione iv. cap. 2. pro libo:
Fidem vestram, Patres Conscripti, ne quid amplius
de misera pietate speretis. Declam. v. cap. 1. *Quis*
quid miserae pietatis impatientia feci, quæda sola
descendere. (Ibidem paulo post: *pro inextinguibili*
pietas!) mox cap. 4. *Tenuis inter illos inextinguibilis*
doleris aestus perquam longum pietas misera con-
sumit. & *Tentata est misera pietas, & placuit ut*
quoque addi calamitatibus nostris. Declam. x. cap. 12. *Aliquis (ô pietas!) sepulchris & conditis.* Lucili-
nius in Ciceronis mortem,

Hunc tamen (ô pietas!) tres occidere tyranni.
vetus Epigramma:
Luderet in viridi dum cespicio Lydius insani
Propter aquam (ab pietas!) istius ab angue
cadit.

Pro solatia opt. Thuan. & duo alii, *solamina*. ut saepe alibi Noster. HENSIUS. *Solamina misit* Bonon. Arnobius lib. vii. pag. 233. *Sed tamen (ô pietas)*
quantus iste est honor, aut quis. Florus lib. 11. cap. 12. *quam ille (ô severitas) ad tribunal duceret.* quem locum immemto sollicitant homines eruditi. BURN.

335. *Pressa cervicè gerenti.* Laeta prim. Basil. quart. Medic. Arondel. Oxoniën. & octo alii. *lata* sec. Palat. *pressa* Junian. nimirum *spicula crabronum*. sic libro vii. 274.

91

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Lupus in faxum.

Auctor pastor armentorum, quae Peleus ad Ceyra perduxerat, indicat à lupis; cui obfessi nequiret, custodes interimi. Qui ut intellexit Nereidis irâ id sibi accidere, quod Phocus ea aetate Asaco genitus à se interisset, & id precibus potius quam ultione esse sedandum, suppliciter ab ea petit, ne ultra persequeretur admiffum. Quae aliquando Thetidis sororis mota precibus, ne amplius fera armenta petens faceret, irâ sibi eam figuram convertit.

Quae dum Lucifero genitus miracula narrat
De conforte suo; cursu festinus anhelo
Advolat armenti custos Phocceus Aneor.
Heu Peleu, Peleu, magnae tibi nuntius adsum
350 Cladis, ait! quodcumque ferat, jubet edere Peleus:

Pendet;

Una caputque novem cornicis saecula passae.
LIDORXII. 117.

— tam raro praetia passus
Integri est clypeus.

Senec. Epist. 71. *Utensium quoque fides malis passa*
et facta deficiat. quomodo in antiquis membra-
ris Gronovius exilare monet Diatribes Stationae
cap. 45. apud Tertullianum de Pallio, *judae postquam*
passa in libro quoque iv. Pont. x. Eleg. Farnesianus
codex habet:

Et tritum passus vomer aduncus humo.
Pro troja. inf. xiv. 274. *lactis coagula passa.* pro
reposita paulo ante Boxhornii fragmentum, revol-
ta. HENSS.

336. *Qua via nulla fuit.* Sic vetustior mens.
iter verò & Br. *Qua via nulla fugit.* Nonnulli
legunt, *ruit.* CLOFANUS. *Fugit* etiam quatuor-
decim.

337. *Alasque.* *Alis* quoque pedes. Vossian. *videret.*
Bonon. & MS. Berlin.

338. *Esfugit ergo omnes.* Hunc quoque versum
est adhaerentem vix dubito. HENSS.

339. *Miseratus.* Aliam Metamorphoseos enu-
mum ex Boei Ornithogonia recitat Ant. Liberalis
lib. 11. Hieracem, quia Teueris fame ad irato
Neptuno immixta laborantibus suppetias tulisset,
quidem naminis ira in accipitrem versum. *Kai τὸ*
ἐν τῷ ἑλλογῶν ἀφ᾽ οὐρανοῦ μέγιστα γὰρ ἔσθ᾽ ἀδύνατον
φύλαξεν τὴν οὐρανὸν ἐπὶ τῶν ἐρῶναι μισθῶ-
ν, &c. FANN.

341. *Sustulit alis.* *Sustines* prim. Gronov. prim.
Hamburg. excerpta Jureti & decem alii. lib. 19.
41.

Suffragare tamen se perlucentibus alis. HENSS.

344. *Nulli satis aequus.* Nullis plurimi codicet,

absorpta scilicet litera à prima sequentis vocis:
nullis, scilicet avibus. BURN.

Quae Peleus. Ita recte Raenerius. *perperam*
quem Venet. & Micyl. vid. Anton. Liberal. cap.
38. MÜNCHER. *Quem P. Farm. Lugd.*

Indicat. *Nuntius Colon.*
Custodes interimi. *Custodem* Lugd. Raener.
armenta et custodes Marg. Micyl. *tam ea, quam*
eorum custodes Colon.

Qui ut intellexit. *Quae* in. *Psamathes* (Sama-
tes Parm. Lugd.) *Nereidis ira* Parm. Lugd. Mi-
cyl. *Quae ut in. Psamathes Nereidis Phocis matris ira*
Raener. *Quam caedem Peleus intellexit Psamathes*
N. ira sibi accidere Colon.

Ea aetate. *Ex ea et Aetate.* Micyl. *a se et*
ab Asaco g. ad eo interisse Colon. *a se interio* illu-
stravimus lib. v. §s. 192.

Precibus potius. *Precibus magis* Micyl. sed
MS. cum Venet. *id precibus quam ultione.* nota est
ellipsis Graeciflans. *Homerus, Βούλει ἕνθ᾽ ἰάδῳ*
πίον ἔμμενος ἢ ἀπ᾽ ἄλλοθεν. Sed haec talia cum
obvia cuius sunt, tum congesta à plurimis, etiam
à nobis non uno loco ad Fulgentiam. MÜNCHER.
Cum Veneta facit Parm. Lugd. unde *precibus sciens*
nam esse sedandum. s. petit, ne Colon.

Persequeretur. Ita reposui ex MS. *Perperam*
editi, *prosequeretur.* Vid. not. ad Mythol. cap. 58.
MÜNCHER. *Prosequeretur* omnes, nisi quod Colon.
prosequatur.

Thetidis. MS. & Veneta *Theis*. Quod quo-
modo defendi possit, discas ex iis, quae dixi ad
Hyg. Myth. cap. 10. MÜNCHER.

Convertit. *Vertit* Parm. Lugd. Raener. Mi-
cyl.

347. *De conforte suo.* *Suo* Vossian.

249. Ed

Pendet, & ipse metu trepidat Trachinius heros.
 Ille refert: Fessos ad litora curva juvenecos
 Adpuleram, medio cum Sol altissimus orbe
 Tantum respiceret, quantum superesse videret.
 355 Parsque boum fulvis genua inclinarat arenis,
 Latarumque jacens campum spectabat aquarum:
 Pars gradibus tardis illuc errabat & illuc:
 Naut alii, celloque exstant super aequora collo.
 Tempa mari subsunt, nec marmore clara, nec auro;
 360 Sed trabibus densis, lucoque umbrosa vetusto.
 Nereides Nercusque tenent. hos navita templi
 Edidit esse Deos, dum retia litore siccat.
 Juncta palus huic est, densis obsessa salictis,
 Quam restagnantis fecit maris unda paludem.

Inde,

349. Et Pelcu, Pelcu.] O Pelcu tres. unus Vossii, En. Arond. & quatuor alii. Hen. placet. nisi mavis, Et Pelcu, hoc Pelcu. HEINS.

351. Pendet, & ipse metu trepidat Trachinius oris.] Trepidat Trachinius heros vetuliores aliquanto rectius, sed & hinc versum cum aliis spuriis ex hac purpurea censeo esse alegendum. Nisi mavis, trepidat Trachinius heros. de ulis tui pendere, hac significatione, videntur quae doctissimus Pricaeus notat ad Evangelium Lucae cap. xii. vs. 19. IDEM. Non temere ejiciendum versum isto, sed legendum cum multis scriptis, Pendet & ipse metu trepidat Trachinius heros. Val. Fl. 111. 91.

pendant mortalia longo

Corda metu.

Vide ad Petron. c. 89. BURN.

354. Tantum.] Quantum respiceret tantum superesse videret Gronov. videtur Jun. Voss. & quatuor plii.

355. inclinarat.] incurvarat Medic. unus.

356. Campos spectabat.] Campum Neapol. ter. Medic. & quatuor alii. ut lib. 1. 41.

campoque recepta
 Liberioris aquae.

Deinde, illuc & ipsae nonnulli. HEINS.

359. Clara.] Tertia Gronov.

361. Umbrosa.] Obscura unus Heinsii. italib. vi.

362. Silvis obscura vetustis. Vall. vi. 425. Lucoque obscurae opato.

361. Hos navita templi Edidit esse Deos.] In meo antiquiore & utroque Maffei, hos navita pennis. CIOFANUS. & ita tres libri.

363. Densis obsessa salictis.] Raris plurimi exvultionibus. ut apud Virgil. Ecloga v.

Aspicit ut antrum
 obscuris raris sparsis labrusca ramentis.

Et Eclog. vii.

En quae vos rara viridis tegit arbutus umbra,
 Notter ipse Epistola x. 25.

Mons fuit, apparet frutices in vertice cari.
 Cornelius Nepos Vita Alcibiadis: Namque arborum multi loci erant rari, hoc consilio ut & montium tegerentur altitudine, & arborum trailla copiosa hostilis impelleretur. Florus lib. iv. cap. 12. de Sarmatis: Nihil praeter nives rarisque silvas habent. Videtur tamen scribendum, raris, vel canis salictis, ut lib. v. 590.

Cana salicta dabant nutritaque populus unda
 Sponte sua naras ripis detribus umbra.

Lucanus libro iv. 131.

Primum cana salix madefacto vimine porcum
 Textur in puppem. HEINS.

Mili densis movere religio est, quia rari obsessa videtur convenit, & ita rectius lupus sedem praebentur stans vel utrum palatres. Similiter fore vi. Fall. 41.

Illic quoque locus erat: junis & arundinibus
 Et pede velato non ardua palus. BURN.

365. Inde fragore gravi strepitus.] Comy, strepitans, ex veteri codice. licet illud non improbem. CONST. FANENSIS. Alii gravis, vel gravi strepitum. excerpta Calandrea, gravis strepitum. Legit, gravis strepitans cum Langermanniano & nonnullis editionibus. Spirensis, strepita. HEINSIUS.

366. Silvisque palustribus exit.] salictis quidem silvas vocare per hyperbolem Poëtae puto esse, aequae ac fruticem silvam dixit Noller lib. 11. 319. sed hic minus apte; certe, si cum Heinsio esse fuisse statuamus. duo MSS. salictis palustribus, alii, nivisive palustribus: nimirum scripsit Calandrea, silvisque palustribus exit. de quibus plura ad lib. xiv. 103. adnotavit Heinsius. prima litera s genuata fuit ex praecedenti lapus. BURN.

367. Oblitus & spumis.] In uno meo & Ceteris.

365 Inde, fragore gravi strepitans, loca proxima terret,
 Bellua vasta, lupus. ulvisque palustribus exit,
 Oblitus & spumis, & spisso sanguine rictus
 Fulmineos; rubra suffusus lumina flamma.
 Qui, quamquam saevit pariter rabieque fameque,
 370 Acrior est rabie. neque enim jejunia curat
 Caede boum, diramque famem satiare, sed omne
 Vulnerat armentum, sternitque hostiliter omne.
 Pars quoque de nobis fuscio faucia morsu,
 Dum defensamus, leto est data. sanguine litus
 375 Undaque prima rubent, demugitaeque paludes.
 Sed mora damnosa est, nec res dubitare remittit:
 Dum superest aliquid, cuncti coeamus, & arma,
 Arma capeffamus, conjunctaque tela feramus.

Dixerat

Obsus. deinde rictus Fulmineos &c. mihi legendum videtur, ex meo vetuliore & sensu exponere. CIOFAN. Et spumis bene meliores. spisso etiam sanguine Oxon. sec. Palat. & alii quatuor. de quo lib. x. vs. 598. denique rictus fulmineos: Caland. Bernegger. prim. Gronov. & octo alii, cum editione Gryphiana. probe. ut os fulmineum n. Falor. 232. obsus quoque Ciofanus in suis invenit, quod nolo rejicere. Stat. iv. Theb. 616. Obsus exhaustus pedore & sanguine valens. Iti cum MSS. lege. & lib. vii. 474. Ecce truces oculos fardentibus obsita canis. Libro tamen v. 310. idem,

Oblita creffo

Causta rubent tabo. HEINS.

367. Rictus.] Rictu fulmineos, non rictus. CONSTANT. FANENSIS.

371. Diramque famem finire.] Lenire prim. Reg. fons Cantabr. at sec. Palat. Juret. Oxon. & multi alii, sedare. ut lib. xv. 83.

Carne seras sedant jejunia.
 Salaris sumpsit Solinus c. 32. Macrobius vii. Sat. 4. Sarcas fradere solitas erat illos cibos potiusve vitandis, qui ultra sumpit famemve sedandam producent appetentiam. sic & placare jejunia & famem obhibeat. pium. Gronov. prim. Vatican. & sex alii, finire. Cantabr. pro diversa lectione, saturata. ut libro x. 541.

armanti saturatos caede leones.

Status de laill. 11. 385.

Urbibus satiasa famem.

Claudian. 111. Laud. Stil. 111.

Manante sanguine rictus

Non satiorit aquis.

Inde tracti loquendi modi, Saturanter enarrare apud Fulgentium, & satiasa dicere apud Catullian. de quibus Salmast. apud Solinum p. 416. finire tamen sumpsit Horat. dixit l. 11. Ep. 11.

200. 11.

Si tibi nulla sitim fuerit copia lympharum.

HEINSIUS.
 372. sternitque hostiliter omnes.] Omnes cum Florentino S. Marci & uno meo. IDEM.

374. Sanguine litus, Undaque prima rubent.] In-fra XII. 71.

Et jam Sigaeo rubebant litore.

Virgil. lib. 11. Aeneid. 587.

Dardanium totius sudaris sanguine litus? CIOFAN. Rubent cum Rotendorphiano. & sic Naugicus in postrema editione expressit. HEINS. Stat. x. Theb. 450. Caede recenti Arma rubere notant.

377. Cuncti coeamus ad arma.] Et arma plerique veteres. ut jam alii monuerunt Virgil. Aen. vii. 460.

Arma amens fremit, arma toto telisque requirit.

Libro xi. 453.

Arma manu trepidi possunt, fremit arma juvenutus.

Statius Theb. 111. 348.

Improvvisi adesi Tydens, & possibus anlas Vociferans, Arma, arma, viri.

Theb. xi. 309.

Nec mihi dissidulis praesens vindicta, sed arma, Arma prius famuli.

Seneca Hercule Furcete 1241.

Arma, arma, Thyden, sagittis proferre mihi Subtrahit reddi.

Sidonius Panegyrico Avili 260.

— tandem prorumpit; & arma,

Arma fremit.

Silius lib. xi. 153.

— furiosa juventus

Arma, arma, navisalemque volant.

Ita habent optima membranae. idem libro 217. 168.

P f f f f

arma

Dixerat agrestis, nec Pelea damna movebant;
 380 Sed, memor admitti, Nereida colligit orbem:
 Damna suo inferias exincto mittere Phoco.
 Induere arma viros, violentaque sumere tela
 Rex jubet Oetacus; cum quis simul ipse parabat
 Ire, sed Halcyone conjux excita tumultu
 385 Profilit, &, nondum totos ornata capillos,
 Disjicit hos ipsos: colloque infusa mariti,
 Mittat ut auxilium sine se, verbisque precatur,
 Et lacrimis; animasque duas ut fervet in una.

Acacides

arma, cruentus
 Hæstus atq; capite arma viri.
 Noster ipse lib. XII. 247. ex antiquis memoratis,
 Cœciliisque omnes uno ore, Arma, arma, lo-
 quantur.
 Plura Zamertingus Promallicis Criticæ cap. 1.
 Hæstus.
 379. Dixerat agrestis nec Pelea.] Si verus ille ita
 scriberetur,
 Distraxit agrestis, & Pelea damna movebant.
 Sciolus aliquis crederet corruptum illum esse: quod
 tamen minus verum est: & ita obfusum legi de-
 bet. TAN. FABER lib. II. Ep. 69. sed minus tunc
 adversativam particulam sed congruere puto. sen-
 sus ergo: non tam damna Pelea movebant, quam
 quod inde colligeret Deam parentare illis damnis
 umbrae Phœci sui. non etiam suo moverem, cre-
 dendum enim Nereidi fuisse charum Phocum: erat
 enim Phœus ex Acaco & Piamathe Nereide na-
 tus, quem ut nothum interfecerant Peleus & Teta-
 mon. vid. Schol. Pindar. ad Od. Olymp. VII. 39.
 & alios Mythographos. BURM.
 380. Colligit.] Cogitat Menard.
 381. Damna sui.] Sua vetustiores, vel sui. po-
 sterius amplector. Damna sui pro sua damna: lib.
 IX. cap. 17. amor mei pro meo. HÆSTUS. Vid. ad
 lib. I. 32.
 383. Rex Oetacus.] Ceyx rex Trachinæ, quæ
 contemina est Oetæ monti. A quibusdam tamen
 subitius legitur, hoc est, sydereus & splendidus.
 REGIUS. Ita quoque plurimi codices Heinsio in-
 specti, sed ætæ hinc hoc sensu dici posse non pu-
 to. ORFELUS Palat.
 385. Et nondum totos ornata capillos. Alcyone.]
 Suis hoc Alcyones sabbellæ involuero, ingeniosus
 Poeta addidit ad Somyriam, de qua Velerius
 Maximus nono Memorabilium sic loquitur: Nam-
 que Somyriam, Assyriam Regina, cum ei circa
 saltum capiti occupatae, moriatur esset Babylona
 deserta, jam parte crinibus adhuc soluta, protinus ab
 eam expugnandum curavit, nec prius decorem ca-
 pillorum in ordinem, quam tantam urbem in pte-
 ritum suam redegit. Quo circa facta est, Babylone

ne pseta est illo habitu, quo ad natiensm regibus
 celebrare præcipit tendendi. de cuius mudo, uno
 virginitis, excellentia hunc in modum loquitur He-
 rosolus: Hæc antecessit militiam transiens, hinc
 villorin, omnes mortales. ipsa hæc vitam ma-
 nam ex oppido facit, ut magis dicit præ illam ab-
 fuisse, quam ampliasse. Nemo unquam huius se-
 minas comparandus est virorin, tanta enim in ca-
 vita dicuntur & scribantur, cum ad vitasim-
 nem, tum maxime ad collaudationem magis.
 JACOBUS A CRUCE.
 385. Totos.] Totos multi veteres. sed nihil ma-
 ta, nondum plene ornata. quantum de totis ca-
 pillis probe meminim, qui passim apud scriptores
 occurrant. HÆSTUS. hædem varietas lib. X. 424.
 386. Disjicit hos ipsos.] Hic locus depravatus
 una videlicet litterala, ut videlicet. In uno Vanc
 ambobus Maffei, meo, Farnes. & Domin. apte
 legitur, Disjicit hos ipsos, per duo 11. In abe-
 ro meo antiquiore, Disjicit, per simplex 1. In
 duobus Vatic. & Cælestino scriptum est, Dis-
 jat (quod glossema est: dicitur & dividit), in
 quoque accidit in illo Virgilio varii lib. 1. Aene-
 Disjicit corpora ponto. ita enim nunc vulgo legitur.
 In optimo illo Virgilio Vaticano, lecturæ gaudi-
 dulcibus descripto, (cujus auctoritati tantum ipse
 tribuo, quantum optimo cuique Grammatico)
 perspicue sine ulla licita legitur, Disjicit corpora
 ponto. Præterea Disjicit legitur quoque in tribus aliis
 Vatic. At verò in Longohardico & in uno fidei
 veteri, quem habet Phycicus optimus, Græcorum-
 que litterarum intelligentia ornatus, ornatus,
 Josephus Silvestris, scriptum est, Disjicit, per unum
 1. Quo modo testatus sum hoc loco repaui in
 meo antiquiore. Sed miror Phycium hunc, quam
 retuli, lectionis mentionem nullam scisse: hæc
 teltetur se reperisse in exemplaribus antiquis de il-
 lud ejusdem Virgilio lib. III. 337. Disjicit corpora
 ponto. Itaque non amplius dubito, quin hæc ve-
 ra & germana sit lectio. Hanc eandem lectionem
 in veteribus quoque libris Cisternæ (ind. Lant. in
 Proicera) se reperisse affirmat. GORAN. Libri
 veteres magna ex parte, Disjicit, quod appha-

Acacides illi, Pulchros, Regina, piosque
 390 Pone metus: plena est promissi gratia vestri.
 615 Silva gerit frondes, ejectas litus arenas.
 Quo simul intravit, manibusque obstantia virgo
 Somnia dimovit; vestis fulgore reluxit
 Sacra domus: tardaque Deus gravitate jacentes

VIZ

vel, cum in uno Moreti legatur, *vires aquae levis*; posse legi, *Rivos aquae laetes, levi quae marmore laetas*. ut levi sit absorptum à *Laetes*. Imitatus hanc Ovidii locum Statius lib. 1. Silv. III. 41.

Nox silet, & nigros insidians marmura somnos.
 Ut Gronovius conjiciebat legendum ex prima Thebaide, 388. ubi, *Invitat teneros ad haec cubilla somnos*. praeterea ibi *pigros* malebat Heinsius.

BURMANN.
 603. *Fores atri*] *Tholami* unus Medic.
 608. *Janua ne verso*] *Quae red lit octo scripti*. quod recitat HEISS. Recte. nam si *fores* sunt ante antrum, intus januae fuisse verosimile est, sed minime sonoras. deinde *moto cardine* unus Heinssii in Neapolitano emissa erat vetus lectio. sed *verso* retinendum est. IV. 93.

Callida per tendens, versato cardine, Thibe
Egrediar.

Lib. XIV. 782.
Ne scripsum verso Saturnia cardine scit.

BURMANN.

610. *At medio torus est ebano sublimis in atra.*] Aut *ebani* legendum, aut *ebano sublimis in atra* cum primo Mediceo. pro *unicolor*, quod quid sibi velit nescio, S. Marci Florentinus, atque color. Spirensis, *atrae color*. Scribe, *atricolor*, quamquam & *unicolor* occurrit apud Paulinum septimo Natali Felicitis:

Unicolor plumis ales sed picta loquax.

Sic *concolor*, *decolor*, *discolor*, *versicolor*, *bicolor* & similia passim. sic literas Aufonias Epist. VII. ad Theonem, *Cadmi filias atricolores* dixit. apud eundem *nesticolor* Stryx, & *tricolor* *lypna*. *crimina nesticolor* apud Paulinum decimo Natali Felicitis. apud Solinum cap. II. *Cui nesticolor facies propria*, castigante Salmasio. *albicolor* apud Corippum Africanum, poetam non malum, ut illa ferebant tempora. & *lenticolorum spongiano* ibid. *multicolora praeta* apud Prudentium Cathemer. Hymno III. & *multicoloris rosae* apud Marc. Capell. lib. I. *Adali-*

color vestis Apulejo. *multicolor laeti* Plinio. *unicolor* fucus Prud. *περὶ Στρυφῶν*. Hymno Hypocleti. & *omnicolor pictura* eidem Hymno SS. Petri & Pauli. quomodo & Lucilio, *omnicolor fontanus* apud Nonium in *coluistra*. & *animae unicolor* Horatius eidem Prudentio. in *Catalectis* Pithoei, *multicolor Iris*, & *sticolor*: *nesticolor* etiam occurrit apud Gellium ex Naevio lib. XIX. cap. XII. & *unicolor Aurora*. *Pluricolor hyacinthi* praefanditas, Marciano Capellae libro primo. *Osticolor populi* testas, Sidonio Apollinari Panegyrico Majoriani. Virginius in dedicatione Aeneidos:

Marmoreusque tibi, Dea, versicoloribus ali;
In marem picta stabit Amer pharetra.

Quomodo scribendum. Amori alia purpurea ascribi à poetis cui nescit? Scaliger, *diversicoloribus ali*, quod Latinum non est. scio occurrere apud Marcianum lib. 1. *diversicolorum flusatorum dispositionem*, sed de scripturae sinceritate dubito. nesticoloris Pithoeus, aut *ignicoloribus*. sed cum nullis dubitem eam Pithoeciae editionis lectionem ex vetusto aliquo codice deponendam esse, parum abest, quin persuadeat, ut credam remanendum esse, *Dea, cygnicoloribus aliis*. sive candidis, sive purpureis intelligas. nam & purpureae sive Amori à poetis passim assignantur, & *color* Horatio purpureis sunt. Sed ad rem. *atricolor* etiam in Neapolitano videbatur scriptum, emissa eundem lectione veteri, sed restante interlineari glossa, *id est, nesticolor*. Palat. *unicolor*. Cogitandum aliquando, *unicolor*, insitens vestigiis optimi Florentini codicis. hoc est, aequi cum ebano atra coloris, ebano concolor. ut locutus Silius libro VII. 682.

Turificus nigris prorumpit Maurus in armis,
Nigra viro membra, & furis joga cista trahens

Cornipedes, totaque novae formidinis arte
Concolor aequabat leuonia curvis equorum

TERTIUS.

Arad

Vix oculos tollens; iterumque iterumque relabens,
 620 Summaque percussis nutanti pectora mento,
 Excussit tandem sibi se: cubitoque levatus,
 Quid veniat (cognorat enim) scitatur. at illa:
 Somne, quies rerum, placidissime Somne Deorum,
 Pax animi, quem cura fugit; qui corda diurnis
 625 Fella ministeriis mulces, reparasque labori;
 Somnia, quae veras aequant imitamine formas,
 Herculeam Trachine jube, sub imagine regis,
 Halyconen adeant; simulacraque naufraga fingant.
 Imperat hoc Juno. postquam mandata peregit
 630 Iris, abit. neque enim ulterius tolerare vaporis.

Vim

Apud Antonium pari modo *acquimannus* occurrit:
Quis Myrmillonis componitur acquimannus? Thrax.

Acquimannus Symmacho in Epistolis est quod Horatio *perdisse*. *offensa aquilatera* eidem Aufonio in praefatione Cantonis Nuptialis, quae duo habent loca aequalia. apud eundem alibi *acquimannus*, & *portus acquipares* occurrit. *acquipari* factus Apulejo quoque libro I. Florid. de Apolline: *Copis totum gratissimum, membra nitida, lingua laetitia, sed tute oratione, seu versibus malis utrobique sananda acquipari*. ubi scribendum, *seu soluta oratione, seu versibus malis*. quod miror eruditos interpretes fugisse. *atricolor* tamen non damno, qua voce etiam Plinium in Naturali Historia tum meminisse. sed locus non succurrit. HUBERTUS. *Atricolor* sensui optime quidem convenire videtur: apud Plinium tamen hanc vocem occurrere non videtur, sed obversatam felicis satis, sed saepe etiam libris memoriae, vivo puto vel locum ex lib. II. c. 7. *Est Deus atricolores, aligeros, claudos, ovo citus, parvillum prope deliramentum est*, ut quaedam editiones exhibent. sed in MS. & emendationibus editis est, *atri coloris*. vel alium locum ex libro XXX. cap. 11. sed & ibi legitur, *hic totum hunc atri coloris fecit. multicolores* facie lapides 607. ut Hexacantalithon & Mithracem lib. XXVII. 10. de *versicolore* & *versicoloris* egregie Simul. ad Vopisc. Aurel. cap. 46. reliquae lectiones omnes incertis conjecturis nituntur. & forte *unicolor* torus hic servandum, ne somno indulgentem varietas colorum à sopore detineat, sed utrigine oculos minime feriat. BURM.

615. *Ejectas litus arenas.*] Veteres libri, *Ejectas litus*. Recte. Illud perperam: nisi quis voluerit verba *aperire* dicitur esse: vel *ejectas* erit participium cum voce *arenas* conjungendum. CROZANUS. *Ejectas* cum melioribus. HEINSIUS. *Quae etiam Gener.*

618. *Sacra.*] *Pavio, atra*. HEINS. *Respisse* Gronov. *equatur* alii. sed cur non *sacra*, cum Somnus sit.

Deus? vel eo sensu, quo *sacra quies loci* Val. Flac. eo III. 421. & *sacra vox nemoris* VIII. 25.

622. *Cognovit anim.*] *Cognorat* quinquae. *cognoscit* tres.

623. *Somne, quies rerum, &c.*] Hunc locum videtur adumbrasse Statius lib. V. Silvarum IV. 1.

Crinino quo merui juvenis placidissimo Divinus,
Quove errore miser, donis ut solus egerem
Somno tuis? taces omnis peccati, volucresque ser-
raoqae,

Et simulans fessos curvata cacumina somnos?
 Et Seneca in Hercule Furiente 1065.

Tuque o demitor
Somno laborum, requies animi. CROZAN.

Citat haec Ovidii Lucratius ad Stat. I. Theb. 600. in duobus erat, *sanctima quies*, & in quindecim, *placidissima*.

624. *Pax animi.*] Sic Lucretius lib. III. sub principium:

Omnia suppeditat porro natura, neque ulla
Res animi pacem delibet tempore in allo.

Pax autem animi valet, opinor, requies animi; ut est in illo, quem modo protuli, Senecae vestigiis. CROZANUS.

624. *Qui corpora duris Vestis ministeriis.*] *Qui corpora diurnis* prim. Basil. recte. nisi mavis cum aliis quatuor, *membra diurnis*. libro IV. 214.

— *ea fessa diurnis*
Membra ministeriis nutrit reparatque labori.
 Libro VIII. 83.

Prima quis aederat, qua curis fessa diurnis
Pallora somnus habet.

Similiter *curvus* folis *diurnis* lib. IV. & *diurnis ignis* lib. VII. dixit. HEINS.

625. *Mulces.*] *Nutris* Basil. & Sprotti. pro *reparatque*, *refectisque* sec. Palat.

626. *Somnia quae veras aequant.*] *Aequant* sec. Palat. Avondel. & alii complures. bene. HEINS.

Sacras formas Gronov. pr. vid. supr. 88. 89.
 Hhhhh 3: 627. Her-

Vim poterat. labique ut Somnum sensit in artus;
 Edugit; & remeat per quos modo venerat arcus.
 At pater è populo natorum mille suorum
 Excitat artificem, simulatoremque figuræ,
 635 Morphea. non illo iustos follertius alter
 Exprimit incessus, vultumque sonumque loquendi.
 Adjicit & vestes, & consuetissima cuique
 Verba. sed hic solos homines imitatur: at alter
 Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.
 640 Hunc leclon Superi, mortale Phobetora vulgus
 Nominat. est etiam diversæ tertius artis
 Phantasos. ille in humum, saxumque, undamque, trabemque,
 Quæque vacant animâ feliciter omnia transit.
 Regibus hi, ducibusque suos ostendere vultus
 645 Nocte solent: populos alii plebemque pererrant.
 Præterit hos senior: cunctisque è fratribus unum
 Morphea, qui peragat Thaumantidos edita, Somnus
 Eligit: & rursus molli languore solutus

Depo-

617. *Herculeam Trachina jube.*] *Herculeam Trachina* cum melioribus. HEINSIUS. *Herculeam Trachina* dici recte posse constat, sed an in hac fabula? cum Seneca, notante Heinsio Herc. Octavo. 196. dicat, *Raptum conjux Ceyce genuit*. accedit ergo hæc metamorphosis autè Herculeum, à quo Trachin *Herculeia* demum dici debuit. sed licentia sua utitur Poëta, qui epitheta etiam imponunt à personis vel rebus posterioris ævi. vid. ad lib. III. 169. & VI. 416. BURM.
 630. *Tolerare soporis vim poterat.*] Spirensis, Florent. S. Marci, *vaporem vi poterat*. forte, *vaporam vim*. ut *vaporis ardor* apud Prudentium, à *vapore*, *vaporis* & *vaporatus*. quomodo à *sopore*, *soporis* & *soporatus*. Nec male tertius Bononiensis ex veterimo, quod passim apparebat, codice descriptus, *vaporis vim*. Statius Theb. x. vs. 203. ubi Somni regiam descendit:

— corpore pizro

Strata valent, supraque torum niger adsistat aubelo Ore vapor.

Ita scribe. non, *est*. HEINS.

631. *Sensit.*] *Sensit* quatuor libri.

632. *Per quas arcus.*] *Per quas arcus* duodecim libri.

636. *Exprimit.*] *Maio*, *Exprimat*. mox sec. Palat. & unus meus, *indamque loquendi*, non *sonumque*. HEINSIUS. Ego *sonum* retineo, cum quia mox 671. dicit, *ad huc hinc vocem*; & 677. *voce sui* *preloque viri*. tum quia sæpe *volum* & *voce*, conjungi, ut duas præcipuas notas, quibus inter

se homines distinguuntur, video in similibus. Val. Flac. VII. 32.

Ille autem jamjam vultus, vocemque parantem Ante aperit.

Et vs. 155.

Non jam mentitas vultum vocemque resonis Chalciopes.

Stat. II. Theb. 96.

Tirofæ vultus vocemque & vellera vite Induitur.

Virgil. v. 649.

Qui vultus, vocisque sonus, vel gressus cuncti

Heins. ad Ovid. I. Art. 467. citat, *ad huc hinc vocem*, lapsus memoria, & confundens hæc cum vs. 671. BURM.

638. *Cuique.*] *Quæque* plurimi scripti. mox sic solus Cantabr. Oxon. & Basil.

639. *Longo corpore.*] *Pectore* unus. tempore deo. Heinsius malebat, *torgore*.

640. *Mortale Phobetora vulgus.*] *Phobeter* rector interpretari potest. Sic autem est legendum: quamvis corrupte *Phobetora* in exemplaribus legitur. RICIVS. Admodum variant in his nominibus scripti. *Itaton*, *iteem*, *Atecon*. *Hilaton*, *Idon*, *Yatun*, *Yatun*, & nescio quæ monstra. *Phobetora*, *Phabetora*, *Phobotona*, *Phlebotona*, *Phlebotona*, &c.

643. *Fallaciter omnia transit.*] *Feliciter* bene unus Palat. & meus characteus, cum uno Moreti. III. Amor. Eleg. v.

796

Deposuitque caput, stratoque recondidit alto.
 650 Ille volat, nullos strepitus facientibus alis,
 Per tenebras intraque moræ breve tempus in urbem
 Pervenit Haemoniam: positisque è corpore pennis
 In faciem Ceycis abiit: formaque sub illâ
 Luridus, exsanguis similis, sine vestibus ullis,
 655 Conjugis ante torum miseræ stetit. uda videtur
 Barba viri, madidisque gravis sternerè unda capillis.
 Tum læto incumbens, fletu super ora refuso,
 Hæc ait: Agnoscis Ceyce, miserima conjux?
 An mea mutata est facies nece? respice; nosces:
 660 Inveniesque tuo pro conjuge conjugis umbram.
 Nil opis, Halcyone, nobis tua vota tulerunt.
 Occidimus. falsæ tibi me promittere noli.
 Nubilus Aegæo deprendit in æquore navim
 Ausser, & ingenti lætata flamine solvit:
 665 Oraque nostra, tuum frustra clamantia nomen,
 Implèrunt fluctus. non hæc tibi nuntiat auctor

Ambi-

Voliter ille maritus.

Ita quæque vacant anima, Spirensis, *animi*. ut secundum eum hoc verbum regat. codex S. Marci, *animi*. HEINSIUS. *Voluciter* Exc. *Herculi. quæque* *vacant* Theat. fragm. & quatuor alii.

647. *Morphea qui.*] Hunc verum ut spiritum dicitur Barthius ad Stat. x. Theb. 131. quia, edita Thaumantidos pro mandatis parum Latine dicitur. sed defendi satis posse hanc vocem puto, quia vis hujus verbi frequens est in religiosis & reponis deorum, quæ profertur. ut Gronovium teste ad Livii xv. 12. & XLIII. 14. ostendimus & argum. I. libri quarti. Idem Livius lib. XXXVII. 1. *Quibus diis docemur ex libris feret ediderunt*, ut nullum, *feret*, *ex libris ediderunt*. adde Curtium lib. III. 3. *Vaiam responso, quod edebatur in vulgus*. & lib. IV. 10. *Edita in vulgus responso*: qui, quod propius huc facit, etiam edere mandata dixit x. 8. Tibullus quoque lib. I. IV. 67.

Itac mihi, quæ canterem Titio, Deus edidit ore.

Ita Cicero & alii passim loquuntur. *peragere* *pro* *est* idem, quod *dicitur*, ut mox 668. *mea* *ita est*, & ita lib. VIII. 814. *dicitur famus Cereris* *progit*. ita *justa peragere* II. 119. *mandata XII. 122.* & alibi. BURM.

648. *Languore solutus.*] *Solutum* rectius duo veteres HEINS. Nescio an *caput* rectius *solutum*, quam ipse *Deus solutus* dicatur. nam *solutus somnus*, *mare*, *mare*, & similibus passim occurrit. vid. ad Petron. cap. 79. & 109. & Just. IX. 6. *deponere*

vero caput dixit etiam lib. III. Amor. v. 21. BANNIUS.

749. *Recondidit alto.*] *Anstro* tertius Gronovii. unde Heinsius, *astro*. in Ambros. erat, *astro*, & emendatum, *astro*. *recondidit* etiam Gronov.

652. *Haemoniam.*] *Osteam* maluisse Scaligerum monuit Heinsius.

653. *Sumptuque figurâ.*] *Formaque* sub illa cum prim. Basil. Arandel. piim. Moreti & decem aliis. HEINSIUS.

654. *Exanimi.*] *Exsanguis* meliores magno numero.

656. *Madidisque gravis.*] *Madidisque viri* Florent. S. Marci, Neapol. & tert. Bonon. IDEM. *Fleat* duodecim.

658. *Hæc ait.*] *Malim*, *Hæcne*, *ait*, *agnoscis Ceyce?* sic libro VI. 273.

Hæc quantum hæc Niobe, Niobe distabat ab illa! Paulo ante *pro*, *profuso fletu* prim. Isfurt. Thuan. Bernegger. Cantabrig. & quatuor alii, *refuso*. HEINS. Qui etiam conjecerat, *dic*, *ait*, *agnoscis*.

658. *Agnoscis Ceyceque miserima conjux?*] *Labi* veteres, *Ceyce* sine *que*. placet. CRO.

660. *Inveniesque tuo pro conjuge.*] Arandel. *toto* *pro corpore*. forte, *invenies toto pro corpore corporis umbram*. vid. ad lib. VI. 142. Heinsius malebat, *noto pro corpore*. BURM.

662. *Falso tibi me promittere noli.*] *Falso* prim. Gronov. *Lege*, *falsæ*. mox *navim* pro *navem* meliores. HEINS.

663. *Deprendit.*] *Depressit* Medic. vid. ad Phœdr. v. Fab. 4.

797

Ambiguus: non ista vagis rumoribus audis.
 Ipse ego fata tibi praefens mea naufragus edo.
 Surge, age: da lacrimas; lugubriaque induc: nec me
 670 Indeploratum sub inania Tartara mitte.
 Adjicit his vocem Morpheus; quam conjugis illa
 Crederet esse sui. fletus quoque fundere veros
 Visus erat: gestumque manus Ceyceis habebant.
 [Ingemit Halcyone lacrimans, moratque lacertos
 675 Per somnum: corpusque petens amplectitur auras;
 Exclamatque, Mane, quo te rapis? ibimus unâ.]
 Voce sui, specique viri, turbata soporem
 Excutit: & primo si sit circumpicit illic,
 Qui modo visus erat. nam moti voce ministri
 680 Intulerant lumen. postquam non invenit usquam;
 Percutit ora manu: laniatque à pectore vestes:
 Pectoraque ipsa ferit. nec crinem solvere curat;
 Scindit: & altrici, quae luctus causa, roganti,
 Nulla est Halcyone, nulla est, ait: occidit unâ
 685 Cum Ceyce suo. solantia tollite verba.
 Naufragus interiit. vidi, agnovique; manusque
 Ad discedentem, cupiens retinere, tetendi.
 Umbra fuit: sed & umbra tamen manifesta, virique

Vera

667. *Vagis rumoribus.*] *Malis Medic. vagis erroribus* Volian.

672. *Fundere.*] *Mittere* Basil.

673. *Gestumque manus.*] *Plantas, fectrumque manus Ceyceis habebat.* NAVGER. *Frustra cum Plauda quidam codices, fectrumque.* dixi lib. vi. 38. HEINS. *Halcyon Oxon & tres alii.*

674. *Ingemuit Halcyone, lacrimas movet.*] Fortasse legendum sit:

Ingemuit Halcyone lacrymans; movet atque lacertos. NAVGERUS. *Lacrymans* cum prim. Erfurt. altero Hamburg. & aliis nonnullis. Recte itaque Gronovius:

Ingemuit Aegyptus lacrymans, motatque lacertos. Sed ut dicam quod res est, habeo persuasum, cum sequentibus duobus hunc verum ab altera manu hic mentum esse. Atque suspicionem, quod paulo post lex scripti agnoscat, *Vocis sui fectum me viri,* non, *est sui,* quomodo omnino legendum, si litteras veritas collatur. HEINS.

678. *Et primo: si sit circumpicit illic, Qui modo visus erat, nam moti voce ministri Intulerant lumen.*] Hic quoque videtur alludi ad historiam Causi Parmensis; qui M. Antonii partes sequutus, et clamavit ad se venire hominem ingentis magnitudinis, colons nigri, squalidum barba & ca-

pillo demisso, interrogatumque quisnam esset, respondisse circodionem, perterritus tam terrore & nomine horrendo, servos inclamavit, scilicetque est, si quem talis habitus, aut intantum cubiculum, aut excurrentem viderent, quibus immanibus neminem illic accessisse, iterum cuncti se dedit, & eadem animo ejus observata est species; fugato ergo somno, lumen introfremi jussit, puerosque à se discedere vetuit. Haec ex Valero lib. i. cap. vii. §. 7. JACOB. A. CRUCE.

678. *Illic.*] *Ille* Medic. Ox. & plurimi alii. *Ille* tres. si illic retineas seq. versu legendum, *Quo modo visus erat, quo erat in pr. Medic.*

681. *Intulerant.*] *Intulerant* Florent. S. Marci. vid. supr. lib. x. 473.

681. *Percutit ora manu.*] *Percutit* unus mss. de quo alibi. *noxi crimen pro error nonnullis.* HEINS. Vid. ad lib. iv. 138.

683. *Scindit.*] In quinque codicibus est, *scindit* de quo vide ad lib. ii. 339. *scindit* unus, unde Heinus *caedit* faciebat. *scindit* unus. *erant* aliam Furcan. & Sarav.

685. *Solantia tollite verba.*] Haec mihi non satis fortiter exprime videtur affectum & impotentiam dolentis lugentisque Alcyones, verborum pathetica erunt si legas, *solantia tollite verba.*

Scaevola

Vera mei. non ille quidem, si quaeris, habebat
 690 Adfectos vultus: nec, quo prius ore, nitebat.
 Pallentem, nudumque, & adhuc humente capillo
 Infelix vidi. fletit hoc miserabilis ipso
 Ecce loco: & quaerit, vestigia si qua supersint.
 Hoc erat, hoc animo quod divinante timebam;
 695 Et ne, me fugiens, ventos sequerere rogabam?
 At certe vellem, quoniam periturus abibas,
 Me quoque duxisses. tecum fuit utile, tecum
 Ire mihi. neque enim de vitae tempore quidquam
 Non simul egissem: nec mors discreta fuisse.
 700 Nunc absens pereo, jactor nunc fluctibus absens:
 Et, sine me, me pontus habet. crudelior ipso
 Sit mihi mens pelago: si vitam ducere nitar
 Longius; & tanto pugnem superesse dolori.
 Sed neque pugnabo: nec te, miserande, relinquam:
 705 Et tibi nunc saltem veniam comes. inque sepulcro,
 Si non urna, tamen junget nos litera: si non
 Ossibus ossa meis, at nomen nomine tangam.
 Plura dolor prohibet; verboque intervenit omni
 Plangor: & attonito gemitus è corde trahuntur.
 710 Mane erat: egreditur tectis ad litus: & illum

Mocsta

SCHOPPER. apud Tan. Fabr. lib. ii. Ep. 71. Sed in passim Noller *precantia, narrantia, indignantia, juvenis verba,* & similia.

666. *Naufragus interiit, vidi, agnovique, manusque ad discedentem.*] Latinitas postulat, ut post *agnovique* distinguatur, & *Manusque* conjungamus cum, & *discedentem* cupiens retinere. GLAREAN.

668. *Umbra fuit.*] *Engit* prim. Erfurt. Bernegger. prim. Vatican. fragmen. Theat. & viginti alii. recte HEINSIUS. Fab. ii. Ep. 69. ut conjecturam reddat, *umbra fuit*, quod editiones innumerae & scripti plurimi exhibent. est tamen, ut puto, rectius, quod sequentia ostendunt: concedentis enim est, *umbra fuit*; respondentis vero, licet umbra, fuit tamen *manifesta & vera, ruit* Pat. BERN.

690. *Adfectos vultus.*] *Puto, cultus.* ne bis idem dica. atque ita haec respondebunt sequentibus, *Pallentem nudumque.* HEINS.

693. *Et quaerit, vestigia si qua supersint.*] Haec sunt poetae verba de Halcyone, mira me Hercle phantasia, quasi quae vestigia adhuc monstrare velit, statimque non inventis exclamat, *Hoc erat,* per apostropham plenam querelarum. GLAREAN.

696. *Periturus abibas.*] Heimf. ad Rem. 793. Tom. II.

citat, *fugitans abibas,* memoriae credo vicio. *meritum* nulli.

697. *Eni, ab fuit utile tecum.*] *Fuit è decem scripti, multum fuit* Florent. S. Marci & duo alii. quoniam Bernegger. at Neapol. prim. Medic. prim. Hamburg. & praeterea sex, probe,

— *tecum fuit utile, tecum.* HEINS.

700. *Nunc absens perii: jactor quos fluctibus absens.*] *Pere* Urbin. Thuan. prim. Gronov. prim. Moret. uterque Erfurt. alique complures. *jactor nunc* quoque recte unus meus. Idem.

701. *Et sine me te pontus habet.*] Redde Nasoni suum acumen & scribe, *sine me te pontus habet.* quomodo in Barberiniano postea inveni & in uno Mediceo à manu prima. nihil verius superiora confirmant. nisi mavis:

Nec sine me te pontus habet. Sed alterum praestat. Ludunt frequenter scriptores in his argutis. vide Epigramma ciii. Antonii, cuius initium:

Vado: sed sine me, quia te sine. Idem.

702. *Si vitam ducere nitar Longius.*] In meo legitur, *Quaeram,* non *Nitar.* Cior. Ita inf. 754. *descendere ad ipsum Ordine perpetuo quaeris.*

707. *Nomen.*] *Nomine nomina tangam* Juvian. & unus Heinii.

liiii

799. Ge

Moesta locum repetit, de quo spectarat euntem.
 Dumque, Moratus ibi; dumque, Hic retinacula solvit,
 Hoc mihi discedens dedit oscula litore, dicit,
 [Dumque notata oculis reminiscitur acta, fretumque]
 715 Prospicit; in liquidâ, spatio distante, tuetur
 Neseio quid, quasi corpus, aquâ; primoque, quid illud
 Esset, erat dubium, postquam paulo adpulit unda;
 Et, quamvis aberat, corpus tamen esse liquebat;
 Qui foret, ignorans, quia naufragus, omine mota est,
 720 Et, tamquam ignoto lacrimam daret, Heu miser, inquit,
 Quisquis es, & si qua est conjux tibi! fluctibus actum
 Fit propius corpus, quod quo magis illa tuetur,
 Hoc minus & minus est amens sua, jamque propinqua
 Admotum terrae, jam quod cognoscere posset,
 725 Cernit: erat conjux. Ille est, exclamat: & unâ
 Ora, comas, vestem laecriat: tendensque trementes
 Ad Ceyxa manus, Sic, ô carissime conjux,
 Sic ad me, miserande, redis? ait, adjacet undis

Facta manu moles: quae primas aequoris iras
 730 Frangit; & incurfus quae praedelastrat aquarum.
 Insilit haec: mirumque fuit potuisse; volabat:
 Percutensque levem modo natis aëra pennis,
 Stringebat fummas ales miserabilis undas.
 Dumque volat; moesto funilem, plenumque querelae
 735 Ora dedere sonum, tenui crepitantia rostro.
 [Ut verò tetigit mutum & sine sanguine corpus;
 Dilectos artus amplexa recentibus alis,
 Frigida nequiequam duro dedit oscula rostro.]
 740 Tollere sit visus, populus dubitabat: at ille
 Senferat. & tandem, Superis miserantibus, ambo
 Alite mutantur. satis obnoxius idem
 Tunc quoque mansit amor, nec conjugale solutum
 Foedus in alitibus. coeunt, fiuntque parentes:
 745 Perque dies placidos, hiberno tempore, septem
 Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.

Tum

Facta

700. *Gemitu à corde.*] E corde Bernegger. alii nonnulli, de corde. HEINS.
 710. *Mox erat, egreditur restis ad litus.*] De quo litore loquitur incertum. neque enim Trachin propè mare erat. sed nunc desinam, toties hoc conatu illius, de his quaerere in fibulis. CLANKAS. *Egreditur thalamis* Junian. & Thuan.
 712. *Dumque moratus ibi.* Pato, *Dumque, Moratus ibi est.* ut Halcyones sint verba. mox dicit pro dicit. meliores. HEINS.
 714. *Dumque notata oculis reminiscitur acta fretumque.*] Quae tam vera levis S. Marci & duo alii. *Dumque notata oculis prim.* Basil. *Dumque notata litus sic.* Palae. Verus est adjectivus. proximo optinet legendum, *Prospicit. et liquidâ.* IDEM. Forte, *Prospicit notata oculis reminiscitur acta fretumque.* *Prospicit* vid. in. xv. 66.
 715. *Prospicitur quidam appulit undam.*] Unda ex soluta, paulo etiam multi veteres. bene. HEINS.
 716. *Quis foret.* Quis vel Qui meliores. & mox, *Incipiamus pro incipiamus.* IDEM.
 722. *Hic minus & minus est mentis, iam jamque propinqua.*] S. Marci, Neapol. Uolm. prim. & sic. Palae. prim. Vatican. a. nique complures, *mentis sua, iamque propinqua.* septem cum Spicent. *mentis sua.* unus Medic. *menti sua.* Oxon. *iam ment sua.* Scribe minima mutatione:
Hic minus & minus est amens sua.

tem meminerevent amertiam, tandemque demeritiam. Apulej. lib. viii. *Quasi Deum proe cula sciam homines non sui haud fieri meliores, sed delicta sua vel aegroti.* sic illa scribenda sunt, ut *populum et haud erat omisum.* nisi *Quisquis* non sit meliores. *Incipiamus* quod probat. Amertiam hoc primo. *Incipiamus* si *mentis* est. *amertiam* si *mentis* dicitur dicitur esse *mentis*. Apulej. lib. ii. Met. *Aliae* *Diophanes de Chalcidæ*, *egregius mente videtur, necdum suas loquar, incipit, nostri tam dicitur peregrinationem incipiam.* ut in veteri codice, *nec adhaec sunt.* apud Pomp. Melam de Nile. *Cum diei singulis suisque descendit.* HEINS. *Notis suis* Leid. vel *sui* mentis alius.
 726. *Vestem laecriat.* Vestes tres. *laecriat* totidem laniam Leid. & duo alii.
 729. *Primas aequoris undas* *Frangit.*] Jam dixerat, *adjacet undis.* optime igitur praedelastratum Thuanæae bibliothecae liner, quat Medic. prim. Bonon. prim. Moret. *irras, ne bis eadem vocentur.* Pari modo Valerius Flaccus lib. vii. v. 383.
 ————— *aequora non sit*
In scopulis irata ruunt, eademque rotantur
Frensis retro.
 Sic scribe, non *Falla*. Silius libro iii. 33.
Mox remeas gurgis fractaque rotantur ossa.
 Ubi tractatione perperam nunc legitur. *ira maris* eodem Valerio libro i. 37.
Ira maris, vestisque placens discrimina postis

Vellus libro ii. Eleg. iv. 10.
Sare vel insanis canes obnoxia ventis,
Naufrago quam vasti tenderet ira maris.
 Sic codex Thuanæus. nihil usitatus Nasoni nostro. Ep. Londri: *si cadat ira maris.* ubi male in multis, *unda*, libro xii. vs. 36.
 ————— *pariter maris ira recessit.* HEINS.
 Vid. ad Ep. xviii. 2.
 730. *Prædelastrat.*] Variant scripti: *prædelas* *quae lastrat*, vel, *quae praedam traxit.* pr. Gronov. quod ulionum etiam Argent. agnoscit. *prædequillat* unus. *prædequillat* alius. *crudo lasar* unus Heinii.
 731. *Insilit haec.*] Haec nonnulli. duo Leidenses, *haec*, Puto, *haec*. vide Notas lib. viii. veri. 143. HANSTIUS.
 736. *Ut vero tetigit.*] Hos quoque tres versus non esse Nasonianos censeo. medius certe,
Dilectos artus amplexa recentibus alis,
 Omnino otiosus est. nam quid opus *recentibus alis*, cum paulo ante *modo natis pennis* dixerit? Certe in uno Gronoviano hic ipse, ut & tertius, margini em adscriptus. IDEM. Non facile hos quoque emmare, aut otiosos credere, qui novi luxuriam Poetae nostri, qui sui toties indulget in variandis narrationibus, & saepe ultra modum extendendis: aliud tamen est *alio amplexi* corpus, aliud *percutere* aëra. si quem, et recentibus offendat. ille poterit cum uno Mediceo legere, *tremantibus*. *prædelas*, si ejiciantur hi versus, non video quo sententia illa, *senferit hoc Ceyx*, referri possint: nam ad forum haec pertinere non puto, sed ad oscula. BURMANN.
 741. *Ambo Alite mutantur.*] Hanc fabulam à Nicandro Ovidium accepisse ait Probus in primo Georgicorum. CONST. FABENS.
 743. *Conjugale solutum.*] Emenda, *conjugiale*; ut verus est rectus. IDEM. *Conjugiale* ex scriptis dixi lib. v. initio. HEINS.
 745. *Perque dies placidos, hiberno tempore, septem Incubat Halcyone pendentibus aequore nidis.*] De hoc sic Varro primo Hebdomadon, ut est apud Nonium: *Dies deinde illos, quibus Halcyones hieme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.* Sic etiam Simonides, ut refert Aristoteles lib. v. de Historia Animalium, quod ad hunc locum misce facit: Cujus haec sunt: *Ἡδὲ ἄλλων τῶν πηδύων τῶν χειμερινῶν. διὰ καὶ ἀπολαύων ὕπνου ἐδραίνετο μὲν ἕως κατέκρουσεν ἐπιχθόνιον ἑρπύλλιον πικρίας ἀλαλούσε.* Id est, *Gaza* interprete: *Halcyon autem circa brumam parere solita est, quamobrem, quies bruma serena existit, dies Halcyoni appellatur, solem ante brumam, et septem à bruma, ut Simonides quoque suo carmine tradidit, ut cum mensam hibernam Jupiter bis septem molitur dies teporis, clementiam hanc temporis, nutritem sacram variis et pietas Halcyonis mortales dicere.* Probus ita scribit in primo Georg. *Varia est opinio harum volucrum originis. Itaque in altera sequitur*

Tum via tuta maris: ventos custodit, & arcet
Acolus egressu: praeferatque nepotibus aequor.

FAB. XI. ARGUMENTUM.

Aeacus in volucrum mergum.

Aeacus natus Priami, ex * Alyxothoe, * Cebreni amnis filia, sub * monte Ida factus
edibus, urbemque adparatam * cultumque cum sylvis & labori postposuisset, insula
confectum * Hesperes Nymphae: * cuius ceptus quibritudine, dum fugientem persequitur,
caussa * interceptis exiit. Conspicua enim timore per ignorantiam serpente calce pre-
stet, cuius motu * stricte concidit. Ejus desiderio Aeacus, ne diutius dolorem so-
laret, & monte in subiectum pelagus se precipitavit: * qui, priusquam mergorum,
in aequor cecidit. * Haec aequora amat, nomenque mergi tener, quia amne mergi-
tur illo.

750 HOS aliquis senior circum freta lata volantes
Hospectat: & ad finem servatos laudat amores.

Pro.

Ovidius Nicandrum, in altera Theodorum: putatur
anno Cyos, Luciferi filius, cum Halcyone, Acolis filia,
mutatis in has volucres. Idem refert Halcyonem Sey-
conis filiam, Laurenti Arcti Polyphemus filii, cum pa-
ter ei praesert, ut quaerere maritum, arbitrata
permisionem suam, ut concouderet cum quibus vellet,
de tractu patris decessit in mare, mutata in haec
avem. lectura autem illatas Thucidi dicit has aves,
quod per septem dies, quibus excluduntur facti, in
mari transvolantibus est, ut tuta sit navigatio. Vide
praeterea Aelianum lib. 1. de Historia Animalium
cap. xxxviii. Et Hyginum cap. lxxv. CIOCIASSUS.
Notaverit Ger. Volubus, male à Clotiano Scyronem
Larionem Atticum dicit, cum fuerit Megrensis,
quem Theleus Athenienium rex superavit & occi-
dit. de Halcyonibus etiam Plinium lib. x. cap. 12.
& 33. & Servium ad lib. 1. Georg. 300. agere ad-
ferentem. vid. & Antigon. Hist. Mirab. cap. 36.
Vetus ad Simonid. fragm. pag. 339.

756. Tum via tuta maris: * Acolus est malim. et
S. Marci, cum duobus aliis:

Tum via tuta maris. HEINS.
* Alyxothoe.] MS. Alyxoth. Unde Alexithoe fa-
cit nob. Heinius. Aut ejus animadvertiones in
hujus libri 51. 763. Alter Apollodorus lib. 111.
cap. 11. Pelaeus cognomen Priami regem 11-
mum. et primam conjugem Meropis filiam, nomine
Arctiam, filia concouderit, ex qua Aeacus filium
creavit: cui Aeacides Cebreni filia nupsit, quam cum
interitum non habere desierit, cum mergum aequor im-
pulsit est. Conspicua ergo Servius ad Aen. 22.

vers. 262. Dicitur est Arctia à Meropi vel Meroni
filia, quam prius Paris in conjugio habuit. Ac
scribendum Priamus? Cent corrupte ad Aen. 11.
vl. 254. Iphes editum pro Aeacus. Verum pte-
rem locum Servii sanum esse dicitur ex Stephano
in d'isid. Etenim, inquit, εἰσα ἢ δειξὶ πρὸς
Αἰεθίδος τῆς Μάκρας θυγατρὸς. Εἰσα δὲ Μερ-
πος αὐτῶν γυναικῶν, καὶ πρῶτον Αἰεθίδα τὴν
Πυρραίου θυγατέρα. Ἡ δὲ εἰσα δὲ καὶ Μαρία Ἀρ-
κίου καλεῖται. Verit interpret: Ηερσίου ἢ Ζαυα
Arctien vocat. Perperam. Μαρία εἰς Ἡρακλῆ ἰσοποι.
MUSCER. Et Alexithoe Cebreni a. filia Pam. Lugd.
& Alyxothoe Cebreni filia Micvll. & Alyxothoe
C. a. filia Raener. & Alyxothoe filia Job Colon.

* Cebreni amnis.] Ita & Veneta. Cebrenis
Micvll. Scribe, Cebrenis ex Apollodoro, in cap
Κεβρένης. Contrario vito incedas est Sert. Ruis
Brev. cap. 28. Ut hostis sollicitudinem demeret. Leg.
hujus. Etiam Negos, ut videtur in Hamid. cap. 6.
In propinquis arctis montibus maratus est. An non
propinquas arctis? Sed retrahit nos Salust. Jug. cap.
48. Praeter fluminis propinqua lita. MUSCER.

* Monte Ida.] M. Idas Colon.
* Cultumque.] Ita recte MS. cum Micvll. Mi-
le Veneta & Raener. cultumque. MEXCER.
Conspicuaque Pam. Lugd.
* Hesperes.] Ferris Pam. Lugd. Micvll.
* Cuius ceptus.] Qui tunc ceptus est. & h
caussa eius interceptis exiit. Colon.
* Interceptis.] interceptis Pam. Lugd. Mi-
cyl. Raener.

Proximus, aut idem, si fors tulit, Hic quoque, dixit,
Quem mare carpentem, subtrictaque crura gerentem,
Adspicis, (ostendens spatiosum guttura mergum)
Regia progenies, & si descendere ad ipsum
755 Ordine perpetuo quaeris, sunt hujus origo
Ius, & Asfaracus, raptusque Jovi Ganymedes,
Laomedonque senex, Priamusque novissima Trojae
Tempora fortius. frater fuit Hectoris ille:
Qui, nisi sensisset prima nova fata juventâ,
760 Forsitan inferius non Hectore nomen haberet:
Quamvis est illum proles enixa Dymantis.
Aeacem umbrosâ furtim peperisse sub Ida
Fertur Alexirhoe, Granico nata bicorni.
Oderat hic urbes: nitidâque remotus ab aulâ
765 Secretos montes, & inambitiosa colebat
Rura: nec liacos coetus, nisi rarus, adibat.

Non

* Stricte.] Deest Lugd. Micvll.
* Qui priusquam.] Sed priusquam Colon.
* Haec aequora &c.] Ita cum Raener. etiam
Micvll. ac Veneta. Sed non agnoscit illa MS. Pa-
tie: alioqui corrigendum quisque videtur, Haec
aquit amat, nomenque mergi tener, quia mergitur
illo. Vetus ultimus hujus libri undecimi Metam.
th: Aequor amat, nomenque manet, quia mergitur
illo. Vetus, ut nob. Heinf. editio exhibet, quia mer-
gum, illi. MUSCER. Ita & Pam. & Lugd. sed
Colon. cessi, quae aequor amat, nomenque tener,
quia mergitur illo.

750. Circo freta lata.] Eleganter S. Marci co-
det, justum freta lata volantes, quod respondet se-
quentibus, servatos laudat amores. volare freta di-
ctum, ut currere, ire maria & similia. vagantes Pa-
le. ten. BORN.

751. Proximus aut idem si fors tulit.] Raphael
exponit aliquis proximus, aut forte idem senior,
sed omnino illud, si fors tulit, lectorem remora-
tur, quod positum pro fortassis existimat Erasmus
Beroed. nec est dubium quin illud Homeri ex-
primere voluerit, quod toties in Illade est atque
in Odyssea, ὡς δὲ τις εἰσαρχῶν. CLAREM. Sic fors
Idas Argem. ut lib. 1. 297.

752. Subtrictaque.] Subtrictaque Polit. & Am-
brof. subtrictaque Barber. Med. Arg. & Thyll.
constrataque Exc. Lang. subnixa Leidens. vid. lib.
11. 216.

753. Spatiosum in guttura mergum.] in gutturo
vel gutture plerique veteres. spatiosum quatuorprim.
Medic. prior Twiss. & unus Moreti. Lege, spa-
tiosum guttura. ut sit Graecismus. HEINS.

755. Sunt hujus origo Ius, & Asfaracus.] In

meo aperte legitur. Fuit hujus origo, &c. CIOCI.
Ejus Mazar.

759. Qui nisi sensisset.] Cui nisi cessisset S. Marci.
Fonte,

Cui nisi cessisset primâ nova fata juventâ.
Hoc est, oblitissent. sic male, bene, niliter ce-
deret. HEINS. Qui nisi sensisset unus Heinf. praef-
cessit Medic.

761. Proles Dymantis.] Hecuba, cum Dymar-
tis filiam fuisse scribit Homerus. Euripides verò
Cissei Thracum regis. REGIUS. Homerus Illad.
II. 715.

Ταύτ' ἄρα εἰ Φρονέοντι παρῆσαν Θούβης καλλίων,
Ἀνὴρ ἀσάμενος αἰχμῶν τε κρατερῶν τε
Ἀσίου, δὲ μέγας ἦν Ἐπεως ἱεροδόμου,
Ἀντοκαρινῆτος ἠκάβης, ἰδὸς τὸν Διματίος,
Ὅς Φρονέοντι αἰσῆσε φῶς ἐπὶ Σαργάρια.

De Cisseo autem meminit Euripides in Hecuba
his verbis in initio:

Ἦεν, νεκρῶν νεκρῶν καὶ οὐκ ὄντων πόδας
Λιπῶν, ἢ φῶς γρηῖς ὀκειαι ἡδῶν,
Πολύδορον, Ἐκάβης παῖς γρηῖς τῆς Κισσῆος
Πηρῆμοντε πατρός, &c. MICVLL.

762. Umbrosa.] Conjecerat oim Heinf. un-
dosa: fontibus enim Idam fuisse celeberrimam notum est.
vid. lib. 11. 219. x. 71. & alibi. sed & umbrosa de-
fendi posset ex lib. 312. 324. ubi tamen pro sine
fontibus Idas, alii codices fontibus habent. Juvet
& alia arbore altissimas in Ida natas passim No-
ster & alii memorant. vid. Epist. xvi. 108. Stat.
111. Silv. 14. 17. Ceteri etiam meminit Noster 1.
Am. xiv. 12. BORN.

763. Alexirhoe.] Alexirhoe Planudes. NAUGER.
lilii 3 Emen.

Non agreste tamen, nec inexpugnabile Amori
 Pectus habens, silvas captatam saepe per omnes
 Adspicit Hesperien patriâ Cebrenida ripâ,
 770 Iniectos humeris siccantem sole capillos.
 Visa fugit Nymphae: veluti perterrita fulvum
 Cervâ lupum, longéque lacu deprensa relicto
 Accipitrem fluvialis anas. quam Troius heros
 Insequitur: celeremque metu celer urguet amore.
 775 Ecce latens herbâ coluber fugientis adunco
 Dente pedem strinxit: virusque in corpore liquit.
 Cum vitâ suppressâ fuga est. amplectitur amens
 Exanimem: clamatque, Piget, piget esse secutum:
 Sed non hoc timui: nec erat mihi vincere tanti.
 780 Perdidimus miseram nos te duo. vulnus ab angue,

A me

Emendo, *Alisiboe*, id est, velociter fugiens, ut sit
 conveniens nymphæ nomen, & à canendi celesti-
 tate deductum. *Alisiboe* enim fugio, *Alis* velocem si-
 gnificat. Coss. PANENSI. Libri veteres, *Alisiboe*.
 Quâdam, *Alisiboe*. Mihi planè ignotum est, quo
 modo sit legendum. Ceterum Fanensis mutat
Alisiboe in *Alisiboe*, quod puto fâctum esse.
 CIOVASUS. *Alisiboe* vetustiores, vel *Alisiboe*.
 Scribe, *Alisiboe*, cujus nominis nympha quo-
 que à Baccho amata occurrit apud Plutarchum
Dei torquæ in Pachtolo, alia item in Sagari.
 possit etiam reponi, *Alisiboe*, vel *Alisiboe*.
 HEINSIUS.

763. *Gravili conata bicorni.*] Raphaël *bicornis* ait
 esse instrumentum rusticum. quod si verum est,
 ego planè injus hoc sensum non percipio. nisi
 eorum nomenclaturæ, si nemo nuncius adit,
 ad aliquâ fulcrâ. CLAREAN. Pro *gravili conata*
bicorni, quod est nihil, rest. Mod. *gravili*. unus
 meus, *gravili* duo alii, *gravili*. Scribe, *Gravili*.
conata bicorni nam in nonnullis codicibus, *gra-*
vilis nata. Granicum flavium esse Phrygiæ quis
 nescit? quis ignorat fluvios *bicornes* dici? Appo-
 sine Q. Smyrnaeus libro III. *Hyperboreus* de
 Atymnio, quem ab Ulysse occisum narrat:

— ἢ πῆρ' ἑσπε-
 ροῦ, ἢ ἄλλοις ἑσπερῶν ἑσπερῶν ἡ γαίης,
 ἔρποντο περὶ τὴν πῆρ'.

Sic & Hebidus Granicum inter præcipua orbis
 flumina numerat in Theogonia. HEINSIUS. De
 Granico meta est conjectura, & na jam emen-
 daretur Plectus Valer. lib. 111. Hierog. cap. 9.
 sed & postea meliori jure aliquis suscipiat *Gravili*
 vel *Sagari* fluvium sic latere, qui dicitur à Sago-
 ri, Myndanis & Alexandris fluv. & qui potius si-
 lam habuisse ex sua matris nomine Alexandroen
 dicitur. vid. Plutarch. de Flum. in Sagari illo vero

bicornis, forte quia duobus ostiis in mare exire
 certe Strab. lib. XII. p. 543. & 563. *bicornis* in
 memorat. & nomen hoc *Alexandros* familie Ca-
 locis ostendit altera Bacchi amica; unde nam Ca-
 manor, teste eodem Plutarcho in Partolo. unde
 ratio dari posset, quare in nummo Antonini, apud
 Tianosculi, cui CAPAIC insculptum est, Bacchus
 stet inter duos flavios, apud Morell. Specim. p.
 175. in quod inquirant similitudinem heros *bicornis*.
Sagari Noster vocat lib. IV. ex Pont. x. 47. & *to-*
gariidem nympham IV. Fast. 229. ut Morellus no-
 tat. legerem ergo:

Alexandros Sagari cognata bicorni.
 Nam *cognata* in olim vulgari esse testatur Por-
 rius. & legitur in Arondei. & uno Heinii. Ber-
 maxus.

769. *Aspicit Hesperien.*] *Epirion* in omnia,
 quin & Plaudes, Hætes, Nægorius. Ceteris
 fluvii ignobilis sitam. unde etiam in Hieronymo
 scribitur *Cebrenia* urbs & regia Troadis sue cognomina-
 ta. REGIUS. Apud Strabonem libro decimo-
 tertio, *Κεβρῆνα*, & *Κεβρῆνα* per v, scribitur, et
 demque à Cebryone, Priami filio, dictam; quæ
 & Homerus meminit, dicens Iliad. II. 748.

Κεβρῆνα ἴδιον ἄγρον ἔχει Πηλεΐδης.
 Apud Stephanum autem ita legitur: *Κεβρῆνα* Νέ-
 εα τῆς Τροάδος, ἄνω Κεβρῆνα ἐστὶ Πηλεΐδης. ἄ-
 ἄνω δὲ Κεβρῆνα καὶ τῆς μέσης Τροάδος. Ἐπιπέδον
 δὲ ἄνω Κεβρῆνας μετὰ τῆς. In hac regione & Is-
 pulchrum Paris & Oenones filio Suroo rebus,
 de quo supra annotavimus. MICHAEL. *Επιπέδον*
 Ruffi. Ceterum *Cebrenia* per secundam vocem
 legendum est, non *Cebrenia*. Multa de *Cebrenia*
 Strabo lib. XII. dicitur. CLAREAN. *Gravili* planè
 veteres, alii, *Epirion*, *Epirion*, *Epirion*, *Epirion*,
Hesperion, *Hesperion*, *Hesperion*. *Αἰγῶν* *Βασιλῆος*
 reit. S. March. HEINSIUS.

A me causâ data est. ego sim scelerator illo,
 Ni tibi morte meâ mortis solatia mittam.
 Dixit; & è scopulo, quem rauca subederat unda,
 Se dedit in pontum. Terhys miserata cadentem
 785 Molliter excepit; nantemque per aquora pennis
 Texit: & optatae non est data copia mortis.
 Indignatur amans invitum vivere cogi,
 Obstarique animæ, miserâ de fede volenti
 Exire. utque novas humeris adfumerat alas,
 790 Subvolat: atque iterum corpus super aquora mittit.
 Pluma levat casus. furit Aefacos; inque profundum
 Pronus abit, letique viam sine fine retentat.

Fecit

770. *injetos.*] *Injecos* duo; *ingestus* unus; *in-*
jectus alius. in sole Cantabr.

772. *Carva lupum.*] *Aena* Vossian. & Sixii &
 duo Heinsii. & unus Leidens. vid. lib. I. Met. 505.
 u. Fall. 87. & passim alibi. de cervis tamen & lu-
 pis Horat. IV. Od. IV. 50. Silius XIII. 130. Stat. v.
 16. Liv. x. 27. in Glossario Steph. *lupus cervalis*,
 DE HEINSIUS.

776. *strinxit et liquit.*] *Stringit* multi, & *lin-*
quit. HEINSIUS. Sed ego vulgatam praetelli, ut
 776. *strinxit et liquit.*] *Stringit* multi, & *lin-*
quit. HEINSIUS. Sed ego vulgatam praetelli, ut
 776. *strinxit et liquit.*] *Stringit* multi, & *lin-*
quit. HEINSIUS. Sed ego vulgatam praetelli, ut

777. *suppressa.*] *Suppressa* duo Med.
 778. *Piget, piget esse secutum.*] Ita in uno meo
 & uno Vatic. In altero meo antiquiore alioque
 Vatican. Joannis, & Caeleth. *Piget me te esse se-*
cutum. Prior lectio magis placet, ut sit *pigetis*.
 CIOVASUS.

781. *Ego sim scelerator illo.*] Si sim legimus,
 hemistichum hoc sequenti versui applicabimus,
 & ita legimus, ut aequi codices habent: *Ni tibi*
suave tua mortis solatia mittam. si autem *sum*
 (ut in aliis codicibus scribitur & placet magis) à
 hoc hemistichii sensus concludetur, & in sequen-
 ti carmine qui, non ni flatuemus. CONSTANTINUS
 FORESIUS. *Ni tibi* prim. Basil. pro diversa lectio-
 ne. Scribe,

— ego sim scelerator illo,
 Ni tibi morte mea mortis solatia mittam.

785. *crudelis ipse*
 Si mihi mens pelago, si vitam ducere nitâr
 longius. HEINSIUS.

790. *Subvolat.*] *Evolat* Cantabr. vid. ad 11.
 Ant. 19.

791. *Furit Aefacos.*] *Aefacos* Neapol. & sen
 praeterea. at prim. Pal. prim. Medic. & duo alii,
Aefacos. HEINSIUS.

794. *Caput est à corpore longo.*] *A passura* alter
 Hamburg. & quatuor alii. *longo* sec. Pâint. *longus*
 Thyfii. Puto,

— caput est à corpore longo,
 Ut lib. II. Colla toris exstant. IUGUR.

795. *Subvolat.*] *Evolat* Cantabr. vid. ad 11.
 Ant. 19.

796. *Subvolat.*] *Evolat* Cantabr. vid. ad 11.
 Ant. 19.

In fluvios partim gelidos ardentia morbo
 Membra dabat.

Virgilius libro Georg. IV. 528.
 Haec Proteus, et se jactis dedit aequor in altum;
 Quaque dedit, spumantem undam sub pectore
 torjis.

Idem Aeneidos XI. 564.
 At Metabus magna propius jam urgente caterva
 Dat sese fluvio.

Val. Flacc. lib. VII. 18.
 Felices mediis qui se dare fluctibus aequi.

tres alii, *Dejicit*. HEINSIUS.

786. *Texit.*] *Texit* alter Strozae. Heinf. male-
 bat, *vestit*.

786. *Et optatae.*] Scribo, *ut optatae non est da-*
ta copia mortis, *Indignatur amans*, *mortis* etiam
 Florent. S. Marci & unus Bouon. cum Spirenli,
 superiori versu puto scribendum:

— invitus vivere cogi.
 Lib. XIII. 147.

— quia restulit Ajax
 Esse Jovis pronepos.

pro se esse pronepotem. HEINSIUS.

790. *Subvolat.*] *Evolat* Cantabr. vid. ad 11.
 Ant. 19.

791. *Furit Aefacos.*] *Aefacos* Neapol. & sen
 praeterea. at prim. Pal. prim. Medic. & duo alii,
Aefacos. HEINSIUS.

794. *Caput est à corpore longo.*] *A passura* alter
 Hamburg. & quatuor alii. *longo* sec. Pâint. *longus*
 Thyfii. Puto,


— caput est à corpore longo,
 Ut lib. II. Colla toris exstant. IUGUR.

Fecit amor maciem; longa internodia crurum,
Longa manet cervix; caput est à corpore longè.

795 Aequor amat; nomenque tenet, quia mergitur, illi.

795. *Nomenque manet.*] *Tant* Menard, Vivian. Cantab. & sex alii. recte. praecessit enim *manet*. sic *nomen tenere* lib. 1. Met. 712. x. 302. xviii. Ep. 120. & alibi. BORN.
795. *Quia mergitur illi.*] In uno meo, *atergi-*

tur illi. In libro Joannis, *mergitur* illi. Cetero. Alii *illi*. *illi* legendum cum prim. Val. prim. Vetic. prim. tert. quart. Medic. prim. Erford. 156. que plurimis. nomen manet illi, quia *mergitur*. HEINSIUS.



P. OVI.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON

LIBER DUODECIMUS.

FAB. I. & II. ARGUMENTUM.

Serpens in Lapidem. Iphigenia in cervam.

Agamemnon, Atrei & Aeropes filius, dux Achivorum, cum in Aulide Jovis sacra sacrificaret, conspexit draconem in arbore, quae impendebat arae, lapsum ad nidum colubis: cuius oculo pullis consumptis ab eodem serpente, novissime etiam circumvolante matre aquila, ipse conversus in saxum est. Quorum prodigio Calchas Thestis respondit, per novem annos in Troadem dimicaturus: decimo autem Illo positurus. Fertur autem portus Boeotiae hic esse, ubi mille nautes adversis tempestatibus steterunt. Morantibus enim Achivis, respondetur à Calcante, non ante classes posse moveri, quam Iphigeniam pater immolasset. Quae cum pro re communi ad aram esset adplicata, inter sacrificandum obductis nubibus à Diana rapta est, & pro ea supposita cervo.

Nescius

^a *Aeropes.*] Ita rectè Micyll. Malè *Eurotas* Venet. & Raener. *Aerops* MS. Vide not. ad Hyg. Myth. cap. 86. MUNCER. *Eurotas* Parm. Lugd. *Aerops* Colon.

^b *Jovis sacra.*] *Jovis* MS. Vide not. ad Myth. Hyg. cap. 86. ubi habes, *Sacra deae Veneris per octo annos non fecerat.* MUNCER. *Jovis* Colon. quod rectius, ne quis capiat, *Aulide sacra Jovis. nihil sacra* illustrabimus ad Val. Plac. III. 38.

^c *Novissime etiam.*] *Novissime circumvolante matre aquila conversus,* etc. Parm. & Lugd. nisi quod *novissima.* & *novissime etiam* Micyll. *consumptis à serpente, novissime circumvolantem matrem devorantem, deinde conversus* i. s. e. Raener. *consumptis, namque circumvolante novissime,* etc. Colon.

^d *Quorum.*] De quo prodigio Colon.

^e *Thestis filius.*] *Tilius* augur omnes edidi.

^f *In Troadem.*] Ita rectè cum MS. Venet. & Micyll. *Pespectam, in Troade* Raener. *Julian* lib. XLIII. & *in Hispaniam tunc temporis bellam gerentem.* & lib. III. cap. 1. *Bello in Graeciam insuliciter gesto.*

MUNCER. *In Troadem* Parm. Lugd. *apud Trojam* Colon.

^g *Illo positurus.*] *Illo positurus* Colon. *illa eos positurus* Micyll. *Illo eos positurus* Parm. Raener. *Illo eos p.* Lugd.

^h *Morantibus.*] Haec non habet Colon. sed ita; *draco autem ille ad perpetuam rei memoriam in saxum à diis suis commutatur.* ubi definit; & secundae fabulae argumentum ita exhibet ad vers. 24. *Iphigenia, Agamemnonis filia, cum ad aram Dianae immolanda staret, quia Deam Agamemnonis sanguine sacerdos dixerat esse placendam, nube oculis adstantium obiecta, tandem propitiata Diana, supposita cervo, puellam rapuit.*

ⁱ *Inter sacrificandum.*] *Inter sacrificandum* v. n. a. D. r. a. in *sinibus Tauricus* translata, & pro etc. Raener. in *Parmens.* Lugd. Micyll. ante vers. 24. legitur, *Iphigenia supra dicta Agamemnonis filia in cervam (vorsa addit Micyll.) & à Diana est in Tauricus suis translata.* *Parmensis etiam, in Tauricus suis.*

kkkk

I. Nescius

Nescius adsumtis Priamus pater Aesacon alis
 Vivere, lugebat: tumulo quoque nomen habenti
 Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.
 Defuit officio Paradis praesentia triffi,
 5. Postmodo qui raptâ longum cum conjugē bellum
 Attulit in patriam: conjurataeque sequuntur
 Mille rates, gentisque simul commune Pelasgae.
 Nec dilata foret vindicta; nisi aequora faevi
 Invia fecissent venti; Bocotaque tellus
 20. Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.
 Hic patrio de more Jovi cum sacra paraffent;
 Ut vetus accensis incanduit ignibus ara;

Serpere

1. *Nescius adsumtis alis.* Opinabar aliquando, ut *facilis*. Alii notas nostras libro xv. 58. 56. sed & vulgata scriptura ferri potest. sic paulo ante, vult 789.

— atque novis humeris assumpsit alas.
 Hincenas. Ita *adsumptus pater*. lib. iii. 58. 558. Vel *Patris*. l. ii. de Plauto-Philippo, *adsumtis regni imperium*. BURN.

1. *Priamus pater.* Priamus interfecit est à Pervo ad Herceam aram. Auctor Euripides in Troad. Hoc etiam significavit Ovidius ipse in lib. de 283.

Nec illi solibus praesens sit nomen, ut illi,
 Cuiuslibet herci praesens una Jovis.

Sed hunc locum lib. xiii. 409. ad illum, *Jovis ara*, tradere opportunius omnino erat. Cior. Vivianus notat in quibusdam legi, *parium pater*.

1. *Aesacon.* Ne dubitandum quidem fuerat, utrum *Aesacon*, an *Aesalon* scripsit Ovidius, cum & Graeci, & Latini *Aesacon* legant. quidam tamen hoc quoque in dubium revocant. RAGIUS.

3. *Invenis inanes.* Inani Florent. S. Marci & unus Medic. Lego, *inane*, scil. nomen. In Amobus l. viii. 64.

De vite *gypfati nomen inane pedis.*
 Att. Amat. l. 7. 20.

Nomen amicitia est, nomen inane fides.
 Ita passim scriptores Romani. HEINS. *Inferias tuas* Leidensis. verius forte *rectus*, ut alludat ad *inferias*, quae ad *inferos* dicitur, ut lib. iii. Trist. iii. *ferat munera ferre dixit.* & *tua ferre* & similia. vid. ad lib. vi. 509. quernvis Volius ad Caesul. p. 331. *potius ad inferos deducat, inanes non inu-*tem propter exempla, quae adducit ex Virgilio Eandem. erat enim ceneaplum. BURN.

4. *Dyphi.* Dyphi unus Patav.
 5. *Rapta longum.* Deram Baill. forte, *diram* Marto. Sed & *diram bellum* eleganter dicitur, ut

vi. 206. de quo nos ad Val. Flacc. vi. 525. videmus nec tamen *longum* facile mutari. vil. vi. 20. mox eodem Baill. *detulit in patriam, conato* Sixi. BURN.

6. *Conjurataeque sequuntur mille rates.* De ravis, quae Trojam petierunt, ut Helenam recuperent, magna est scriptorum diversio. Ovidius ipse, cum hic, tum alibi, mille fuisse testatur. ita Virgilius, Seneca, & alii apud Latinos. Item Euripides apud Graecos. Homerus vero clo cxxxvi. Enripidis Scholiastes clo lxx. De clo cc. Haec fere Muretus. Dares autem Phrygius, qui primus, ut creditur, bellum Trojanum, cui ipse interfuit, Graecè scripsit, ait fuisse clo. xx. Hyginus autem aliter, id est cloxxv. Cior.

581. Sthenelida versum.] Vatic. & alii veteres Cygnida. CIOFAN. In volucrem Phœlonida veteres plerique, quidam, Cygnida. in nonnullis etiam vetus lectio. Sthenelida editiones nonnullæ retulit cum Gryphiana, ut à cognato Phælonis Cyeno, Sthenelidæ filio, deducatur. is nimirum jam ante in hanc volucem mutatus, de quo Nodet, Adfuit huic monstro proles Sthenelida Cygnus. sed nihil horum factis ad rem facit: quæcumque Metastasi Capella vulgatam quoque lectionem in Nasonem videtur agnovisse lib. ix. ubi agit de Leode Cygno.

Teneros cetera cantus,
 Phœloniasque mistas
 Coepit repente, sistâ
 Fraudem parans senecta.

Statius lib. II. Silv. II. 9.

Cædât Phœlonia vulgi

Fabula, non solè celebrant sua sacra Cygni.
 Scribendum enim opinor, volucrum Lædon. Metastasi lib. I. Ep. LIV.

Inter Lædonis videtur corvus elores. HEINS.
 583. Mænoris iras.] Mænoris item text. Metastasi.

suam operum, quæ ipse posuisset, ab Apolline socio laboris petit, quoniam sibi non daretur, ut cominus cum eo congredi posset, & ut ultor exsisteret. At illo, auditis precibus ejus, immixtus acie, nullique conspicuus, arcum Alexandri in Achillem convertit, ut sagittas in eum dirigere posset: talamque (quod fuit in ejus corpore mortale) percussit & interemit.

580 AT Deus, æquoreas qui cuspidè temperat undas,
 In volucem corpus nati Sthenelida versum
 Mente dolet patriâ: sævumque perosus Achillen
 Exerect memores, plus quam civiliter, iras.
 Jamque ferè tracto duo per quinquennia bello,
 585 Talibus intonsum compellat Smythca dictis:
 O mihi de fratris longe gratissime natis,
 Irrita qui mecum posuisti moenia Trojæ;
 Ecquid, ut has jam jam casuras adspicis arces,
 Ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
 590 Millia caeca doles? ecquid (ne persequar omnes)
 Hectoris umbra subit, circum sua Pergama tracti?

Cum

585. Smythca dictis.] Libri scripti omnes, Cythca dictis. CIOFAN. Smythca hic legendum jam videt Revault. Append. Adnot. ad Sueton. cap. 12. 587. Irrita qui mecum posuisti moenia Trojæ.] Neptunum & Apollinem Trojæ moenia ædificasse alibi etiam significat. r. Epist. 67.

Ullius stans etiam nunc moenia Phœbi.

Et Epist. v. 139.

Ala fide conspicuus Trojæ munitor amavit.

Et Epist. XIII. 129.

Iste suam non præbet iter Neptunus ad urbem.

Suprà hoc ipso libro: VI. 25.

— sunt qui partero Trojæ

Neptunum erudant, quia moenia secerat urbis.

Neptunus apud Homerum, lib. φ. 446. Apollinem alloquens, sic ait:

Ἦτοι ἐγὼ Τρωῶντι κείνῃ κεί τῆς Ἰλίου
 Εἶπὲ τίς κεί μὲν κεί κεί ἢ ἄρῃται πείδῃ ἰσ.

Colimus de raptu Helenæ.

Ἰσῆ, ἢ πέρυρῃ Περὸν κεί Ἀπίδῃ.

Typhlodorus vocat Trojam opus Decorum, id significans, Εργὸν ἀδωρότων. In hac quoque opinione est & Euripides, sub principium Troad. & in Rhelo. Horat. etiam lib. III. Carm.

Te si resurgat maris alonens Aulæore Phœbo.

Propertius lib. III. Od. 3.

Nec resaram Scætas, & Pergama Apollinis arces,

Et Dardanum decimo vere redidisti rates:

Morsum cum Grajo Neptunia pressit aratro

Victor Palladius lignus artis equus.

Statius II. Silv. VI. 32.

Nec circum sacri surgentem moenia Phœbi
 Troilon Haemoniae deprendis lancea dextræ.

Id ipsum aperte indicat & Plautus in Bacchidibus: IV. 9.

Atridas duo fratres fecisse dicuntur facinus navium:

Quom Priami patriam, Pergamum divoia moenium man,

Armis, equis, exercitu, eximiiis ballatoribus,

Cum mille numero navium, decimo anno post subegrent. CIOFAN.

588. Ecquid ubi Asiæ casuras etc.] Cum Asia regio primam corripit, pro Asiæ, hæc jam non substituendum ex vetustis exemplaribus & recentioribus aliorum cura impressis affirmaverim. Quæquam non sim necius, primitivorum simpliciumque rationem in compositis plerumque derivatisque corrupi. sed possessivum ab Asia, præter Asiæ, Asiæ non legimus. Congruit autem nonnulli casuram jam jam hium prædari, ut liberam tutamve haudquaquam esse moram Apollini ostendat, quando etiam dixerit,

Jamque sero tracto duo per quinquennia bello.

MARIANG. ACCURS. in Diatribis. In Vatic. Parm. & uno meo, Ubi hæc jam jam casuras, etc. Quod probò vehementer. CIOFAN. Ecquid ut hæc Jureti & tres alii HEINS. Vid. ad Epist. xv. 1. Ecquid ubi hæc jam cum Med. Ecce quid hæc jam cum tres. alii aliter. prospicit etiam duo non male. conspicis quinquæ.

591. Pergama tracti.] Rapti Gronov. & solent in hac re Poëtæ utroque verbo uti. vid. Heinl. ad Claud. Bell. Gild. 255. & ad tv. Trist. III. 30. & v. IV. II. Circum sua moenia tracti plures alii.

Cum tamen ille ferox, belloque cruentior ipso,
 Vivit adhuc, operis nostri populator, Achilles.
 Det mihi se: faxo, triplici quid cuspide possim,
 595 Sentiat. at quoniam concurrere cominus hosti
 Non datur, occulta necopinum perde sagitta.
 Admit: atque animo pariter patruoque suoque
 Delius indulgens, nebula velatus in agmen
 Pervenit Iliacum; mediâque in caede virorum
 600 Rara per ignotos spargentem cernit Achivos
 Tela Parin: fallusque Deum, Quid spicula perdis
 Sanguine plebis? ait. si qua est tibi cura tuorum;
 Vertere in Aëaciden, caesosque ulciscere fratres.
 Dixit: & ostendens sternentem Troia ferro
 605 Corpora Peliden, arcus obvertit in illum:

Cer.

Certaque letiferâ direxit spicula dextra.
 Quod Priamus gaudere senex post Hectora possit,
 Hoc fuit. ille igitur tantorum victor Achille,
 Vincere à timido Grajae raptore maritae?
 610 At si femine fuerat tibi Marte cadendum;
 Thermodontiacâ malles cecidisse bipenni.
 Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi
 Nominis, Aëacides, caput insuperabile bello,
 Arferat; armârat Deus idem, idemque cremârat.
 615 Jam cinis est; & de tam magno restat Achille
 Nescio quid, parvam quod non bene compleat urnam.
 At vivit, totum quae gloria compleat orbem.
 Haec illi mensura viro respondet: & hac est
 Par sibi Pelides; nec inania Tartara sentit.

620. Ipse

597. *Cum tamen ille.*] In nonnullis, *cur tamen.* in aliis, *Et tamen.* NAVGER. Non *cum*, sed *cur* bene codices habent. CONSR. FAM. In Vatican. & Caesl. *Cur tamen.* quod ad rem magis videtur pertinere. CIOPAN. *Cur tres etiam ex Heinsianis: & illo translatior ipse* pr. Gronov. & mox, *quatuor* quatuor libri, & *operis nostri violator* pr. Vatic. & Genev. quod placet: sacra enim Troja a Diis posita erat: ita apud Virgil. xi. 255.

Quintumque Iliacos ferro violavimus agros.

ubi etiam *populavimus* quidam scripti: sed *Trojae populator* Livius inst. lib. xiii. 655. BURM.

596. *Necopinum perde sagitta.*] *Præde* Cantabrig. eleganter. apud Dietyon Cretensem lib. iv. ii. Ajax de Achille mortuo, *Tua te inconsulta temeritas prædidit.* v. ad lib. i. 229. & iv. Pass. 715. HEINS.

597. *Quinque pariter patruoque suoque.*] *Patruoque* opt. Thuan. & quatuor alii. recte. videantur nota ta nostra lib. 111. El. vi. Amor. xi. 49. IDEM. Vkl. sup. lib. xi. 338.

598. *Velatus.*] *Delatus* Medic. quart. in agrum Oxon.

599. *In caede.*] In plebe Genev.

600. *Rara per ignotos.*] Praefantissimus Florentinus, *quatuor*. quod non est de nihilo, ut idem sit quod scita, docta, bene ac perite tota. Putabam aliquando, *quatuor*. ut apud Val. Flaccum iii. 145.

— *mihi dextra ferro.*

Gonave opus. HEINS. Si *vera* legatur, imbellena videretur Parisi animum tangere, qui languide bellum gerat. & nescio an apte satis dicatur, *etiam tela*. in media caede virorum, *spargere*, qui ea perdit sanguine plebis. certe ad id pluitibus opus erat. quae suspecta vox est. licet plerique libri nihil mutant; *quatuor* possit defendi ex ipsa Parisi jactatione Epist. xvi. 367.

Necve potes, non mo nisi cominus esse timendum,
Figur in jussu nostra sagitta loco.

Sed, si id voluisset Poëta, potius, ut solet, *certa* dixisset, sic ut mox, quam tam insolentisignificatione *quatuor*: quare melius legeretur, *quatuor*, id est imititia, ex quibus nihil ad summam belli redibat utilitatis, qua licet plures sterneret, cum Achilles tamen superesset, metu solvi Trojanos poterant. *Vana pila cadere paulum alio sensu dicit Livius vii. 23.* quae fallunt, nec figuntur. *Tua arma* Val. Flac. iv. 173. pro *Achivos* etiam *avro* Genev. BURM.

603. *Caesosque ulciscere fratres.*] Sic libri omnes scripti. Recte. Pellidè in quibusdam vulgatis, *lassosque*. CIOPANUS.

604. *Troia ferro.*] *Troia* Calandr. & alter Hamburg. bene. dictum ad Epist. primam. HEINS.

606. *Certaque letifera direxit spicula dextra.*] *Et* hac sententia sunt illa Virgilli lib. vi. 58.

Phoebus, graves Trojae semper miserata laevi,
Dardaniae qui Parisi direxisset tela, manavit
Corpus in Aëacidae. CIOPAN.

607. *Quo Priamus gaudere senex post Hectora possit, Hoc fuit.*] Non poterat merito Priamus, interfecto Hectore, gaudere. Nam Hektor, ut Pindarus, erat Trojae insuperabilis ac solida columna. Eius verba sunt: ii. Olym. 45.

Ὁ κείνους ἐσφάλε Τρῆϊας;
ἔμπεδον, ἀετῶν κίονα.

CIOPANUS. *quod* libri ultra quadraginta agnoscunt, & ita olim Seneca legit lib. v. Contr. 33. eadem diversitas fuit in *delere* lib. vii. 720. ubi vide. lib. 311. ex Pont. iv. 48. Et *gaudere* aliquid, quod licentiarum non debet. BURM.

609. *Vincere.*] Cum Ovidio sentit & Coluber qui libro tertio Achillem ab Apolline legitur interfectum scribit: & Homerus, quod quem Hektor

Abilli vaticinatur in hunc modum, Iliad. x. 358.

φράζεν γὰρ μέγιστον ἐν λαῶν μάχημα γένουμαι,
ἄρα κεν τῷ, ὅτε κεν σε Πάριος καὶ Φοῖβος Ἀπόλλων
ἔβλην ἄνω; ἠδὲ κεν σὺν ἐπι Σκαυῆτι πόλεμος.

Alii autem in templo Apollinis Thymbraei interfectionem à Paride dicunt, infideli Hecubae. cum eò nocte ad Polyxenam ingressus fuisset. Ut & Servius meminit in vi. Virgil. Micylt.

609. *Vincere* et.] *Vincere* Bernegger. pri. Erturt. & sex alii. in nonnullis, *Vincitur*. HEINS. Sed *Vincere* rectum est. vide ad Ep. xiv. 95.

609. *A timido Graiae raptore maritae?*] Periphrasis est Parisi. A quo Achillem interfectum esse alibi etiam aperte significavit: *Asi postquam Parisi recidit Phobique sagittis.* Hujus rei ita meminit Dares Phrygius cap. 34. *Alexander Antiochus interemit, ipsamque Achillem multis plagis cuspide: ita animam, nec quidquam fortiter faciens, evasis: quem Alexander feris & volucribus pretii jecit.* Dietyon Cretensis lib. iv. cap. 11. De bello Trojano: *Interitus Alexander, compositis cum Diophobis infideli, pagione cinctus Achillem aggreditur, confemator volens eorum, quae Priamus palliat: mox ad aram Apollinis, quo, no hostis delatum transiens fecerat, aversumque à daco assisit: dain, ubi tempus visum est, Diophobus amplexus inermem juvenem, qui pro sacro Apollinis nihil hostilia metuentem, consulari, gravitatisque super his, quae concessit, neque eò co divelli, neque amittere. Quo Alexander vibrato gladio procurrentes adversus hostem, per utroque latus geminatos ictu transfugit. At, ubi infidelium vulvaribus animadvertere, parte alia, qua venerat, prostravit: Re ita maxima & super vota votum perficere, in civitatem recesserunt. Huc pertinet illud. Ep. xvii. 254.*

Bella gerant fortis, tu Pari, semper ama. CIOPAN.

609. *Raptore maritae.*] *Puellae* pr. Moreti; sed

elegantior scriptura prioris Basileensis, *juvencae*: nam an *Graja marita* acque recte dicatur, quam *Graja juvenca* dubito, ut Epist. v. 117.

Graja juvenca venit. ubi vide annotata. BURM.

611. *Thermodontiacâ.*] *Thermodontiacâ*. dictum alibi. HEINS. *Securi* etiam codex Menardi.

612. *Jam timor ille Phrygum, decus & tutela Pelasgi Nominis, Aëacides.*] Hoc videtur expressisse Seneca in Troad. Sed, quod poëta nosse hoc loco Achilli tribuit, ille Hectori adscribit, ubi Chorum loquentem introducit: Pl. 124.

Columna Patriae, mora fatorum,
Tu praesidium Phrygiis sessis,
Tu murus oras; humerisque tuis
Stetit illa decem saecula per annos.

Et Cassandra apud eundem in Agamemnone: Pl. 743.

Frater auxilium Phrygum,
Terraeque Danaum. CIOPAN.

614. *Armarat Deus idem, idemque cremarat.*] Broulhusius frigidum hoc & pueriliter luxurians credebatur.

615. *Achille.*] Vel *Achilli* Neapol. HEINS.

616. *Parvam.*] Omnes vere scripti. *nescio quid parvam*, quod n. b. c. u.

617. *Compleat.*] *Possidet* Argent.

618. *Hac illi mensura viro.*] *Manfero* in nonnullis. pro *haec* est *par sibi Pelide, Pelides* multi ex venustioribus, alter Esurt. & quart. Medic. *Par sibi Pelides.* Florent. S. Marci, *Par sibi Pelides.* Scribe, & *haec est par sibi Pelides.* Vide Notas ad Epist. xx. 62. HEINS.

619. *Inania Tartara.*] Ita pauld superius. Alibi, *suo juvenis corpus Tartara detrusum (sternunt) molis* *strebant.* Virg. lib. vi.

Parque domos Diis vacuas & inania regno. CIOPAN.

Confedere duces: & vulgi flante coronâ,
 Surgit ad hos clypei dominus septemplex Ajax.
 Utque erat impatiens irae, Sigeia torvo
 Litora respexit, classemque in litore, vultu:
 Intendensque manus, Agimus, pro Juppiter! inquit,
 Ante rates caussam; & mecum confertur Ulixes!

A

1. *Confedere duces.*] Ex his, quae sequuntur, Ajacis & Ulixis, summorum Ducum, de Achillis arvis, concionibus, quantum Ovidius notat, ingeniorum tos, Q. Smymacem, qui hoc idem periculus est argumentum, superaverit, qui utriusque, quae in pretio sunt, linguae intelligentia ornatus est, si conferendi laborem non detestabitur, facillimè judicabit. Ac profecto si nihil aliud hic Notar postea scriptum reliquisset, quam pulcherrimas haec conciones, quae dicitur vocantur, nullo artificio concepit, servatoque personarum, quae loquentes introducuntur, aptissimè decoro, quis esset, qui insistitur eum, non dicam, plerimi fieri debere, sed etiam poëtae fere omnibus antependendum? Nunquam enim quicquam, ut Graecis & Latinis scriptores quam diligentissimè evolvar, datus alias inveniet, quae merito cum his comparari possint. Utinam sine mendacium labe has hodie legeremus: ad quas emendandas & illustrandas si studiosi omne suum studium, auxilio atque ope veterum librorum, iudicio etiam adhibito applicarent, praeclearè scilicet cum hoc studiorum genere ageretur. Ego verò, ut id praestarem, pro virili parte laboravi. quid autem praestiterim, cum in his, tum in toto volumine, qui nulla sunt fallaci malevolentia, dijudicabunt. CIOFAN. Imitatam esse hic Ovidium veteres Poëtae, Lucium & Atrium, qui Fabulas ediderunt, passim a Grammaticis laudatas, quibus nomen fuit *Armenum iudicium*, ostendit Bernard. Maninus lib. iv. Var. Lect. 15. sed praeter alios etiam Philoſophus scripsit olim *de Arva gregum*, quam citat Schol. Sophocles Ajac. 190. Antisthenes etiam scripsisse videtur orationes Ajacis & Ulixis, ut consuevit ad Diogen. Laërt. vi. 15. viri docti. egregiae certe sunt haec orationes, in quibus tamen declamatoriam, quo valdebat, acumen saepe nimis Natio ostentat. BERX.

1. *Confedere duces: & vulgi flante coronâ, Surgit etc.*] Cognoscimus ex hoc loco, eos qui dicti erant, surgere solitos esse: eos verò, qui erant audituri, excepta plebe, sedere. Idque etiam ostendit Cicero initio orationis pro Sexto Roscio Amer. Cuius haec sunt: *Credo ego vos, Iudices, mirari quod sit, quod cum tot summi viri interire loquutione viderentur, ego petissimum surrexerim, et, qui neque actate, neque ingenio, neque auctoritate, sum cum his, qui sedent, comparandus.* Et oratione 111. in Catil. *Utinam toto iam iudicio cognosco utraque adito surrexit.* Ad hunc locum

respexit Juven. Satyra vii.
*Confedere duces, surgis tu pallidus Ajax,
 Dicitur dabit pro libertate, indulto Judo.*
 CIOFAN.

2. *Clypei dominus septemplex Ajax.*] Septem boum coris tecti. REGIUS. *Ut Ajax clypei septemplex enarrat, septem boum coris tecti, cum hic centus numerus pro incerto ponatur. quippe prior loco, non ita longe ab initio, ubi Cygnus in Achillem agit telam, ita ait Poëta: Quod & ait, & prima rumpit Terga novena boum, decimo tamen velle moratum est.* quare non est necessaria huiusmodi expositio de clypeo septemplexi, & de domino optatum dignum aliquid lecta traditum. GRANTANUS. Huius Clypei descriptio est apud Homerum, Iliad. H. 219.

*Αἶψα δ' ἔγγυθεν ἔδλε, φέρων εὐάνης ἴσας ἄρσεν,
 Χάλαρον, ἐκ ταβόρου, ὃ οἱ Τέγγεα νόμω τάχων,
 Σπυροτόμων ἔχ' ἔρηρον, Ἴδ' ἐν ἴσας κίον,
 Ὅς δὲ ἐπαίτηεν σάκας ἄλλοιαν, ἐπαρσίβαν,
 Τάχων ζαταρσέβαν, ἐπὶ δ' ἔγγυθεν ἴσας ἄρσεν.*

Quod igitur Homerus ἐκ ταβόρου dicit, idem hic septemplexi nomine intelligendum. Meritum Optumè interpretatus est hoc Regius. Erat autem Greceanus, qui eum reprehendit. Nam, quod hic opponit illud, *Terga novena boum, decimo tamen orbe moratum est.* illi responderi potest, id nihil hoc pertinere. quippe illic de Cygni, hic de Ajacis clypeo Poëtam locutum esse notus est, quam ut ipse aperiam. Atqui hoc perspicue patet ex ipso Ovidio, qui eodem modo *Septemplexi* vocat. I Amor. vii. 7.

*Quid? non & clypei dominus septemplexi Ajax
 Straxit depressos lata per arva greges?*
 Et infra 347.

*— infra Telamone creatus
 Gestasse laeva saurorum tergora septem.*
 Rufus 111. Art. 111.

*Scilicet Ajaci conijax ornata veniret,
 Cui regem septem terga fuisse boum.*

Statius in Achilleid. vii. 76. *Septemque Ajax novane cornifer Armeni greges.* Valerius Flaccus vi. 307.

ille iterum in clypei septemplexi inscribitur ceterum Aricari. & mox dicit, septemque tergora.
 Sophocles in Ajace.

*Ἴδ' ἐν πολυτάχων στέφανον
 Πόρμωνος ἐπαρσέβαν ἔγγυθεν εὐάνης.* CIOFAN.

At non Hæctoris dubitavit cedere flammis:
 Quas ego sustinui; quas hac à classe fugavi.
 Tutius est fictis igitur contendere verbis,
 Quam pugnare manu. sed nec mihi dicere promptum;
 Nec facere est illi. quantumque ego Marte feroci,
 Quantum acie valeo, tantum valet iste loquendo.

Nec

3. *Impatiens irae.*] Ita Liv. v. c. 38. *Galli flammis iræ, cuius impatiens est gens.* sic Mill. & veteres editiones. at Rhenanus emendavit, *cuius impatiens.* sic impatiens linguae Servius Fuldenſis ad Virgil. 1. Aen. 518. *Impatiens hominum* I. ucan. vii. 866. *aequi* Stat. iii. 603. *Dei vates* Theb. x. 150. HORS.

4. *Sigeia torvo Litora respexit.*] Sic legitur in iustrellis, quos adhuc mihi videre contigit, libris. Sed quoniam locum hic habet *prospiciendi* verbum? nullum plane: longè rectius est in omnibus scriptis, *respexit.* Sequitur enim *torvo vultu*, quod ad *prospiciendi* verbum misericè accommodatur. ad *prospiciendi* verò nullo modo. si *oculis*, non *vultu* dixisset, aptius omnino esset *prospiciendi* verbum. Ita-que legendum *respexit.* Quam lectionem, ut plene veram germanamque probat etiam Petrus Magnus, vir summo ingenii acamine, & ea morum elegantia, eaque eruditione, quae ad nobilissimum quomque pertinet, vehementer ornatus. Probat & Petrus Galeſius, & frater meus, M. Antonius. CIOFAN. Prim. Basil. prim. Moret. fragm. Boxhorn. Nonius, & sex alii, *prospexit.* Paulo ante, *pro surgit ad hos*, forte ab his scribendum. HENS. Nihil muta; verò enim a iudicibus ad mare vultu, respexit litora. et Met. 190.

prospicit occasus, interdum respicit ortus,
 & ita milles alibi, *respiciens* Leidens. unus, & alius. HORS.

5. *Agimus pro Juppiter.*] Ajacis personae decorem pulchre servavit, qui fortis quidem ac bellicosus fuisse, sed eloquentia parum valuisse tum à Graecis tum à Latinis fingitur poëta. Quare illi oratio simplex attribuitur, omnique artificio carens. Nam & proœmio statim cum magna exclamatio indignatione, & se per totam iactat orationem, quae non esse faciendi rhetores omnes praecipiant. Versatur autem haec oratio in duplici conjecturali constitutione. Cum enim Achillis arma Graecorum praestantissimo & virtute & merito forent tribuenda, uter horum sit praestantior quaeritur, Ajax an Ulyſſes, cum uterque se dignum illis esse iactaret. Uterque autem conjecturis & se mirabile, & alterum non mirabile ostendit. REGIUS. Neque verò omni profus artificio caret haec oratio, ut Regius ait. Nam & partes suas habet, & distinctè causam proponit Ajax, ostendens arma sua nimis quam Ulyſſi debere, primò quidem iure successione sive haereditario, quia frater Achillis patris sit, & nobilitate etiam genere natus:

deinde, ex merito, quoniam plura, quam ille, praeclearè gesserit, ille autem etiam quaedam perfimè. Et hic collatione utriusque gestorum facta, quae ab illo turpiter gesta sunt, criminando exaggerat: quae verò tolerabiliter, elevando extenuat. Postremo autem etiam illud addit, neque parum neque idoneum his armis gestandis Ulyſſem esse.

Atque haec, quantum ad subjectum orationis attinet. Deinde verò vel summae artis fuit, decorem praestare, talisque sermonem personae tribuere, qui illi quam aptissimè conveniret. Nam ut apud Sallustium Marius, ita hic Ajax fingitur virtute magis & factis laudem quaerere, selesque aliis commendare, quam dicendi facilitate. Idque militari ac forti viro peculiare est. eoque neque amplificationibus longioribus utitur, neque coloribus aliis, quibus solent qui verbis magis quam factis excellere cupiunt. Est enim simplex veritatis oratio, simulata verò aut falsa aliena commendatione indigent, ut Euripides ait. Quod autem principio utitur turbulentiore, & minus ad artem accommodato, ut Regio videtur, id ipsum ex arte sumptum est. Nam & iratus ad causam agendam accedit, & eo magis indignatur, quod cum Ulyſſe, homine bellicis rebus aut armis nunquam aperte aut rectè exercitato, certandum sibi esset, ad quem nullo neque jure neque merito adeo arma illa pertinere. denique ex cuius collatione ipsius fama plus detrimenti, quam victoriae gloriae acceptura esset. Proinde illud magis dicendum fuerat, Ajaci quidem simplicem, non tamen ab arte remotam orationem tribui. Ulyſſi autem coloratam & propemodum veteratoriam. MICELLUS. Considerat hunc locum Quinſtilianus lib. v. cap. 10. CIOFAN.

6. *Confertur Ulixet.*] *Contendit* unus Medic. sed sequitur. *et deest* sex codicibus.

7. *Dubitavit.*] *Dubitabat* tert. Bonou.

8. *Quas ego sustinui, quas hac à classe fugavi.*] Cum quis se ipsum laudat, Periautologiam vocant. CIOFAN.

8. *Quas hac à classe fugavi.*] *ἀναβοῶν.* IDEM.

8. *Haec.*] *διουρανός.* IDEM.

8. *Fugavi.*] Expulsi, reiecti. Homerus lib. xvii. Iliad. narrat, Troianos in Graecorum naves ignem conjecisse. IDEM. *Removi* prior Gron. & duo alii. *haec ego classe fugavi* Leid. unus. *haec de classe* Voſſian. *quas nostra classe* Moreti.

9. *Fictis.*] *Sicis* sec. Medic.

10. *Quam pugnare.*] *Pellare* unus Leidens.

HENS. ita & Epist. xiii. 69. ubi vide.

Nec memoranda tamen vobis mea facta, Pelasgi,
 Esse reor : vidistis enim. sua narret Ulixes,
 15 Quae sine teste gerit, quorum nox conscia sola est.
 Praemia magna peti fateor : sed demit honorem
 Aemulus Ajaci. non est tenuisse superbum,
 Sit licet hoc ingens, quidquid speravit Ulixes.
 Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus;
 20 Quo cum victus erit, mecum certasse feretur.
 Atque ego, si virtus in me dubitabilis esset,
 Nobilitate potens essem, Telamone creatus :

Moe.

II. *Quantum ego Marto feroci, In quo acie va-*
leo, tantum valet isto loquendo.] Collatio, qua
 ostendit se in certamine, & adversarium in elo-
 quentia valere. Ex hoc autem loco intelligi licet,
 natura ita comparatam esse, ut fortes viri eloquen-
 tia careant : contra imbelles. Idque etiam ostendit
 Hercules initio lib. 13.

— *melior mihi dextera lingua est.*
Dummodo pugnando superum; tu vincto loquendo.

Contra de Drance apud Virg. lib. xi. 338. *Et lin-*
gua melior, sed frigida bello Dextera. Carent etiam
 viri fortes consilio: Euripides in Rheso, ubi Ae-
 neas cum Hectore colloquitur. CIOFAN. Livius x.
 19. *Quam mallem in a nostrum facere, quam ego*
a se scire loqui didicissim.

II. *In quo acie valet.*] *Quantum* quingue veteres.
 Quantum Neapol. quod placet. HEINS. Vid. ad lib.
 viii. 59. *In morte etiam hic sex libri. mente feroci*
 Leidens. unus.

15. *Non conficia.*] Inde Diomedes *nocturnus*
Aiaci comes Senec. Troad. 38. & ipse Ulixes, *no-*
cturnus miles ibid. 754.

16. *sed demit honorem Aemulus Ajaci.*] Neque
 hoc oppido difficile explicat Regius. Puto au-
 tem per contemptum dici, ut alia. Ulysem vi-
 delicet hominem nihil Ajaci dedecori esse, qui-
 cum contendat. GLAREANUS. Mallem distinguere.

— *demit honorem*

Aemulus Ajaci non est tenuisse superbum.

Ut Ajax Ulixi opponatur, & ita Francius notaverat
 in ora libri sui. de illa locutione, *est superbum,* egi-
 mus ad Petron. cap. xviii. similiter Colamel. lib.
 1. 3. *Quia superbum videtur tantum loci tenere.*
 BURM.

19. *istis illis.*] In quibusdam, *ipse.* NAVO. In
 uno meo, *istis.* CIOFAN. *Istis* ex melioribus scriptis,
 ut supra & infra passim. utebantur ea voce, quo-
 ties cum contemptu de aliquo loquerentur. HEINS.

20. *Quod cum victus.*] In utroque meo emen-
 datum est, *Qui* Quo modo impellit Aldus senior.
 & Sebastianus Gryphius. Atque ita legit Corrades
 in praecclarissimis illis suis in Cicerois Brutum

commentariis. Cujus haec sunt illud enarrantis: *Cum*
Hortensio certare erat gloriosius, quam omnino ac-
curiam non habere. Est enim gloriosum cum magis
 viris certare, etiam si eos vincere non possis. Nam,
 ut ait ingeniosus poeta:

— *quidquid speravit Ulixes;*
Iste tulit pretium jam nunc certaminis hujus;
Qui cum victus erit, mecum certasse feretur.

Fit tamen saepe, ut, qui magnos viros provo-
 cant, in Melampygam, quod dici solet, incidant.
 Qui legitur etiam in libr. Capr. CIOFAN. *Qui* in
 multis. *Quo* Florent. S. Marci, Benegetz & fragm.
 Boxhorn. nimirum certamine. HEINS.

21. *Atque ego.*] *Atqui* quatuor. *Atqui* fragm. Hoc-
 horn. infra, 859.

Atque ego contentus essem patientior essem.

nisi & illic *Atqui* rependendum. quod non potest
 IDEM.

21. *Virtus.]* *Valore sufficiens.* Sic enim nobis
 lingua dicimus. Plautus. Amph. prol. 78.

Virtute ambire oportet, non favoribus. CIOFAN.

22. *Nobilitate potens essem, Telamone creatus,*
Moenia qui forti Trojana sub Hercule cepit, & rei-
qua.] Quae omnia confutat Ulixes, his verbis:
Nam genus est proavos, et quas non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco. IDEM.

23. *Sub Hercule cepit.]* Hercules enim Telamo-
 nem ad Trojam duxit, quae ab iis expugnata est.
 Pindarus in Isthmiis Oda vi.

Οὐδ' ἄντις Ἰκάρῳ Τελαμωνιάδῃ
 Καὶ πατρὶς, τὰ χυδαρχήμας ἐς πικρὴν
 Ἄγρ' οὖν Τρωάδῃος
 Πρὸς Ἰφιδάμῃ σὺνμαχῶν ἐς Τροίαν ἦ-
 ρων μύθῳ, Διομήδεος
 αὐτὸς ἐμπόλαιος
 Ἐ' ἰωνῶν Ἀλαμεινῶν τὴν
 Ἰδὸν δὲ Παργαμῶν.

Et in Nemea, Oda quarta, ubi loquitur de He-
 cule:

Moenia qui forti Trojana sub Hercule cepit:
 Litora que intravit Pagasæ Colcha carinâ.
 25 Aiacus huic pater est: qui jura silentibus illic
 Reddit, ubi Æoliden saxum grave Sisyphon urget.
 Aëon agnoscit fumus, prolemque fatetur
 Jupiter esse suam. sic ab Jove tertius Ajax.
 Nec tamen hæc series in causâ proficit, Achivi;
 30 Si mihi cum magno non est communis Achille.
 Frater erat: fraterna pcto. quid sanguine cretus
 Sisyphio, furtisque, & fraude similimus illi,

In.

23. *Reddit jura.]* Jus dicit; forum agit. Priore
 modo Tacitus lib. v. *In tempus deligebatur qui jus*
redderet. Cælar lib. vi. *Neque in petentibus jus*
redditur. IDEM.

26. *Ubi Æoliden.]* Aëolides saxum grave Sisyphus
 urget Sirozæ & Barber. etiam non male. lib. 14.
 459.

Aut peti, aut urget vitæ, Sisyphæ, saxum.
 sed non omnes voluisse saxum voluit: sunt enim
 qui gessisse illud in aditum montem scribant, ut
 Propert. ii. xvi. 30.

Tantum ego Sisyphio saxa labore geram.
 Senec. Herc. Fur. 751.

Cervicis saxum grande Sisyphia sedat.
 Hippol. 1249.

Et cervicibus

His, his positum degravet fessas manus
saxum, seni perennis Æolio labor. BURM.

26. *Sisyphion.]* Hoc ad Ulixem contentum di-
 ctum est; nam fama erat a Sisypho latrone,
 hinc obsidente Anticleam, Ulixem matrem,
 cum ad Laërtem duceretur, fuisse compressam,
 atque ex eo concubitu Ulixem ortum. RE-
 GIUS. De hac re supra lib. xi. 317. in fab. Autoly-
 ci nonnulla annotavimus. sumpta autem videntur
 hæc vel ex Ajace Sophoclis v. 188. ubi chorus,
 de Ulyssæ loquens, inquit:

Ἐὶ δ' ὑποβαλλόμενος,
 Κλειπόμενος ἐν μεγάλοις βασίθεσσι,
 Ἡτῶν ἀνέναντος Σαρπηδέω γυναικὶ
 Μετὰ τῷ πατρὶ
 Ἐβ' ἄνθ' Ἰφιδάμῃ κλεισάνας ἑμὲ ἔργον,
 Κατὰ φάσιν ἄγρην, &c.

aut ex Aëchylo, cujus hæc ibidem citantur:

Ἄλλ' Ἰφιδάμῃς ἀνέναντος Ἰδὸν Σαρπηδὸς
 Τῶν περὶ λόγον τοῦ πατρὸς, ἦν' ἔργον.

aut etiam ex Cyclope Euripidis. ubi Silenus Ulyssæ
 interrogans inquit:

Καὶ τὸν δὲ, ὅστις ἐβ' Ἰφιδάμῃν, πάτρωνος ἐβ'.

Ille autem respondens subjicit:

Ἰφάκος Ὀδυσσεὺς ἦν, Κηφισιάδην υἱὸν.

Tum rursus alter:

Ὅστις ἀνέναντος ἀνέναντος, ἑμὲ Σαρπηδὸν υἱόν.

MICYLL.

27. *Aëon agnovit.]* Agnovit cum plerisque
 paulo ante pro silentibus illic, Juret prim. Moret.
 prim. Basil. Oxon. alique multi, *silentibus umbris.*
 HEINSTOS. Malè: licet & Heinl. ad Claud. i. in Ra-
 finia. 126. defendat. *silentis* enim absolute ponuntur
 pro umbris. vide quae inf. ad lib. xiv. 411.
 ipse notat. Claud. Gigant. 45. *Res ille silentium.* Senec.
 Med. 740. *Comprocor vulgus silentium.* & passim
 omnes Poëtae. At Notker xv. 797. *umbras silentium*
 dixit. BURM.

27. *Prolemque fatetur Jupiter esse suam: sic de Jo-*
ve tertius Ajax.] Ajacem fuisse Jovis gentilem
 docet Sophocles in ejusdem persona: Ω Ζεὺς Ἰσχυ-
 ρόβου πατρός. Sciendum etiam est, prisca illos
 auctores, Jovis in nominativo protulisse. Eunius:
 citant Martians & Appulejus:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus,
Mars,

Mercarius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo,
 CIOFAN.

28. *A Jove.]* Ab Jove cum prim. Vatic. prim.
 Bas. & sec. Pal. HEINS.

29. *In causam proficit.]* *In causâ* vetustiores ple-
 rique. & deinde, *non est communis, pro sit.* IDEM.

31. *Quid sanguine cretus Sisyphio?] Auctor Sire-*
num cantus:

Sanguine Sisyphio generatus magnus Ulixes,
Hæc tuos sola præstitit arte viros.

Servius ad illud Virg. vi. Arneid. 528. *Comas ad-*
ditur una Hortator scelerum Æolides. ita scribit hunc
 locum proferens: *Ulixes, quia ubique talis induci-*
tur. Nam Anticleas filius est, quae ante Laërtem nup-
tias clam cum Sisypho Æoli filio concubuit: unde Ulixes
natus est. Hoc etiam in Ovidio Ajax objicit: Quid
sanguine cretus Sisyphio! CIOFAN. Vid. & Schol.
 Stat. Achil. ii. 472.

32. *Furtisque.]* Furtisque quatuor libri. & *furto*
 & *franda* Oxon. quod præferebat Heinſius.

Inferit *Æacidis alienae nomina gentis?*
 An quod in arma prior, nulloque sub indice veni,
 35 Arma neganda mihi? potiorque videbitur ille,
 Ultima qui cepit; detrectavitque furore
 Militiam ficto: donec solertior isto,
 Sed sibi inutilior, timidi commenta retexit
 Naupliades animi, vitataque traxit in arma?
 40 Optima nunc sumat, qui sumere noluit ulla.
 Nos inhonorari, & donis patruelis obli.
 Oblivimus qui nos ad prima pericula, sumus,

At.

Atque utinam aut verus furor ille, aut creditus, esset;
 Nec comes hic Phrygias unquam venisset ad arces
 45 Hortator scelerum! non te, Poecantia proles,
 Expositum Lemnos nostro cum crimine haberet.
 Qui nunc (ut memorant) silvestribus abditis antris
 Saxa moves gemitu: Laertiadaeque precaris,
 Quae meruit: quae (si Di sunt) non vana preceris.
 50 Et nunc ille eadem nobis juratus in arma,
 (Heu!) pars una ducum, quo successore sagittae
 Heculis utuntur, fractus morboque fameque,

Ve.

33. *Inferit Æacidis alienae nomina gentis?* An numeras, Cornel. Tacitus lib. v. *Chon reporto Tognius Gallus, dum ignobilissimam suam magistri hominibus inferit, per laborum auditur, Horat. l. Od. i.*

Quod si me Iyrcia Vatiens inferit, Sublimi, etc.

CROFAN. *Inferit uterque Erlum, excerpta Langermanni, unus Voss. & unus meus, quod sequentia confirmant. Plinius libro xxxv. c. 2. Exstat Messalae Oratoris indignatio, qua prohibuit inferi genti suae Leviterum alienam imaginem. HEINS. Val. Max. vi. n. extern. i. Inferit se tantis viris mulier alienigeni sanguinis.*

33. *Æacidis.* Achilli, & mihi, Aeaci nepotibus. Arguit autem a legitimo adversarium. CROF.

34. *Nulloque sub indice veni.* Sic Cicero in secunda act. in Ver. *At sine illo dote, sine indice precaverit ad hanc improbitatem refero. IDEM.*

35. *Potiorque videbitur illis.* Ille Oxon. tert. Medic. & viginti alii. rectus duo, *iste*, quod sequitur postea. HEINS.

36. *Ultima qui cepit.* Ulixes, simulata infamia, postremus omnium Graecorum ducum arma arripuit. CROFAN.

36. *Detrectavitque militiam.* Sic & Caes. lib. vii. De bello Gallico, non longe à principio: *Præterea oppida incendi oportere, quae non munitione & loci natura ab omni sunt periculo tuta, non suis sunt ad detrectandam militiam receptacula, non Romanis proposita ad cepiam committens, praedantibus tollenda.* Alio modo, cui omnes, qui postioribus se oblectant literis, plurimum debent, Cicero lib. iii. *Offic. cujus haec sunt: Sed insimulant Ulixem tragedias simulatione infamiae militiam sustinuisse voluisse. Livius lib. xxxvi. Nec austeritate, nec gratia, nec imperio adversus detrectantes militiam valuisse. Apud quem, Detrectare pugnam, eodem modo, leges frequentissimum. Et apud Tacitum, Detrectare certamen. IDEM.*

38. *Et sibi inutilior.* Sed cum uno Leidens. nisi navis, *At, mox in arma, non ad Juret, & lex alii. Momii ad Ep. iii. M. 136. HEINS.*

39. *Naupliades.* De Palamede lege Servium, ii. Aeneid. Videtur expressisse Pacuvii versus ex Armorum iudicio, qui cantantur à Cicerone, l. iii. *Offic. 26.*

Cujus ipse princeps jurigirandi fuit, Quod omnes scitis, solus neglexit fidem: Furore assinalavit: ne coram, iustitia: Quod in Palamedis perfidiam prodentia Illius percipet multosque audaciam, Fides sacratae jus perpetuo fallere. CROFAN.

39. *Vitataque traxit ad arma.* Juraque Regius, Leid. & duo alii. ut mox M. to. & lib. v. 150. *invitataque duo alii.*

40. *Nunc sumat.* Nunc Florent. S. Marci, per interrogationem. pro quia nos tres, quibus; bene, HEINSIUS. Etiam M. 40. multi, quia sumere. Val. i. Art. 725.

43. *Aut utrus.* Aut ignorant Medic. & Vossia. *fron illunus Heinii, non male, si distinguas polybor.*

44. *Ad arces.* Ad aras Balliol. & unus Heinii.

45. *Hortator scelerum.* Virg. lib. ii. Aeneid. *Scelerumque inventer Ulixes.* Plautus in Cap. *scor, Jovitorque scelerum, & messor maxime. CROFAN.*

45. *Non te Poecantia proles.* A poecantia ad Philoeten. De quo exstat Sophoclis Tragedia. Vide & Q. Smyrnaeum lib. ix. & Pind. Ode i. Peri. & Tryphiod. de Ilii excidio. IDEM.

46. *Lemnos.* Lemnos insula est una ex Cycladibus (Sed potius è regione Thraciae, ut Steph. habet, unde cetera haec transumpta. MICILL.) Vitierno dicata, quae duo oppida habet Ephetiam & Myrinam, in cujus forum solitio Athos ejacuetur umbra, ut Plinius scribit. Regius. Lemnos (ait Regius) insula est una ex Cycladibus: id in v. rum est, ut quod priore libro, non ita longe abne, ait, Melessem urbem prope Arcadium esse. & Eliam Arcadiae juxta Olympiam. Veram hanc liberiorum vitio accidisse reor: nam Rapiet ad Geographica non ignoravit. GLAWEN.

47. *Qui nunc, ut memorant, silvestribus abditis antris, Saxa moves gemitu.* Amplissimum insularium Philoetae, qua potissimum in Ulixem odium concitatur. Philoeta autem, una est

cum aliis Graecis ad bellum Trojanum proficisceretur, ab angue morsus in Lemno insula (nisi per decennium fore mansit) relictus erat; sagittisque, quae ab Hercule dono acceperat, humi stratus, axes, quae per aëra volarent, interficiebat, usque vitam suam vix suscitabat: qua in re sagittis illis, sine quibus Troja capi non poterat, abuti videbatur. Quae sententia partim hoc loco ostenditur, partim verò libro quinto Trillium, elegia secunda:

parvo decem totis alant Poecantius annis Pessimus tumido unguis ab angue datum. Patin eiam illo Attii carmine, quod citat Cicero lib. v. De Fin. cujus haec sunt verba: Philoeta, cum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tuam vitam accipio sagittarum.

Conspicit tardus celeros, stans volantes. Huc quoque pertinet, quod scribit idem Cicero libro secundò de Finibus, ubi citat carmina quaedam, quae hunc locum valde illustrant. Quamobrem, inquit, turpe potandum est, non dico dolere (nam id quidem est interitum necesse) sed saxum illud Lemnium clamore Philoetaeo frangere,

Quod ejaculat, questu, gemitu, fremitibus, Personando mutum stibiles voces refert.

Hinc Epitaphus comparat se si potest, Cui viperino morsu venas viscerum Vitierno imbutae tætros cruciatus erant.

Et n. Tulcent. Aspice Philoetaem: cui concedenda est generis, ipsam enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum ejaculantem. Nihil igitur hinc vitium sagittae, quas ab Hercule acceperat, tum conspabat.

Cum è viperino morsu venas viscerum Vitierno imbutae tætros cruciatus erant.

Jaque exclamat, auxilium expetens, mori cupiens: Hec quis salvis stibibus mandet Me ex sublimi vertice axi!

Jan jam absconer: consuit animam Vix volantis, ulteris aëstis.

Cum è viperino, etc. Ne quis hanc scripturam impropriet, cum in it. De Fin. scriptum sit, cui viperino morsu v. v. i. t. e. dicit, non ceteri. sciat ipsam Ciceroem eam detorsisse, atque ad rem

suam accommodasse. CROFAN.
 48. *Gemitu.* Tò *spenò* herois servat: quem non flere, sed gemitu decet. Aeneas apud Virg. lib. i. Aeneid.

— duplices tendens ad sidera palmas Ingenti. IDEM.

49. *Quas (si Di sunt) non vana precaris.* In Vatic. *Si Di sunt.* In meo antiquiore, Joan. & mo Maff. *Si Di dent. IDEM. Di sunt nonnulli. Di dent prim. Palat. Bernegg. quart. Medic. prim. Gronov. prim. Hamburg. & octo aut novem alii. præterea preceris prim. Pal. prim. Moret. prim. Bon. & prim. Patav. & Juret. scribe,*

Quas meruit; quae, Di dent, è non vana preceris. nihil de meo addidi præter unam literam rò è: Vide Notas ad Epist. vi. vl. 156. nisi rò Di geminandum censimus hoc modo,

— quae Di, Di dent, non vana preceris.

quae indignantis animi adfectum eleganter expriment. HEINS. Sed cum major pars codicum sit pro vulgata, non temere verum, satis leniter fluentem, in scabrorem mutarem. sic lib. iii. Amor. iii. *Esse Dicit, è crede, fidem jurata seculis.*

& ita passim Poëtae. vide egregie haec vindicantem Broukh. ad Propert. iii. Eleg. xxxii. 19. *Uran.*

50. *Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.* An hoc è militum, quibus in bellum profecturus jusjurandum dari solet, ne à quibus stipendium acceperunt desistant, consuetudine dictum est? An ex eo, quod recenset Eschylides initio Iphigeniae in Aulide? Idque multo magis probò. En enim ait Tyndareum, cum Helena ejus filia propter eximiam formam, qua Graecae alias mulieres superasse dicitur, à multis Graeciae principibus uxore peteretur, eos ipsos iurejurando adegisse, ut ei, quem illa suis virum delegisset, reciperent, se, si contingeret, ut illa unquam raperetur, omnibus viribus uno consensu fore opitulaturos; eique, qui tali injuria illam afficeret, bellum indicituros, patriamque vastaturos. Idem jusjurandum Ajax quoque apud Pacuvium de Ulixee loquens is, quae supra citavi, verbis haud obscure annuit:

Velaturque aliturque avibus; volucresque petendo
Debita Trojanis exercet spicula fatis.

55 Ille tamen vivit, quia non comitavit Ulixen.

Mallet & infelix Palamedes esse relictus.

Viveret; aut certe letum sine crimine haberet.

Quem male convicti nimium memor iste furoris

Prodere rem Danaam finxit: fictumque probavit

60 Crimen. & ostendit, quod jam praefoderat, aurum.

Ergo aut exsilio vires subduxit Achivis,

Aut nece. sic pugnat, sic est metuendus, Ulixes.

Qui, licet eloquio fidum quoque Nestora vincat,

Haud tamen efficiet, desertum ut Nestora crimen

65 Esse rear nullum, qui, cum imploraret Ulixen

Vulnere tardus equi, fessulusque senilibus annis,

*Cuius ipsi princeps iurjurandi fuit;
Quod omnes sciri, solus neglexit fidem;*

Vide & Apollodorum lib. 11. Bibliothecae, qui eorum principum nomina enumerat. Hac de re Ovid. quoque ipse lib. 1. De Arte:

*Jurabant omnes in laesi verba mariti;
Nam dolor nimis publica causa fuit.*

Atingit & hanc rem Hyginus cap. lxxxix. & xcv. CIOFANUS. Juratus est qui nobiscum juravit. ut ita Epist. xx. 127. & alibi Noster cum optimis Latinitatis auctoribus hoc participio utitur. quare notitiam auctoribus hoc participio utitur. quare notitiam haec inter plebeja Hygini retulisset Droukh. ad Propert. lib. 11. Eleg. xxi. 10. apud Hyginum vero lib. 11. Aet. 15. valem legere, *Neque in quod fuerat juratus rensisse. Eadem autem nobis, dictum est, ut epulas nobis aditum esse. I Amor. iv. l. ubi vide, at vnde Oxon. & Leidens. BURM.*

51. *Hec pars una ducunt.*] Sic in omnibus, sed fortasse sit rectius, *Et pars una ducunt.* NAVGER. Scripsi omnes, *Hec pars.* Idque melius videtur atque ad sensum aptius. CIOFAN.

53. *Velaturque.*] In quibusdam, *venaturque aliturque.* NAVGER. Alteri lectioni faver, quod ex Attio citatur à Cicerone 1. de Pinibus, *Philoctetam pinnarum contextu corpori tegumenta fecisse.* vulgo leg. *Venatur.* & v. de Fimb. *Propagabat vitam aucupio sagittarum.* nec non Sophocles in Philoctete, & Smyrnacus lib. 15. PARNABIUS. *Venaturque* S. Marci liber, Thuan. Urbin. prim. Vatic. tert. Medic. alique nonnulli. Sed Cicero lib. v. de Pinibus docet ex Attio, *Philoctetam pinnarum contextu corpori tegumentum fecisse.* ipse Philocteta apud Attium:

*Conspicere teretes, fons volatiles;
Pro veste penae membra textis contingere.*

Nam quod ejusdem Attii illic quoque trahunt vii in re literaria summates

*Ingenitissimus,
Quod haec pinnigero, non armigero in corpore
Exercantur tela.*

In eo aberrant a vero scopo: exercent enim illic Philoctetae tela in avium corpore pinnigero, non in armigeris hostibus. Q. Smyrnacus Paralyt. lib. ix. 350. de eodem Philoctete.

*ὁμοῖα δ' αἰ' ἀνθρώπων
Ὀλυμπίου περὶ πολλὰ πρὶ ληξέσσι κέρως,
Ἄλλα δὲ οἱ οὐδέποτε πρὶ χροῖ, χροῖσσι δὲ αὖ
Λευγαλέου.* HEINS. Vide Scal. ad Varon. lib. VI. p. 67.

54. *Debita Trojanis exerceat spicula fatis.*] Quae, & quot fuerint fata, quibus Troja capi posset, docet Plautus in Bacchidibus: IV. ix. 79.

*Illo teia audivi fuisse fata, quae illi exitio fuerint:
Ex arce signum si perisset; alteram etiam est vna
Troii:*

Tertium quom portae Stenae limen superum similiterur.

His haec addit Servius, exponens illud Virg. *Etisque repulsi Ducesque Danaum.* Secundum vero alios pluribus: ut de Aeaci gente aliquis intellet. Unde Pyrius admodum puer evocatus ad bellum est, ut Rheii equi tollerentur: ut Herculis inaeffent sagittae, quas misit Philoctetes, cum ipse non potuisset asserre mortis praeventa. CIOFAN. *Dellia* Leidenses duo & Gronov. & tres alii. *intra* pr. Gronov.

55. *Comitatur Ulysses.*] *Comitavit* Ulysses Florent. S. Marci. & unus Gronovii bene. *Adnotat* Trill. 1. El. viii. §l. 31. multi, *comitant.* mox pro. *veller.* idem Florentinus, *vallat.* HEINS.

58. *Quam male convicti.*] Interpret, *minimam male memor;* sed haec nimis operosa, cum *et* *minimam memor* hic sufficiat; quare lego simpliciter; *quam male convicti* *minimam memor:* non enim ita alate atque caute ferio personam induera Uli-

Pro-

Proditus à socio est. non haec mihi crimina fingi
Scit bene Tydides: qui nomine saepe vocatum
Corripuit; trepidoque fugam exprobravit amico.

70 Adspiciunt oculis Superi mortalia iustus.

En eget auxilio, qui non tulit: utque reliquit,
Sic linquendus erat. legem sibi dixerat ipse.

Conclamat socios. adsum; videoque trementem,
Pallentemque metu, ac trepidantem morte futura.

75 Opposui molem clypei; texique jacentem;

Servavique animam (minimum est hoc laudis) inertem.

Si perlas certare, locum redeamus in illum:

Redde hostem, vulnusque tuum, solitumque timorem:

Post clypeumque late: & mecum contende sub illo.

80 At postquam eripui; cui standi vulnera vires

Non

26, quin hanc ipsi larvam detraxerit Palamedes;

nisi forte legere malis, male contenti, sensu gemino cum priori lectione. SCHNEPPER apud Tan. Fa. lib. 11. Ep. 71. *Convictum* pr. Gron. & tres alii; scilicet Palamedem. Sed probabilis Schaefferi conjectura, *male convicti*, id est frustra, temere contenti, ut nullus illa vox illa male ponitur: bene enim convicerat Ulixen Palamedes furoris falsi, Ulixes vero Palamedem male convicerat, & dolo & fraude probavit ejus proditorem. *Quam male convicti* erat in Florent. S. Marci. BURM.

59. *Res Danaam.*] *Danaum* duo libri. *res Danaam* alii duo. vid. ad lib. vii. 513.

60. *Quod iam.*] Melim, *quod clam:*

61. *Achivis.*] *Achivas* Leidenses duo, Neapol. & Argent. pro varia lectione. *subducit* etiam Basil. & Argent. Medic.

62. *Aut nec.*] *Inducens* exercitum ad lapidandum Palamedem. REGIUS. Sic idem Ajax apud Calabrum lib. v. 191.

*ἦ τί δ' ἔδρασαν, ὅτ' ἐλάσθη ἴσθ' ἄνω
ἐκδίχον ἀδύτης ἀπ' ἀργεμύτων Ἀχαιοῖς,
καὶ τὴν κατασκευασμένην, καὶ δὲ ἰδὼν ἑφίπτεθαι
Ἥρωιο Λυκίδος, ὅς μὴ ἀφίλος ἰέσθαι,
ὅς γὰρ οὐκ ἴσχυρε κλονεῖν Πεισίστην ὑπὸ
ταρῆσιν ἠγαθήνδιστος μέγιστος ἐπὶ χροῖσσι,
ὅτε αἶψ' ἔπειτα ποτὸ λυγρόν ἐπὶ πρῶτος λάθῃ,
ἀλλ' ἔξ ἀντιθέου Παλαμήδης ἔθεας ὀδύρας
ὅς εἰς φρεσίν ἐπειθὲν αἶψ' αἶψ' ἔπειτα βλάθῃ.*

At de Palamede quidem etiam Virgilius meminit secundo Aeneidos: de Philoctete autem exalta tota fabula apud Sophoclem. MIEVILLUS.

63. *Fidum quoque Nestora.*] *Fidum* sibi Basil. quod effracus; *fidem* sibi, quem tamen ille per alios prodidit & deseruit.

64. *Desertum ut Nestora.*] *Ut* non habent septem libri. sic & lib. xiv. 129. & 731. 1. Pont. x. 43.

vid. ad Quinfil. Decl. xi. 7.

68. *Nomine saepe vocatum.*] *Vocatus* Stroz. & Medic. *notatum* unus Basil. & Moret. ut simul ignaviam ipsi objiceret: sed hoc *corripit* praestat. eadem diversitas alibi. vid. ad lib. v. 402. & 11. Pont. 11. 17. BURM.

69. *Trepido.*] *Timido.* Alludit autem ad verba, quae Diomedis attribuit Homerus. Iliad. 9. 93. *διωγόντες λαερτιάδε πολυμήχαν' Ὀδυσσεύ Πηφείωνος.* &c. REGIUS.

70. *Adspiciunt oculis superi mortalia iustus.*] *In* dignatus Ajax, quod in certamine cum Hectore jam sulcepto strene se gessisset, patris armis hand donaretur: quibus, existimans sibi injuriam factam, adversario, aliisque Graecis, qui sibi ea non adjudicaverunt, reigione oblata timorem injicit. CIOFAN.

71. *Eget auxilio.*] *Eget, auxilium qui non tulit* Francos. & *neget auxilium* duo alii.

72. *Legem sibi dixerat ipse.*] *Istam* Bernegg. prim. Esunt. & decem alii, *ipsam* duo. sorte, *sibi ipse.* HEINSIUS. *Legem sibi iuravit ipse* Cod. Menard. *dixerat* Arondel. & septem alii. vide ad Epist. XII. 39.

73. *Texique jacentem.*] *Latentem* tres libri, non male; ut mox repetit, *post clypeumque late.*

76. *Minimum est hoc laudis.*] *Hic* plerique veteres. *Legedam* olim, *minimum est hoc laudis.* HEINS. Nihil muta. vid. ad Quinfil. Decl. 11. 1.

77. *Redeamus ad illum.*] *In illum* plerique meliores, & pro *hostes* mox, *hostem.* HEINS.

78. *Vulnusque tuum.*] *Nam* latus illius hasta traiecit Socus. Homer. II. Δ. 459.

*Τῆς δὲ μαγνήτων, ἐπιὶ ἴδω ἀμ' Ὀδυσσεὺς
κεκλήμενος κατ' ἄριον, ἐπ' αὐτὸν πάντας ἴδουσαι.
Ἀντὶς δ' ἔκπλητον ἀνιχνύζων, αὐτὸ δ' ἰταίριον.
Τῆς μὲν αὖτις ἴδουσι, ὄνει μὴδ' ἀνδρ' ἔπειτα φρεσίν.*

Non dederant, nullo tardatus vulnere fugit.
 Hector adest : secumque Deos in proelia ducit.
 Quaque ruit, non tu tantum terroris, Ulixè;
 Sed fortes etiam : tantum trahit ille timoris.

85 Hunc ego sanguineae successu caedis ovantem
 Cominus ingenti refupinum pondere fudi.
 Hunc ego poscentem, cum quo concurreret, unus
 Sullinui; fortemque meam vovillis, Achivi:
 Et vestrae valere preces. si quaeritis hujus
 90 Fortunam pugnac; non sum superatus ab illo.
 Ecce ferunt Troës ferrumque, ignemque, Jovemque
 In Danaas classes. ubi nunc sacundus Ulixes?
 Nempe ego mille meo protexi pectore puppes,
 Spem vestri redidit. date tot pro navibus arma.

95 Quod

Trois et sua luxuriae agrippidos Moidius.
 Αἴψα εἰς ἃς Δαίμων περιπέσσει ἰσχυρῆς ἰσθμῆ, &c.
 Et paulo post. 482.
 Αἴψα δ' ἰσχυρῆς ἐδάει, φίλος οὐκ οὐκ ἦν πύργος,
 Σπῆ δ' ἀπὸ γῆ. Τροῶς δ' ἐδύστησαν ἀδάμω ἀδωος.

MICILL. Haec ad versus 74. referri debere nemo, qui textam legerit, negare queat, ubi *pallademque metum*. Vides ibi de pallore agi, quod optime huic veritini conveniet, si legas, *hæde hostem vultumque tantum, solitumque timorem. Vultum*, hoc est pallidam & cadaverotam illam faciem, pavonis acientiae tuae indicem. de vulnere enim post loquitur Scamander apud Tan. Fabr. Lib. 11. Ep. 71. immo jam vulneratus erat, nam addit eum prae vulnere non potuisse stare, sed ubi Hector adest, fugisse, quasi vulnus nullam accepisset, & ex Homeri loco id manifestum. quare nihil mutò. BOM.

82. Deo.] Deorum, in primis Jovis, auxilium. Nam (ut scribit Hom.) se Jovis filium esse jactabat Hector. RAGIUS. Videtur hoc loco intelligere Ovidius id, quod Homerus lib. xii. scribit, Jovem voluisse Hectori & Trojanis victoriam & gloriam eo die suppeditare, & eoque etiam Iliad. mihâ, consilia illi subministrasse, quibus ille insinectus, & suffragium Graecorum superavit, & effraetis munitionibus illorum, ad naves usque pervenit. Quare & sequenti libro mox sequitur.

267. ἴσται εἰς Τροῶς τε, καὶ Ἐπειῶν νερὶ πύργω, &c.

Uad autem quod infra sequitur:
Eccis sumus Troës, ferrumque, ignemque, Jovemque, &c. ad id refertur, quod Iliad. decimoquinto idem Homerus ait, Jovem esse hominem, quo dolo Junonis septus fuerat, experietur, misisse Apollinem, quo Trojanos contra Graecos constitueret, illosque in fugam verteret. Quo scieto Trojanos ad naves usque insucentes esse, isdemque Danaos injecone.

MICILL. In proelia portat Oxon.
 84. *Ille timoreis.*] Furoris novem libri. & in Pe-
 litianus ex veteri codice.

85. *Ovantem.*] Exultantem. sic Virg. lib. ii.
 Aeneid. 577.

— imperioque iterum parvus evasit.

CIOFAN. Supr. XII. 298.

86. *Eminus.*] *Cominus* Oxon. & recte. Plus enim laudis Ajaci, quod cominus cum Hectore erat congressus, quam si eminus congressus fuisset. HEINS.

86. *Ingenti refupinum pondere fudi.*] Mirum saxo. Nam (ut in decimo quarto Iliados voluente legitur) cum Hector hactam in Ajacem jecisset, neque vulnerasset, Ajax ipse sub lato maximo suo pectus illius ita percussit, ut cum ingentissimo strepitu in terram caderet. REGIUS. Graeci verus sunt Iliad. E. 409.

Ἐὶ μὲν ἴσται ἀπὸ τῆς Τροῶς ἄλγος Τηλεφάνης ἄλγος
 Νηλεΐδης, τὰ μὲν ποδῶν ἴσται ἰσχυρῆς ἰσθμῆ
 Πύργῳ περὶ γαυρῶν ἐπολιόδω, τῶν δ' ὀπίσθης
 Σπῆδες βιδύμεναι ἰσθμῶν ἀπὸ πύργου,
 Σπῆδες δ' αἰς ἰσθμῶν βελόνας. &c. δ' ἰσχυρῆς ἰσθμῆ.

MICILL. Haec de re ita scribit Dielsys Graecis lib. 11. *Interim*, inquit, *Ajax Telamonius adversum, cognito apud naves Hektor, magna armata facit ibidem apparuit: deinde molesta virgula hostem, multo sudare ad postremum à nectibus extra vallibus extendit. Tum iam cedentibus acrior insistent, Hektorum, qui adversum eum promptus fuerat, hunc immans saxo, ac mox conferturatum jecit. In quo Vaticano legitur, *Valore fudi.* Quod Homerus comprobat: ait enim Z. Hektorum ab Ajace vulnus accepisse, sed tamen *ponderis magis probo.* Hoc ipsum, quod Ajax se scitisse hoc loco significat: apud poetam quendam veterem, quem Paeoniam esse suspicari licet, per desinam Ulixi tribuit.*

95 Quod si vera licet mihi dicere; quaeritur illis,
 Quam mihi, major honos: conjunctaque gloria nostra est.
 Atque Ajax armis, non Ajaci arma petuntur.
 Conferat his Ithacus Rhesium, imbellemque Dolona,
 Priamidenque Helenum raptâ cum Pallade captum.
 100 Luce nihil gestum, nihil est Diomede remoto:
 Si semel ista datis meritis tam vilibus arma;
 Dividite: & major pars sit Diomedis in illis.
 Quo tamen haec Ithaco? qui clam, qui semper inermis
 Rem gerit; & furis incautum decipit hostem?
 105 Ipse nitor galeae, claro radiantis ab auro,
 Insidias prodeat, manifestabitque latentem.
 Sed neque Dulichius sub Achillis casside vertex
 Pondera tanta feret. nec non onerosa gravisque

863

ius autem poeta haec citat Carisus, ita loquens
 κατὰ ποικιλισμῶν, id est, per desinam quendam,
 tanquam,

Vidi te Ulixes saxo sternentem Hektor,
 Vidi regentem clipeo classis Dorianam:
 Ego tunc pudendam trepidus hortabar fugam.

Hæc omnia cum desina quodam dicta sunt à forte ad non fortem. CIOFAN. Pulvere Junian. fortiter Basi. vulnere magno numero alii. Stravi BODON.

87. Unus sullinui.] Unum Cantab. & Leidens.

88. *Sertemque meam vovillis Achivi.*] Hoc quoque ab Homero sumptum esse videtur, qui Iliad. II. 179. scribit Achivos, sublati in altum oculis manibusque, his precibus ad Jovem usus fuisse:

267. πύργῳ δ' αἰς ἰσθμῶν βελόνας,
 ἢ αἰς ἰσθμῶν πολυχρόνῳ Μορῶν.

REGIUS. Quod autem mox sequitur, *Et vestrae vulnere preces*, potest etiam eò referri, quod Ajax, interim dum armatur, Graecos comprecari Jovem jubet, quod & illi faciunt his verbis. ὕ. 202.

202. πῶς, ἴδωμεν μέγιστον, κούρεν, μέγιστον,
 αἰς ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἰσθμῶν ἀπὸ τῆς
 εἰ δὲ δ' Ἐπειῶν περὶ φιλῶν, ἢ κούρεν αὐτῶν,
 ἢ περὶ φιλῶν περὶ φιλῶν, ἢ κούρεν αὐτῶν.

MICILL.

88. *Vovillis.*] Ergo voto optatis, tametsi novissis fere legatur. REGIUS. Nescio an satis Latine. novissis viginti quatuor libri. Heinsius olim conjecterat, *vovillis*, ut in libr. 1. Iliad. iv. 41.

— quia nec contraria fovi Arma.
 novissis Meue. tert. novissis tert. nonon.

91. *Ferrumque ignemque Jovemque.*] Emenda, ut est in Vatic. utroque Maffei & Ambobus meis. *Ferrumque ignemque.* CIOFAN. Ignemque multi veteres. deinde, *ubi nunc*, pro *tunc* castigatores. HEINS. Inf. 383. etiam *ignemque* optimi codices. Tom. 11.

ubi nunc illustratum vide ad IV. Ep. 130.

91. *Vovillis.*] *Novissis* Oxon. & quinque alii.

94. *Date tot pro navibus arma.*] In Vatican. & uno Maffei, *date tot pro navibus.* Melior & suavior numerus. CIOFAN.

97. *Non Ajaci arma petuntur.*] *Non arma Ajace petuntur* Arundel. male. dictum ut illud apud Valer. Max. VII. 5. ex. 6. *Non Catoni Praetura, sed Praeturae Cato negatus est.*

99. *Rapta cum Pallade.*] In Caesit. *Cassa cum Pallade raptum.* In Vatican. *Rapta cum Pallade raptum.* placet magis, ut est in Capran. & Farnes. *Cassa cum Pallade captum.* Illud non omittendum duxi, alios notasse hoc loco ab Ovidio tantum mentionem fieri Ulixis, qui Palladium foratus est. Cum poeta nostro facit Euripides in Rheso. CIOFAN. *Capta vel cassa* multi veteres. HEINSIUS.

99. *Pallado.*] De Palladio, ex arce Trojana per Diomedem & Ulyssem ablato, etiam Virgilius meminit II. Aeneid. de Heleno autem Sophocles in Philoctete vers. 601. his versibus:

ἢ τις ὄραται
 Πριάμῳ μὲν ἴδω, ἴδωμαι δ' ἀνομιάζω
 Ἐλπίες, ἢ ἴδωμαι περὶ ἴσθμῶν μέγιστον
 Ὁ πῶς ἴδωμαι αἰσχρῆν ἢ λήθη' ἴσθμῶν
 Διόλεος Ὀδυσσεῦς ἴδω, ἴδωμαι δ' ἀπὸ
 Ἐδὲ ἄχαυτος, &c.

qui tamen hoc ab Ovidio differt, quod ille unâ cum Palladio, & adjuvante Diomede, captum Helenum dicit: hic autem solius Ulyssis meminit. MICILL.

101. *Si semel.*] *Si tamen* magno numero scripti. vid. lib. vi. 511.

102. *Et major pars.*] *Et pars sit melior* unus Heins. Inf. xv. 873. & XVII. Ep. 68. eadem varietas. ita saepe, *pars bona.*

105. *Ipse nitor galeae claro, eye.*] Argumentum ab iustitiâ: quod Achilles arma Ulixi, homini omnium

Pelias esse potest imbellibus hasta lacertis.
 110 Nec clypeus, vasti caelatus imagine mundi,
 Conveniet timidæ, nataque ad furta sinistra.
 Debilitaturum quid te petis, improbe, munus?
 Quod tibi si populi donaverit error Achivi;
 Cur spolieris, erit; non, cur metuaris ab hoste.
 115 Et fuga (quæ solâ cunctos, timidissime, vincis)
 Tarda futura tibi est; gestamina tanta trahenti.
 Adde, quod iste tuus, tam rarè proelia passus,
 Integer est clypeus, nostro, qui tela ferendo
 Mille patet plagis, novus est successor habendus.
 120 Denique, quid verbis opus est? spectemur agendo:

niam timidissimo, nisi futura non sunt. Sed id ita consistat Ulixes:

— his, inquam, humeris ego corpus Achillis
 Et simul arma tuli, quæ nunc quoque ferre laboro.
 Sont mihi. &c. CIOFAN.

105. *Claro radiantis ab auro.*] Illud claro adeo ignarum inersque est hoc loco, mihi ut persuadeam scripsisse Poëtam, *claro radiantis ab auro.* TAN. FABER. lib. 11. Epist. 69. sed tamen infr. 704. *claram auro coronam.* ubi & Leidensis habet, *clayo auro. sulvo* primi. Moret. *in auro* unus Leid. & *auro* Genev. forte, *ferro radiantis et auro.* ferrea enim erant & auro inductæ. ferrum vero in splendorem erat datum. Sil. IV. 13. *Indulsiat ferro splendor.* BURM.

106. *Manifestabitque latentem.*] *Paudentem* Oxon. & duo alii. ceterum hoc verbum *manifestare*, quo usus erat Cl. Franciscus, ut notæ non optimæ culpavit olim Cl. Peizonius, & cum Justini & Natanis auctoritate Franciscus se tueretur, illius recusat, ut cujus singularia nunquam fuerint ab eruditis pro probis & geniois recepta, hujus non admittit, nisi in carmine. quasi hoc poeticum & a Poëta fictum esset vocabulum; quod non puto. Neque enim aptius huic rei exprimendæ soperesse nobis puta, ut *latenteus*, sive *paudentem*, & dissimulantem pavorem manifestum faciat. nam, *declatantem*, *salam* sacra minime explere sensum puto. propius accederet *aperire*. nam *manifesta* Latini verunt *τὰ φανερά*, quæ oculis incurrunt, & quæ manibus quasi tenemus, ut egregie docuit Gifan. Indic. Lucret. & barbarizare qui dicunt, *hinc manifestum est*, pro *perspicuum est*. in eo ergo peccavit forte Franciscus, quod paulum alio sensu, quam Ovidius adhibuerit, qui de latente, sed qui deinde apparet, nitur, non ut Justinus, qui rectius lib. x. cap. 3. dixisset, *confirmari, probari, ostendi*. Sic vitiose Nonius in Avernio dixit, *hujus rei manifestus est Lucretius*. tentasse puto Ovidium vim verbi *ἀχλὺς* Latino verbo exprimere, nec reperire potuisse aliqd æque commodum ac *manifestare*,

nam ut Græcis, de homine, qui clarissima facia & signa dat exteriori specie coram, quem nunc te sentit, *ἀχλὺς* &c. dicitur, ut Aristoph. *Plut. ad. 27. Sc. 11. 12.* & Sophocli. *Ajac. 316.* ubi videtur notæ Stolbergii; sic Ovidius dixit, v. Fall. 313. *Per quod ferem manifesta doleris.*

Et ante eum Sallustius Jug. cap. 35. *Manifesti tanti sceleris.* & ita Plautum & scæpe Tacitum locutum adnotarunt viri docti. Græco etiam more Paulus]C. dixit leg. 33. de Leg. 1. *Testator et scriptura manifestissimus.* Nihil ergo prohibebat, auctore Nalone, verbo *manifestus* eodem significatu uti, quo ille, nec tam rigide excutere recentiorum scripta fas esse puto. BURM.

107. *Dulichium.*] Ulyssis caput. nam Dulichium insula est Ithacæ vicina. REZTUS. Quidam eam eandem cum Cephalenia faciunt Dulichium, ut Strab. indicat. & quia Cephalenia imperavit Ulysses, hinc poëtae *Dulichium* ipsum quoque Ulysem passim appellant. quod tamen contrarium Homero est, qui Dulichios & Cephalenas diverfos facit; atque his quidem ducem Ulysem, Dulichios autem Megetem assignat. Vide Iliad. II. & Strab. lib. II. MICYLL.

108. *Feret.*] *Ferat* Medic. melius ut & mox idem, *conveniat*. deinde *gentosa* Oxon. Basil. & alius male. expressit Homeri descriptionem hujus hastæ Iliad. T. 388.

110. *Caelatus imagine mundi.*] Descriptio clypei Achillis est apud Hom. Iliad. XVII. non solum autem elementa in eo, sed totam machinam mundi, hoc est, caelum cum sideribus suis, terram cum urbibus & populis, & ipsum denique Oceanum, oras ambientem, fuisse sculptum idem videtur. MICYLL. *Conceret* in Florentino S. Marci, cum glossa, *id est, pietas*, atque ita unus eoque Medicus. HENSIUS.

117. *Proelia passus.*] *Vulnera* Bernegg. primi Gron. & alter Hamburg. cum tribus aliis. Ita lib. XII. 171.

At ipse colui paudentem vulnura mille Vidi.

Arma viri fortis medios mittantur in hostes;
 Inde jubere peti: & referentem ornate relatis.
 Finierat Telamone fatus; vulgique secutum
 Ultima murmur erat: donec Laërtius heros
 125 Adstitit: atque oculos paulum tellure moratos
 Suffulit ad proceres; expectatoque resolvit
 Ora sono: neque abest facundis gratia dictis.
 Si mea cum vestris valuissent vota, Pelasgi,
 Non foret ambiguus tanti certaminis heres:
 130 Tuque tuis armis, nos te poteremur, Achille.
 Quem quoniam non æqua mihi vobisque negarunt
 Fata; (manuque simul veluti lacrimantia terit

Et inf. 396.

Pelias tuum denique vulnera passum. HERUS. Vide ad Sil. IV. 16. Eruditissimum Drakenborchium. praefero tamen, *proelia*, quia si raro *vulnera* esset passus clypeus, aliqua tamen haberet, nec esset integer. BURM.

111. *Arma viri fortis medios mittantur in hostes, inde jubere peti.*] Testatur Seneca lib. II. *Controversas*. hanc sententiam Ovidium accepisse à Portio Latone in amorum judicio. cujus haec sunt: *Mittantur arma in hostes, et petamus.* CIOFAN.

112. *Et referentem.*] Et deest Cantab. & Jun. armis Gron. & Moreti. vid. lib. XII. 462.

113. *Vulgique.*] *Vulgique* Francos.

114. *Oculos paulum tellure moratos.*] Imitatur Homerum Ovidius, qui Ulysem stetit oculis in terram defixis, immotoque scepro, priusquam illam eloquentiae procellam effunderet, scribit. REZTUS. Locus est Iliad. T. 216. ubi Antenor inter se confert Menelaum & Ulysem:

Ἄλλ' ὅς δ' ἐπὶ πολέμοις ἀνάχθην Οὐδυσσεὺς
 Στάσεν, ἵππῳ δὲ δεσποικατὴν χθονὸς ὀμματὰ πί-
 ζει.

Ἐπεὶ τὸ δ' οὐτ' ἴππιον, οὐτὸ προπρηνὲς ἰσχυρὰ,
 Ἄλλ' ἄερωδες ἔχθρον, αἰδοῦντο τῶνδε.
 Φαίος κὰν ζῆλοῖντι τινὰ ἕμενος, ἄφρονά τ' αἰ-
 τῶν.

Ἄλλ' ὅς δ' ἔπαρτεροῦ ἔλπι ἐκ σφίσεσσι.
 Καὶ ἔτα νηδύσιν ἑκόντα γυμνίσσον,
 Οὐκ ἄν ἴππῳ Οὐδυσσῆϊ γ' ἐρίσσει βροτῶν ἄλλος, &c.
 de praesenti autem oratione, sive contentione Ulyssis cum Ajace, nihil est apud Homerum, nisi quantum de judicio & victoria meminit Odyss. A. 52. ubi ait:

Ὀὐδ' ἄνατος ψυχῆ Τελαμωνιάδας
 Νισφὸν ἀφείθεαι, κεχρημένῳ δὲ ναυαγίῳ,
 Τῆρ μὲν ἐγὼ νίκην διαζέχωνος παρὰ νησὶ
 Τελαμῶν ἀμὲν Ἀχιλλῆος, ἔθνη δὲ πότνια μένη.
 Παιδὲς δὲ Τρώων ἔτασαν, καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

MICYLLUS. Apud Tyrrhiodorum, 3f. 114. ἕμετος ἔχθρονος βούλοισι ἐπὶ γαίῳ ἔρισεος, ceterum *mora-*

tus est in Cantabr. & decem aliis. sed xv. 106.

At illa die vultus tellure moratos

Erexit. BURM.

127. *Facundis gratia dictis.*] Ita Propert. I. 14.

129. *Unica nec desit juvenis gratia verbi.*

Ubi etiam forte *facundis* legendum, ut Ovidius imitatus Propertium sit. JOEM.

129. *Non foret ambiguus tanti certaminis heres.*

Verbum *heres* sine diphthongo legitur in omnibus libris scriptis, quemadmodum in veteribus marmoribus & nummis. Dicitur autem *heres*, quasi *herus*, id est, dominus. Festus Pompejus, *heres apud antiquos pro domino ponebatur.* Quod verbum in eo recitat loco, in quo nulla esse potest diphthongus. Unde perspicue colligitur, eos esse deceptos, qui arbitrati sunt ab *haerendo* dici, & cum diphthongo scribi debere: neque quod ipsi obiciunt ei quam expostio opinioni oblat, *heredem*, cum priorem syllabam producat, ab *hero*, cujus prima brevis est, derivari. Multa enim verba apud Latinos sunt, quæ à suis primitivis orta syllabam primam mutant. CIOFAN.

130. *Tuque tuis armis.*] Poteris ac possideres & frueris subaudiatur. Est enim hypocoecuma. *Poteremur* autem legendum est, ut sit tertiae conjugationis, ita versu exigente. Hac autem apostrophe ad Achillem animos auditorum ad fictum inclinat. REZTUS. In omnibus serè libris veteribus & his apud Priscianum *poteremur* legitur. sed male. Syllaba enim xi repugnat. Admonuit hoc Valla. CIOFANUS. *Poteremur* ex multis veterum. *ἄρχωμαι*. sic & lib. XIV. 641. *ut poteremur ea rependendum.* Catullus LXIV. 398.

Liber, ut innoxias poteretur flore juvenitas.

Propert. lib. II. El. VII. 64.

Cum capite hoc Strygiae jam poteretur aequat.

ita vetustus codex Neapolitanus. Aufon, Epitaph. Hierorum:

Fortis praegrassis ut potereris equis.

Val. Flaccus lib. VII. 54.

Lumina) quis magno melius succedat Achilli;
 Quam per quem magnus Danaïs successit Achilles?
 135 Huic modo ne profit, quod, ut est, hebes esse videtur.
 Neve mihi noceat, quod vobis semper, Achivi,
 Profuit ingenium: meaque haec facundia, si qua est,
 Quae nunc pro domino, pro vobis saepe locuta est,
 Invidia careat: bona nec sua quisque recuset.
 140 Nam genus, & proavos, & quae non fecimus ipsi,

Silices Mollis pendis poteretur ut auro.
 sic & ibi scribendum. apud Columellam lib. 1. c. 3. ex optimis membranis: *Ut emisse videatur, quo poteretur, non quo creveretur.* pari modo *oreretur* apud Paulinum quarto Natali Felicis:
Civis ut adflectu nostris oreretur in oris
 ubi *oritur* pessime nunc legitur. sic a *solior foditur*. HEINS. Ita & apud Sueton. Caes. 64. Codex Memm. *ne spolio poteretur hostis.* qui codex & exhibet, *adoretur* Claud. cap. 13. Juvenius lib. 11. 298.
Quod secreta ejus poteretur semina verbis.
 ubi vide quae nuper adnotarunt viri docti. & Broukh. ad Prop. d. 1. & Valerius in Valestianis pag. 117. BURM.
 132. *Lacrymantia terfit.* Statius: *Palmita maturo torantia lumina terfit.* Idem: *Et pectore terget Lumina.* Et quisquis est auctor Moreti:
Saepe manu summa lacrymantia lumina terget.

CIOFAN. *Terfit* tres antiqui. *inox succedat* pro *successit* prim. Reg. Oxon. alter Hamburg. & quatuor. *reversiores* magna ex parte, *juccedit*. HEINS.
 133. *Quis magno melius succedit Achilli etc.]* Neminem natum arbitror, a quo doceri possim, quid sibi hoc velit, *Danaïs successit Achilles*, neque tamen huc usque animadvertim id a quoquam fuisse arbitror. Dicam igitur quid mihi in mentem illud s, in quod desinit *Danaïs*, geminatum fuit, ita ut vox sequens corrupta fuerit. Cum enim ab Ovidio scriptum fuisset, *Danaïs accessit Achilles*, ex geminato illo factum fuit *successit*: quod cum nihili esse viderent, Latium quidem verbum fecere, scribentes *successit*, sed sententiam Latinitatis perhibere. Deinde homines nullo judicio praediti bellum aliquod & iane positum esse existimabant, *Achilli successit Ulysses*, per quem *Achilles successit Danaïs*. Rem egregiam scilicet! sed cur *Achilles accessit Danaïs* dicitur? Nihil opus Pythii fortibus: Videlicet inter postremos venit ille Heros: & norant pueri fabulam de Thetide praescia venturi; & cui ignota sceros est? Itaque certa emendatio, ni fallor. TAN. FABER. Lib. 11. epist. 60. 135. *hebes esse videtur.* Enatur unus Basl. ut sit

Gracimus, ut mox §f. 140.
Quia retulit Ajax Esse Jovis propter.
 Lucan. ix. 1037.
Tutumque paravit Jam bonus esse fore.
 ad rem autem huc facit illud Martialis viii. 76.
Pauper videri Cinna vult, & est pauper.
 pro *facundia* prim. Gronov. *solertia*. HEINS.
 140. *Nam genus, & proavos, & quae non fecimus ipsi, etc.]* Pictius lib. xi. Hieroglyphicae de Pico hunc locum ita interpretatur: *Nimirum vero in apud Graecos nobilitatis indicium fuit, hinc ita de causa Ulixis caput pilatum sibi solatam autem, quod magna scilicet ab utroque parente nobilitas illi deliquisset. Nam apud Ovidium eam ita in ditione exeret: Nam genus, etc. CIOFAN.*
 141. *Vix ea nostra.]* Vix praeter significationes duas vulgarias & usui obvias, videlicet cum hoc re, & statim, habet & illam remotiorem, quod *parum leviterque* interim significat. Macrobi. ad Saturn. 9. *Nax Tarentina dicitur, quae ita usula est, ut vix atrocitate frangatur.* Refertur vero, quod est cum difficultate, & ad corpus & ad animum. Quare hoc aut eo modo apud Ovidium accipiendum videtur. Nisi plenam ejus quoque adverbii vim quisquam habere voluerit, quae est, non. Cum Antonius ex Cleobuli persona dicit, *Majorem meritis gloria non datur.* Et Iphicrates: *Morum genus a me inuis, inam in te desum.* Denatus certe, *Carcer vix carceri dignus*, pro quo, apud Lucillum interpretandum putat. MARIANO. ACURUS. in Diatribis. Sed in exemplo Macrobii eisdem notat, quod statim, quamprimum atrecta est, frangitur. ita *vix* positum Virg. 11. Aeneid. 172. ubi *max* notare Servius notat; quem & vix ad lib. 1. 34. hoc vero loco *vix* est jungendum cum *vera*, & notat, non omnino, haud facile, segre, ut solebant *vix aegreque* conjungere, ut docuerunt viri docti ad Macrobi. 1. Sat. 9. Sueton. Tib. 44. *Majore albus ex turpiore infamia flagrant, vix ad referri avarive, vedum credi fas sit.* BURM.
 141. *Sed enim quia.]* Terent. in Phorm. act. 11.
Quia enim in illis fructus est. CIOFAN.
 141. *Quia retulit Ajax Esse Jovis propter.]*

Vix ea nostra voco. sed enim, quia retulit Ajax
 Esse Jovis pronepos, nostri quoque sanguinis auctor
 Juppiter est: totidemque gradus distamus ab illo.
 Nam mihi Laërtes pater est, Arceſius illi,
 145 Juppiter huic: neque in his quisquam damnatus & exsul.
 Est quoque per matrem Cyllenius addita nobis
 Altera nobilitas. Deus est in utroque parente.
 Sed neque materno quod sum generosior ortu,

Contructio Graeca, ut rectè admonet Linaerus lib. vi. De Figuris. CIOFAN.
 141. *Arceſius illi.]* Duo fuerunt nobiles Arceſii, & hic Jovis filius: ac Danaës pater. Legitur etiam Arceſius. REGIVS. Non Arceſius legendum, ut Raphael falso videtur, sed Arceſius. Nam in Arceſiam secundam syllaba repugnat, quae brevis est, ut apud Virgilium. vii. 409.

Quam dicitur urbem Arceſiam Danaë fundasse coloniam.
 Et supra lib. 19. 607. *Solus Abantianus ad originem eam eadem Arceſius superest, etc.* Arceſii autem Homer. meminit Odyſſ. 2. 180. de Telemacholoquent, his versibus:

— τὸν δὲ μνηστῆρας ἀγαυὸν
 Ὀκείδ' ἰόντα λοχίῳ, ἵππας ἀπὸ Φόλου ἔλασται·
 Νόμισμα δὲ Ἀλκίνας Ἀρκασίων ἀντιβέβω.
 MICVLL.

146. *Est quoque per matrem.]* Anticlia mater Ulyſſis, filia fuit primi Sinonis Mercurii filii. Revertit. Anticliae Autolycei filia fuit. Autolyceus autem Mercurii ex Chione Daedalionis. Hom. Odyſſ. 4. 84.

Ἥλη δ' ἐπὶ θυγῆ μνηστῆρας ἀναπείθειν
 Ἀπεικίαν θυγάτηρ μεγαλήτορος Ἀντικλίας.

Sed de hac etiam supra mentio facta est. MICVLL.
 147. *Altera nobilitas. Deus est in utroque parente.]* Conſert genus suum Ulyſſes cum Ajaeis genere, quod ob Phoci ejus patri caedem exprobrat. Nam is Phocus à Peleo & Telamone; qui ab Aeto propter id facinus damnati sunt, & in exilium ejeti, interfectus fuisse traditur. Docet etiam Ulyſſes se matris suae Anticliae, quae ad Mercurium genus referebat, nobilitate adversarium superare. ejus autem Phoci meminit Ovidius ipse lib. 11. & 11. Favor. & Apollodorus lib. 111. Huic veteri loco similis est apud M. Tullium Philippica 111. ubi Antonii uxorem cum Octavii matre comparat. CIOFAN. Ulyſſes a Mercurio descendere docent nomen Cent's Mamillae; quae a Telegono Ulyſſis & Circes filio originem ducebat, ubi in una parte caput Mercurii, ab altera ipse Ulyſſes, reducitur in

Ithacam habitu. vid. Vaillant. in Gente Mamillae BURM.

148. *Sed neque materno quod sum generosior ortu.]* Sed & hoc quoque explicandum erat commentatori, ut puto. certe quantum memini, apud auctores dubium est de legitima Telamonis uxore. nam Hecione, ex qua natus est Teucer, Telamonis concubina fuisse dicitur. GLAREAN.
 149. *Nec mihi quod pater.]* Quomodo pater, si non Telamo, pater Ajaeis, sed Peleus patris Phocum fratrem interfecit. Ovid. xi. 166.

Felix ex nato, felix ex conjugis Peleus, Et, cui si demas jugulati trunco Phoci, Omnia conigerant.

Lib. 11. Falt. 39.

— ἴψαμ quoque Peleu Phoci,
 Crude per Aemoneis lavit Aetalius aquas.

dicens Poëtam nostrum hoc loco eorum opinionem suffragari, qui scribunt Telamonem cum Peleo Phocum occidisse. quod Statianus interpres in vii. Theb. tangit Vel, quod magis placet, Theodoro adſtipulandum, qui (ut Plutarchus scribit in Parallelis) primo Metamorphoseon tradit Telamonem solum de industria Phocum, cum quo similitudinem gerebat, venatum duxisse, & comparente apud ipsum venabulo confodisse, cum illud in aprum dirigere simulasset Diodorus, ab his dissentiens omnibus, lib. v. ait hunc facto imprudenter disco interfectum fuisse à Peleo. adeo varia & inconsistentia a diversis perſepe traduntur. CONST. PAN. Alii utrumque, hoc est, tam Telamonem quam Peleum, in exilium actos tradunt. Utrumque enim caedis fratrum participem fuisse, ac Peleum quidem disco, Telamonem autem ferro in cervicem illius abactis, Phocum occidisse. Quare & Peleum in Thessaliam pestes, Telamonem autem ex Regina Salaminem pervenisse. Vide Comment. Pindari in quintam Odam Nemeorum. MICVLL. Criticus aliquis sciolus censere posset, nihil haec apposte dici de fratrum caedis invidia, cum & in Diomedem, cujus benevolentiam ubique captat Ulyſſes, hinc caderet exprobratio; cujus pater Tydeus Meulippum fratrem interfecit. HEINS. Vid. Column. in Ennii Telamonem p. 222.

Nec mihi quod pater est fraterni sanguinis infans,
 150 Proposita arma peto : meritis expendite causam.
 Dummodo quod fratres Telamon Peleusque fuerunt,
 Ajacis meritum non sit : nec sanguinis ordo,
 Sed virtutis honos spoliis quaeratur in istis.
 Aut si proximitas primisque requiritur heres ;
 155 Est genitor Peleus, est Pyrrhus filius illi.
 Quis locus Ajaci ? Phthiam Seyronve ferantur.
 Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.
 Num petit ille tamen, num sperat, ut auferat arma ?
 Ergo operum quoniam nudum certamen habetur ;
 160 Plura quidem feci, quam quae comprehendere dictis
 In promptu mihi sit. rerum tamen ordine ducar.
 Praeficia venturi genitrix Nereia leti

Di.

150. *Expendite causam.* Tacitus lib. XIII. *Scripti Caesar Senatui, privatim expendere causam libertorum.* CIOPAN.

153. *Virtutis honore.* *Honore cum melioribus.* HEINSIUS.

156. *Phthiam haec Seyronve.* Phthiam Seyronve pleiuraque vetustiores. Phthiam sec. Moret. paulo ante pro. *Est genitor.* Oson. non male, *En genitor.* & tum etiam foret scribendum, *en Pyrrhus.* IDEM.

157. *Nec minus est isto Teucer patruelis Achilli.* De Teucro ita literis consignavit C. Vel. Patriculus initio lib. I. *Teucer, non receptus a patre Telamone, ob seignitiam, non viduitate fratris injuriarum, Cyprum appellatus, cognomine patriae suae Salamina constituit.* In uno Massei legitur, *Nec minus est illi.* CIOPAN. *Est isti prim.* Esunt. & quinque alii. Pato, *est ipsi.* Bernegg. prim. Moret. & plurimi alii, *est illi.* *Est illic Florent. S. Marci.* *Est ista prim.* Reg. prim. Cantabr. prim. Vatic. & alter Hamburg. *Est ista Noricus.* *Est ista Neap. Thuan.* in uno Mediceo, *in ista est.* Forte, *en ipsi,* vel, *extimulo Achilli.* HEINS.

158. *Non petit ille tamen, num si petat auferat arma?* Exemplaria non mendola sic habent, *ne sperat, ut auferat arma.* CONSTANT. FABENS. In uno Massei, *Nec tamen ille petit, num si petat, auferat arma?* In uno Vatic. Caesest. & duobus meis, *Nec petit ille tamen, nec, si petat, auferat arma.* Quo modo sine ulla dubitatione legendum. verum in uno meo est, *auseret.* CIOPAN. *Auferat arma* plurimi veteres. & *Nam petit Florent. S. Marci.*

Nam petit ille tamen, num sperat ut auferat illa? excerpta Colandreae, quat. Medic. & Junian. *num sperat, ut auferat arma?* quod sequor. alii aliter. HEINS.

162. *Praeficia venturi genitrix Nereia leti.* *Dissimu-*

lat cultu natum, etc. De Achille, in Scyro occultato, & tota ejus educatione copiose Statius in Achilleide. Micyll. Huc sane facit quod scribit Hyginus, cap. xvi. *Thetis Nereis, cum foret Achillem filium suum, quam ex Pele habebat, statim Trojam expugnandam iisset, periturum, cum esset cum in insula Scyro ad Lycomedem regem, quem ille inter virgines filias habuit semine servavit, nomen mutato. Nam virgines Pyrrham nominavit, quoniam capillis flavis fuit, & Graecis rufum pyrrhos dicitur. Achivi autem, cum resisterent ibi cum oculatis, ad regem Lycomedem oratores miserunt, qui rogant, ut cum adiutorium Danais mitteret, qui regeret apud se esse, potestatem eis fecit, ut in regem irerent. qui cum intelligere non possent, qui esset verum, Ulixes in regio vestibulo monera semina posuit, in quibus elipsum, & hastam, & subito miratus iussit canere, armorumque crepitum & clamorem per iussit. Achilles, hostem arbitrari adesse, vestimulibrem dilaniavit, atque elipsum & hastam arripuit. ex hoc est cognitus, suaque operas Argivi promissa & milites Myrmidones. Vide Apollodorum lib. III. Qua de re lib. I. De Arte Oris.*

Urpe, nisi hoc matris precibus tribuisset, Achillas Veste virum longa dissimulatus erat.

CIOPAN. Poeta incertus, cujus haec *per Elione* edidit Morellus, dicit Achillem duxisse eotempore Deidamiam, & fuisse *Αργυραυγος*, quae causa fuit fibulae, & missos cum Ulixes Palamedem & Nestora, ad Pelen, Thetida & Chironem, a quibus obtinuerunt Achillem. & hoc moris apud Graecos fuisse, ut *νευσι γυγαμειότατος* militandi munere absolverent, ex simili fere factio Alexandri, quod narrat Arrianus lib. I. Exped. Alex. cap. 25. colligi potest. BORN.

163. *Et deceperat omnes.* Non significat eo septem veteres. HEINS.

166. *Projecerat.* *Dejecerat* duo libri; non *no-*

Diffimulat cultu natum. deceperat omnes,
 In quibus Ajacem, sumtae fallacia vestis.
 165 Arma ego femineis, animum motura virilem,
 Mercibus inferui. neque adhuc projecerat heros
 Virgines habitus. cum parnam hastamque tenenti,
 Nate Dea, dixi; tibi se peritura reservant
 Pergama. quid dubitas ingentem evertere Trojam?
 170 Injecique manum; fortemque ad fortia misi.
 Ergo opera illius mea sunt. ego Telephon hastam
 Pugnantem domui: victum orantemque refeci.
 Quod Thebae cecidere, meum est. me credite Lesbos;
 Me Tenedon, Chrysenque, & Cyllan, Apollinis urbes;
 175 Et Syron cepisse. meâ concussa putate
 Procubiisse solo Lyrnesia moenia dextra,

Ut.

16. Heinsius malebat, *projecerat.* non ego. Vid. ad lib. II. 582.

166. *Projecerat Trojam.* *Vertere prim.* Stronzae & alii quinque aut sex. Virgil. lib. v. 810.

Cupere cum vertere ab imo
sentia meis manibus perjuratae moenia Trojae.
 HEINS. Vid. ad Nuc. 191.

171. *Ego Telephon hastam, etc.* Quae hic recen- set Ulixes Achillem gessisse nonnulla exstant initio lib. XII. Telephus autem ad Caici ripas ab Achille vulneratus est. Pindarus Isthmiarum Oda v. Τίς γάρ ειπλόν Τηλεφου τραπον εις δαρι Καίου παρ' υβρας; *Quis vero strenuus Telephon vulneraverit in hastam ad ripas Caici?* Tangit & hoc ipse, in eo, quem modo citavi, libro:

Vel cum purpureis populari caede Caicus
Flavit, oraque moae bis sensit Telephus hastas.

CIOPAN.

173. *Quod Thebae cecidere mem.* Bene admo- net interpret de Thebis Ciliciae, Andromaches poeta. hic esse intelligendum. Homerus Iliad. 7. 414. quod quem ita Hectora alloquitur Andromacha: *Ητοι γαρ πατέρι άμειν απέκτανε δης Αχιλλεύς, Εκ δέ πόλιιν περίεν Κιλίκιον εύλαστέουσαν, Θίβην ΰβριυδα.* Id est:

Nempe enim patrem meum interfecit nobilis Achil-
les,

Et urbem δευσταυρι Cilicium bene habitatam,
Thoben celsosertam. CIOPAN.

173. *Lesbos.* Lesbos insula est clara Alcaei car- minibus & Sapphus. REG. Haec autem Achilli prodita fuit a poeilla quadam, Pifidice nomine, quae illius amore flagrabat. autor Parthenius in Iudicis. Micyll.

175. *Et Syron.* Syron aequae r. insula est Ioniae cum urbe ejusdem nominis. Nam Syron per r. patria est Lycocomedia. Tametsi Seson forsitan non inept legeretur. Est enim Sella urbis Helleponti-

notissima. REGIOS. Locus obscurus est. neque enim Graeci alibi leguntur expugnasse Cycladas, inter quas Syrus à Strabone refertur lib. X. neque Seyron Achilles, in qua servatus fuerat, filiumque ex Deidamia Neoptolemum procrearat. Aut igitur mendae aliquid inesse nomini Syro dicendum, aut una ex undecim urbibus, quas Achilles ante expugnationem Trojae cepisse dicitur, eadem haec accipienda, quandoquidem cum Chrysa, Cylla & Lyrnesia recensetur. De numero autem urbium hoc etiam Calaber meminit in oratione fenebri, qua Nestor laudasse Achillem fingitur. sic enim ait: lib. IV. 148.

Οδ' άρ' υδρι ενος ικουθια φητα
Έσπαρτος κιδαιος άργυραυγος ιονιου.
Διόχ' όπυς δεικνυσι κατά πόλιιν άγρια φουθι,
Κιδαιου δ' άν κατά γυαιον άπύρου, &c.

Apud Strabonem autem lib. XII. & Sceptis quaedam memoratur, ubi regia Aeneae fuerit, & ex qua idem Lymesium aufugerit, quando ea loca ab Achille vastabantur. Unde ipse Achilles apud Homerum Aeneae objicit: Iliad. T. 188.

Η ο μίμη έν σίγ ει βαίν δάι μών ιονου
Σαυα παρ' Ιδαιου οριον παχιζοντι κιδαιου,
Καίδου δ' εις λιμνηντι καιάσπυρας, όταρ ενω τάδ
Πήρην, μεθ' ημαυθις. &c.

Ut hinc aliquis, *Sesyon* magis quam *Seson*, quod Regio placeat, pro *Syros* reponendum putare possit. Quamquam mihi neque hoc, neque illud satis probatur, quando neutrum cum priore voce convenit. Micyll. Recte legitur hoc loco, *Seyron*: sed pro urbe, cujus & Homerus meminit Iliados I. 699. his versibus:

Απόδ' Αχιλλεύς Ιδαι μωχθ' κλυθις Ιονικου.
Τάδ' άμα παρ' κειάδων γυα, τώ λιμνόντι ενω,
Πήρηναιος θρυαγγη διαριθη καλλιπυρου.
Πατροκλος δ' εικραδου ειληθη, παρ' δ' ημε και ενω
Ιφου.

Utque alias taceam; qui saevum perdere posset
 Hecctora, nempe dedi. per me jacet inclutus Hector.
 Illis haec armis, quibus est inventus Achilles,
 180 Arma peto. vivo dederam, post fata repoſco.
 Ut dolor unius Danaos pervenit ad omnes,
 Aulidaque Euboicam compleverunt mille carinae;
 Expectata diu, nulla, aut contraria classi,
 Flamina sunt: duraeque jubent Agamemnona sortes
 185 Immeritam saevae natam mactare Dianae.
 Denegat hoc genitor: Divisque irascitur ipſis:
 Atque in rege tamen pater est. ego mite parentis
 Ingenium verbis ad publica commoda verti.
 Nunc equidem fateor, fassoque ignoscat Atrides;
 190 Difficilem tenui sub iniquo iudice causam.

Hunc

Υψηλότερος, τὸ οὐ πῶς εἶπε Ἀχιλλεύς,
 Σκυῖον ἰδοὺ κείναις ἑνὸς πλοῦσι βροτοῖσι.
 Quo loco Commentat, addit, Σκυῖος πόλις ἦν ἢ μὲν Φρυγίας, πρῶτον δὲ Κελικίας, ἔπει δὲ καὶ ἰσσοῦς τῶν Κουλιδῶν, ἢ οὐ παρῆστος, ἀλλ' ἑλληνικῶς καταλήξαντες ἑλαφρομένοντες. & mox, ἢ δὲ ὁ Ἑνωῦς εὐρύς ἰσος διῶνον. IDEM. In Retractat. Tres libri veteres Scyrum, declinatione Latina. De qua urbe sive insula sic Homerus idem sub extremum Iliad. 1.

— τὸν οὐ πῶς εἶπε Ἀχιλλεύς,
 Σκυῖον ἰδοὺ κείναις ἑνὸς πλοῦσι βροτοῖσι.
 Id est, quam (Iphim) ei (Patroelo) tribuit nobiliti Achilles, Scyron cum cepit altam, Euboia oppidum. Quo loco haec scribit Hallabius. Scyron insulam, antequam Helena raperetur, ut quidam ajunt, aut ut alii, post Helenam raptam, cum à Peleo descenderet, aut cum eo societatem coire nollet, ducto ad eam exercitu cepit Achilles: ubi etiam congressus cum Deidamia, Lycomedis filia, gravidam eam fecit, ex qua natus est Neoptolemus. Quod si haec vera sunt, cum Graeci dicuntur decem annos consumpsisse in comparandis copiis, ita ut viginti anni interierint inter raptam Helenae & captam Trojam, dubitan merito potest, quo modo eorum, qui ad oppugnandam Trojam profecti sunt, minimus natus fuerit Achilles, & adolescentulus, qui ita esse intelligens rei militaris, ut ait Phoenix, etiamque quo modo antequam Helena raperetur, totis in bello esse poterit, & una cum Patroelo Scyrum obvidere, quae à patre desererat. Alii autem dicunt pacifice decuriam ab Achille Scyron, & Euboia cum spolia retulisse. Lathras autem, seu orationes, in Scyro, & vestitum illum malleum, & commorationem inter malleos, & totam rem detectam esse Ulixis opera omnino ignora Homerus, neque substantum necessaria

re navigasse Ulixem, sed missum à patre, cum tamen Agamemnonis imperio subditus non esset. Alii ajunt Scyrum hic non esse insulam, sed urbem quandam ejus regionis, quae nunc quidem Phrygia, olim Cilicia dicebatur, quam Achilles idem, ut alias, cum expugnasset, Diomedem (malerem) inde abripuit. Haec ille. Quibus verbis quantum peccaverint eruditi viri, fabulae ignari, qui quavis potius, quam Scyron, aut Scyrum, hoc loco legere voluerunt, nullo sanè negotio intelligi se perspicere potest. CIOPAN. Sed Scyrum vindicant Gronov. ad Senec. Troad. 25. & jam antea Petrus lib. 1. Observ. 3.
 176. Proculvisse.] Superius dixit deiecit, itaque valet prostrare, & solo aequalle. CIOPAN.
 176. Lyruscia moenia.] Lyrneus urbs in Troadis, unde Briseida rapuit Achilles. REGIUS. Ovis fo ejus marito Minete, ut Iliad. T. 195. 196 loquens, ait:
 Οὐ δὲ μὲν οὐδ' ἔμ' ἔτακτες, ἔτ' ἀπὸ ἐπὶ κείνῃ
 Ἀχιλλεύς,
 Ἐκταίνον, πῶρην δὲ πῶλον βάλον Μίνετι, &c.
 MICILL.
 177. Utque alias.] Alias Florent. S. Marci & unus Medicus, ut ad civitates expugnatas referatur. deinde pro, qui vincere possent, Thuan. opt. 1. quod placet. HEINS.
 182. Euboicam.] Euboeam test. Medic.
 183. Expectata diu.] Expectanda prim. Bafil. 70 Flamina tenui veteres plerique, just. recte. HEINS.
 184. Flamina erant.] In novemdecim veteribus libris, Flamina sunt. CIOPAN.
 185. Duracque.] Duracque quatuor libri.
 186. Nunc equidem fateor.] Hunc prim. Pal. Cantab. prim. Variæ. prim. Bafil. & multi alii. vs. Etc. Puto. Nunc (equidem fateor) &c. diffidit in causam. HEINS.
 189. Fassoque ignoscat Atrides.] Sic in eleg. de morte Tibulli:
 — ignosce fasso, sollicito nullos esse putare Deos.
 CIOPAN.
 190. Difficilem causam.] Sic Cicero lib. iv. epist. 1. ad Atticum de Clodio, qui à Milone de vi fuerat accusatus: Habebat, inquit, ille quidem difficilem manifestamque causam. IDEM.
 191. Eratorque datique Summa movet sceptri.] Eratorque tredecim libri. praeterea multi, cura movet sceptri. ita & lib. v. Fall. 72.
 Ad hos urbis cura relata novae.
 ubi & alii, summa, & ita cura pro imperio, praeterea milites ponitur. vide tamen ad Epist. vii. 11. HEINS.
 192. Mittor & ad matrem, quae non hortanda, sed agna Decipienda fuit.] Non enim simpliciter ab illa filiam abtulit, sed sub praetextu, quasi nuptiam daretur Achilles, qui alio pacto ad bellum Trojanum proficisci nollet, nisi uxore accepta Agamemnonis filia, ut ex Iphigenia Euripidis patet. quemquam ibidem Sotipides sagat, non oratorem Ulysem, sed literas ab Agamemnone ad uxorem Clytemnestram missas. sed Ovidius aliorum traditionem sequitur. MICILL. Oranda quatuor libri.
 195. Priamumque.] Euzimachus S. Marci, Thuan. Ozon. pro linta fragm. Caesén. & Gronov. unus & Medic. carbasia. HEINS.
 196. Mittor & Iliacas audax orator ad arces.] Scribit Dares Phrygius, Diomedem & Ulixem missos esse ad Agamemnone ad Priamum, ut Helenam repeterent. Antenor apud Homerum III. Iliad. refert, Ulixem una cum Menelao ad Helenam repetendam missum: eosque se hospitio excepisse. CIOPAN. Hortator undecim libri. in arces test. HEINS.
 198. Plenaque ad.] Significat se non noctu, sed interdiu, cum adhuc curia viris esset plena, intrepidè regem Priamum adire. REGIUS. Immo

Hunc tamen utilitas populi, fratrisque, datique
 Summa movet sceptri; laudem ut cum sanguine penset.
 Mittor & ad matrem: quae non hortanda, sed astu
 Decipienda fuit. quo si Telamonius isset,
 195 Orba suis essent etiamnum linteae ventis.
 Mittor & Iliacas audax orator ad arces:
 Visaque & intrata est altae mihi curia Trojae.
 Plenaque adhuc erat illa viris. interritus egi,
 Quam mihi mandarat communis Graecia, causam:
 200 Accusoque Parin: praedamque, Helenamque repoſco:
 Et moveo Priamum, Priamoque Antenora junctum.
 At Paris, & fratres, & qui rapuere sub illo,
 Vix tenere manus (scis hoc, Menelaë) nefandas;
 Primaque lux nostri tecum fuit illa pericli.

205 Lon-

189. Fassoque ignoscat Atrides.] Sic in eleg. de morte Tibulli:
 — ignosce fasso, sollicito nullos esse putare Deos.
 CIOPAN.
 190. Difficilem causam.] Sic Cicero lib. iv. epist. 1. ad Atticum de Clodio, qui à Milone de vi fuerat accusatus: Habebat, inquit, ille quidem difficilem manifestamque causam. IDEM.
 191. Eratorque datique Summa movet sceptri.] Eratorque tredecim libri. praeterea multi, cura movet sceptri. ita & lib. v. Fall. 72.
 Ad hos urbis cura relata novae.
 ubi & alii, summa, & ita cura pro imperio, praeterea milites ponitur. vide tamen ad Epist. vii. 11. HEINS.
 192. Mittor & ad matrem, quae non hortanda, sed agna Decipienda fuit.] Non enim simpliciter ab illa filiam abtulit, sed sub praetextu, quasi nuptiam daretur Achilles, qui alio pacto ad bellum Trojanum proficisci nollet, nisi uxore accepta Agamemnonis filia, ut ex Iphigenia Euripidis patet. quemquam ibidem Sotipides sagat, non oratorem Ulysem, sed literas ab Agamemnone ad uxorem Clytemnestram missas. sed Ovidius aliorum traditionem sequitur. MICILL. Oranda quatuor libri.
 195. Priamumque.] Euzimachus S. Marci, Thuan. Ozon. pro linta fragm. Caesén. & Gronov. unus & Medic. carbasia. HEINS.
 196. Mittor & Iliacas audax orator ad arces.] Scribit Dares Phrygius, Diomedem & Ulixem missos esse ad Agamemnone ad Priamum, ut Helenam repeterent. Antenor apud Homerum III. Iliad. refert, Ulixem una cum Menelao ad Helenam repetendam missum: eosque se hospitio excepisse. CIOPAN. Hortator undecim libri. in arces test. HEINS.
 198. Plenaque ad.] Significat se non noctu, sed interdiu, cum adhuc curia viris esset plena, intrepidè regem Priamum adire. REGIUS. Immo

plena, quum nondum tot proceres Trojanorum bello occidit fuisse. MICILL.
 198. Interritus.] Non territus pr. Gronov.
 200. Praedamque Helenamque repoſco.] T 5179 πρῶτον. CIOPAN.
 201. Et moveo Priamum.] Significantissime loquitur. Movere enim est unum ex oratoris officis. IDEM. Movo Ozon. Cantab. Bent. & viginti alii.
 201. Priamoque Antenora junctum.] Junctum dixit ad aſſinitate, aut quia aſſentiebatur Priami sententiae. Id quod probabilis est. De quo ita ipse Ovid. Ep. v. 35.
 Quid gravius Antenor, Priamus quid suadeat ipſe,
 Conſulo, quae aetas longa magistra fuit.
 Et III. Art. 439.
 Vix mihi credidit, sed credite: Troja manere
 Praecipis Priami si foret uſa senis.
 Et IV. Fall. 75.
 Adhuc Trojanae suavorum Antenora pacis.
 Horatius I. Epist. II. 9.
 Antenor confes belli praetideris causam.
 Dares Phrygius: Antenor Helenam Graecis cum illis, quae Alexander cum ea attulerat, iudici reddidit. Sed hoc totum habetur apud Homerum Iliad. H. 348. Ubi ita est:
 Κίχωνος μὲν Τροίης καὶ Δαρδάνου, ἢ ἑταίρου
 Ὀφείμω τὰ μὲν δῶκεν ἢ ἐδῶκεν κείνου.
 Δότεν ἄρα ἀργύρεον ἑλδον, ἀκτινάδ' ἀπὸ ἀνθῆ
 Δωκεν ἂν πρῶτον ἄγων. τὸ δ' ἔπειτα πρὸ
 Πενταμνηστῶν, μαχόμεθα, τὸ δ' ἔπειτα κείνῳ
 Ἐλατῶναι ἰκταλίδος, ἢ ἢ μὲν ἔπειτα ἄδ.
 Audite me Trojani, & Dardani, & auxilium, ut ego vobis exponam quod sentio. Iſta agit: Argenteam Helenam, & cum ea bona, quae hoc secum advexit, Atridis reddidimus. nunc autem foedera ſeda ſallentes, Atridis reddidimus. nunc autem foedera ſeda ſallentes, Atridis reddidimus: quare nihil nobis spero profectum iri, nisi

205 Longa referre mora est, quae consilioque manuque
 Utiliter feci spatiosi tempore belli.
 Post acies primas, urbis se moenibus hostes
 Continuere diu; nec aperti copia Martis
 Ulla fuit. decimo demum pugnauimus anno.
 210 Quid facis interea, qui nil nisi proelia nosti?

Qui

ferretur ita. Quintus Smyrnaeus lib. 11. ait, Polydamanta, cui omnes Troiani assentiebantur, reddendae Helenae auctorem fuisse. Livius initio lib. 1. Aeneam quoque addidit. Cujus haec sunt: Jam primam omnium satis constat, Trojae capti in caeteros sacrum esse Troianos, duobus Aeneas Antenorque & vetusti iure hospitii, & quia pacis reddendaque Helenae semper auctores fuerant, omne jus belli Aetivum abstulisse, & reliqua. CIOFAN.

202. Sub illo. Regius exponit illo tempore male. est dicitur Paride, ut sup. 23.

203. Fix tenere manus. Id est abstulerunt, ac per hoc parum abfuit, quin me interfecerint. M. Tullius lib. 14. Tule. Disput. Alexander, cum intrasset Chytum, familiariter sumis, vix a se manus abstulim. Tenere aliquando valet assequi. Epit. xvi. 93.

Utque ego te cupio, se me cupere puellas,
 Militarem veterum sola tenere potes. CIOFAN.

203. Suis hanc Menelae. Hic plerique. suis à Cantabr. tert. Medic. & duo alii. probe. HENRIS. Hoc praetuli. lib. xii. 440. Suis tuis hoc genitor.

205. Manus nefandas. Nefas enim est Legatos violare. Ideo Cato dixit: Caducatorum nemo homo neci. CIOFAN.

205. Spatiosi tempore belli. Pugnatum est, inquit Dares Phrygius, apud Trojam annis decem, mensibus sex, diebus duodecim. Poetae verò, numeri rotundandi causa dicunt decem annos. Sic etiam tradunt trecentos fuisse Fabios, qui contra Vejentes bellum susceperunt; cum Dionysius, Corn. Nepos, Livius alique historici, uno excepto Eutropio, sex & trecentos fuisse asserunt. Bellum Trojanum Syagrus poeta, qui post Orpheum & Musaeum exiit, primus cecinisse fertur, Aelianus lib. xvi. de Var. Hist. Scripti & idem bellum Callisthenes. Cicero lib. v. Famil. ad Lucium. Iidem. Qua ratione hoc bellum tantu tractum fuit docet optime Thucydides lib. 1. cap. 10 & 11.

207. Urbis se in moenibus hostes Continuere diu. Sic Caesar lib. 1. de Bello Civili: Nec supprimunt, copiasque in castris continent. Item ad Ciceronem citat Caelius: Neque pro caelo ac diligente, se castris continent. Cicero post Red. ad Quirites: Magnam partem urbis ac tenentis continebantur. Quod apertius significat idem Caesar lib. 11. de Bello Gallico his verbis: Simul quod quantum in se faci-

unt admiserunt, intelligebant, legatos, quod unum apud omnes nationes sanctum irrevocatumque jus esse visisset, retentas ab se, & in Vincula conjecit. CIOFAN.

211. Requiris. Requiras. Junia. & Lellardi, bene. Epit. vii. 83.

Si queras, ubi sit formosi mater ioli.
 Supr. 111. 141. & ubi facinus: vid. & Epit. xvii. 22.

212. Fossis munimine cingo. Videtur ad fossas respicere, quae a Graecis ante navium fluctibus ducta, & muro cineta fuit, quam postea Neptunia immisit fluminibus Phrygiae delevit. de qua: Hom. Iliad. METEVL.

215. Armandive. Armandive Mediceus.

216. Ecce Jovis monitus deceptus imagine somni. Tot vocabula substantiva sine adjectivo ut theto ullo non recorder uno versu conjuncta. Apud Nasonem occurrere, unde sit, ut exigent orationem nonnihil censeam, ac scribendum proinde,

Ecce Jovis monitus deceptus imagine somni hereda. cum nihil sit familiaris aut majore in via Nefas nostro hujuscemodi Graecismis, ut ubi non ad locorum demonstravimus. Monitus somni dicitur, in quibus Dii, nunc hoc, nunc illud suggerere et momentis apparebant. nota haec etiam indolentur superfluitio. Claudianus apposite de Diis edem. 1. Stil. 216. Aut alite monstrant.

Aur monitus certa dignantur imagine somni. quod egregie conjecturae nostrae suffragat. Valerius Maximus libro primo capite vii. §. 8. Praepioribus tamen, ut ita dicam, Iulius Atrii Rob equitis Romani somnium certo evasit admittenti. Quo loco cum vir sumamus, & rei Romanae Latinae orationis peritissimus, Julius Lipsius: ut sit lapsus reponendo, admittens est, impositum quodammodo necessitatem mihi video hunc loquendi modum, etiam satis obvium, pluribus illustrare. Aufonius Odyssea xv. Telemachon a Minerva per somnium admonetur. Florus libro iv. cap. 7. Caesaris medicus somnio admonitus est, ut Caesar castris excederet. Patronius in Sarcico cap. 126. de his quoque, Et quid scissent admonerentur pari somniorum consensu. apud Schoelium antiquum Juvencis Satyra viii. v. 253. Deum pater & filius somno moniti. mox, Cuiusque essent somni admodum. Solinus cap. 12. Aesculapii facili incubantem agnoscit. Solinus x. 373. postquam Hannibalem in somnis

monitus ab occupanda Roma deterritum:
 Nec inter montes somni, vanoque tumultu
 Pedata per assem reliquo cum milite castra
 Novata, & praeterea flecto trahit agrum Mago.
 Namque quam motus: nam subjungit coloris superum
 monitus, apud Virgilium etiam Aeneidos septimo
 vs. 102. habes;
 Responsa Patris Etnae monitusque silenti
 Nefis daret.
 Noller de liide in somnis Teletusam compellan-
 te, lib. 12. Met. 700. Monitus thalamoque retes-
 se, mox 719. Teletusa ad Iidem:
 Capulum monitusque tuum est.
 Juvencis Satyra vi. 528. de hac superstitione:
 A Merito portabit aquas, ut spargat in aedem
 Nefis, antiquo quae proxima surgit ovili;
 Credit enim istius dominae se voce moneri.
 In animas & mentium, cum qua Di nocte loquan-
 tur.

Eidem Iis apud Apulejum sic fatur: Nam meo m-
 mura sacerdos rogam manus gestabit coronam. & mox:
 sed sacerdos utique divino monitu cogitis ab ori-
 gine caecis claudis meis. Nec aliter capiendum
 inamor vetallum in opere Inscriptionum Grute-
 marum pag. lxxxii. Istiti SACRUM. EX. MONIT.
 Eius. D. D. L. VALERIUS MEMOR. Sed de inscrip-
 tionibus mox videbitur. Noller denuo epistola 12.
 29.

De praeterea florae, simulacraque mania somni,
 Quinque arcana nocte peita monent.
 Ita enim codices nonnulli manu exarati, cum in
 vulgatis movent circumferatur, etiam non male.
 apud Claudianum quoque libro 111. Raptus Pro-
 corynae vs. 125. par scripturae diveritas,
 Somnia quis etiam variis insassa figuris
 Saepo movent.

De monendi verbo nonnihil jam praefatus est ad
 Scavianus Silvas Gronovius Diatribes capite xxvi.
 apud Apulejum libro 11. Metamorph. Nefis impe-
 rit monere. & per quietem moneri apud Solinum.
 Plinius in epistolis lib. 111. Ep. 5. ubi agit de pa-
 truo suo. Quam cum Germanis pessimus bella collegit.
 Indolens, cum in Germania militaret, somnio mo-
 nitus, accessit enim ei quiescenti Neronis Drusi effi-
 gies. Suetonius vita Caesaris Octaviani: cap. 91.
 Somnis stans in tabernaculo non credit, egressus est
 tamen amici somnio monitus. Solinus cap. 1. Liber
 tatem dextero monuit per quietem, sepeliri delicias suas
 fecit. Aeneas apud Maconem 14. 351.

Mo patris Aeschylae, quoniam astra ignea surgunt,
 Admonet in somnis & turbida terret imago.
 Hinc monitura somnia apud Statium lib. 111. Silv.
 111. 203.

Inde vias mortis longaque examina vitae,
 Assidueque pios monituraque somnia poscam.
 Recte igitur ac proprie interpretes antiqui illud Di-
 vi Matthiae cap. 11. vs. 22. ἡ παραβολὴς ἐστὶν κατ'
 ὄψιν, vertebat, & admonitus in somnis. Inscriptio
 antiqua apud Crutrum in magno opere, pag.
 lxxx. NEMESI. SANCTAE CAMPENTRI. P. ALL. P.
 F. ALIA. PACATUS. SCUPI. SOMNIO. ADMONITUS.
 POSUIT. pag. LXI. SILVANO. SACR. ET. NYMPHIS.
 LOCI. ARETE. DAVIS. ANTISSITA. SOMNO. MONITA.
 D. pag. CII. M. AUR. PACORUS. SPEL. ARAM. CUM.
 PALMENTO. SOMNIO. MONITUS. SUMPTU. SVO. D.
 pag. LXX. vijs monitus pari significatione. ASCEP-
 PIO. P. XELIUS. POLIO. VISU. MONITUS. POSUIT.
 pag. LXXX. L. VICTULIENUS. VICTORINUS. VISU.
 MONITUS. nec aliter intelligenda, quae in eodem
 opere inscriptionum frequenter occurrunt: Imperio
 Dei posuit, ex jussu, vel jussu, ipsius Dei posuit; ex reli-
 gione & jussu numinis posuit; ex visu Deo Va-
 leniae posuit aut dedicavit. visu jussu posuit, ex vi-
 su vel ex viso posuit; Imperio Dei fecit, jussu vel jussa
 fecit, ex praescripto Deorum posuit; ex imperio Deorum
 dedicavit. Ut igitur ad Nasonem revertat, cur moni-
 ter somnos huc loci revocarem etiam praeter rati-
 ones jam prolatae codices vetustissimi compule-
 runt. Certe pro monitus Mediceus secundus & unus ex
 meis, monitus, monito Arcundelianus, ex Mediceis
 alius quidam, moniter, monitis unus ex Grono-
 vianis. non fragmentum Boxhorbianum, truncato
 vocabulo. Hos Deos, qui somniantibus appare-
 bant frequenter, maxime proprius & ἀδελφικώτατος
 dicebantur. Graecis ἀδελφικώτατος, Latinis Somniales
 dicebantur. Hercules ἀδελφικώτατος apud Graecos
 scriptores passim occurrit, qui HERCULES SOM-
 NIALIS in veteri inscriptione, a Salmasio Solinianis
 Exercitationibus in modum prolata, nuncupatur:
 CULTORES HERCULES SOMNIALIS. HEINSIUS. Vix
 persuadet Heinsius, & durissimum hunc Graecis-
 mum paucis, puto, approbabit. neque insolentem
 illum adhibitorum concursus, aliquot exemplis
 ostendit eruditissimus Schaeblingus ad Senec. Sua-
 for. vii. & Gifan. Indic. Lucret. in coelus festas.
 sic apud Julim. xxii. 5. ut terminari gloria, nullo
 tempore oblivione possit. ubi temere etiam Faber le-
 git, nulla temporis oblivione. & in his saepe unus

Rex

Rex jubet incepti curam dimittere belli.

Ille potest auctore suam defendere causam.

Non sinat hoc Ajax: delendaque Pergama poscat:

220 Quodque potest, pugnet, cur non remoratur ituros?

Cur non arma capit? dat, quod vaga turba sequatur?

Non erat hoc nimium, numquam nisi magna loquenti.

Quid? quod & ipse fugis? vidi, puduitque videre,

Cum tu terga dares, inhonestaque vela parares.

225 Nec mora, Quid facitis? quae vos dementia, dixi,

Concitat, o socii, captam dimittere Trojam?

Quidve domum fertis decimo, nisi dedecus, anno?

Talibus atque aliis, in quae dolor ipse disertum

Fecerat, aversos profuga de classe reduxi.

230 Convocat Atrides socios terrore paventes:

Nec Telamoniades etiam nunc hiscere quidquam

Ausit, at ausus erat reges inceslere dictis

Ther-

Thersites, etiam per me haud impune, protervis.

Erigor: & trepidos cives exhortor in hostem:

235 Amillamque mea virtutem voce reposito.

Tempore ab hoc quodcumque potest fecisse videri

Fortiter ille, meum est: qui dantem terga retraxi.

Denique de Danais quis te laudatve petivte?

At sua Tydides mecum communicat acta:

240 Me probat: & socio semper confidit Ulix.

Est aliquid, de tot Grajorum millibus, unum

A Diomede legi, nec me fors ire jubebat:

Sic tamen & spreto noctisque hostisque periclo,

Ausum eadem, quae nos, Phrygia de gente Dolona

245 Interimo: non ante tamen, quam cuncta coegi

Prodere: & edidici quid perfida Troja pararet.

Omnia cognoram: nec, quod specularer, habebam:

Et jam praemissa poteram cum laude reverti.

Haud

ablative tempus, alius modum, vel aliud quid notat, aliquando locum, vel diversum quid. sic Nepos Regib. 1. *Maximis exercitiis terraemarique bellam intulit.* & similia, quae vid. in notis Cl. Perizon. ad Sanctii Miner. iv. vi. 18. ubi praepositionem subintelligi est manifestum. Ita hic ergo *monitu* Jovis est *ex monitu*, ut saepe in lapidibus, quos Heinus adducit, in quibus promiscue *monitu* & *ex monitu*. ceterum vera & docta sunt, quae de verbo *monere* notat. vid. & Brouch. ad Tibul. III. IV. II. BURM.

218. *Suum defendere vocem.* *Suum causam* reclusus Bernegger. prim. Moreti alique complures. Nonnulli, *causam*, minus bene. HEINS.

220. *Remoratur ituros.* *Selatur ituros* duo scripti. *remoretur* Medic. tert.

221. *Det quod vaga turba sequatur.* *Det* cum tribus scriptis, quod praecedentia requirunt. HEINS.

223. *Quid? quod & ipse fugis.* *Fugis* malo cum uno Palumbo, Zulloch. & tribus aliis. IDEM.

224. *Vela parares.* *Vela* legendum est, non *velis*, ut fere in exemplaribus est depravatum. REBUS.

228. *In quae dolor ipse.* *In quae dolor ire disertum* Arund. ut apud Virg. IV. Aeneid. 413. *In lacrimas*. HEINS.

230. *Aversos profuga de classe reduxi.* *Aversos* cum melioribus scriptis reponendum. IDEM.

230. *Retraxi.* *Retraxi* Langer. & Argent. quod quidem verbum proprie de his, qui ex fuga retrahuntur, ut apud Terentium, Justinum & alios occurrit. & si de Ajace ageretur probarem, ut mox de eo utitur vs. 237. ubi etiam in quibusdam codicibus, *redaxi*. sed quia de reliquis loquitur, re-

dux retineo, quasi illi moti facundia Uinis, & in pudorem dati facile, & quasi sua sponte reberrim. vid. & infr. vs. 333. & sic lib. III. Ann. XI. 37.

Nequitiam fugio, fugientem forma redaxi. BURN. 230. *Convocat.* *Concitat* Langerm.

231. *Nec Telamoniades etiam nunc hiscere.* Vide nem posuerit *nunc pro tunc*, ut saepe fit eorum de Ajacis in principes rebellione eo in hanc haud scio an meminerit Homerus, sed de prioribus annis hoc *κατὰ σμῆνιν* intelligi potest, quod GLAREAN.

232. *Audet & ausus erat.* *Audeat* prim. Palat. prim. Vatic. Cantabr. Flor. S. Marci, Urbis. pan. Erfurt. & sex alii. *Audet* ut Bernegger. Thun. de Palat. Juret. & quindecim alii. *Audet*, at *ausus* Arondel. alter Hamburg. & alii decem. *Ausum* *ausus* unus Ambros. *Audit & ausus* unus mens.

alius, *Ausum & ausus*. Oxon. *Ausit & ausus*. Legge, *Ausit*. at *ausus* erat. pro *protervis* reponemus, *protervis*, dictis videlicet. ita prior Erfurt. tenet Medicus & alii circiter viginti. pro *Telamoniades* fragmentum Caesen. *Telamoniades*. HEINS.

234. *Et trepidos cives.* Sic accipit ac conjunge has voces. CIOFAN. Nimirum legit ille, *egros*, ut multi codices habent.

235. *Responda.* Hoc verbo utuntur jurisconsulti. CIOFAN. *Responda* Juret. prim. Moret. Boshain. Bernegger. multique alii. Idem Bernegger. ut & Arondel. pro diversa lectione, *respono*. quomodo & prim. Basil. & ad Horatii III. Od. 5. Theodorus Marcellus. sic & apud Stat. Theb. VI. 591.

Ignem tollant

Crura, breccamque fugam nec opus sine respuat. unus Mediol. *respono*. unus Voss. *respono*. unus mens.

mens, respondo. Putem, *respondo*, eleganter, ut ad fugientes socios respiciat, quomodo apud Livium: lib. XXIV. 14. *Ado curvati erant dextrae alae equitum palatibus, ut quosdam Consul Caro manus ipse responderit vertitque in hostem.* Lucretius lib. VI. 567.

— nulla reserret

Res, neque ab exilio possit reprendre.

apud Propertium, III. XVII. 9.

Quomodo possit quisquam nostros reprendre consus.

pro, ex fuga retrahere, Epist. XI. 53.

Continuo gemitus clapsaque verba reprendo.

ubi multi codices etiam, *respondo*. Met. XV. 526. de Hippolyto discreto,

Membra rapi partim, partim repressa relinqui.

hoc est, tanquam ex fuga retracta vepribus adhaerere, plura ad Julini lib. XXXVIII. Graevius & ad Vellet. II. 130. Acidalius. HEINS.

237. *Qui dantem terga retraxi.* *Quem dantem*

meliores. IDEM. Durius ille concursus vocem in

conexerunt, & quod a librariis profectum fuit, qui

metuebat Orbilius, si post *meum* est, sequeretur,

qui, sed vid. ad Trist. IV. 41. praeterca *redaxi* hic

Junian. male vid. vs. 229. *repressi* Cantab. BURM.

238. *Retivae.* Sc. socium CIOFAN. *Probarvo*

Cod. Menard. & alius.

240. *Confidit Ulyssi.* Ulyxi Florentinus S. Marci.

HEINS. vid. ad lib. X. 69.

241. *Est aliquid.* Sic Remed. 482.

Est aliquid valida sepestra tenere manu.

Et in Falis: VI. 29.

Est aliquid nupsisse Jovi.

Quem locum profert Budaeus in Comment. linguae Graecae de vi loquens: atque vaere *pro-*

clarum. CIOFAN.

240. *A Diomede legi.* Quasi dicat a viro fortissimo. Est autem emphasis quaedam in nomine *Diomede*. Verum contra hanc sententiam respondentem induxerat Ajacem Theodectes, qui Tragodiam de amorum judicio conscripserat. Eius verborum sensum ita refert Arist. sub finem lib. II. de Arte dicendi. *Quod Diomede, utar Mureti praepceptoris mei interpretatione, Ulixem sibi praeter ceteris comitem elegit; non quia cum magni faceret, sed ut comitem inferiorem haberet.* CIOFAN.

243. *Sed tamen &.* Sic tamen S. Marci, prim. Reg. alter Hamburg. Urbis. Cantabr. sec. Palat. & alii quinque. IDEM. Vid. ad Epist. XI. 219.

244. *Ausum eadem quae nos.* *Ausum* etiam S. Marci, Urbis. Neapol. prim. Erfurt. & multi alii.

unus, qui nos. Forte, *Ausum eadem nobis*. Vide Notas ad lib. I. Amor. El. IV. Nostr supra,

Et nunc ille eadem nobis juratus in arma.

IDEM. Sed aequae elegans & Latinum magis est; *eadem quae nos*, cum altera locutio Graccimus sit.

Nostr lib. VI. Fall. 267.

Vesta eadem est quae terra, & ita Cicero centies, & alii. BURM.

244. *Dolona Interimo, &c.* Huc faciunt illa ex Epist. I. 39.

Rotulit & ferro Rhefamaque Dolonaeque caecos, *Utque sit hic sonano proditus, ille dolo.*

Ausus es o nimium, unquamque oblite tuorum, *Thoracia nescituro tangere castra dolo.* CIOFAN.

246. *Perfida.* Maxima Oxon.

247. *Nec quid specularer.* *Nec quod* cum optimo Florent. prim. Erfurt. prim. Moret. prim. Twissden. & uno meo. HEINS. Vide lib. XII. 290. & 372. Virgilius tamen Ecl. II. 2.

Nec quid juraret habebat. 8555. 3

265 Pectora semper, ait, vestris exercita rebus.
 At nihil impendit per tot Telamonius annos
 Sanguinis in socios: & habet sine vulnere corpus.
 Quid tamen hoc refert; si se pro classe Pelasga
 Arma tulisse refert contra Troasque Jovemque?
 270 Confiteorque tulit: neque enim bene facta maligne
 Detrectare meum est. sed nec communia solus
 Occupet, atque aliquem vobis quoque reddat honorem.
 Repulit Aetorides, sub imagine tutus Achillis,
 Troas ab arsuris cum defensore carinis.
 275 Ausum etiam Hecoreo solum concurrere Marti.
 Se putat, oblitus regisque, ducumque, meique;

No.

bro, qui adservatur in Bibliotheca Alexandri Farnelli Cardinalis. sique scriptam esse memini me vidisse in alio libro, quem tribus abhinc annis donavi Fulvio Urino, viro optimo ac Romanae urbis lumini, omnisque antiquitatis peritissimo; cuius rei in eo libro, quem De Romanorum Familiis inscriptis atque editis, specimen dedit: ex quo omnes summos fructus, non medicorum voluptate, percepturos fore confido. de quo opere sic ipse cecini:

*Divi tibi quibus fudet nomen famamque parare,
 Eximias tolerat nobis atque graves.
 Hinc meos Urinus, Graecae Latinaeque Camoenas
 Summus honor, fretus, nobilis fecit opus.
 Sed quid cum disci hoc nomen famamque parare?
 Jamquidem id summo quaesivit ingenio.
 Quippe dedit specimen rara virtute referentem,
 Quod propter uno multans in orbe nitet.
 At modo percipit cunctis prodesse, vestros
 Collegii munus, exposuitque simul:
 Et docuit, quo quisque loco deduxerit ortum,
 Quaeque domi et belli gesserit imperium.*

Deducere quoque est in quatuor veteribus exemplaribus Bibliothecae Vaticanae, de quibus est unum, quod eam parte se fert antiquitatem, ut vestitate cum aliis omnibus scriptis libris comparari possit exillimata:

— nemo dolorem

Vingit in caesa, vestem deducere summam
 Contentus. Sed non celabo lectorem, locum hunc Juvenalis multo rectius legi in libro scripto Petri Galeffi Hispani, viri & ingenio acutissimo, & doctrina plane singulari. & in alio Vaticano.

— nemo dolorem

Vingit in hoc caesa, vestem deducere summam
 Contentus, etc. Quo modo ex ingenio legendum super conjecerat Muretus. *Deducere* reperitur etiam in alio lib. veteri ejusdem Petri. CIOPAN. *Deducit* cum melioribus scribendum, ut jam alibi mo-

nicum est. nisi major deducit cum prim. Hamburg & quinque aliis. HEINS. Sed nos, cui *deducit* probemus, rationes adduximus ad lib. i. Amor. vii. 4.

265. *Vestris exercita rebus.* Curis Gronov. p. 48 duo alii. ut lib. vii. 634.

— curis exercita corpora somnus.

Occupat.

& lib. xv. 768.

Solans semper ero justis exercita curis.

266. *Impendit.* Expandit Sizi & unus Henli; argute quidem, sed *impendit* praetero, propter hoc cum Curtij, & alia adducta a Gronovio ad Senec. Herc. Fur. 24. plura videbimus ad Val. Flac. ii. 581. BORN.

267. *Et habet sine vulnere corpus.* Habentibus lae, Herculem aliquando Salaminem venisset Telamonem, ibique cum Ajacem adhuc intantum conspexisset, circumdedit illi *τὸν λειπὸν* suum, praetantumque, ut qua puer ille tegetur, invulnerabilis foret. Quod ita factum, fuisseque Ajacem toto corpore invulnerabilem, praeterquam lae: id enim contextum non fuerat. Hinc infra quoque sequitur:

*Disit, ex in pectus tum densum vulnere possan,
 Qua patuit ferro lethalem condidit ensam.*

Meminit fabulae & Pindarus Illumiorum Ode quinta. MICILL.

268. *Classe Pelasga.* Classe, Pelasgi Argent. & quatuor Moreti. ut v. 13. 128. & alibi, de classe Cantabi.

270. *Neque enim benefacta maligne Detrectas meum est.* A consuetudine sua rursus iudicium benevolentiam sibi conciliat: alluroque adversarium eisdem, quod honore ab eo privatos esse ait, offensum redit: utpote qui omnia, quae jam adversus hostes communiter à Graecis gesta erant, sibi adscripserat. In uno autem Vatic. & uno meo, non *aliquem vobis*, sed *nobis* legitur. Superius te-

Nonus in officio, & praelatus munere fortis:
 Sed tamen eventus vestrae, fortissime, pugnae
 Quis fuit? Hecor abit violatus vulnere nullo.
 280 Me miserum, quanto cogor meminisse dolore
 Temporis illius; quo Grajum murus Achilles
 Procubuit! nec me lacrimae, luctusve, timorve
 Tardarunt, quin corpus humo sublime referrem.
 His humeris, his, inquam, humeris ego corpus Achillis,
 285 Et simul arma tuli: quae nunc quoque ferre laboro.
 Sunt mihi, quae valeant in talia pondera, vires:
 Est animus vestros certe sensurus honores.
 Scilicet idcirco pro gnato caerulea mater

Am.

illo majus ostendit artificium, quo Ulixes à crimine ab Ajace objecto se excludit. CIOPAN. *Detrectare* & hic multi. vid. v. Met. 246.

271. *Modo no.* Sed ne plerique veteres. sed nee quinque. quod placet. mox pro

— atque aliquem nobis: quoque reddat honorem,

etiam legendam; ut venustiores exhibent. Conatur enim omni arte odiosam Graecis facere Ajacem. aut aliquem Florent. S. Marci, Neapol. & multi alii. *velat honorem* unus meus ex melioribus. HEINS. *Occupat* aella, *aliquem* sec. Pal. & duo alii.

273. *Reppulit.* *Resulit* S. Marci & alii duo. forte, *instulit*. HEINS. *Tollit* S. Marci. sed *imagine* multi. rectius, ut non per suam virtutem Patroclus haec ediderit. vid. ad Petron. cap. cxxviii. Martial. vi. 78.

*Miseri tibi protinus daemones,
 Sed crebras jubet.*

LUCAN. iv. 342.

— gerit omnia victi,
 Sed ducit. BORN.

275. *Hecoreis telis.* Hecoreo Marti plurimi veteres. optime. HEINS. Hec modo ad v. 276. *Hecoreis flammis* duo. *Hecoreas* telo totidem contendere tres.

276. *Ducisique.* Menelai. RAGIUS. & Patrocli, qui simulatus Achilles, exercitum ducebat. falsus est hoc Regius. CIOPAN. *Meique, ducisique* multi ex vetustioribus. Scribe, *ducumque*. Novem enim fortiti erant, ut ex Homero discimus. Rex erat solus Agamemnon, reliqui duces. notus Senecae versus in Agamemnone:
Rex ille regum, duxlor Agamemnon ducum.

Ovid. Epit. viii. 46. *Dux erat ille ducum.* Liv. xlv. cap. 27. *Rex ille regum.* unico verbo Homero l. i. 69. *Βασίλευσσι*; dicitur. HEINS. Immo ipse CIOPAN falsus hic est: nam inter novem duces, quos Homerus enumerat Iliad. H. 161. neque Patroclus, neque Menelaus recensetur. Menelaus Iliad. II.

quidem cum Hecore voluit concutere, sed ab Agamemnone prohibitus. Homerus vero non ultimum in officio, ut Naso ait, Ajacem, sed Ulixem nominat. Ovidius invidiose haec mutat. BORN.
 278. *Fortissime.* *Sacerrime* Thuanicus. deinde, *quid fuit fragm.* Moreti.

280. *Quanto cogor.* *Quantum dolorem* Argent. & Thylii. *quanti doloris* unus Basil.

281. *Quo Grajum murus Achilles.* Τὸν ἄγων Ἀχχίλλεω, *Murus Argivorum.* Haec Muretus. qui praclare & ingeniosè emendat illud, quod legitur apud Fabium lib. viii. cap. vi.

Ferrone, an fato murus Argivum occidit?

In vulgatis pessimè legitur, *Ferro, an fato murus Argivum occidit.* CIOPAN. Catal. Pith. 97.

*Defensor patriae, juvenum fortissimus Hector,
 Qui murus miseris civibus alter erat.*

Vid. Barth. ad Claud. iv. Conf. Hon. 108. & Wall. ad Sallust. Catil. 61. quo *Graji murus* unus Medic. BORN.

282. *Nec me lacrimas, luctusque, timorve tardarunt.* In uno meo, *Nec me lacrimae, luctusque, dolorque.* CIOPAN. *Dolorque* etiam in Vossiano & duobus aliis.

283. *Sublime referrem.* *Zevarem* sec. Palat.

284. *His humeris.* Variant autem hoc loco poetae. Nam Calaber non à solo Ulyse, sed à principibus Graecorum communiter relatum corpus Achillis dicit lib. iii. v. 384.

Τὸν δὲ μὲν βασιλεὺς δὲ καὶ Ἰλιόθεν ἰπὸν ἄντης Ἀχιλλεὺς ἕκαστον ἑστέρων κίρηντας, ἑστὴ φησεντας, καὶ ἑστέρων ἢ κίρηντας μὴ κίρηντας ἑστάν.

MICILL.

284. *Ego corpus Achillis.* *Ego solus Achillem* unus Medicus.

287. *Sensurus.* *Censurus* Junian.

288. *Pro nato.* *Gnato* alter Siroz. c. HEINS. 289. *Coe*

Ambitiosa suo fuit, ut coelestia dona,
 290 Artis opus tantae, rudis & sine pectore miles
 Indueret? neque enim clypei caelamina norit,
 Oceanum, & terras, cumque alto sidera coelo,
 Pleiadasque, Hyadasque, immunemque aequoris Arcton,
 Diversasque urbes, nitidumque Orionis enseni,
 295 Postulat ut capiat, quae non intelligit, arma.
 Quid? quod me, duri fugientem munera belli,
 Arguit incepto ferum accessisse labori?
 Nec se magnanimo maledicere sentit Achilli?
 Si simulasse vocat crimen; simulavimus ambo.
 300 Si mora pro culpa est; ego sum maturior illo.
 Me pia detinuit conjux: pia mater Achillen:
 Primaque sunt illis data tempora, cetera vobis.
 Haud timeo, si jam nequeo defendere crimen
 Cum tanto commune viro, deprentus Ulixis
 305 Ingenio tamen ille; at non Ajacis, Ulixes.
 Neve in me stolidae convicia fundere linguae

Ad.

289. Coelestia dona.] Vulcania dona Graevius pro diversa lectione. HEINS.

291. Indueret.] Induerit Argent. 291. Caelamina norit.] Norit Bernegg. & octo aut decem alii. bene. HEINS. Etiam norit Francos. in describendo clypei caelamine sobrie Nostri & decore, nec nihil initium Homericæ descriptionis sibi fuisse laudat Broulhusus, & Graecum vatem plus quam credi possit ineptire & luxuriare in Iliad. xviii. notaverat. quo Patrone Gallici Homeromalliges se tueri poterunt.

293. Pleiadasque.] Verius Flomeni sic habet: Iliad. Σ. 287. Ἀρκτοῦ, ἢ καὶ Ἰουλιανῶν ἐπιπλοῦσιν ἀστέρας. Solum autem ex omnibus hoc sydas nunquam occidit, ac idcirco ab Homero quoque aequoris expes dicitur esse. His verbis, ὅτι δὲ Ἰουλιανῶν ἐπὶ Ἀρκτοῦ ὁ ἀστέρας, id est, Haec autem sola expes lavatorem, Omani. MIERL. Probus ad illud Virg. lib. 7. Georg. 138. Pleiades, Hyadas, etiamque Lycaenae arcton: de Plejadibus ita scribit. Pleiades Virgiliæ dicuntur, ut quibusdam liquet, quia sunt Arctonis & Pleionis filiae: ἀπὸ τοῦ ἀρκτοῦ ὀνόματι. Idcirco quod carnis ortu prima cura sit navigatio, quatenus mentionem facit Ovid. in Phaenomenis, dicitur de Persio:

Pleiades ante septem radiata feruntur,
 Sed tamen apparet sub opaca septima umbra.
 Regales exsultantur esse in coribus Tauri, in ortu,
 quae imperitii juvenas oppellat, arbitantes ἔπει ποῦ
 ὅς ἢ Hyadas distat: Sed errant. distat sunt enim ἄλλο
 ὅς ἢ, hoc est, & spargendo. Est enim plurimum si-
 dist: hoc non temere erit, ut non iniret sequantur.

291. Vide & Germanicum & Hyginum in signis Taurus. Ex his autem Probi verbis edocemur Ovidium opus de Phaenomenis edidisse. Hujus etiam operis meminit Laetantius lib. 11. De Orig. Erroris: cap. 5. cujus haec sunt: Quanto istis res prudentius quam illi, qui sapientiae funderi se putant, qui sentis à Deo lumina illa, ut horum umbrarum depellerent, instituta? Is emulitram, ut Phaedrus breviter comprehendit, his tribus verbis terminavit:

Tot numero, talique Daus simulacra figura
 Imposuit caelo: perque atras sparsa tendunt
 Clara primosque iussu dare lumina nocti.

Duo illa carmina, quae citat Probus, mendis non catere arbitror. CIOFAN.

294. Diversasque urbes.] Diversasque urbes pini, Bonon. ut istas innotat. Ita Claud. ii. de Rapt. 3.

Sicut altera nobis
 Sidera, sunt orbes alii.

HEINS. Sed deo polare, contrariis pacis & belli studiis insignes, Homerus dicit. Diversas enim sunt oppositas, contrarias. ut possum funderi haec voc.

295. Quas non intelligit.] intelligit quatenus munera belli Bernegg. Jurat. & alii quaque, nonnia; nil nntem temere. apud Laetantium. sed movera militiam & caetera belli non uno loco HEINS. Vid. ad lib. 1. Art. Ann. 691. & Remb. 153.

297. Incepto.] Et coepto Leidensia. 299. Vocat crimen.] Vocat Caesen. una Rejnd & unus meus, ut ad duces ostensionem conveni-

Admiremur cum: vobis quoque digna pudore
 Objicit. an falso Palamedem crimine turpe
 Accusasse mihi, vobis damnaesse decorum est?
 310 Sed neque Naupliades facinus defendere tantum,
 Tamque patens, valuit: nec vos audistis in illo
 Crimina; vidistis: pretioque objecta patebant.
 Nec Pocantiaden quod habet Vulcania Lemnos,
 Esse reus merui. factum defendite vestrum:
 315 Consensistis enim. nec me suavisse negabo;
 Ut se subtraheret bellique viaeque labori,
 Tentaretque feros requie lenire dolores.
 Paruit; & vivit. non haec sententia tantum
 Fida, sed & felix; cum sit satis, esse fidelem.
 320 Quem quoniam vates delenda ad Pergama poscunt;
 Ne mandate mihi. melius Telamonius ibit:
 Eloquioque virum morbis iraque furentem
 Molliet: aut aliqua producet callidus arte.
 Ante retro Simois fluet, & sine frondibus Idæ

Sta-

HEINS. Velis crimen Vatic. putas Ox. simulare etiam quatuor.

302. Suis illis.] Alii plurimi. alii Leidens. posteris velis Argent.

303. Haud timeam, si jam nequam.] Haud timeo meliores plerique. nonnulli etiam, si jam nequeo Verice,

Haud timeo, ne grande queam defendere crimen. ut si quis haec dicantur. HEINS.

304. Deprentus Ulixis ingenio tamen ille.] Ingenio, alii. sic Seneca in Troadib. Ingenio est opus. CIOFAN.

304. Ulyssi.] Ulysses Caesen. Puto Ulyssi, vel Ulyssi. sic & infra,

regnum fallacis Ulyssi.
 & lib. xiv. 159.

comes experientis Ulyssi.
 & 671.

conjug timidis audacis Ulyssi.
 Vide Notas ad Aetem Amatoriam. lib. 1. 743. HEINS.

305. Non Ajacis.] Non illius Basil. quod placet Heinho.

306. Funderi.] Reddere Medic. text. & quatuor alii. vid. ad. vii. 590.

308. Palamedem.] Palamedes Bernegger. sec. Pal. utique scribit. & alii decem. HEINS.

310. Defendere tantum.] Defendere notum duo libi.

313. Vulcania Lemnos.] Tellus duo Medicei. HEINS.

314. Crimen defendite vestrum.] Ita legendum,

Reddit autem rursus Ajacem iudicibus odiosum. CIOFAN. Pro crimine vestrum praeter tertium Medicum nostri omnes, factum. & recte. quomodo enim crimen vocare potest, quod jam negavit crimen esse? HEINS.

315. Consensistis enim.] Tale illud Ciceronis sub finem orat. in Pisonem: Qui Catilinam incesto liberatum, non eos, qui ita iudicaverunt, pari scelere adstrictos arbitretur? CIOFAN. non monuit Ciofanus, unde illud consensistis habuerit, ego certe in nullo codice repperi.

315. Nec me suavisse negabo.] Idem numerus lib. 21. 25. Nec me tentasse negabo. & lib. 11. Thil. 129. Nec me mernisse negabo. CIOFAN.

317. Lenire dolores.] Hoc Latinitate dicitur. Eodem modo sunt illa Cic. ad Articum lib. 111. Nam ceteri dolores mitigantur vestro. Et ad Brutum: his venedite nam dolorem tu levasses. lib. Fam. finire labores. IDEM. Fimro multi veteres. HEINS. Labores etiam multi. ferre Ox. & tres alii.

319. Fida, sed & felix, cum sit, satis esse fidelem.] Inepissime ita legitur in impressis. Tu vero emenda, ut est in duobus Vaticanis. uno meo & Caeslest. Sed & felix, cum sit satis esse fidelem. CIOFAN. Cum sit satis omnino rescribendum cum plurimis membranis. nisi malis, cum sit satis esse fidelem. Silius xvi. 493.

Satis est huic esse priori
 Huic sperare sat est, fieri se posse priorem. HEINS.

322. Morbis iraque furentem.] Morbis plerique castigatores. framentum unus meus. IDEM.

323. Aut aliqua producet callidus arte.] Producet Tit. 2

315 Stabit, & auxilium promittet Achaia Trojae;
 Quam, cessante meo pro vestris pectore rebus,
 Ajacis stolidi Danaïs sollertia profit.
 Sis licet infestus sociis, regique, mihi que,
 Dure Philoctete; licet execrere, meumque
 330 Devoveas sine sine caput; cupiasque dolenti
 Me tibi forte dari; nostrumque haurire cruorem;
 [Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri:]
 Te tamen aggrediar: [mecumque reducere nitar.]
 Tamque tuis potiar (saveat Fortuna) sagittis,
 335 Quam sum Dardanio, quem cepi, vate positus:
 Quam responsa Deum, Trojanaque fata, retexi:
 Quam rapui Phrygiae signum penetrale Minervae
 Hostibus è mediis, & se mihi comparet Ajax?
 Nempe capi Trojam prohibebant fata sine illis.
 340 Fortis tibi est Ajax? ubi sunt ingentia magni
 Verba viri? cur hic metuis? cur audet Ulixes
 Ire per excubias, & se committere nocti?

Pe.

prim. Moret. prim. Hamburg. prim. Erlurt. Cantabrig. Oxon. tert. Medic. prim. Gronov. & alii duodecim. *Prodat* è lateris suis. Praeterea scribendum, *alii arte nam & eloquium ars est.* HEINS. Ita i. Art. Am. 692.

Ua titulus aia Pallados arte potas.

324. *Sine stolidus.* Unus Heinsii, *sine stolidus*, quod defenai quidem posse video ex his, quae adnotantur ad lib. xi. 762. & iv. Fast. 249. sed *si stolidus* meus convenit *stolidus*, quibus non minus Ide frequens fuit quam fontibus. BVM.

325. *Achaia.* A parte totum. sic in epist. xvi. 187. *O quibus alicis, quibus pauper Achaia vestra est.* CIOFAN.

329. *Duro.* Jure multi. *divertes.*

330. *Devo: cap.* Alludit autem ad fabulam Sophoclis, in qua fingitur Philoctetes, cum ceteros Graecorum, tum ipsum regem Agamemnonem insectari verbis, praecipue vero Ulysem, ut cuius consilio & opera procius ac Lemni relictus fuisset. MERT.

332. *Utque tui mihi, sic fiat.* Sit fiat multi veteres. *mihi sit, sic sit.* unus Basil. *mihi sit, fiat.* Aut valde depravatus est hic versus, aut adulterius. HEINS.

333. *Te tamen aggrediar, meumque reducere nitar.* *Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri.* In veteribus libris hi versus & alter leguntur, & alio ordine collocantur. In uno Vaticano, & Farnes. *Utque tui mihi, sic fiat tibi copia nostri. Te tamen aggrediar longè formidine pulsa.* In alio Vaticano. *Longè formidine pulsa.* In uno Matt. *Te tamen aggre-*

diar, nec invidens, spero, relinquar, Duroque. Hic autem posterior non legitur in alio Vaticano. Quod facit, ut Mureto assentiar, qui acule & ingeniose jam dixerat, se arbitrari consolendum esse. In altero Mattelci & Briantii non legitur versus, qui incipit, *Te tamen.* Hic etiam in meo antiquiore aliena manu repositus est. Statuant emittiores & emunctae naris viri, qui legendum sit. Satis fuit mihi vet. lib. fidem repraesentare. CIOFAN. *Nec inultus spero relinquar* multi, nonnulli, *longè formidine pulsa, sex, sollertia petere facit.* in alio. At see. Palat. prim. Vatic. tert. & quatuor. Medic. prim. Hamburg. prim. Erlurt. & sex alii non agnoscunt hunc versum. In primo Palat. inter lines erat scriptum *Te tamen aggrediar, reliquis emittis.* optime. Non enim dubito hunc & plures ab Ovidio versus relictos imperfectos, quos scitoli poeta superaverint. ut & apud Virgilium frequenter est factum. quid enim aliud sibi vult immensitudo discrepantia in posteriori hemistichio? HEINS. non displicet lectio Juniani codicis & Fragm. Boshart.

Te tamen aggrediar, caltrique reducere nitar.

334. *Fareat fortuna.* Favens Bonon. & Palat.

336. *Ratixi.* Recepti Basil. retraxi Gronov. p.

337. *Quam rapui Phrygia signum penetrale Minervae Hostibus è mediis.* Aliter Dicitur Cretenis, cuius haec sunt lib. v. cap. 5. *Practerea Graeci te rogant ab Antenor etiam quosdam cretam. Trojanis maximo exitio circumspice fore, si Palladium, quod in templo Minervae est, extra moenia auferretur. Navarum id antiquissimum signum, quod tibi sum, quae respiciat dea raptam Minervae re-*

Perque feros enses, non tantum moenia Troium,
 Verum etiam summas arces intrare: suaque
 345 Eripere aede Deam: raptamque esse per hostes?
 Quae nisi fecissem; frustra Telamone creatus
 Gestasset laeva taurorum tergora septem.
 Illa nocte mihi Trojae victoria parta est:
 Pergama tum vici, cum vinci posse coegi.
 350 Desine Tydiden vultuque & murmure nobis
 Ostentare meum. pars est sua laudis in illis.
 Nec tu, cum sociâ clypeum pro classe tenebas,
 Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit unus.
 Qui, nisi pugnam sciret sapiente minorem
 355 Esse, nec indomitae deberi praemia dextrae,
 Ipse quoque haec peteret: peteret moderatior Ajax,
 Eurypylusque ferox, claroque Andromone natus:
 Nec minus Idomeneus, patriâque creatus eadem
 Meriones: peteret majoris frater Atridae.
 360 Quippe manu fortes (nec sunt tibi Marte secundi)

Con-

ferens, prope summum fastigium pervenerat. ibique inter opera, cum nondum regnum superpositum esset, sedes sui occupavisse. Et, quibusdam interpolitis verbis: *Græci etiam Palladium ablatum per Antenorem decerunt; dein ex omnium sententia reliquis militum non cognoscit. Ob quae placet universis mitti Minervae donum quod honoratissimum. Tam accitus ad eam rem Helenus evocata, quae antea gesta erant, non secus ac si praesens fuisset, ordine exponit: additque suam jam advenisse Trojanarum rerum, quippe, quae maxime sustinuerat, summam civitatis Palladium fuisse: quo ablato exitum ingruere.* Haec ille. Sed mihi verisimile non fit, credere ut possim Dilectum Cretensem ac Daretem Phrygium, liberos, qui eorum vulgo habentur, edidisse. nam multa in his leguntur, quae repugnant veritati. De Palladio nonnulla scribit Dionysius Halicarnassensis libro primo, & Apollod. lib. iii. Bibliothecae. CIOFAN.

338. *Et si mihi comparat Ajax.* In uno Vaticano. *Comparat.* In meo antiquo. *Conferat.* Idem. *Comparat.* duo. Tert. Medic. prim. Hamburg. Caesin. & quinque alii, *Conferat.* ut reponantur haec iis, — & *mecum confertur Ulysses?* HEINS.

339. *Sine illo.* Ita omnes editi. sed *sine illo* in P'raefat. Sixii, Francii & Moreti. & recte mea sententia, agit enim de Palladio, Heleno &c. sine quibus Troja capi non posset. si vero haec ironice capiamus de Ajace, quasi sine eo Troja capi non posset, responderi facile poterat, etiam potuisse sine Ulyse capi, de quo nihil tale reponis Deorum aut Fatii erat proditum. BVM.

340. *Ubi est Ajax.* Et Ajax unus Heinsii. vid.

ad Eleg. in Dromam. v. 340.
 341. *Cur hic metuis.* Metuis rectius plurimiveteres. HEINS.
 342. *Per excubias.* Per insidias unus Heinsii. quod ex lib. ii. 78. *per insidias iter est, per excubias vero rectum est,* ut i. Am. ix. 27.
 Custodiam transire manus, vigiliisque ceteros. BDM.
 343. *Moenia Trojae.* Q. lib. vet. *moenia Troiam?* CIOFAN. *Moenia Troiam,* non Trojae idem. ut infra 375. *castraque moenia Troium.* HEINS.
 345. *Afferre per hostes.* Efferre multi. *efferre.* prim. Vanc. sex, *auserra.* Idem. *inferte* Moreti. vid. i. Fast. 528.
 347. *Gestasset.* Gestaret tres libri. *gestisset* duo.
 348. *Parta est.* Parta est Mediceus. non male. ut *desponsatam* laudem Cicero dixit de Harusp. Resp. 3. eadem diversitas lib. xii. 293. & ita postea *promissa laus* exponi sup. v. 248.
 350. *Vultuque.* Nuctuque Leid. pro *nutuque.*
 351. *In illis.* In illis unus Moret. lege, *pars est sua laudis in illis.* vel, *pars est sua laudis est illis.* HEINS.
 353. *Tibi turba comes, mihi contigit unus.* Turba & Unus opponuntur, sic prope lib. xii. 499. *Populus superantur ab uno.* Sic M. Tullius unum cum universo conjunxit Philippica 21. Cuius haec sententia: *Quid cupido à Senatu, quid temere sebat, eum tu unus adulescens (Antonius) universam ordinem decernere de salute Reip. prohibuisti?* CIOFAN.
 357. *Eurypylus ferox.* Eurypyli duo ad bellum Trojanum profecti sunt, alter Hercules filius ex

Consilis cessere meis. tibi dextera bello
 Utilis; ingenium est, quod eget moderamine nostri.
 Tu vires sine mente geris: mihi cura futuri est.
 Tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum
 365 Eligit Atrides. tu tantum corpore prodes;
 Nos animo. quantoque ratem qui temperat, ante
 Remigis officium; quanto dux milite major;
 Tanto ego te supero. nec non in corpore nostro
 Pectora sunt potiora manu. vigor omnis in illis.
 370 At vos, o Proceres, vigili date praemia vestro;
 Proque tot annorum curis, quas anxius egi,
 Hunc titulum meritis pensandum reddite nostris.

Jam

Co insula, angurio insignis, Alter Euaemonis filius
 ex Ormenio urbe, qui, ut scribit Homerus, cum
 xz. navibus in expeditionem Trojanam Agamen-
 nona est secutus. is, cum viribus plurimum posset,
 arma tamen Achillis non poposcit. RAGIUS. De
 posteriore Eurypylo, Euaemonis filio, patet secundo
 Iliados in catalogo, N. 734.

Οὐτ' ἔγωγε Οὐρανῶν, οὐτ' ἠέβροτο Ἰουδαίῶν,
 Οὐτ' ἔγωγε Ἀχαιοῖν, Τροίηνάων δὲ δούλων
 Τῶν ἔγωγε Εὐρυπύλοιο, Εὐαίμωνος ἀργαίου υἱοῦ.
 De alto autem videtur deceptus esse Regius, ne-
 que enim Cons ille ad Trojam profectus fuit, sed
 promepotes eius Phieippus & Antiphus. ut in eo-
 dem catalogo legitur: N. 676.
 Οὐτ' ἔγωγε Νηλεΐδῶν ἄνακτος, Κρόνου υἱοῦ,
 Καὶ Κῆρ Ἐπιπύλοιο υἱοῦ, καὶ Πηλεΐδῶν,
 Τῶν ἔγωγε ἀνδρῶν τῶν ἐξ Ἀργείων ἠγροτάτων
 Οὐρανῶν δὲ τῶν ἠεβροτάτων Ἰουδαίων.

Locum autem eroni deesse videtur, quod Con Eur-
 pylli urbem Poena dixit lib. vii. 263 unde Regius
 Eurypyllum hunc ad Trojam venisse collegit. Fuit
 autem & tertius quidam Eurypyllus, Telephidius, qui
 & ipse quidem ad Trojam profectus fuit cum Mytis,
 sed in auxilium Trojanorum. hunc interfecit Neop-
 toleus, filius Achillis, ut Homerus meminit Odyss-
 sea undecima; sed de Eurypyllis etiam supra anno-
 tavimus. MICVLL. Servius Eurypyllum, Telephi
 (Herculis filii) & Antyoche filium Graecis con-
 tra Trojanos auxilium tulisse scribit ad Virgil. Belgg.
 vi. 74. Ubi forte legendum, Trojanis contra Graecos.
 Alius Eurypyllus, directus a Coo laudatur a Scho-
 laste Rursi. ad Hippol. 408. alius idem a Cal-
 limacho Ilymenio in Apoll. 92, & ut notaverat
 jam olim lib. Spanhemius, a Scholiast. Apollon.
 Rh. ii. 302. & iv. 1761. quem etiam producit post
 eum Jac. Gronovius tom. i. Anq. Graecar. qui
 tamen Eurypyllum Telephidem in numinis Sala-
 miniorum ostentari aeque ac Pergamenorum tene-
 re credidit, ut ab illustri Spanhemio, quem per-

vicaciae absurdae accusaverat, in nova editioe li-
 bri eruditissimi de Usu & Praestant. Nautium de-
 fert. ix. p. 508. egregie est demonstratum. mox ca-
 tem a neutro Servii locum adductum, qui nomi-
 num illum egregie illustrat. mirum etiam accidit
 alicui posset, Pergamenos, Eurypyllum numinis
 consecrasset, cum Pausan. lib. iii. cap. ult. tradit, eo-
 ob interfectum ab eo Machaona illustratum cum
 in hymnis praeterire, cum Telephum celebrant.
 hunc vero Eurypyllum a Pyrho, Achillis filio, occi-
 sum ait Hygin. Fab. 112, & quem cum Mem-
 keris, Schol. Juven. Sat. vi. 655. qui tamen ipsi
 Uxorem Eriphilem dat, quam omnes Amphitrano
 nuptam fuisse tradunt. sed confusit fabulos Schol-
 ias, & matri Astyochea vitam misiam, non Eriphile
 uxori debuisse dicere. vid. & Philostr. Im-
 Ieon. x. ille vero, qui inter procos Helene do-
 dem Hygino Fab. 81. numeratur, Euaemonis filius
 ab Apollodoro lib. iii. cap. 9. dicitur, & de quo
 Pausan. vii. 19. qui alios non Thestalam, sed
 Dexamenis regis Oleni filium facere videt: Eua-
 monis qui hic intelligitur filius memoratur cum
 Homer. Iliad. E. 76. & alibi. & ille videtur Vi-
 gilii lib. ii. Aeneid. 114. indicari. de Eurypylo
 Coo, de quo sup. ad lib. vii. 263. videndum idem
 vir illustris Spanhemius ad Callim. in Del. i. in
 hoc nomen ab ave materno, inde Eurypylo. sed
 indium, quem Hercules occidit, teste Apollodoro
 lib. ii. cap. 7. meminit & ejus Mimatium apud
 Athen. xiii. cap. 8. vid. Schol. Pind. iv. Nem. 4.
 alius eidem Apollodoro memoratur, Temenid. lib.
 lib. ii. cap. 8. Eurypyllus etiam Meirelli huius
 inter Epigonos recensetur ab Apollodoro. lib. ii.
 cap. 7. BURZ.

357. *Andromone natum.* Periphrasis Theomib.
 cui princeps Aetolorum ad bellum Trojanum tan-
 40. navibus est profectus. Homerus. Iliad. B. 193.
 RAGIUS. vid. ad lib. ix. 331.
 358. *Paridaeque creatas eidem.* Ambo nuntii
 Lyellii fuerunt. RAGIUS. Accipio eadem patria, &

Jam labor in fine est. obstantia fata removi:
 Altaque, posse capi faciendo, Pergama cepi.
 375 Per spes nunc socias, caesuraque moenia Troum,
 Perque Deos oro, quos hosti nuper ademi;
 Per, si quid superest, quod sit sapienter agendum;
 Si quid adhuc audax, ex praecipitque petendum;
 Si Trojae fatis aliquid restare putatis;
 380 Este mei memores: aut si mihi non datis arma;
 Huic date. & ostendit signum fatale Minervae.
 Mota manus procerum est: & quid facundia posset,
 Re patuit; fortisque viri tulit arma disertus.
 Hectora qui solus, qui ferrum, ignemque, Jovemque

385 Su-

mittere pro Creta. sic enim & Homerus in Cata-
 logo N. 644.
 Κρητῶν δ' Ἰδαίου δούρου Λυκῶν ἠγροτάτων. &c.
 MICVLL.

359. *Peterst.* Petrus Florent. S. Marci. & mox,
 quatuor fecit. Forte.
 360. *Quod eget moderamine vestro.* Nostri prim.
 Nisi neque ingenii, quod placet. HENRIS. *Mode-
 ramine certo* Gronov. & unus Heinfil.
 361. *Duri est.* Est abest fere omnibus scriptio.
 365. *Prodes.* Pelles marg. Beriman. & quidam
 est. nec male.
 368. *Tantum ego.* In nonnullis, *tanto ego*.
 Naugre. *Tanto mihi veteres.* Sed apud Maronem
 lib. xii. 19.
 O praestans animi juvenis, quantum ipse feroci
 Virtus exsuperas, tanto me impensus aequum est
 Casulare. HENRIS. Vide ad lib. viii. 749.

371. *Proque tot annorum curis quas anxius egi.*
 Alii, *quibus.* Scribe, *quos egi.* videlicet tot annos.
 itaque ita tres scripti. praeterea in optimo Florent.
 era. HENRIS. Nihil muta. vide quae notavimus ad
 Epil. xvi. 302. & Quinell. v. de Inst. Orat. 6.
 BURZ.
 374. *Altaque posse capi faciendo Pergama cepi.* In
 mo meo & duobus Vatic. *Altaque, &c.* nihil
 mut. vulgata autem lectio male distincta est: ita-
 que lege ac distingue,
 Altaque posse capi faciendo Pergama cepi.
 Id est, cum facerem, ut alta Pergama capi pos-
 sent, cepi. *Posse capi faciendo* locutio poetica. Lib. v.
 Tristium, ix. 14.
 Et sociis accepto numero posse frui.
 Et in De Ponto, eleg. vii. 75.
 Omnia desinat: animus tamen omnia vincit:
 Ille etiam vires corpus habere facis,

CIOFAN. *Sapientis Medic. patiendo P. feci Junian.*
capiendo feci tres. feci plures.
 375. *Per spes nunc socias.* Per spes socias unus
 Moreti. eleganter. HENRIS.

375. *Caesuraque moenia Troum.* Ita in utroque
 meo. In Cadeh. & Vatic. *Moenia Trojae.* Proba.
 Virg. i. Aen. 7.
 Albanique patres, atque altae moenia Romae.
 Idem v. 811.
 Sraetia meis manibus perjuratae moenia Trojae.
 Ovid. ipse lib. xi. 215.
 Bis perjura capsi superatae moenia Trojae.
 CIOFAN. Vid. sup. ad N. 343.

378. *Per, si quid superest, &c.* Ita veteres om-
 nes, & recte. CIOFAN.
 378. *Ex praecipitque.* Ex disceptique Leidens.
 379. *Si Trojae fati aliquid restare putatis.* Nemp-
 pe Hercules sagittis, propterea superius dixit: Tu
 tamen aggrediar, necumque redacturo mitar, Tamque
 tuis patiar (savaet fortuna) sagittis, & inferius di-
 cturus est. CIOFAN. Agnosco alienam denuo ma-
 num in hoc versu. Posset tamen putari legi. Prae-
 cedens etiam versus est suspectus. HENRIS. Nihil
 video, quod non Ovidium decere possit in his ver-
 sibus.
 380. *Aut si mihi.* At si mihi unus Heinfil. cle-
 ganter.

381. *Et ostendit signum fatale Minervae.* Ex
 poetica persona hoc dicitur. Quo facto, Ulixes
 maximam spectantibus attulit admirationem, sibi-
 que pro armis assequendis magnum adjumentum.
 CIOFAN.
 383. *Tum patuit.* In duobus meis atque aliis
 veteribus, *Tunc patuit.* IDEM. *Re patuit* multi ex
 melioribus. libro iii. 368.
 ——— *Reque miras firmat.*
 libro ix. 228.
 ——— *ultima dicitur.*
 Re probat.
 Vall. iv. 322.

385 Suffinuit toties; unam non sustinet iram:
 Invictumque virum vincit dolor. adripit ensē:
 Et, Meus hic certē est. an & hunc sibi poscet Ulixes?
 Hoc, ait, utendum est in me mihi: quique cruore
 Saepe Phrygum maduit, domini nunc caede maderit:
 390 Ne quisquam Ajacem possit superare, nisi Ajax.
 Dixit: & in pectus, tum denique vulnera passum,
 Quā patuit ferro, letalem condidit ensē:
 Nec valuere manus infixum educere telum.
 Expulit ipse cruor. tabefactaque sanguine tellus
 395 Purpureum viridi genuit de cespite florem,
 Qui prius Oebalio fuerat de vulnere natus.

*tu nostrae pignora vitae
 Re dabis.*

quod male mutarant. lib. xiv. Met. 385.

*Laetaque quid faciat, quid amant, quid foemina, discēs
 Rebus, ait. HEINS.*

383. *Fortisque viri tulit arma.*] Achilles arma affectus est. Huc facit quod refert Hyginus cap. evi. *Occiso Achille ac sepultus tradito, Ajax Telamonius, quod frater patris eius fuit, postulavit à Danais, ut arma sibi Achillis darent: quae, ira Minervae adjuvata, sunt ab Agamemnone & Menelao Ulixi data. Ajax furia accepto per infantiam pecora sua & se ipsum vulneratum occidit, eo gladio, quem ab hostore muneri accepit, dum cum eo in atri contentit.* CIOFAN. Dammat hanc Graecorum sententiam Pindarus, & in Ajacis laudes longe exspatiatur Neemo. Od. viii. & iv. Isthm. 58. Ama etiam postea Ulixen Neoptolemo, Achilles filio, reddidisse scribit Philostr. Junior Icon. x.

383. *Dijatus.*] Ulixes eloquens. Alibi. *Non formosus erat, sed erat formidus Ulixes.* Sed *disertus & eloquens* inter se differre docet M. Antonius apud Ciceronem in Oratore. CIOFAN.

384. *Qui ferrum, ignisquae.*] Ignemque meliores. & pro vici mox vincat. HEINS.

386. *Invictumque virum vici dolor.*] Stultē dictum esse videtur. quo namque modo cum dolor vincat, cui vinci non potest? Sed aut ante, aut aliquid est subaudiendum, ut intelligamus, aliqui anteve invictum Ajacem à dolore & indignatione fuisse superatum. REGIUS. Tu invictum intellige à ceteris, ut sit, quem ceteri vincere non potuerunt, is ab ira victus fuit. Neque stultē aut imprudenter à Poeta dictum est, ut Regio videtur. MICYLL. Hoc est quem alii vincere non potuerunt. Errat Regius, qui aliter interpretatur. CIOFAN. Male capiunt Regium Micyllus & Ciofanus, qui non statuit Ovidium *stulte dixisse, sed stulte dictum videri*, (ut & infra notat ad xl. 505.) id est esse *stultum*, quo videtur aliquid stulte dici, quod

revera acutum est. ut Horat. ii. Ep. 1. 156.

Gracina capta serum victorem epus,
 & quae multa millia exemplorum ex Terentio, Cicerone & aliis adduci possent. BURN.

387. *Poscit Ulysses.*] *Poscit* multi veteres *posca* Neapolit. & tres alii. HEINS. *Poscibi* Ulysses voc. Medic. unde cogitabat Keinsius, an non, *poscibi* Achilles legendum.

391. *Tum demum.*] *Tum denique* piam. MORET. & alii quatuor. quomodo & alibi Nollet locutus. HEINS. Regius demum solum interpretatur, ut apud Quintilianum saepe poni docuimus ad lib. ii. cap. 15. & alibi. *tum denique* etiam vidimus lib. vi. 86. & aliis in locis.

392. *Qua patuit.*] Raphael exponit, quomodo patuit & cessit ferro, quod ego plane fuisse non intelligere, sed puto de armato Ajace hoc dictum, qui quaeferit locum, depositis ab ea parte armis, qua munitissimi esse solebant, ut ferrum conderet. GLAREAN. Recte Raphael. *qua patuit ferro* Ajax, id est qua parte vulnus accipere poterat, reliquum enim corpus a vulneribus immune habebat. vid. supr. ad xl. 26. in *pectus* vero ensē condidisse Noster dicit. Pindar. vii. Nem. 28. *δὲ Φύλακ*, ubi Schol. dicit alios, obliquum vulnus in latus infixisse Ajacem, memorare, & ex Enphonone confirmat. & in latus adegisse gladium debet, quia toto corpore vulneris erat expertus, nisi sub ala, ut docet Schol. Sophocles in Ajac. xl. 84. ubi vide etiam Camerarii notas. vid. & Pind. vi. Isthm. 66. & ibi comm. BURN.

392. *Letalem ensē.*] Hic gladius, quo se Ajax interfecit, fuit Hectoris: quem ab eo in certamine accepit, cum mutis donis se ipsos, quoniam eoque strenuē se gesserat, honestasset. Hector autem ab Ajace balteum accepit, quo ipse, cum eum Trojam traheretur, vincus est. Qua de re vide Sophoclem in Ajace, ubi loquitur Teucer & Homerum Iliad. vii. & Typhiodorum de Ilii exilio. CIOFAN. *Estalem* Argent.

L

Litera communis mediis pueroque viroque
 Inscripta est follis: haec nominis, illa querelae.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Hecuba in canem.

Ulixes, postquam Philoetetae sagittas, ipso comitante, in castris Graecorum pertulit, quibus Ilium captum est, praeda dives Hecuba, Priami conjux, Ulixi forte cessit; quae avorsissime acerbitatibus interitum Astyanactis & Polysonae, quae in basibus Achillis fuerat intercepta, moerens, classe in Thraciam cum esset adpulsa, ex reliquis liberis, qui restabant orbae, Polydorum, apud Polymestora qui quondam fuerat educatus, putabat incolorem manere: quae dum spatiat in litore, animadvertit eum ex sanguinem & stultibus in aridam ejectionem. Polymestor autem propter aurum, quod cum infante Polydoro

393. *Educere telum.*] Ita legitur in uno Massi & meo. In uno Vatic. & meo antiquiore, & Caellest. *Ducere ferrum.* Nihil propterea mutandum censeo. Siquidem priore illo modo loquitur quicumque est auctor ad Herennium: quod misit huc facit. *Ajax, inquit, in litore, postquam reforesit quae scissis per infantiam, gladio incubuit. Ulixes interuoni, aciesam conspicitur, & corpore telum cruentum elucit.* Sed tamen, si proprie loqui velimus, *telum* est quod jacitur. idcirco minus hoc quidem loco videtur convenire. *Ferrum* verò per Metonymiam gladium significat; quae scriptura placet fratri meo, M. Antonio, & P. Galeo; quorum ego opinionem vehementer probor: licet, ut dixi, auctor ille, qui Latinam linguam callebat, multum me moveat CIOFAN.

394. *Tabefactaque sanguine tellus Purpureum viridi genuit de cespite florem.*] Exstat apud Antonium Ajacis epitaphium, quod huc pertinere sum arbitratus:

*Ajacis tumulo pariter togor obruta virtus,
 Illecebrans basibus saneris ipsa mei:
 Inemptas laterata comas, quod parvus Atrides
 Cedere me fructus compulsi insidiis.
 Jam dabo purpureum claro de sanguine florem,
 Testantem gemitu crimina iudicii.* IUBAN.

396. *De corpore unius, de pectore Gron. de cespite duo. de sanguine septem.* vid. lib. v. 95.

Præda dives.] *Præda divisa est, & Menelaus Colona lege, cum Micyllo, præda divisa Hecuba &c.*

Sorte cessit.] Ita recte cum MS. Micylliana. Male forte Raen. & Veneta. Virgil. *Aen.* i. vers. 142. *Non illi imperium pelagi, sacrosanctus tridentem, Sed mihi sorte datum.* Vellej. lib. ii. 18. *Sarutis obruit Sallae Asiae provincia. Albricus cap. 2. Cui caelum & celi regnum in sortem cessit. Cedere autem eleganter dicitur quod nobis oblungit. Horat. iii. od. 20. Grande certamen, tibi præda cedat Major, an illi. Julin. xiii. 4. summus castrorum tribuatus Seleno Lantiochii filio cessit.* Lab. xxxviii. Tom. II.

3. *Homines & quacunque ausari possent, Tigrani cederent.* MUNKER. De verbo *cedere* vide Serv. ad Virgil. iii. *Aeneid.* 297. utitur & sic Ovid. i. Met. 74. reliqua hujus argumenti, longe diversa a vulgatis, verba sunt in Coloniensi, quae describere longum esset.

Acerbitatibus.] Non habet Raen. *acerbitatibus*, interitum Marg. Micylli.

Classe in Thraciam.] *Classe Thraciae* MS. cum Venet. & Micylliana. Sit vereor ne frustra illam lectionem mutaverit. Primasius in cap. 1. Apoc. Joan. *A Demitriano Caesare exilio missus, & metallo damnatus.* Adde annotata à nobis ad Hygini Mythol. cap. 15. & 108. MUNKER. In Micylliana lego, *Classis Thraciae cum e. a. ut & in Parm. & Lugd.*

Qui restabant.] *Restabant orbae.*] Micyll. & Veneta. Optime proculdubio. MUNKER. Ita & Parm. & Lug. *reliquis liberis orba* Raen.

Qui quondam.] *Qui etiam* Parm. Lugd. Micyll. Raen.

Manere.] *Permanere* caedem Fidd.

In aridam ejectionem.] Ita reposui ex MS. pro *dejectionem*. Ter. Andr. i. 3. *Ibi cum hunc ejectionem Chrysidis Patrem recepisse orbam &c.* Curt. ix. 10. *Belluarum, quas stultus eiecit, carne vescuntur.* Quod autem *arida* pro litore vel terra ponitur, id sapit phrasin sacrae scripturae. Genes. cap. 1. vers. 9. *Congregentur aquae, quae sunt sub caelo, in locum unum, & appareat arida.* Et vers. 10. *Sit vocatus Deus aridam terram.* Exod. cap. 14. vers. 9. *Sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam.* Absolute *arida* vocant etiam *arida*. Ceterum peritiosus loquens in MS. ita concepta erat: *is autem propter aurum, quod cum infante Polydoro traditum fuerat, itaque avorsis ducis eum interfecit Polymestor.* MUNKER. *In aridam dejectionem* Parm. Lugd. Micyll. Raen. *dejectionem* vero rectius est. vid. ad Ovid. Ep. vii. 89. sed *aridam* pro *arida* terra dici vix puto. neque hujus ellipticos exemplum apud Latinos novi. simile illi posset videri apud Drog. Latet.

devo ei traditum fuerat, ¹ avaritia ductus eam interfecit. Et ut indicis quoque facinoris celari possent, eam ² in profundum precipitavit. Quod cum Hecuba supradicta, Cissei filia, conperit, ³ per sollicitationem curavit, ut perveniret ad Polyphlorem, dicens se velle adfueri super, quod ante dederat, aurum, quo facilius nati celarentur indicia. Et tyrannus, verum esse existimans, petenti secretum colloquium dedit. Hecuba vultu lacrimis, lacrima ei abspulit: ⁴ quam Thraeces dum prosequuntur saxis, ⁵ versa est in canis figuram.

Victor ad Hypsipyles patriam, clarique Thoantis,
 400 Et veterum terras infames caede virorum,
 Vela dat; ut referat, Thyntia tela, sagittas.
 Quae postquam ad Grajos, demino comitante, revezat;

L. AET. VII. 177. *οὐδ' οὐδ' ἔπειτα πύκνιστος*. sed aridum analogiae melius congruere puto. ut in *facrum* IV. Fall. 740. *Illyricum*, *Hosium* & similia. vid. ad I. Tril. XIII. I. sic in *seco* Verg. I. Geor. 363. BURM.

¹ *Avaritia ductus eam.* Avaritia quoque facinoris eam. Parm. Lugd. avaritia videtur Micvll. datus omittit Racner.

² *In profundum.* In profundo Mf. consule not. ad Fulgent. lib. I. cap. 2. Hygin. Myt. cap. 92. Astron. II. 40. Moxser, vid. inf. Fab. 9.

³ *Per sollicitationem.* Desunt Racner. sollicitatione Micvll. praesollicitatione Parm. Lugd.

⁴ *Colloquium.* Glossam esse puto. nam *seco* tunc petere & dare passim occurrit. vid. ad Phaedr. IV. 24. & Gudius ad lib. III. 10. colloquium subintelligi & aliquando exprimi notat. secretum colloquii Colon.

⁵ *Quam Thraeces.* Thraecique dum eam pr. Racner.

⁶ *Saxis.* Telsi Colon.

⁷ *Versa est in canis figuram.* Vid. Hygin. Mythol. cap. III. & quae ibi annoto. de Cynosenate porro Pollax. lib. V. cap. 5. paulo superius, in *Tyrannus*, apius fore videtur, quam & *Tyrannus*. Moxser.

400. *Et veterum.* Ad veterum Voss. & duo alii. & veterum ad terras ter. Medic.

400. *Infames caede virorum.* Hinc & proverbium, *Lemmnia malum*, de immensis & miserandis. Quoniam Herodotus lib. VI. etiam alteram de Lemnis historiam asserat, nempe, Pelagos eos existentes ex Attica aliquando ejectos, cum injuriam Atheniensium ulcisci velent, observasse Atticas mulieres Dianae Brauroniae sacrificantes, caeque insulis exceptas, ac Lemnum aevctas, pro pellicibus habuisse. Sed cum ex his nati Atticis moribus & inditutis omnes a matribus erudirentur, adultique Pelagorum vim & injurias, si quas patiebantur, communibus viribus a se propellerent, Pelagae mulieres, pellicum & ex his natorum potentiam indignè ferentes, invito consilio, Atticos

omnes unà cum matribus occidisse: atque inde factum, ut cum ob hoc, tam ob superius illud facinus, *τὴ σφῆρα* ἔργου *ἀφῆρα*, *ἀφῆρα* vocentur. MICVLL.

401. *Transferat, tandem portu vetoque joveis.* Hic versus perquam multis codicibus desideratur, ideoque non visus est oculandus.

CONST. FAM. Hic versus legitur tantum in uno Vatic. in quo est, *Voto portuque petitis*. Quare in eam eo sententiam, ut expungendum constituit.

CIOFAN. Perperam quidam interserunt:

Transferat tandem portu vetoque petitis. HEINS. 403. *Impositaque sero est.* Ita in meis. In uno Vatican. *Impositaque est sero.* CIOFAN. Alii, *Imposita estque sero.* *Imposita est sero* scribendum cum Caesen. prim. Vatic. quart. Medic. & aliis non paucis. HEINS. Saavo unus Heins.

404. *Priameia conjux Perdidit infelix hominis post omnia formam.* Pabelae meminit Euripides in Hecuba. 1265. Ibi enim Polymetor ab Hecuba excaecatus, ex vaticinio Dionysii Thracum vatis illi praedicat, quo pacto in eam periret commutanda sit. Nam cum illa perpetuis conviciis, ob liberorum caedes, Graecorum duces infestaretur, Graecique ob id, ira accensi, illam ad molam navis alligatas lapidibus obruissent, remotos iterum lapidibus, pro corpore illius catululo inventum tradunt. autor Commentator in eandem fabulam. Quoniam Ovidius insula non à Graecis, sed à Thracensibus, quos doler excaecati regis in illam accenderat, lapidibus obrutam dicit. Memina & Calaber libro decimo quarto, N. 346.

Εἷνα τῆρας ὄντων ἐπιχθονίων Φαίδρα, Ὀνίκα δὲ Πριάμια δάμαρ πέλοισαν ὄντι. Ἐκ βίβρω ἀλγυρίασσα ἰών τῆρας, ἠμφὶ δὲ λαοὶ ὀκισθῶν ἀγρόμα, ὅτι δ' ἠφῆρα λάβον πύκνιστος. Ὄνα τῆρας, δάμαρ μέγα ἐστὸν μέγασι βίβρωσι. Καὶ πῶν μὲν Κάλχωνος ὄν' ἐνοσίχθων ἰχθυὶ Νηὲς ἐκ' ἀνεπίθετο πῆρας ἴσαν ἠλλοπεύου.

Vocatus autem est locus, ubi illa commutata fuit, *ἠμφὶ δὲ λαοὶ*, hoc est, sepulchrum canis. MICVLL.

Imposita est sero tandem manus ultima bello.
 Troja simul Priamusque cadunt: Priameia conjux
 405 Perdidit infelix hominis post omnia formam;
 Externasque novo latratu terruit auras.
 Longus in angustum qua clauditur Hellepontus,
 Ilion ardebat; neque adhuc confederat ignis:
 Exiguumque senis Priami Jovis ara cruorem
 410 Combiberat. tractata comis antissima Phoebi
 Non profecturas tendebat ad aethera palmas.
 Dardanidas matres patriorum signa Deorum
 Dum licet amplexas, succensaque templa tenentes
 Invidiosa trahunt victores praemia Graji.

415 Mit:

Alitercent Grammatici, &, ut ait Flaccus, *ad hunc sub iudicio lis est, an Homo sit generis communis*. Constantius quidem Fanensis ad locum illum lib. II. 521. *Esse hominem vetui*: omnes reprehendens Grammaticos, negat *Hominem* esse gen. communis: siquidem cum adjectivo junctum non invenitur. Falso. Est locus Plauti, qui hoc, quidquid est, aperit declarat. cujus haec sunt in Cistellaria: Act. IV. sc. IV. 22. *Nam et intus pavo, et formido suis, ita metus nunc utrobique agit, illius hominis miseram miseram*. M. Tullius pro A. Cluentio: cap. 70. *Cujus ea stultitia est, ut eam nemo hominum; ea vis, ut nemo feminam; ea crudelitas, ut nemo matrem appellare possit*. quamquam hoc ambigè dictum videri potest. CIOFAN. Donat. etiam ad Terent. Eun. II. III. 65. *hominem dici Eunuchum* opportune dici notat, tanquam incerti sexus. & ita Cicero. IV. ad Fam. 5. *quoniam homo nata erat*. vid. & Voss. de Analog. lib. I. cap. 5. ubi ex Plauti loco corrupto nihil esse praedicti docet, nec *hominem* unquam nisi masculino genere poni docet. BURM.

406. *Terruit auras.* Multi *aures*. nil miri. sic lib. I. Fallor. 307.

frigor aethera terruit ipsum.

HAUS. Ita Petron. cxxi.

Jan fragor armorum trepidantes personat auras. sic lego, non, *aures*. idem. cap. cxxxvi.

Tremuit perterritus Aether

Plausibus insolis, confusaque regia coeli.

Terris auras Vatican. & unus Medic. Oras. duo.

407. *Qua clauditur Hellepontus.* Palatinus, *qua prius clauditur Helles*. D. HUBSIVS. *Qua prius clauditur Helles* quinque libri.

408. *Illo.* Voss. vid. ad Epist. I. 48.

409. *Exiguumque senis Priami Jovis ara cruorem Combiberat.* Senem parum sanguinis habere naturale est. Ita Seneca in Agamemnone 656. ubi loquitur Cassandra:

Vidi, vidi senis in jugulo, Telum Pyrrhi vix exiguo sanguine tingui. CIOFAN. 409. *Jovis ara.* Subaudi, Herci. Sic veteris poeta apud Ciceronem lib. III. Tuscul. *Haec omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam evitari, Jovis aram sanguine turpari.*

Vide, quae dixi initio libri superioris. Tangit & hanc rem Tryphiodorus, de sui exilio. 1032.

409. *Priami senis.* Sic & Epist. I. 34. *hic steterat Priami regia celsa senis*. Et II. Art. 440. *Troja maneret, Praecipiti Priami si foret usa senis*. Propertius II. XXI. 54. *Priami diruta regna senis*. Vide Scholia in epist. Penelope. 1020.

410. *Tractata comis Antistita Phoebi.* Hoc est, cum tracta esset comis, id est, capillo. Qui de hoc opere bene meritus est, Ob. Gifanius ex veteri libro, veluti affirmat, hoc loco legit, *Tractata comis*. Quam lectionem in his, quae ego evolvi, exemplaribus, non reperit. licet in uno Vatican. & Briantii, & Joannis libro, quem mihi dono dedit, sit, *Tractaque*. Quae scriptura lectioni, quam ille repraesentat, proximè accedit. Idem. Alii, *tractaque*. Thuan. prim. Moret. Contabrig. Oxon. & duo alii, *tractata*. bene. Pacuvius apud Marium Victorinum, lib. II.

Legis, ite, volente, rapit, comâ tractate per Aspera saxa ex humum: semitate vestem atyas. Id ipsum ex suis codicibus etiam notavit ad Lucretium Giphanius. Ennius Annal. II. *Tractata per aequora canopi, moisa serarum tractari* apud Lucretium lib. III. 902. *Legebam olim, raptata comis*, ut lib. XII. 223.

Raptaturque comis per vim nova nupta proventis. HEINS. *Tractata* & Francof. habet. vid. Colum. ad Enn. p. 49.

410. *Antistita.* Pollio: *Veneris Antistitia cuprat* & Corn. Severus.

Stabat apud sacras Antistita nymis aras. Citat Carilius libro primo. CIOFAN. *Antistitia* veteris

415 Mittitur Astyanax illis de turribus, unde
 Pugnans pro se, proavitaque regna tuentem,
 Saepe videre patrem, monstratum à matre, solebat,
 Jamque viam suadet Boreas; flatuque secundo
 Carbasà mota sonant: jubet uti navita ventis.
 420 Troja, vale: rapimur, clamant: dantque oscula terrae
 Troades: & patriae fumantia tecta relinquunt.
 Ultima conscendit classèm (miserabile visu)
 In mediis Hecube natorum inventa sepulcris.
 Pressantem tumulos, atque ossibus oscula dantem
 425 Dulichiae traxere manus, tamen unius hausit,
 Inque sinu cineres secum tulit Hæctoris hausitos.

He.

bo & Ciceronem usum monet A. Gellius Noct. Attic. xiii. cap. 19. Sacerdotes Cereris atque illius sunt anisifitas. Plaut. Rudent. 11. 11. 10. Venia anisifita. Ubi vid. Taubm. Virg. Ciri 166. Cybeles anisifita. HEINS.

415. Mittitur Astyanax illis de turribus. Ita superius loquitur lib. viii. 39. Est impetus illi Turribus & summis in Gnoia mittere corpus Castra. Et ibid. 250. Sacraque ex arce Minervae Praecipitem misit. Alio modo loquitur Silius lib. 11. 145.

— *astac se culmine turris Praecipitem jactit.* Calchas apud Senecam in Troad. lib. praeciserat tum Graecos Troja abire posse, cum Astyanax è turri ejectus fuisset. cuius haec sunt. v. 368.

— *Turre de summa cadat Priami nepos Hæctoris, et letum oppetat. Tum mille oculis impletur classis freta.* Et mox numerus v. 166.

Mactata virgo est, missus è muris puer. Ennius:

Hæctoris natum de muro jactari. Et apud Euripidem ita loquitur Talchydus. *Ἰσίου δὲ πάγον δει ὄψο Ἰσίου δὲ ἀνδρ.*

Praecipitari ipsum oportet de turribus Trojanis. Et Tiphiodorus:

Ἦδὲ καθιζήσαντα διεσπύον ἀπὸ πύργων, Χαίρει Ὀδυσσεὺς ἑλάν μάλος ἀβύσσου Ἀδριανέου μινύων ἐκίοντες Ἀστυάκην. Ἰσὴν γὰρ πρᾶσιπτον ἀπὸ τοῦ ἰσίου τείχους Ἰσίου ἑλάν μινύων ἐκίοντες Ἀστυάκην. Ἰσίου ἑλάν μινύων ἐκίοντες Ἀστυάκην. Ἰσίου ἑλάν μινύων ἐκίοντες Ἀστυάκην. Antonius Epitaph. xv.

His astae, tantaque unis de gente superstes, Partulas, Argivis sed jam de patre timendas, Sic sacro Astyanax, Scitis dejectus ab altis. Pro dolent! Iliaci, Neptunia mania, muri Viduerant aliqum tradidit Heclore traeto.

CIOFAN. Alii tradunt Astyanacta regnum postea Trojanum tenuisse. vid. Serv. ad Virg. lib. 11. 264. Sed communi opinioni accedit ad lib. 11. 453. & 111. 489,

416. Pugnans pro se proavitaque regna tuentem. Iliad se, & Hæctorem & Astyanacta referre potest. *proavita* autem generaliter dixit, pro majorum regno, & *tuentem* proprie à tuor, unde & *tuor*. GLAREAN. Tenentem Voss. Leidenf. & Flor. S. Marci, & quinquaginti.

418. Jamque viam suadet. Leidenf. codex spondet, quod elegantius, quam ut a librario nisi proficeretur. agemus de hoc verbo ad Val. Flac. vi. 117. ita apud Claud. 1. in Ruf. 143.

Hæu nefcis quid fata tibi, quid sidera spondent. ut est in Moreti codice. quod elegantius vulgata, & sequentibus, *Quid fortuna pareat*, magis conveniens mihi videtur. sic idem xi. in Eutrop. 57.

Hortanturque licet sponderent prospera Divi. vulgata tamen defendi satis potest. sic Epist. vii. 55. *Ut Pelago suadente etiam retinacula solvam.* BUAM.

419. Carbasia mota. Tensa unis meus. Ep. x. 39. *Vidit praecipiti carbasia tenta nota.* Val. Flaccus libro iv. 422.

— *placidi tendebant carbasia venti.* Virgil. *Æn.* 111. 268. *Tendunt vela Noti.* & libro v. 32.

— *vela secundi* *Invidunt Zephyri.* HEINS.

420. Dant oscula. Dantque ex scriptis. IDEM.

421. Fumantia. Flamantia duo libri, quod si recipiatur, ex ipso incendio adhuc grassante in tecta raptos indicaret. ita inf. lib. xiv. 86. quidam codices:

— *terraque calenti* *Sulfure flammantes.* & hoc libro 848. ex Mff. *Turpis equus, nisi cella jubaes flammantia recens.* ubi vulgo *flaventia*, quae vox saepe commutata cum *flammante*. ita apud Claud. 111. in Silic. 18. ex Mff.

Illic flammante Sygambrè *Caesare.* Bell.

Hæctoris in tumulo canum de vertice crinem,
 Inferias inopes crinem lacrimasque relinquit.
 Est, ubi Troja fuit, Phrygiae contraria tellus,
 430 Bistonius habitata viris. Polymestoris illic
 Regia dives erat, cui te commisit alendum
 Clam, Polydore, pater, Phrygiisque removit ab armis.
 Consilium sapiens. scelcris nisi praemia magnas
 Adjecisset opes, animi irritamen avari.
 435 Ut cecidit Fortuna Phrygum, capit impius enseni
 Rex Thracum, juguloque sui desigit alumni:
 Et, tamquam tolli cum corpore crimina possent,
 Exanimem è scopulo subjectas misit in undas.

Li.

Bell. Oct. 327.

Tumultus adstringi stria setas.

ita quidam codices. vi. Conf. Hon. 343.

Hæu dorso trepidum flammante ferobas *Subulcus sompis.*

& ibi *flumante* alii legunt. sic & lib. 11. 297. apud Nestrum *flammantem axem* duo scripti. BUAM.

422. Pressantem. Pressantem Francof. & plurimi ex melioribus, ultra viginti: vide ad lib. viii. 536. & Zinzeli. Promiss. cap. xxxix. *pressantem* Vatic. & Moreti.

424. Tumulos. Titulos pro diversa lectione Neap. Vide notas lib. xi. v. 430. Mallet hic, *tumulus*, qui in tanto tumultu temere congesti facile fugi possunt, sed titulis etiam occidiorum nomina fuisse commendata, in tanta rerum perturbatione vix concepi potest. BUAM.

425. Traxere manus. Raptore Medicus & quinque alii. ut inf. 450. & Ep. v. 121. nec discollebat olim Heinsio; nisi quod mox ex Leidenf. & quatuor aliis, *canum de vertice raptum*, magis probare videbatur. *canum de v. cr. inferias inopes raptum* l. r. Cod. Menard. ego malleti,

— *cano de vertice raptum.* *Inferias inopes, crinem, lacrimasque relinquit.* IDEM.

429. Contraria. Contermina Thuan. & Leidenf. & quatuor alii.

430. Polymestoris. Polymestoris hic & infra vetustiores recte. *Πολυμήτωρ* est etiam apud Euripidem initio Hecubae, secundà syllabà correptà, atque ita scribit apud Propertium libro 111. Eleg. xii.

— *accipio* *Thracis Polymestoris auro.* nam libri veteres, *Polymestoris*. Tzetzae quoque in Chiliadibus ter quaterve *Πολυμήτωρ*. ut & in Excerptis Rhetorum ab Alatio editis, & Servio l. 1. *Æn.* v. 666. lib. 111. v. 6. & 49. & Diogeni Oretensi in scriptis editisque exemplaribus, sic *Clytemestra* apud Antonium pro *Clytemestra*, in Epitaphis Hieronymi, 1.

Vindictam adulterii cum Clytemestra neco.

ita enim dicitur codex Vossianus veterimus. Livius Andronicus in Ægiphio apud Nonium voce *justum*:

— *in sales collocat se regias*

Clytemestra justum. tertias natae occupant.

nisi *Κλυταιμνήστρη* pro *Κλυταιμνήστρη* sit dictum, secundam in *Thrasnaeus* apud Silium Italicum libro viii. 414. & xiiii. 43. correptam invenies, de quibus vide Vossium artis Grammaticae lib. 11. cap. 12. & Salmat. Exercit. Pinar. p. 33. HEINS. vid. ad vi. 468. & v. Fall. 9.

431. Cui te commisit alendum Clam, Polydore, pater. Antonius hoc recitat Polydori Epith. xix.

Celo preant tumulo, myrtum fuge nescius hospes: Telorum seges est sanguine adulta meo. Confusus jaculis, et ab ipsa caede sepulcris, Condor in hoc tumulo bis Polydori ego. Sic puer Æneas, et tu, Rex impius, quod me Thracia prena premit, Trojaque cura tegit.

CIOFAN.

431. Commisit alendum. Sic Claud. lib. 1. de Raptu Proserpinae.

Infidis natam laribus commisit alendam.

IDEM. Reperio in vi. Conf. Honor. (83).

Infantem genitor moriens commisit alendum.

in libro de Raptu non inveni. *dimisit* hic Sprotili liber.

432. Ab armis. Ab arvis quatuor. ab aris Barbetin.

433. Consilium sapiens. Utile consilium codex Sprotili.

433. Sceleris n. p. magna. Magni quinque. magna duo Vaticani. *scelerum* Moreti unus.

436. Dimisit alumni. In aliis, *dimisit*. sed malo cum vetustiorum plerisque, *desigit*. HEINS. *Consigit* Ambrosian. *desixit* sexdecim.

438. Exanimem scopulo. B scopulo cum melioribus. HEINS.

Litore Threicio classem religarat Atrides,
 440 Dum mare pacatum, dum ventus amior esset.
 Hic subito, quantus, cum viveret, esse solebat,
 Exit humo late rupta; similisque minaci,
 Temporis illius vultum referebat Achilles;
 Quo ferus injusto petiit Agamemnona ferro,
 445 Immemoresque mei disceditis, inquit, Achivi?
 Obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae?
 Ne facite, utque meum non sit sine honore sepulcrum,
 Placeat Achilleos maclata Polyxena manes.
 Dixit: &, immitti sociis parentibus umbrae,
 450 Rapta sinu matris, quam jam prope sola fovebat.
 Fortis, & infelix, & plusquam femina, virgo
 Ducitur ad tumulum; diroque sit hostia busto.
 Quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris
 Admota est; sensitque sibi fera sacra parari;

455 Ut

440. Dum ventus amior esset.] Non ausum rejicere, quod in Palatino legitur, dum ventus amior esset. secundus magis, aut favens. DAN. HEINS. Ex melioribus, antiq. Trist. lib. I. Eleg. IV. 17. Si tamen haec navis vento serretur amior.

HEINS. Considerant & duas has voces librarii infr. xv. 443. & III. Trist. v. 41. placatum etiam hic Leidens. ut saepe sibi haec varietas est notata. 441. Quantus.] Novem cubitorum altitudinis fuisse Achillem Lycophron in Alexandra testatur. CONST. PAN.

442. Similisque minaci.] Minaci unus Leid. & Zulich. HEINS. Maluerat olim Heinsius, similitudo minaci vultum, matrum referebat fragm. Mori.

443. Immemoresque meae disceditis, inquit, Achivi? etc.] Qua de re Seneca in personâ Thaidybilæ ait, ubi Achillis umbra introducit. Troad. 191. Itē, in insertis: dolores manibus meis Affert honores, solvite insperatas rates Per vestra iura maria, non parvo luctu Iras Achillis Graecia, at magna luctu. Desponsa vestri cineribus Polyxena Pyrrhi manus mactetur, & tumulum riget: Videm Agamemnon. 187.

Rega ut virgo occidat, & cineres riget. Leges hoc etiam apud Q. Smyrnacum lib. XIV. Antonius de Polyxena. Epitaph. xxv. Troas Achilleo circumstant Polyxena busto, Mactantibus nullo castro sancta 123.

Non bene discordes tumulos misisset, Atrici. Hoc violare magis, quam sepelire, suit. CIOFAM. Immemoresque prior. Bononi. non male. 446. Gratia.] Gloria plurimi. ut saepe. 447. Non sit.] Malebat Broukhufius, ut sit. 450. Fovebat.] Fovebat unus, tenebat alius. 451. Fortis & infelix.] Hic Noster, ut veteri saepe monuerunt, (sed & res vel illis tacentibus facile apparet) quantum a Poëtica poterat, tantum & a Rhetorica facultate poterat. Idque cum mihi plane persuasum sit, a me impetrare non possum, quin dicam quod sentio de hoc versu, in quo mendam esse arbitror. Id quod vel tria verba probare possunt, si quis modo aequum se praebuerit. Primum enim infelix post fortis positum haud dubie cadit, & surgere tamen debuerat. Dein virgo plusquam femina, non alia esse potest, quam puella quidem, sed quae supra sexum suum (ἀνδραγαθὸς ἢ ἀνδρῶν) asurgit. Itaque & fortior quam femina. At si ita est (neque aliter est) ex versu Ovidii erit fortis, infelix & fortior quam femina: quod qualesit, & quo nomino appellandum, dicent magistri. Deinde ei occurrendum est, quod dicebam modo, cum illud infelix, subjectum alteri voci fortis, non suo loco positum esse ajebam. Utrique rei nam remedium est, si legatur, ut & scripsisse poetam credidi.

Fortiter infelix, & plusquam femina virgo; Quae figura haud scio an alia ulla sit illustrior aut ingeniosior. Tunc certe sententia non incipit a fortitudine, quod altera parte vitiosum esse dixi. Ita ut vox dominans sit infelix, rō autem scribitur sit tantum illius potestas, sed plura addere nihil necesse est. TAN. FANER lib. II. Ep. 69. omnis hic velus facile componitur, si legamus.

Fortis (at infelix) & plus quam femina virgo.

446. Gratia.] Gloria plurimi. ut saepe. 447. Non sit.] Malebat Broukhufius, ut sit. 450. Fovebat.] Fovebat unus, tenebat alius. 451. Fortis & infelix.] Hic Noster, ut veteri saepe monuerunt, (sed & res vel illis tacentibus facile apparet) quantum a Poëtica poterat, tantum & a Rhetorica facultate poterat. Idque cum mihi plane persuasum sit, a me impetrare non possum, quin dicam quod sentio de hoc versu, in quo mendam esse arbitror. Id quod vel tria verba probare possunt, si quis modo aequum se praebuerit. Primum enim infelix post fortis positum haud dubie cadit, & surgere tamen debuerat. Dein virgo plusquam femina, non alia esse potest, quam puella quidem, sed quae supra sexum suum (ἀνδραγαθὸς ἢ ἀνδρῶν) asurgit. Itaque & fortior quam femina. At si ita est (neque aliter est) ex versu Ovidii erit fortis, infelix & fortior quam femina: quod qualesit, & quo nomino appellandum, dicent magistri. Deinde ei occurrendum est, quod dicebam modo, cum illud infelix, subjectum alteri voci fortis, non suo loco positum esse ajebam. Utrique rei nam remedium est, si legatur, ut & scripsisse poetam credidi.

Fortiter infelix, & plusquam femina virgo; Quae figura haud scio an alia ulla sit illustrior aut ingeniosior. Tunc certe sententia non incipit a fortitudine, quod altera parte vitiosum esse dixi. Ita ut vox dominans sit infelix, rō autem scribitur sit tantum illius potestas, sed plura addere nihil necesse est. TAN. FANER lib. II. Ep. 69. omnis hic velus facile componitur, si legamus.

Fortis (at infelix) & plus quam femina virgo.

446. Gratia.] Gloria plurimi. ut saepe. 447. Non sit.] Malebat Broukhufius, ut sit. 450. Fovebat.] Fovebat unus, tenebat alius. 451. Fortis & infelix.] Hic Noster, ut veteri saepe monuerunt, (sed & res vel illis tacentibus facile apparet) quantum a Poëtica poterat, tantum & a Rhetorica facultate poterat. Idque cum mihi plane persuasum sit, a me impetrare non possum, quin dicam quod sentio de hoc versu, in quo mendam esse arbitror. Id quod vel tria verba probare possunt, si quis modo aequum se praebuerit. Primum enim infelix post fortis positum haud dubie cadit, & surgere tamen debuerat. Dein virgo plusquam femina, non alia esse potest, quam puella quidem, sed quae supra sexum suum (ἀνδραγαθὸς ἢ ἀνδρῶν) asurgit. Itaque & fortior quam femina. At si ita est (neque aliter est) ex versu Ovidii erit fortis, infelix & fortior quam femina: quod qualesit, & quo nomino appellandum, dicent magistri. Deinde ei occurrendum est, quod dicebam modo, cum illud infelix, subjectum alteri voci fortis, non suo loco positum esse ajebam. Utrique rei nam remedium est, si legatur, ut & scripsisse poetam credidi.

Fortiter infelix, & plusquam femina virgo; Quae figura haud scio an alia ulla sit illustrior aut ingeniosior. Tunc certe sententia non incipit a fortitudine, quod altera parte vitiosum esse dixi. Ita ut vox dominans sit infelix, rō autem scribitur sit tantum illius potestas, sed plura addere nihil necesse est. TAN. FANER lib. II. Ep. 69. omnis hic velus facile componitur, si legamus.

Fortis (at infelix) & plus quam femina virgo.

455 Utque Neoptolemum stantem, ferrumque tenentem,
 Inque suo vultu figentem lumina vultu;
 Uttere jamdudum generoso sanguine, dixit.
 Nulla mora est. at tu jugulo vel pectore telum
 Conde meo: jugulumque simul pectusque retezit.
 460 Scilicet aut ulli servire Polyxena ferrem,
 Aut per tale sacrum numen placabitur ullam.
 Mors tantum vellem matrem mea fallere posset.
 Mater obest; minuitque necis mihi gaudia, quamvis
 Non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.
 465 Vos modo, ne Stygios adeam non libera manes,
 Esse proci; si iusta peto: tactuque viriles
 Virgineo removete manus. acceptior illi,
 Quisquis is est, quem caede mea placare paratis,
 Liber erit sanguis. si quos tamen ultima nostri
 470 Vota movent oris; Priami vos filia regis,

Non

455. Utque Neoptolemum stantem, ferrumque tenentem, Inque suo vultu figentem lumina vultu;] *Plus quam femina* vero dictum est, quae superat eam, eodem modo fere, ut lib. I. 573. *Sonitus* etc. *quam vicina* sinitat. & I. Fast. 170. *Nec plus* etc. *solum* testificatur optis. Quinctil. XI. de Inst. Orat. I. *Plus quam firma* debet esse memoria, quae dicit memoriam adjuvat. BOXII.

456. Sibi fera sacra parari.] *Fera sacra* nonnulli *sa sacra* Gronov. *fera busta* Medic. unus, unde Hein. conjiciebat, *fera iusta*: sed vulgatum defendam illa Virgilio II. Aen. 132. *Mihi sacra parari*. Idem.

455. Tenentem.] *Parantem* Gronov. & tres alii. *moventem* Oxon.

456. Utque suo vultu.] *Meliores, Inque suo*, HEINS. *Inque suo vultu* Voss ut Epist. III. II. *at tu* in alterius iactantes lumina vultus.

458. At tu jugulo vel pectore telum.] *At tu jugulo* rectus tres scripti cum uno Moreti. HEINS. *pectore ferrem* nonnulli.

460. Scilicet haud ulli servire Polyxena vellem.] *servire ferrem*, pro *patere*, Urbin. prim. Reg. uterque Hamburg. Arondel. prim. Palat. prim. Vatican. Cantabrig. tert. Medic. alique plurimi. bene. *patere aut ferrem, aut placabitis* scribendum cum multis, non *haud ferrem servire*, ut Val. Flacco lib. II. 146.

461. Sui simile ut sanamis sinus genus. adde, orientis. Quod patitur servare Dabit.

462. Mater obest.] *ex vestigiis* vetusti apud Carrionem libri videtur corrigendum. Paulo ante 151. apud eundem responde, *Antonia* his alii forsitan *solabare casus* Tu tholomis.

470. Vota movent.] *Vota* tres nostri. idque in suo codice ex antiquis libris notarat Politianus. HEINS.

nam *soma* idem est quod *laus pudoris*. ceterum quod *patrum* pro *patrum* irrepserat literis transpositis, idem error non semel alibi mihi deprehensus apud eundem Valerium, ut libro IV. 310.

Tenditur illa ingens in lunam pavor, arvaque laed Occupat.

frigidè haec tenet legebatur, *hominum pavor*. Tenditur pro extenditur. sic nostro Met. IV. 576.

serpens in longam tenditur absum, apud eundem Valerium libro V. 463. locus est insignis, sed pessime habitus vulgo,

Post alii, quos praecipuo Titaniae aulae Legit honores patres, motique ad praecia regis.

vel *Titaniae aula*. nunc *Titaniae aulae*. Sed finis exemplorum non esset. haec interim in transmissa. HEINS. *Ferrem* recte pro *vellam*. vid. ad lib. XI. 447.

462. Mors tantum vellem.] *Languidi & simul* durissimi hi numeri, tribus vocibus in nugentem illam literam in excentibus, & tribus idem spondeis se subsequuntibus. *vellam mea matrem* Voss. & Thuan. & *matrem mea vellem* unus Heinii. ego vero mallem.

Mors tamen haec vellam mea matrem fallere posset; BOXII.

464. Mea mors.] *Mea* fort Medic. unus.

466. Si iusta peto.] *Iusta precor* tres libri. ut I. Amor. III. I. *Iusta precor*.

466. Esse proci.] *Ita* S. Marci, Nicap. Bernegger. & sex alii. HEINS.

469. Liber eris.] *Erax* Oxon. unde Heinsius; est. ut Epist. III. 146.

Est mihi, qui fesso pectore sanguis eat.

470. Vota movent.] *Vota* tres nostri. idque in suo codice ex antiquis libris notarat Politianus. HEINS.

Non captiva, rogat; generici corpus inemtum
 Reddite: neve auro redimat jus triste sepulcri,
 Sed lacrimis. tunc, cum poterat, redimebat & auro.
 Dixerat. at populus lacrimas, quas illa tenebat,
 475 Non tenet. ipse etiam flens invitusque sacerdos
 Praebita coniecto rupit praecordia ferro.
 Illa, super terram defecto poplite labens,
 Pertulit intrepidus ad fata novissima vultus.
 Tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
 480 Cum caderet; castique decus servare pudoris.
 Troades excipiunt; deploratosque recensent
 Priamidas: & quid dederit domus una cruoris.
 Teque gemunt, virgo; teque, o modo regia conjux,
 Regia dicta parens, Asiae florentis imago;
 485 Nunc etiam praedae mala fors: quam victor Ulixes
 Esse suam nollet, nisi quod tamen Hecfora partu
 Edideras. dominum matri vix reperit Hecfor.
 Quae corpus complexa animae tam fortis inane,

Quas

471. *Nunc captiva.*] *Nunc captiva* longe elegantius cum Neapol. Urbini. Cantabrig. prim. Palat. prim. Gronov. Arondel. & sex aliis. *Nec captiva* fragment. Boxhornii. Moveant vos preces meae, non tanquam a captiva, sed a regis filia, profectae. HEINS.

474. *At populus lacrimas, quas illa tenebat, Non tenet.*] Felicissimè hunc locum mutatus est Georg. Buchmanus in Iephro Tragedia:

— *quas tenebat lacrimas*
Prospicua morti virgo, populus non tenet.

Tenere lacrimas dixit & Cicero. CIOFAN. Senec. Troad. 1099.

— *Non sit e turba omnium*

Qui stent.
Quas ipsa quatuor scripti.

475. *Invitusque Sacerdos.*] Pyrrhus, qui sacrificii curator & Pontifex fuerat designatus. Euripides in Hecuba, serè sub principium, ubi ita est:

— *Θυμῆτι δ' ἐπιτάσσει,*
Υερίε τ' ἐπέτη πῶδε πῆλ; Ἄ γυλλῆε;

— *sacrificii curator*
Et Pontifex designatus est filius Achillis.

CIOFAN. Stantius haec adducit ad Hescl. Agam. 247. quem Noster imitatus esse videtur.

476. *Rupit praecordia.*] *Rupit* Thuanens.

477. *illa super terram defecto poplite labens.*] In uno Vaticano. *Deflexus poplite.* Quod mihi non displicet. sed tamen superior lectio probabilior vide-

tur. CIOFAN. Multi quoque, quos Heinsius vidit, *deflexo*, alii nonnulli, *dessepto*. sed omnes frustra. ita *deflecta ora* Val. Fl. II. 404. ubi plura dicemus. BURN.

478. *Ad fata.*] *In fata* Medic. unus.

479. *Tunc quoque cura fuit partes velare praedae.*] Quamvis hoc videatur tractum ex Euripide, qui de Polyxena ita inquit: Πελλὸν πρὸς τὴν ἐνορχήμω πρὸς τὴν, id est, *malam prudentiam homini honeste cadere*, tamen videtur hoc quoque loco alludere ad Caesarem. Qui cum in senatu suis undique pugionibus feriretur, ita togam compoluit, in eaque se convolvit, ut honeste caderet. Quod etiam Pompejum & nonnullos ex nobilitibus Romanis moribundos servasse legitur. Jacoe a Cruce. *Nunc quoque* Moreti fec. *partes velare praedae* duo. *verendas* unus. *velare praedae* sex.

481. *Quid dederit.*] *Quoniam d. d. n. centum duodecim.* Quod erroris Oxon. *quam erroris* Gron. & Moreti. *quot erroris* Bonon. & quantum Medic. quantum Basil. Heinsius volebat, *dederitque* unus quantum una erroris. sed quid non mutem. ita ferent. Heins. II. 3. *Quid rerum.* & III. 1. *Quid vult;* & ita alii.

485. *Mala fors.*] Imitatus Senec. Troad. 62. *Mala fors timetur, sola suam Danai metui.*

487. *Edideras.*] *Edideras.* aliter libel. HEINS. Quorum nonnulli, *ediderit.* *Historia partem* fragment. Boxh. ut sit appositio. *mox, tunc venit Hecfor,* Sprolii codex.

490. *In vulnere sancti.*] *In vulnere* plerique omnes codices. vid. lib. VIII. 540. & Ep. XI. 135. 491. *Quas*

Quas toties patriae dederat, natisque, viroque,
 490 Huic quoque dat lacrimas; lacrimas in vulnere fundit:
 Osculaque ore legit: consuetaque pectora plangit:
 Canitiemque suam concreto in sanguine verrens,
 Plura quidem, sed & haec, laniato pectore dixit:
 Nata tuae (quid enim superest?) dolor ultime matri,
 495 Nata, jaces: videoque tuum, mea vulnere, vulnus.
 En, ne perdidit quemquam sine caede meorum,
 Tu quoque vulnus habes. at te, quia femina, rebar
 A ferro tutam: cecidisti & femina ferro.
 Totque tuos idem fratres, te perdidit idem
 500 Exitium Trojae, nostrique orbator, Achilles.
 At postquam Paridis cecidit Phoebique sagittis;
 Nunc certè, dixi, non est metuendus Achilles.
 Nunc quoque mihi metuendus erat. cinis ipse sepulti
 In genus hoc faevit: tumulo quoque sensimus hostem:
 505 Aecidae fecunda fui. jacet Ilion ingens:
 Eventuque gravi finita est publica clades:

Si

491. *Osculaque ore legit.*] *Legit* fec. Palat. Oxon. quatuor. Medic. & quinque alii, cum Naugerii codicibus. *egit* duo. an *legere oscula* i ut apud Virgil. IV. 684.

— *extremo, si quis super halitus errat,*
Creslogam.

& *legere oro spiritum* Senecae Hercule Oetaeo. quomodo *frigida lambere oscula*, apud Statium Epicedio Glauciae. Posset & *teris* rescribi, sed vulgatum defendi potest, tanquam os opponat animae fugienti. sic lib. XII. 424.

— *oraque ad ora*

Admovet; atque animas fugienti obfistere tentat. ut perit Thuan. non male. duo alii, *dedit.* unus Regius, *regit.* HEINS.

492. *Verrens.*] *Versans* septemdecim. *volvens* unus. *verrens* duo. *verrens* sex. in *vulnere* Gronov. & Bertrami Mf. in deest nonnullis.

494. *Ultima matris.*] *Matri* Ambros. & unus Patavinus. sed Gronov. & octo alii. *ultima* prior Gron. *quis enim.* quare posset & legi,

Nata tuae, (quis enim superest dolor) ultima matris. HEINS.

495. *Videoque memum tua vulnere pectus.*] *Tuum me vulnere vulnus* Bernegger. Polit. & octo alii. quod placet. quidam, *memum tua vulnere vulnus.* alii, *tuum me vulnere pectus,* vel, *memum tua pectora vulnus.* sed quia mox sequitur, *Tu quoque vulnus habes,* puto scribendum hoc loco,

— *videoque tuum me vulnere pectus.* IONIA.
 496. *Et me.*] *En me* Bernegger. & placet. IONIA.
 Tuo, II.

Qui & coniecerat, *An, ne perdidit* etc. *vulnus habes?*

500. *Exitium Trojae.*] *Exitium* duo libri.
 503. *Tunc quoque mi.*] Libri veteres, *nunc quoque.* CIOFAN.

503. *Cinis.*] *Habet hoc* Montanus vitium, inquit Seneca, *Controversia* 28. *sententia sua repente corrumpit,* etc. *solebat itaque* Scaurus cum inter oratores Ovidium vocare. Nam & Ovidius *nostris,* quod bene cessit, relinquit. *Cum Polyxena esset abducta, ut ad tumulum Achillis immoleretur, Hecuba dixit,* cinis ipse sepulchri in genus hoc pugnat. *poterat hoc contentus esse, adiecit;* tumulo quoque sensimus hostem. *Nec hoc contentus adiecit;* Aecidae fecunda fui. Ovidium asserit H. Stephanus lib. de Criticis, & Jo. Passicratus praefat. in *Armoreno* Inducium. VANN.

504. *Tumulo quoque sensimus hostem.*] Urbini. *tumulum.* & multi *mox,* *cinis ipse sepulchri,* pro *sepulchri.* sic infra, 615.

Inferiaeque cadunt cinis cognata sepulchro Corpora.

& Virgil. Ceiri loco corruptissimo,

Uti cineres gaudet sepulchri.

Virgil. IV. Aeneid. 34.

Id cinerem aut moxas troas curaro sepulchro, sed aliter Seneca haec producit. HEINS. *Cinis ille*

Francos. & multi alii. Senec. Oedip. 106.
Ille, ille diris calidus mouisset cinis
In nos rebellat.
 Sed Troad. 957.

Si finita tamen. foli mihi Pergama reflant,
 In curfuque meus dolor est. modo maxima rerum,
 Tot generis natisque potens, nuribusque viroque,
 510 Nunc trahor exful, inops, tumulis avulfa meorum,
 Penelopae munus. quae me data pensa trahentem
 Matribus ostendens Ithacis, Haec Hectoris illa est
 Clara parens: haec est, dicet, Priameia conjux.
 Postique tot amiffos tu nunc, quae sola levabas
 515 Maternos luctus, hostilia busta piasti.
 inferias hosti peperit. quo ferrea resto?
 Quidve moror? quo me fervas, damnosa senectus?
 Quid, Di crudeles, nisi quo nova funera cernam,
 Vivacem difertis anam? quis posse putaret
 520 Felicem Priamum, post diruta Pergama, dici?
 Felix morte sua, nec te, mea nata, peremtam
 Adipicit: & vitam pariter regnumque reliquit.

At

Cinis ipse nostrum sanguinem et tumulus fuit.
Tumulo quaque saevit in hostem Iuvian. Romm.
 507. *Jacet Ilium.] Fuit Ilium Bosheta. Ut Virg.*
 II. Aeneid. 325.
Fuit Ilium, et ingens
 Gloria Teucerorum.
 Supr. 429. *Est, ubi Troia fuit, etc.*
 507. *Sed finita tamen.]* Emendati codices habent.
Nec finita tamen, ut sit correctio, Rhetoricus color,
 & Hemistichium hoc ad illud superius referatur,
Finita est publica clades, non autem ad illud inferius.
Sed mihi Pergama reflant. nam eo causa redditur,
 cum publica clades sibi Hecubae non finita.
 CONST. PAN. Imo cum Palatino, *si finita*
tenent.
Eventaque gravi finita est publica clades.
Si finita tamen, soli mihi Pergama reflant.
 DAN. HEINS. *Nec finita* Calandiae excerpta,
 Constantii Faventis codices, & ex nostris unus
 Leidensis. Malo tamen cum prim. Reg. & uno
 Medic. *Si finita tamen.* ut lib. X. Met. 323.
Si tamen hoc scelus est.
 HEINS. Sed oppositio non satis valida mihi videtur,
 quare mallem,
Eventaque gravi finita est publica clades,
Sed finita aliis, soli mihi Pergama reflant.
 SCHNEPPER. apud Tan. Fab. lib. II. Ep. 71.
 507. *Soli mihi Pergama reflant.]* Ita prope Epist.
 I. 53. *Uni mihi Pergama reflant.* Quorum alterum
 locorum aemulatus est Seneca in Herc. Oetoo.
Tibi cuncta domus contulit uni.
 GIOFAN. Tres quoque hic libri habent, *uni mihi.*
 vid. ad Epist. I. 51.
 509. *Tot generis natisque.]* Quinquaginta filios
 & duodecim filias Priamum habuisse ex diversis

tamen intelligere licet mulieribus) Hom. in Ili. vi.
 testatur, quod volui dicere, quia multi metas in
 numero quinquaginta filiorum comprehendunt.
 CONST. PAN.
 511. *Penelopae.]* Penelope quindecim libri.
 514. *Amiffos tu nunc, quae.]* Tu ista quae spali,
 Medicus unus.
 517. *Quo me fervas, damnosa senectus.]* Vetus
 libri, *Annosa senectus?* Probo. v. Trist. II. II.
Sed exiguus prodest annosa senectus. COFAN.
Damnosa reponendum ex antiquis editionibus sic
 in Trist. III. VII. 35. *Formae damnosa senectus pro*
quo ferrea, quid ferrea resto quatuor libri. sed in
 Vatican. *quid abena.* Statius Theb. III. 280.
 ——— *scopulos et abena frecando*
Electere corda jaro. HEINS.
 518. *Quo di crudeles nisi uti.]* In quibusdam,
nisi quo nova. NAUGER. *Nisi quo S. Marc.* Neapol.
 Bernegger. Polit. multique alii. Multi etiam ex
 veterioribus, *Quid di* scribendum forte cum primo
 Vatican. priore Twisslenio & duobus Medic.
Quid, di crudeles, nisi quo nova funera cernam?
 IDEM.
 519. *Difertis.]* Servatis Palatin. sec. male. lib.
 XII. 76. *Decimum dilatus in annum traherent.* vid.
 ad Remed. 93.
 522. *Et vitam pariter regnumque reliquit.]* Hunc
 locum imitatus est Seneca in Troadibus. 157.
Suum excedens sua regna talis.
 Notavit hoc Muretus. GIOFAN.
 523. *Dotabere regia virgo.]* Dotabere Medic.
 Flor. & Neapol. Manil. IV. 140.
Tovru simplicitas dabit vira colonis.
 sic Gembl. editio Scal. *dotabit.* lib. v. 710.
Tertia Pleiades dabit forma sorores

At (puto) funeribus dotabere, regia virgo;
 Condeturque tuum monumentis corpus avitis.
 525 Non haec est fortuna domus. tibi munera matris
 Contingent fletus, peregrinaeque haustus arenae.
 Omnia perdidimus. superest, cur vivere tempus
 In breve sustineam, proles gratissima matri,
 Nunc solus, quondam minimus de stirpe virili,
 530 Has datus limario regi Polydorus in oras.
 Quid moror interea crudelia vulnera lymphis
 Abluere, & sparsos immiti sanguine vultus?
 Dixit: & ad litus passu processit anili,
 Albentes laniata comas. Date, Troades, urnam,
 535 Dixerat infelix, liquidas hauriret ut undas:
 Adspicit ejectum Polydori in litore corpus,
 Factaque Thraciis ingentia vulnera telis.
 Troades exclamant: obmutuit illa dolore;

Et

si dotabere legas, erit ut illud. Senec. II. de Clem.
 6. *Dotabit locum matris filiam.* HEINS. vide
 ad Epist. XI. 99.
 524. *Condeturque.]* Credeturque Mf. Berfm.
 526. *Contingent.]* Contingant Gron. & Moreti.
 contingant unus, contingunt 3. lib.
 530. *Quondam minimus de stirpe virili, Has datus*
limario regi Polydorus in oras.] Hanc omnium
 postremum ex Hecuba Priamus suscepit. Vetus
 poeta apud Ciceronem lib. III. De Orat.
Qua tempestate Paris Helenam inuuptis junxit nup-
tius,
Ego tunc gravida, expletis jam fero ad parientium
mensibus;
Per idem tempus Polydorum Hecuba partu postremo
parit.
 Hoc idem legitur initio Hecubae Euripidis, unde
 magna pars horum omnium conversa est. Fuit &
 alius Polydorus ex eodem Priamo & Laodice, si-
 lia Aetiae. Auctor Homerus lib. XXI. Sed, quanto
 in Priami filiorum mentionem incidit, locus hic
 peropportunos me admonet, ut ex Apollodoro
 nominatum omnes enumerem, apud quem lib. III.
 Bibliothecae ita est.
 Ex Hecuba filii.
 Hektor, Paris, Deiphobus, Helens, Pansmon,
 Polius, Amphos, Hippobos, Polydorus, Troilus.
 Ex aliis mulieribus
 Menalippe, Gorgithon, Philemon, Hippoboteus,
 Glaucus, Agathon, Chersilamas, Euzoras, Hip-
 podamas, Mestor, Atas, Dorielus, Lycan, Dryops,
 Dian, Chromus, Alphygon, Telestas, Ewander,
 Cidrius, Melius, Archemachus, Laodocus, Phe-
 phoea, Idmonius, Hyperion, Ascanius, Democoon,
 Arcturus, Diopetes, Glonius, Echemon, Hyppirtoeus,

Agonens, Lycionis ac Polymedon.
 Ex Hecuba filiae.
 Creusa, Laodice, Polyxena, Cassandra.
 Ex aliis mulieribus.
Melusa, Medescaja, Lyfsmathe, Avistideme.
 Sunt igitur inter mares & feminas LIV. Qui name-
 rus est & apud Hyginum cap. XC. Viig. lib. I. Ae-
 neidos Ilioen ponit. Priamum L. tantum filios
 suscepisse vulgo creditum est. Illud insuper animad-
 vertendum, Ciceronem ab Apollodoro dissentire,
 qui Priamum ex legitima uxore XIV. suscepisse ait.
 ille vero I. Tufcul. XVII. Sed fieri potest, ut apud
 Ciceronem numerus mutatus sit. GIOFAN.
 532. *Sparsos immiti sanguine vultus.]* Infanti san-
 guine unus meus. & mox 503. *sanguine font.* alius,
stillant. ut lib. XI. 17. *Sparsos stillantem tunc capillos.*
 pro *procedit* mox vetustiores plerique, *processit.* &
laniata, pro *laterata comas* prim. Basil. atque alii
 quatuor. HEINS.
 533. *Processit.]* Proferavit tres libri, ut Vir-
 gil. IV. 611. *Ille gradum studio celerabat anili.* pro-
 tendit Moreti unus.
 537. *Thraciis.]* Mf. Gebhardi, *Troicis.* unde il-
 le lib. III. Crep. 23. *Thraciis. haerentia vulnera*
unus Basil. male. Flor. II. 7. vulnera non spiculis,
non sagittis, nec allo Graeculo ferro, sed ingentibus
pilis, nec minoribus adalta gladius ultra mortem per-
tebant. in quo loco explicando non fastidiant mi-
 hi viri docti, qui ultra mortem post mortem inter-
 pretantur: cum verum sensum potum, tam ingentia
 fuisse vulnera, ut etiam mors potuisset minori vul-
 nere inferri, sed ex uno illorum potuisse quasi plures
 homines morti dari, nec opus esse illud, ut
 saepe fit, repetere. non dissimuliter Ovid. VI. Met.
 642. *Satis illi ad fata est sanum vulnus erat.* hic
 XXXX 2

Coepit. at haec missum ranco cum murmure saxum
 Morsibus insequitur: rictuque in verba parato
 Latravit, conata loqui. locus exstat, & ex re
 570 Nomen habet: veterumque diu memor illa malorum,
 Tum quoque Sithonios ululavit moesta per agros,
 Illius Troasque suos, hostesque Pelafgos,
 Illius Fortuna Deos quoque moverat omnes:
 Sic omnes, ut & ipsa Jovis conjuxque fororque
 575 Eventus Hecubam meruisse negaverit illos.

FAB. III. ARGUMENTUM.

^a Memnonis cineres in aves.

^b Memnon, ^c Tithoni & Aurora filius, Priamo ferens auxilium ab Achille occiditur.

est, sanguine nocentis ac scelerati Polymnestoris. sed fontem etiam legi potest. GLAREAN.

564. Loca luminis.] Sic lib. VIII. 805. Ventris erat pro ventre locus. DOVZA.

566. Lapsamque inesse.] Lacessere unus Ambros. & Heinssii. sed lib. III. Am. XII. 21. Jaentis inestur index. & inf. lib. XIV. 402. Saevisque parant inesse telis.

568. in verba.] Ad verba plurimi.

569. Locus exstat.] Julius Pollux lib. V. c. 7. hunc locum *κωδὸς οὐρα* cynosjona, id est, canis sepulcrum, appellatum fuisse, a quodam generoso cane ibi sepulto, inquit, ut alterum locum in agro Calydonio a cane Atalantae (cui nomen Aura fuit) ibi tumulata. sed invaluisse opinionem Hecubam in canem mutatam eidem in Hellesponto loco nomen indicasse. est & Libyae locus Cynoslema, ut Steph. scribit. CONST. FAX. Legitur apud Antonium hoc Hecubae epitaphium, XXV.

Quae Regina sui, quae claro nata Dynaste,
 Quae Priami conjux, Hecloera quae geni:
 Hic Hecuba iniecit perii superborata saxis:
 Sed rabies linguae non tamen alta prius.
 Filiae ne regnis, & prole, & stirpe parorum,
 Quicumque hoc visum est, quae legibus.

Quare Hecuba fingatur in canem mutata, Plautum audiamus, cujus haec sunt in Maechec. V. I. 14.

M. Non tu scis mulier Hecubam quapropter canem
 Graeci esse praedictabant? v. non opusdem scis.
 N. Quia idem scilicet Hecuba, quod tu nunc facis,
 Quonia mala ingerbat quaeque asperserat.
 Itaque adeo pro coepa est appellata canis.

Aliter Cicero lib. III. Tuic. Hecubam, inquit, praenot, propter animi acerbitatem grandaevae & ra-

bien, *σῆγξ*, in canem esse conversam. COEUS. Canis exstat Medic. & Moreti.

571. Tunc quoque.] Nunc quoque Gronovii.

^a Memnonis.] Memnonides in avia Parm.

^b Memnon.] In Cantabrigieui codice est: Priamus & Tithonus fuerunt fratres, cujus Tithoni sui usor Aurora, ex qua habuit filium nomen Memnonem. sed Priamus, obsessus a Graecis, mandavit fratri suo, ut Memnonem filium suum ad defendendam suam Trojam sibi mitteret. Qui Memnon quidem, postquam venit Trojam, audax & in armis fortis a Graecis interfecit. sed mater illius Aurora, videns illum interfecit, recidit (lege accidit) quibus Jovis, quem deprecata est supplicii voce, ut esset miser sui nati, antequam esset sepulchri. Jovis autem ex cinere illius fecit aves, quae vocantur Memnonides & ut ostendant suam auctorem fuisse audaces, pugnant quoque anno inter se, ut moriantur, & iterum revertantur.

^c Tithoni.] Tithonis aurora Lugd.

^d Impetrat.] Impetravit Colon.

^e In cineres.] Ita Mf. at falsum hoc. Memnonis cineres in aves verfos tradit quidem Q. Smyrnaeus lib. II. sed qui de foronibus ejus hoc tradat frustra quaeras. Veneta & Micyll. hec exhibent, ut favillae ejus adjuvo rego, pariterque pterres in volucres etc. Quae nata sunt ex male intellectis verbis Poetae: *Μοχ* vera volucres hissoni pernis, pariter sanuere foreres. Muecker. Cum Veneta & Parm. & Lugd. faciant, ut favillae adjuvo rego in volucres Raener. ut favillae v. a. r. in foreres converterent volucres, quae Memnonides nunc dicerentur Colon. in marg. Micyll. kg. ad. Solus in foreres volucres.

^f Quocumque.] Ita & Plinius lib. X. cap. 16. Aelian. V. I. Iphorus autem lib. XII. 7. Quae quo-

ter. Mater ergo precibus pro adfido officio inducendae incis ab Jove impetrat, ut cineres ejus adusto rogo foreres in volucres convertantur, Memnonides nomine. Quae memores belli quatuor ad sepulcrum ejus conveniunt, & inter se dimicantes sanguine suis manibus ejus frequentes parentant. Et ipsa mater ejus matutinis temporibus lacrimans desiderio filii sui Memnonis transmutat in rorem. quod tamen monumentum in Phrygia constituit patrus ejus: ut Hesiodus vult.

Non vacat Aurora, quamquam isdem faverat armis,
 Cladibus, & casu Trojaeque Hecubaeque moveri.
 Cura Deam propior, Inctusque domesticus angit
 Memnonis amissi, Phrygiis quem lutea campis
 580 Vidit Achillea pereuntem cuspide mater.
 Vidit; & ille color, quo matutina rubescunt
 Tempora, palluerat: latuitque in nubibus aether.
 At non impositos supremis ignibus artus

St.

na anno. sed ille confundit historias & ex Athiopae pacerea Aegyptum facit. vide tu Plinium. Muecker.

^a Frequentes.] Frequentia parent Parm.

^b Et ipsa mater.] Ipsius autem emicandae matris lachrymae in matutinum rorem conversae sunt. Monumentum tamen in Phrygia patrum constituisse Hesiodus scribit Colon.

^c Transmutat in rorem.] Servius ad Aeneid. V. 493. Quia Tithonus, frater Laomedontis, captus ab Antea, filium suum Memnonem ex ipsa progenitum in lectis duo vocis aureae, Priamo ad Trojae misit amillum, qui, congressus cum Achille. ab eo est intemptus, cujus mortem mater Aurora hodieque matutino rore sterre dicitur. pro, vocis aureae, lege, vitii. Meminit ejus vitis etiam Scholiastes Juvenalis ad Sat. VI. vers. 621. Hem tibi hominis verba: Eriphyte, usor Eriphylli, filii Telephi, qui Telephus, cum venisset ad auxilium Priamo, plagatus est ab Achille, & cum non posset curari, sortitus est ab Achille se solo posse curari. venit supples, petit se curari promisso hoc, ut nunquam jam auxilium ferret Trojanis, ne ipse, nec de suis aliquis. Curatus est, recessit, post mortem hujus filius Eriphyllus vir sortis fuit. Hunc saepe ad auxilium petit Priamus, illo negotio, monatus scilicet a patre suo. Ergo cum non posset aliter Priamus cum sollicitatus, fecit vitium ex auro, & misit ad uxorem ejus Eriphyllam. Haec, accepto munere tanto, marito persuasit. Venit in Trojam auxilium ferens. Hunc occidit Pyrrhus, filius Achilli. Eriphyllam (ita enim scribendum) Telephi filium fuisse etiam alii tradidere: sed Eriphyllam illum, cujus tam frequens apud poetas & mythographos mentio fit, ejus fuisse conjugem, id vero filium est. Plagari ab hoc homine pro vulnerari videtur usurpari. Mira barbarorum licentia est in

verbis illiusmodi fingendis. Eiusdem farinae est humanari, quod apud interpretem Concilii Ephesini inveni nuper & miratus sum. *Et humanatus, inquit, est & passus etc.* Unde inhumanatus dicitur *εὐανθρωπος* Episcopus Galatae in Epist. ad Leonem Augustum. Non minus audax est auguriae pro *divinatione*. Auctor Vit. Apollin. *Quinque iste est, in quo auguratus?* Ceterum quod sequitur sortitus est, pro sorte accepit, suam habet venetem. Sortem tollere eo sensu dixit Hyginus Mythol. cap. 88. de eo, qui oraculum consultit, aut sortem petit. Usus eadem phrasi Licinius Rufus. Collat. Leg. Tit. xv. *Non inveniantur in te, qui istos filium tuum aut filiam tuam, nec divinitus apud quem sortis tollat.* Vulg. Interp. qui ariolos *sciscitatur* Deut. XVII. Muecker.

^d Transmutat.] Transformat Parm. Lugd. Micyll. Raener.

^e Quod tamen.] Ita quidem eod. omnes. Legendum tamen putem, cui tamen etc. Muecker. 576. Favorat.] Favorit Barberin. & unus Ambros.

577. Hecubaeque moveri.] Hecubaeque unus Heinssii.

579. Lutea.] Caerula unus Regius.

581. Et ille color.] Ille Deus pro diversa lectione Gronov. prior. unde conjiciebat Deor Heinssius. rubor duo alii. rubescit etiam Oxon. ut sic Graeciflavus.

582. Palluerat, latuitque in nubibus aether, etc.] Aurora quantum filii necem doluerit, scribit Tryphiodorus de Ilii exitio. Seneca in Troob. 239. hoc forte respiciens: *Pariterque Memnon: ejus ab Inliam parens Pallente maestram praenitit vultu dunt.* COEUS. Latuit sub nubibus Excerpt. Lang.

Suffluit spectare parens: sed crine soluto,
 585 Sicut erat, magni genibus procumbere non est
 Dedignata Jovis, lacrimisque has addere voces:
 Omnibus inferior, quas suffinet aureus aether,
 (Nam mihi sunt totum rarissima templa per orbem)
 Diva tamen venio: non ut delubra diesque
 590 Des mihi sacrificos, caliturasque ignibus aras.
 Si tamen adsipias, quantum tibi femina praellem,
 Tum cum luce novâ noctis confinia servo;
 Praemia danda putes. sed non ea cura; neque hic est
 Nunc status Aurorae, meritos ut poseat honores.
 595 Memnonis orba mei venio: qui fortia frustra
 Pro patruo tulit arma suo: primisque sub annis
 Occidit à forti (sic vos voluistis) Achille.
 Da, precor, huic aliquem, solatia mortis, honorem,
 Summe Deum rector: maternaque vulnera leni.
 600 Juppiter adnuerat; cum Memnonis arduus alto
 Corruit igne rogos: nigrique volumina fumi

In.

Infecere diem. veluti cum flumina natas
 Exhalant nebulas, nec Sol admittitur infra.
 Atra favilla volat, glomerataque corpus in unum
 605 Densatur; faciemque capit: sumitque calorem
 Atque animam ex igni. levitas sua praebuit alas.
 Et primò similis volueri, mox vera volueris
 Injovuit pennis. pariter sonuere sorores
 Innumerae; quibus est eadem natalis origo.
 610 Terque rogam lustrant: & consonus exit in auras
 Ter clangor. quarto seducunt castra volatu.
 Tum duo diversa populi de parte feroces
 Bella gerunt: rostrisque & aduncis unguibus iras
 Exercent; alasque aduersaque pectora lassant.
 615 Inferiaeque cadunt cineri cognata sepulto
 Corpora: seque viro forti meminere creatas.
 Praepertibus subitis nomen facit auctor; ab illo
 Memnonides dictae, cum Sol duodena peregit
 Signa, parentali periturae marte rebellant.

620 Et-

586. *Addere.*] *Edere* quinque libri. *Lacrymasque addere voces* liber Sprotti.

587. *Suffinet aureus aether.*] *Modo* praecessit, *latusque in nubibus aether.* quare placet ex uno Argenti. *aureus aether: arduus aether* plurimi. *quot suffinet* volebat etiam Heinſius.

589. *Divâ tamen veni, non ut delubra diesque.*] *Tenio* meliores, *pro diesque* prim. *Moret. decusque.* Prim. Erfurt. prim. Gronov. tert. Medic. & quatuor alii, *bonisque.* Forte, *popasque sacrificos,* quae vox etiam Avieno Fab. xxxv. reddatur:

*Alex vitulam sacris innesam respicit aris
 Admoto & cultro tenuis ire popae.*

qui locus vulgo est inquinatissimus etiam in scriptis, quodnot vidi, codicibus. Propertius libro IV. Eleg. III.

Succinetaeque calant ad nova sacra popae.

Deique sacrificis Florent. S. Marci. HINS. Forte scripserit, *dapesque des nobis sacrificas.* Ita *dies & dapes* considerunt librarii apud Claudian. praefat. in Nupt. Honor. 4. sed forte praescripserit, *focos sacrificos.* vel nihil mutare.

593. *Non ea cura.*] *Hae cura* Medic. *non ea cura* alter Medic. deinde, *meritos sibi poseat* Argent. ut omittatur *et ut.* vid. supr. §f. 64.

595. *Pro patruo.*] *Primo.* Nam Tithonus & Priamus fratres fuerunt. Apollodorus lib. III. Bibliothecae. CIOFAN.

597. *Primumque sub annis.*] *Suo armis* Vatican. & Basil. & duo Moreti. vid. ad VII. 313.

597. *Occidit à forti (sic Di voluistis) Achille.*] *Memnonem interiectum esse ab Achille docet*

etiam Pindarus Oda v. Illamiorum, haec verba: *Και εὐπάρρητον Ἀχιλλῶνος ἐκφύρον Μίμωνα χυδαίνων,* & Oda II. Olymp. *Ἀχιλλῶνος πατρὶς Ἀχιλλῶνα.* De Memnone, Trojanis opem ferente, de quo ejus nece, copiose scribit Q. Smyrnaeus lib. II. ubi etiam adit, ejus socios in aves esse commutatos. CIOFAN. *Concidit* tres libri. a magno Moreti.

597. *Sic Di voluistis.*] *Sic vos* S. Marci, Neap. sec. Pal. Oxon. & decem alii ex melioribus. HINS. Vid. lib. I. 2.

598. *Solatia mortis.*] *Adentis* Moreti. *moris* Oxon. 599. *Vulnera leni.*] *In* Vatican. *pelotalami,* hoc est cor, si ita legi placet. CIOFAN. Ita & uslibri unus, *munera,* ut saepe haec confusa, vid. ad lib. I. Ant. 170.

600. *Juppiter annuerat.*] *Non* ab re Latini poetae *Annueri,* non verbis rem promittere deos, & praecipue Jovem scripserunt: quoniam capitis nutus (ut Hom. in Iliad. I. conſingit) pecuniae est ac maximum Jovis & deorum signum promittendi, quod nunquam revocari, nunquam falli, nunquam irritum fieri potest. CONST. FAX.

602. *Flumina natas.*] *Nigras* prior Basil. sed praecessit, *nigri fumi.* *flumina* Thuanus, male *nebulas natas* capere licet ex ipsis fluminibus, quae fumum, & auram, & nebulas emittant. vide ad Quinſil. XII. de Inst. Orat. 10. durus brevis dictum mihi videtur. forte scripserit Ovidius, *latus exhalant nebulas.* in Florentino S. Marci, *crallato* hoc verſu, legebatur, *nigrique v. fumi exhalant nebulas.* ut rogos exhalaret volumina fumi, qui nebularum instar essent. & per appositionem tuoc cep-

penda essent volumina fumi, nebulas. In Moreti & septem aliis erat, *nigrique volumine fumi infecere diem.* BURN.

605. *Densatur.*] *Densatur* S. Marci, Neapol. prim. Palat. & tres alii. bene. de eo verbo ad Claudian. IV. Conf. Honor. 325. & III. Paſt. 820. *mox pro animam* rectius *animam* multi veteres. & *castrum pro calorem* sec. Palat. Oxon. & quinque alii. HINS. De *densare* vid. Gifan. Ind. Lucret. *mox, fatimque rapit* Palat. quint.

607. *Vera volueris.*] *Prima* volueris Florent. & Neap. *mox, sonare per auras innumeras* Argent.

753. *Natalibus ætis.*] *Natalibus ætibus* Basil. pr.

vid. lib. II. 497. & VIII. 242.

754. *Dubia teneras.*] *Prima teneras* Gronov. *teneras molli* Florent. S. Marci.

757. *Fuerit præſentior.*] *Præſentior* Neapoli bene. Florent. S. Marci, *præſentior.* proxime verum. libro IV. 612.

— tanta eſt præſentia veri.

Epil. XVI. 271.

O decus, o præſens geminorum gloria fratrum.

HEINS. Cicer. Orat. poſt Reſcit. ad Quirites c. 6. *Ex quibus excellens animo, virtute, auctoritate, præſidio, copis, T. Annius & P. Sextius præſentis in me benevolentia & divino ſtudio exſtitunt.* ita illic meliores membranæ, non *præſentis.* apud Juvenal. quoque Satyr. III. 18. ſcribendum videtur :

— quanto præſentius eſſet,
*Namen aquas, viridi ſi margine cluſeret undas
 Herba, nec ingenuum violarent marina topellum.*

HEINS. Conſondu hæc vocabula vidimus etiam ad Quintil. II. de Inſt. Orat. 13. & alibi.

758. *Par utrumque.*] *Utrimque* prim. Bonon. & unus meus. Stat. Theb. X.

Par utrimque dolor. HEINS.

759. *Eſt Venus.*] *En Venus* Basil. & Argent.

760. *Horrendus ſilvis.*] *Horrendus Nymphis* fragm. Moreti & quart. Palat.

761. *Magni cum Dis.*] *Magni* Cantab. & unus Heinfii. quod non temere repudiandum. *Magni* enim proprie *Dii & Conſentes,* quibus ſolis Olympum habitare datum erat. unde & *Ὀλύμπιον Ἀολλίαν.* v. 11. ubi vide commentatores. *BONN.*

762. *Noſtrique cupidine captus.*] *Validaque cupidino* Florent. & tert. Bonon. quidam etiam, *captus,* alii *taſtus,* quæ ſollemnis eſt iſtorum veterum conuſio, ut jam ſæpe vidimus.

765 Jam rigidos pectus raris, Polypheme, capillos:
 Jam libet hirsutam tibi falce recidere barbam:
 Et spectare feros in aqua, & componere, vultus.
 Caedis amor, feritasque, sitisque immensa cruoris
 Cessant: & tutae veniuntque abeuntque carinae.
 770 Telemus interea Siculam delatus ad Aetnaem,
 Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
 Terribilem Polyphemum adit: lumenque, quod unum
 Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Ulixes.
 Risit, & O vatam stolidissime, falleris, inquit:
 775 Altera jam rapuit. sic frustra vera monentem
 Spernit: & aut gradiens ingenti litora passu
 Degravat, aut fessus sub opaca revertitur antra.
 Prominet in pontum cuneatus acumine longo
 Collis: utrumque latus circumfluit aequoris unda.
 780 Huc ferus adscendit Cyclops; mediusque refedit.
 Lanigerac pecudes nullo ducente secutae.
 Cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum,
 Ante pedes posita est, antennis apta ferendis;
 Sumtaque arundinibus compacta est fistula centum;
 785 Senserunt toti pastoria sibilis montes:
 Senserunt undae. latitans ego rupe, meique

Ac-

766. Jam libet.] Jam placet duo, cum falce Leidenf. revellere Gronov. rescindere, vel, recindere alii multi. male. Horat. 1. Sat. III. 123. Et magnis parva mineris Falce recisuram simili te.
 767. Et spectare feros in aqua & componere vultus.] Hoc est, quod mox dicit: Liquidaque in imagine vili Naxos aquae. CIOFAN.
 767. In aqua.] In aquam vetuliores plerique. HEINS.
 769. Cessant.] Cessat & Medic. unus. veniuntque Medic. & Bonon. bene.
 770. Siculam in aequor.] Siculam ad Aetnaem decem. Siculam ad Aetnaem S. Marci. vid. ad lib. II. 220. HEINS. In Aetnaem etiam unus Moreti. vid. lib. III. 690. & lib. 415. nec Siculam etiam temere rejiciendum, cum montium nomina saepe maleculino genere penantur. ita mox v. 808. translatus Aetnaem, ex Mss. Cod. vide ad v. 352. lib. IX. 165. & in lib. 185. in eam Medic. BORN.
 771. Telemus Eurymides.] Eurymides Homera. Olyf. IX. Τηλέμαχος; Eurymides, atque ita in libide 270 Koller. ubi pari modo peccabatur. Hygino Fab. cxxxv. & cxxxvi. Telemus Eurymides sunt. HEINS.
 774. Stolidissime.] Stolidissime Moreti & duo alii. celeberrime Medic. Ambr. & Politiani.
 777. Sub opaca revertitur antra.] Sub opaca revertitur molera quinq. libri. sub opaca reconlitur antra

Moreti.
 778. Cuneatus.] In longum em. Medic. Cuneus septem libri. cuneatus flumine longo Florent. S. Marci. in longum duo alii. mox, hunc firmo plures. accessit decem. accessit unus.
 780. Mediusque refedit.] Mediusque per aquam Florent. S. Marci, non male. medioque refedit Bernegger. quat. Medic. Arondel. & multi alii. ut Virgil. Georg. IV. Consulit scopulo medius. Calpurn. Ecl. VI. 33. In aspice illum, Candida qui medius cabas inter lilia, cervum. Hunc ascendit pro Huc Neapol. Urbis. & alii decem. HEINS.
 781. Cui postquam pinus, baculi quae praebuit usum.] Virgilius lib. III. Aeneidos. 659. Trunca ianum pinus regit, & vestigia firmat. Cior. 783. Ante pedes.] Ante pedem Argent. & Thyssi. 784. Compacta.] Coniunctaque fistula Basil. & Argent.
 785. Pastoria sibilis.] Solinus cap. XII. Migrantur sibilium sibilularum. idem cap. LII. de montibus: Vite tam sibilis, ut inuistur modulos sibilularum. Statius Theb. VI. 341.
 ——— Castaliae sibilis qui sibilis canae, Latius, & audio contempsit Apolline patit. Sed hic pastoria sibilis pro rullibus, sic male Biffant sibilis Nemesiano Eclioa III.

Acidis in gremio refidens, procul auribus hausi
 Talia dicta meis, auditaque mente notavi.
 Candidior nivei folio, Galatæa, ligustri;
 790 Floridior pratis; longâ procerior aluo;
 Splendidior vitro; tenero lascivior haedo;
 Levior adfiduo detritis aequore conchis;
 Solibus hibernis, aestivâ gratior umbrâ;
 Nobilior pomis: platano conspectior altâ;
 795 Lucidior glacie; maturâ dulcior uvâ;
 Mollior & cygni plumis, & lacte coacto;
 Et, si non fugias, riguo formosior horto.
 Saevior indomitis eadem Galatea juvenis;
 Durior annosâ quercu; fallacior undis;
 800 Lentior & salicis virgis; & vitibus albis;
 His immobilior scopulis; violentior amne;
 Laudato pavone superbior; acrior igni;
 Asperior tribulis; foetâ truculentior urfâ;
 Surdior aequoribus; calcato immitior hydro:
 805 Et, quod praecipue vellem tibi demere possem,
 Non tantum cervo, claris latratibus acto,
 Verum etiam ventis volucrique fugacior aurâ.
 At, bene si nôris, pigeat fugisse: morasque

Ipsa

— sed nec resonare canorem
 fistula, quem fuerit, nec vult contessere carmen, sed pro carminibus male dissona fistula reddit. Tum Pan excussus sonum stridentis avenae.
 HEINS.
 788. Auditaque verba notavi.] Mente notavi Thuan. sec. Palat. quart. Medic. Oxon. prim. Gronov. & complures alii. Pastor. v. 10.
 — sileat aliae, distatque mente notant.
 & III. 187.
 — memeri pastora dicta nota. HEINS.
 780. Candidior folio nivei Galatæa ligustri.] Candidi floris. Est autem ligustrum violae genus candidissimae. Videtur autem ad Galatæae nomen alludere, quod à candore lactis illi inditum fuisse innuit Hesiodus, qui ait Galatæam candidas comas & faciem lactis similem habuisse. REGIUS. Ligustrum non est, ut hic falso ait Regius, genus violae: sed virgultorum, flores habens candidissimos, quibus arefactis, fructum emittit subnigrum; sed maturum accipio. Hoc igitur loco debemus Nivei Ligustri ad florum candorem referre. Vide, si tibi erit commodum, Janum Parthasium in Claudianum libro II. De Raptu Proserpinae v. 130. qui hanc rem primum, quod sciam, diligentissime eruditissimeque descripsit. CIOFAN.
 790. Floridior.] Erenidior Medic. pratis etiam

meliores, porroclior alno Patavin. mox splendidiorque auro Junian. & versu seq. plazior assiduo unus. levior assueto Polit.
 793. Aestiva gratior umbrâ.] Aurâ Arondel. & quinque alii. sed sequitur,
 — volucrique fugacior aurâ.
 HEINS. Nihil muta: gratissima enim aestate & calore umbra. Remed. 405.
 Fugare Soles,
 Sole juvant umbrae,
 vid. 1. Amor. 5. & alibi. BORN.
 794. Conspectior alta.] Speciosior alta unus Patavinus.
 797. Formosior horto.] Florentior unus Basil.
 800. Vitibus albis.] Albis Oxon. & alii. male. vitium albarum meminit Servius ad Virg. 1. Georg. 165. & Pallad. lib. I. cap. 35. initio. HEINS.
 801. His immobilior.] Citat hunc versum Seneca de Benef. VII. 23.
 801. Violentior amne.] Angust. Cod. Menard. & aliquot alii. volucior unus Leid. hydris Sprotti, igne Gronov.
 802. Pavone.] Phitone Bonon. & Florent. S. Marci.
 804. Calcato immitior hydro.] Calcata hydra Medic. unus & tres alii.
 805. Si possem demere vellem.] Vellam tibi demere

Ipsa tuas damnes : & me retinere labores.
 810 Sunt mihi, pars montis, vivo pendentia saxo
 Antra; quibus nec Sol medio sentitur in aestu,
 Nec sentitur hiems : sunt poma gravantia ramos :
 Sunt auro similes longis in vitibus uvae :
 Sunt & purpureae; tibi & has servamus, & illas.
 815 Ipsa tuis manibus, silvestri nata sub umbra,
 Mollia fraga leges : ipsa autumnalia corna,
 Prunaeque, non solum nigro livenia succo,
 Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras.
 Nec tibi castaneae, me conjuge, nec tibi decrunt
 820 Arbuti foetus. omnis tibi serviet arbor.
 Hoc pecus omne meum est. multae quoque vallibus errant.
 Multas silva tegit : multae stabulantur in antris.
 Nec, si forte roges, possim tibi dicere, quot sint.
 Pauperis est numerare pecus. de laudibus harum
 825 Nil mihi credideris : praesens potes ipsa videre,
 Ut vix sustineant discentum cruribus uber.
 Sunt, foetura minor, tepidis in ovilibus agni :
 Sunt quoque, par aetas, aliis in ovilibus hoedi.
 Lac mihi semper adest niveum. pars inde bibenda
 830 Servatur : partem liquefacta coagula durant.

Nec

possim S. Marci, prim. Gronov. aliique deni. recte. quo alludunt non pauciores, in quibus posse. nonnulli, vellent si demere possent. HEINS. Veloci demere vellent Leidens.

811. Nec sel medio.] Medio nec sol Thuan. quod mollius.

812. Gravantia ramos.] Virentia ramis Palat. fec.

813. Longis in vitibus.] Longis mihi vitibus unus Leid. & Patavin.

817. Livenia.] Luentia pr. Moreti & duo alii. eadem varietas lib. iv. 714. & alibi.

820. Arbuti fetus.] Ita in meo antiquiore & Vatic. In aliis quibusdam, Arbori fetus. Illud magis placet. non enim poeta agit de genere, sed de specie. CROFAN. Vide ad lib. i. 104.

821. Multas quoque.] Multaque in vallibus Medic. mox, multas claudantur in antris pr. Basil.

823. Possim tibi dicere.] Possim ex melioribus. HEINS.

826. Circumant.] Circumite & ingredi possint. est autem ordo, tu ipsa praesens potes videre discentum uber in cruribus, ut vix circumant. quod verò quidam sustineant potius quam circumant putant esse legendum. specie recti, ut in plerisque aliis, decipiuntur. Nam circumant ita sensui quoque convenit, ut & Ovidium ita scripsisse, necaliter in fidelioribus exemplaribus legi contendamus.

REGIUS. In duob. meis & Ursi. ut vix circumant. rationem ab aliis redditam esse, ut ita legatur, non ignoramus. CROFAN. Saffimans quinq. scripti & nonnullae editiones. quod placet. duo, circumant. posset tamen & circumant legi, quo verbo Horatius est usus. HEINS.

827. Tepidis in ovilibus.] Tepidis prior Gron & tres alii. mox seq. versu, molis in ovilibus Francos. sunt mihi par aetas Moret. prim. & duo alii.

829. Lac mihi semper adest niveum.] Virgilius Eclog. ii.

Lac mihi non aestate novum, non frigore dest. Uterque locus sumptus est ex Iduilio xi. Theocriti: Τυρίς δ' οὐ λείπει μ' εὖρ' ἐν βέσπῳ, αἶρ' ἐν ὄρωρῳ, ὡς χειμῶνος ἕκτο. CROFAN.

831. Deliciae faciles.] Divitiae Patavin. & unus Heinshii: similis diversitas Remed. amor. 746.

832. Capraeque.] Capraeque veteres plerique. HEINS. Capraeque unus Heinshii.

833. Parque columbarum.] Vid. ad lib. ii. At. Am. 269.

834. Inveni geminos.] Quatuor ponit Theocritum eodem loco. καὶ κάβρων τέσσαρας ἀρνίων. Ex quo hic

Nec tibi deliciae faciles, vulgataque tantum
 Munera contingent, damae, leporesque, capraeque,
 Parve columbarum, demtusve cacumine nidus:
 Inveni geminos, qui tecum ludere possint,
 835 Inter se similes, vix ut dignoscere possis,
 Villosae catulos in summis montibus urvae.
 Inveni : & Dominae, dixi, servabimus istos.
 Jam modo coeruleo nitidum caput exere ponto :
 Jam, Galatca, veni : nec munera despice nostra.
 840 Certè ego me novi, liquidaque in imagine vidi
 Nuper aquae : placuitque mihi mea forma videnti.
 Adipice, sim quantus. non est hoc corpore major
 Juppiter in coelo : nam vos narrare soletis
 Nescio quem regnare Jovem. coma plurima torvos
 845 Prominet in vultus, humerosque, ut lucus, obumbrat.
 Nec mihi quod rigidis horrent densissima fetis
 Corpora, turpe puta. turpis sine frondibus arbos :
 Turpis equus, nisi colla jubae flaventia velent.
 Pluma tegit volucres : ovibus sua lana decori est :
 850 Barba viros, hirtaeque decent in corpore setae.
 Unum est in mediâ lumen mihi fronte, sed inflat
 Ingentis clypei. quid ? non haec omnia magnus

Sol

hic Nolter, licet nonnihil discrepet, videtur multa accepisse. CROFAN.

835. Inter se similes.] Videtur, ita, sive adeo, subaudiendum. Atque huic similis fere locutio est illi Plantina in Prologo Maenech. Eî sunt nati filii duo gemini, ita simili forma pueri, ut mater sua non internosset, quae mammam dabat. IDEM.

835. Vix ut dignoscere possis.] Possint praecesserat. ut vix quinque. Forte, & vix dignoscere quos sit. de quo Graecismo in scriptis Nasonianis plumbus alibi actum. HEINS. Dignoscere Leidens. ut scribi solitum vidimus, ad Quintil. xi. de Inst. Orat. 3. & Decl. vii. 5. discernere Gronov. & Leidenses duo.

837. Inveni, & dixi.] Et Dominae, dixi Basil. & Bonon. rectius.

838. Coeruleo caput exere ponto.] Exime S. Marci. HEINS. Admodum variant codices. novum caput Mediceus, rutilum Basil. qualis varietas & lib. v. 440. sed alter Basil. raucum. forte pro, glaucum; ut olim Heinshius coniecerat. quod proprie marinae Dene convenit. Extrabe Julian. jam mihi etiam quinque. jam nunc unus.

840. In imagine.] In margine tredecim libri.

843. Nam vobis.] Quem vos Medic. Florent. & alius. mallem, quo vos.

844. Torvos prominet in vultus.] Nescio an tam solidum Cyclopa fingere liceat, ut torvos suos vul-

tus Galatae, cui placere volebat, jactaret. ros in uno Regio & Oxon. sed in codice Politia. & tribus aliis erat, fortes, quod placet. sic Ep. iv. 73. Quemque vocant alii vultum rigidumque truncumque, Pro rigido, Phaedra iudice, fortis erat.

Inimmet etiam Sprotii Cantabr. & Bailiol. & multi alii. ut vix obumbrat fec. Vatic. Burm.

846. Rigidis.] Duris plurimi. pro nec mea, nec mihi etiam Medic. & Ambr.

847. Turpis sine frondibus arbor.] Arbor meliores: turpe sine Genev. Pato,

— turpe est sine frondibus arbor,

Turpe & equus.

notum illud ex Amoribus,

Turpe senex miles, turpe senilis amor.

ita passim terribissimi scriptores. HEINS. Sed hic sequitur, turpis equus.

848. Flaventia.] Flammantia unus Leidensis & Florent. vide supr. ad vers. 421. velans etiam quatuor libri.

849. Decori.] Decorum est Leidens. rō est tres non habent.

851. Unum est in mediâ lumen mihi fronte, sed inflat Ingentis clypei.] De quo sic Virgilius libro iii. Æ. 635.

— & celo terebratus acuto

Ingens, quod torva solum sub fronte latebat, Argolicis clypei, aut Phœbeae lampadis inflat.

AAAAAA 2

Theo-

Sol videt è coelo? Soli tamen unicus orbis.
 Adde, quod in veltro genitor meus aequore regnat.
 855 Hunc tibi do focerum. tantùm miserere, precesque
 Supplicis exaudi. tibi enim succumbimus uni.
 Quique Jovem, & coelum sperno, & penetrabile fulmen,
 Nerei, te vereor: tua fulmine saevior ira est.
 Atque ego contentus essem patientior hujus;
 860 Si fugeres omnes. sed cur, Cyclope repulso,
 Acin amas, praefersque meis amplexibus Acin?
 Ille tamen placeatque sibi, placeatque licebit,
 Quod nollem, Galatea, tibi, modo copia detur,
 Sentiet esse mihi tanto pro corpore vires.
 865 Viscera viva traham: divulsaque membra per agros,
 Perque tuas spargam (sic se tibi misceat) undas.
 Uror enim; laetusque exaestu acrius ignis:
 Cumque suis videor translata viribus Ætnam
 Pectore ferre meo: nec tu, Galatea, moveris.
 870 Talia nequicquam questus (nam cuncta videbam)
 Surgit: & ut taurus vaccâ furibundus ademta
 Stare nequit, silvâque & notis saltibus errat.

Cum

Theocritus, loco superius citato:

Εἰς αὐτὸν ἰσθμιαῖς ἵπποι.
 & ibidem:
 Καὶ τὸν βί' ἰσθμιαῖς.
 Hesiodus in Theogonia, de alio Cyclope.
 Μῆτις δ' ἰσθμιαῖς κίονα ἰκίοντο μετώπῃ.
 CIOFAN.
 852. *Magnus sol videt è coelo.*] Magnus Gronov.
 Oxon. Palat. Medic. & viginti alii; recte, proprium
 enim solis epitheton. Valer. Flac. l. 44. *Hec magni*
solis pudor. & ita idem Poëta VIII. 283. 350. & 458.
 Noster. Remed. 276.
Quod dea, quod magni filia Solis eram.
 & millies alii poëtae. *videt in coelo* etiam Junian.
 BOAN.
 853. *Solis tamen unicus.*] Soli Neapoli. Thuan. &
 multi alii. rectius HEINS.
 858. *Te vereor.*] In duobus meis & Caesli.
 Te *vereor.* CIOFAN. Malim, *Veror.* cum prim. &
 sec. Palat. Oxon. quart. Medic. utroque Irturt.
 Arondel. & multis aliis hoc est metuo. sic Noster
 saepe paulo ante, *coelo sperno*, pro *coelum* Canta-
 brigiensis. HEINS.
 859. *Essem.*] *Essem* Medicus unus.
 860. *Repulso.*] *Relicto* Basil. *remoto* quinquæ.
 863. *Quod nollem.*] Unus meus, *nolem*, *Lege*,
nohim. HEINS. Vid. ad Epist. xx. 100.
 866. *Si se tibi misceat.*] Imo, *si se tibi misceat*,
 per parenthesis. quod cum Florentino S. Marci,

prim. Vatican. Cantabrig. alii multi agnoscunt.
 HEINS.
 868. *Cum suis viribus.*] Cum suis ignibus. *Vires*
 enim Ætnae incendia sunt assidua. REGIUS. In
 veteres. nisi quod unus Barberin. *ignibus*, Scabe,
rupibus. lib. XIV. 160.
Desertum quondam mediis qui rupibus Ætnae
Nescit Aethamiden.
 Claudian. Gigant. 66. ex MS. Buslid.
Ecce rotat Aemonium praeduris rupibus Ceten.
 ubi alii, *viribus*. HEINS. Nihil mutandum. vide
 quae notavimus lib. II. 220. *translatam* quoque hic
 habet Cantabr. de quo vide sup. hoc libro § 770.
Constatam Palatin. acriter ignis plectique.
 869. *Moveris.*] *Moveris* Junian.
 871. *Adempta.*] In lib. meo antiquiore, *adem-*
ta, sine p, quemadmodum scribendum praecipit
 Victorinus, cujus haec sunt lib. de Orthographia.
Nam hiems, & sumis, & infumit, & demit,
sine dubio per m s, scribetis; & quando in hanc
vocum mentionem incidimus, nec consumptum, nec
emptam, nec redemptum, nec temptat, nec at-
temptat, & similia istis, p t, scribetis vitare:
sed, ut ego scripsi, iuxta in t, poveris, & iuri-
facietis listivam, quae deest illi nihil de signifi-
catis dimittit, & scribitur expeditus. Haec ille:
 Sed priore illo modo incitum reperitur verbum
Consumptum in serie quadam columnarum in aede
 Concordiae prope Capitolium; ea parte, qua fo-
 rum

Cum ferus ignaros, nec quidquam tale timentes,
 Me videt atque Acin: Videoque, exclamat; & ista
 875 Ultima sit, faciam, veneri concordia vellrac.
 Tantaque vox, quantam Cyclops iratus habere
 Debuit, illa fuit. clamore perhorruit Ætne.
 At ego vicino pavescita sub aequore mergor.
 Terga fugae dederat conversa Symbaethius heros:
 880 Et, fer opem, Galatea, precor, mihi: ferte parentes:
 Dixerat: & vestris periturum admittite regnis.
 Insequitur Cyclops: partemque è monte revulsam
 Mittit; & extremus quamvis pervenit ad illum
 Angulus è saxo, totum tamen obruit Acin.
 885 At nos, quod solum fieri per fata licebat,
 Fecimus; ut vires adfumeret Acis avitas:
 Poeniceus de mole cruor manabat: & intra
 Temporis exiguum rubor evanescere coepit:
 Fitque color primo turbati fluminis imbre:
 890 Purgaturque morâ. tum moles jacta delibescit:
 Vivaque per rimas, proceraque surgit arundo:
 Osque cavum saxi sonat exsultantibus undis:

Mira-

rum Boarium & Romanum spectatur: ubi ita est:
Senatus populusque Romanus
incendio consumptum restituit.
 Quare *adempta*, & quae huic voci similia sunt,
 cum p. scribenda arbitror. Eas enim litteras Latina
 lingua vigente, ejusque usu, incitas esse, quis vel
 lam non credit. CIOFAN.
 872. *Notis saltibus.*] In Vatic. & *notis montibus*.
 illud magis probò. IDEM. *Montibus* plurimi. vol-
 lerus Ambros.
 875. *Ultima sit faciam.*] *Faciam* prim. Palat. Ber-
 negger. & prim. Strozzae. at Florent. S. Marci,
facta. Scribe, *saxo*, quod minantis est passim apud
 optimos quosque scriptores. Noster ipse lib. III.
 Met. 271. *Fallat eam saxo*. lib. XII. 594. *De mi-*
hi se saxo. In Ivide, § 63. ut quidem ex vestigiis
 scriptorum codicum censeo esse reponendum:
Haec tibi natali saxo Janique Kalendis
Non mentituro quilibet ore loquit.
 Plautina ex aliis auctoribus exempla sunt in pro-
 met. Petron. cap. xcv. *Jam saxo sciatas non viduae*
haec insulam esse. Diximus nonnihil ad Sil. Ital.
 XVI. 236. mox *Veneri concordia*, pro *Veneris* sec.
 Palat. paulo ante, ut & infra, *Acin* pro *Acim* ve-
 tulliores. & paulo post, *Ætne* pro *Ætina*. HEINS.
 876. *Iratus.*] *Ignitus* tert. Med.
 877. *Perhorruit.*] *Sabborruit* Basil. unus.
 878. *At ego.*] *Atque* ego quinquæ. *coeruleo* unus
 Heinlii.

880. *Et fer opem, Galatea, precor.*] *Galatea* mihi
 venisse Rottendorph. mox *advertito regnis* prim.
 Ambros. pro *admittite*. dictum lib. IX. § 54. HEINS.
Effer opem tres. confer duo. *affer* Florent.
 882. *E monte.*] *A monte* novem libri. mox,
mittit, at duo.
 884. *Acin.*] *Jesu* Medic.
 886. *Acis avitas.*] *Acis* in unda Oxon. Jun. &
 Moreti. in undis duo.
 887. *Poeniceus de mole cruor manabat.*] Hoc in
 loco manifeste *puniceus* intelligit rubrum colorem;
 nempe sanguinis, subjungit enim sequente versu,
Temporis exiguum rubor evanescere coepit. Aristoteles
 in Meteoris, ubi de Iride infimum ejus colorem
Alargon vocat, supremum *pheniceum*, cum tamen
 passim interpretes *Alargon*, *puniceum* veniant. GLA-
 RRAN. *De more* decem. *de monte* Palat. & *infra* sex.
infra Vatic.
 890. *Cum moles jacta delibescit.*] Omnes *tacta* le-
 gunt, at ego *jacta* malim, intelligo enim *saxam* à
 Polyphemo jactam. sequente autem versu, pro *pro-*
parata, quidam legunt *procrea*. GLARRAN. Sunt tamen
 qui *jacta* malint, pro *tacta*, ut de saxo à Polyphemo
 jacto intelligatur. MICELL. In utroque meo, Urs.
 Parmes. & cod. Vatican. *tracta delibescit*. CIOF. *Fra-*
cta Thuan. prim. Vatic. prim. Moret. & quinde-
 cim alii in Arondel. & tribus praeterea, *jacta*,
 utrumque bene. sic *jactis* in *aleon* molibus, quod
 saepe apud scriptores Romanos occurrit. *jactas* sil-
 246

Miraque res; subito mediâ tenuis exstitit alvo
Incinctus juvenis flexis nova cornua cannis.

895 Qui, nisi quod major, quod toto caeruleus ore est,
Acis erat. sed sic quoque erat tamen Acis in amnem
Versus: & antiquum tenuerunt flumina nomen.

FAD. IX. ARGUMENTUM.

Glaucus in Deum Marinum.

Glaucus, Anthedonis filius, piscator, cum speciosos pisces cepisset, & eos vellet ven-
tissimos in urbem ferre, in opaco loco, proximo mari, eos, dum requiesceret, ac retia se-
carentur, sub recentissimam herbam exposuit. At illi, a vigore ejus succoque contacti,
recuperato spiritu, quem amiserant, merferunt se in profundum. At Glaucus expectans,
existimans vim quamdam divinitatis esse in herba, ipsa quoque b jejunium polluit, ali-
natusque mente, ex alto se praecipitavit c in pelagus; sed inter Deos marinos receptus.

229 lib. XII. dixit. in nonnullis, traëta, fassa, tan-
ta, tecta, cuncta, coria, acta. HEINS.

891. Preparataque surgit arundo.] Preparata qui-
dem legitur, sed provera, hoc est, tecta & lon-
ga, arundini magis convenire videtur. Tamen
properata pro properanter ac festinanter nata intel-
ligi possit. REGIUS. Preceaque legitur in libr. Joan.
vere. CLOFAN. Per ripas etiam Gronov. prim.

892. Saxi.] Saxi Cantab. & quatuor alii. Saxo
Juman. & fragm. Boxh. quod placebat Heinio.
Saxi fugit Medic. tert. & fluctantibus Bouon. unus.

894. Incinctus juvenis flexis.] Sic quidem legi-
tur, sed inflexis forsitan & emictus sic legendum,
ut utrumque in alterius locum transferatur, hoc
modo, inflexis juvenis cinctus nova cornua cannis.

Nam fluviorum Dii cornua habere finguntur,
quod boum similes esse dicuntur, & propter stre-
pitum, & propter circumflexiones, quas cornua
vocant. Cincta autem cornua cannis idcirco ha-
bere finguntur, quod serè in ripis fluminum arun-
dines nascuntur. REGIUS. Flexa canna Arundel.
nexus unus Medic. alius, flexis. flexis Cantabrig. le-
ge, flexis cannis. sic plectira coronam. Apulej. Met.
VI. Videt spicas framentarias in acervo, & alias flexi-
les in corona. vel plectiles, sic scribo; nam in scriptis
est flexiles. apud Plaut. Bach. I. 1137. corona plecti-
lis. & corona a lauro plecta, apud A. Gell. lib. XVIII.
cap. 2. Laetius in ló:

Capiti meo trepidans, labens
Infolita plectis manera.

Inflexa ferta Apulej. in Epigram. in Catalact. Scat.
p. 213. Vid. Turneb. XVIII. Adv. 29. & nos ad
I. Fast. 345. HEINS.

896. Acis erat, & sic quoque erat tamen Acis.]
Acis erat, quod sic quoque erat S. Marci & Thuan.

se quicquid erat Cantabrig. Oxon. prim. Moret.
alique multi. sed quicquid erat nonnulli. se &
quoque erat quart. Medic. & sex alii. sed sic quoque
erat septem. quod sequor. Locus tamen mendo
suspectus. HEINS.

a Vigore ejus.] Vigore ejus contactuque granini,
r. f. q. am. profuerunt in pelagus. At Glaucus, ven-
miratus, existimavit vim divinitatis a. i. b. & no-
dem probaturus, mersu gustavit, alienatusque men-
tu ex alto se in idem pelagus praecipitavit. & iun-
d. m. r. est. ubi sunt. Colon. reparato Raener.

b Jejunium polluit.] Supr. lib. v. Fab. 7. Ad col-
luendum jejunium. Sed ibi solvendum referri debe-
re ostendi. Atque heic, jejunium solvi, reposuimus.
Nasonis pharsis est. lib. v. V. 544. Quam jeju-
nia virgo solverat. hoc est, comederat aliquam.
Etiam heic Glaucus mandere coeperat herbas, in
quibus pisces illi devoraverunt jacuerant. Moxsen.

c In pelagus.] In pelago Ml. & mox, mari ver-
sus est. pro recondita est leg. mersa est. IDEM. Vid.
supr. ad Fab. 2. h. l.

d Ut Scyllam Crataeidis.] Crataeidis Patm. Cra-
theidis Lugd. Tethy. Micyl. sed in marg. Cratae-
dis, Phorei & nymphae Crataeidis Raener.

e Accensus.] Accensus fugientem persequens est
Raener.

899. Discedunt.] Descendunt duo libi. natai Ne-
reis in undis Basil.

900. Neque enim medio.] Medio neque enim Ba-
sil. succedere ponto tert. Gronov.

901. Errat.] Exit unus Leid.

902. Seductos.] Seductaque Ox. Cant. & pluri-
mi alii.

903. Inclusa sua membra refrigerat unda.] In-
clusa unda, ut in lacubus domesticis & piscinis.
Incen-

ut Scyllam Crataeidis filiam, eodem mari versantem, conspexit, pulchritudine
accensus est, quam ne alloqui posset, mari recondita est.

DESICAT Galatea loqui: coetuque soluto
Discedunt: placidisque natant Nereides undis.
900 Scylla redit: (neque enim medio se credere ponto
Audet) & aut bibulâ sine vestibus errat arenâ;
Aut ubi lassata est, seductos naëta recessus
Gurgitis, inclusâ sua membra refrigerat undâ.
905 Ecce fretum findens alti novus incola ponti,
Glaucus adest: visaeque cupidine virginis haeret:
Et, quaecumque putat fugientem posse morari,
Verba refert: fugit illa tamen: veloxque timore
Pervenit in summum positi prope litora montis.
910 Ante fretum est ingens, apicem collectus in unum,
Longa sine arboribus convexus ad aequora vertex.

Coni-

Evacuâ locum Vestî Avieni Descriptione Orbis,
VI. 1166. qui vulgo mendosissimus circumfertur.
aus vestigia vetusti codicis secuti sumus.

Quia & vasta palus medio descenditur agro.
Maximus hanc fluctu Tigris infectat, intrat aperti
Terga loci. stupet undâ silens, tacitaeque residunt
Aequora Thoppeis. solidam denique more
hipuram stagni facies inclusa quiescit.

Involantque sinu cubitens alitrisfecus amnem.

Secundo versu rō infectat exciderat, quod nos ex
vetulo codice revocavimus. tertio versu residunt
emendavimus, cum liber antiquus recedunt exhib-
eret. quamvis & vulgatum recumbant potest ad-
hiberi. pro facies infusa correximus, inclusa. cum co-
dex manu exaratus Ambrosianae bibliothecae inci-
se exhiberet. quod nec omnino damnaudum. ultimo
versu pro sibi ex eodem codice sinu depromimus.

novum pro amnes nostrae est conjecturae. Idem
Avienus Ora Maritima, 542.

Quiescit aequor, pelagus inclusum stupet.
Rutilius Itinerar. libro primo, 380.

Egressi villam perimus, lasoque vagamur,
Stagna placens septo delictosa vada.

Ludere lascivus inter vivaria pisces
Gurgitis inclusi laxior undâ sinit.

ubi versu primo scribendum, lateque vagamur. la-
teque exaratum erat ratione Longobardicae scrip-
turae, quae a & u literas confundit. Juvenalis Sa-
tyra XII, 76.

Tandem intrat postas inclusa per aequora moles,
Tyrianamque pharon.

huc trahit illud Columellae de marnis piscinis, li-
bro VIII, cap. 16. Mox istam curam sequens aetas
abolevit, & lautissimae complatum maria ipsa Neptu-
namque clausurunt. Martialis libro XII. Epigr. 31.

Quaque natae illeis anguilla domestica lymphis.
Serecus conclusae uliginis humor Kufonio in Epi-
stolis. HEINS. Gurgitis inclusae Argent. in summo
Gronov. in clausa Medic. in liquida unus Heinii,
in clara Medic. alius. immensa Gronov. tert.

904. Fretum findens.] Malo findens, ex duo-
bus in Florent. S. Marci & tert. Bonon. fretum findens.
unus Medic. & unus Reg. fretum findens. an.
fretum strimens? ut libro XI. 733.

Strimens? summas ales miserabilis undas.
libro IV. 562.

Aequora desfringunt sumis Iumenides alis.
Claudian. lib. XI. in Stilic. 273.

Transvolantur Thyces, Appenninusque volant Strin-
gitur. postis etiam, fretum radent. HEINS.

906. Visaeque cupidine virginis ardet.] Haeret;
S. Marci. Neapol. Urbin. sec. Palat. Oxon. & sex
alii ex melioribus. prim. Vaticar. prim. Palat. Can-
tabrig. prim. Erfurt. & alii decem, ardent. & ver-
su proximo, itae quaecumque. sed tum, ut quae-
cumque vider, sit scribendum. Urbin. hic, cum
decem aliis. prim. Reg. Ilii, HEINS. Haeret praef-
ferendum. vid. ad Amor. I. VIII. 24.

910. Collectus in unum.] S. Marci alique ex
melioribus complures, conjunctus. conjunctus Thuan.
unus meus, collatus. an. cunctus.

Prominet in pontum cuneatus acumine longo
Collis,
supra dixerat. sed collectus bene se habet, de quo
ad Maronem Aeneid. XII. 862. HEINS. Vide &
Broukh. ad Tibul. I. IX. 14.

911. Longa sub arboribus.] Sine arboribus Oxon.
& tres alii. ut libro VIII. 789.

sterilis sine frange, sine arbore tellus.
vid.

- Constitit hic : & tuta loco, monstrumne, Deusne
Ille sit, ignorans, admiraturque colorem,
Caesariemque humeros, subjectaque terga, regentem,
915 Ultimaque excipiat quod tortilis inguina piscis.
Sentit : & innitens, quae stabat proxima, moli,
Non ego prodigium, non sum fera bellua, virgo;
Suum Deus, inquit, aquae : nec majus in aquora Proteus
Jus habet, aut Triton, Athamantiadesve Palacmon.
920 Ante tamen mortalis eram : sed scilicet altis
Deditus aquoribus, jam tum exercebar in illis.
Nam modo ducebam ducentia retia pisces :
Nunc in mole sedens moderabar arundine linum.
Sunt viridi prato confinia litora, quorum
925 Altera pars undis, pars altera cingitur herbis :
Quas neque cornigeræ morfu laedere juvencae :
Nec placidae carpititis oves, hirtaevæ capellæ.
Non apis inde tulit collectos sedula flores :
Non data sunt capiti genialia fæta, nec umquam

930 Fal.

vid. & lib. xv. 206. deinde pro, *convexus, convexus* in aquora quidam codices. ut Epist. v. 61.

Adficii immensum moles nativa profundam.

HEINS.

914. *Terga regentem.*] *Membra tres. colla Moreti. tenentem duo.* unde Heinſius, *terentem. jacentem unus. regentem alius.*

915. *Vifci.*] *Forſe, Diſtris. vid. lib. ii. 13. HEINS.*

917. *Scuſt.*] *Sentit nonnulli. pro nec ſuo meliores, non ſum, & deinde, Sum Deus, non ſed. IDEN.*

918. *In aequore.*] *Aquora cum tertio Mediceo & Rottendorphi. Seneca Oedipo, 447.*

Jus habet in fluctus magni puer advena Ponti, Cognatus Bacchi, numen non esse Palacmon.

dictum Amor. lib. i. Eleg. i. aut Triton enatuor libri cum editionibus nonnullis. bene. vulgo, & Triton. & tum lege, Athamantiadesve. IDEN.

921. *Tantum exercebar.*] *Jam tum ex calligatioibus magno numero. IDEN.*

922. *Ducebam ducentia retia pisces.*] *Capientia retia prim. Vatican. à manu ſecunda & duo Moreti; dubito. utroque loco pro trahere ſumitur. Martialis. l. Ep. 36.*

Nam ſiſſicem tremulâ ſalientem ducere ſetâ.

IDEN.

923. *In mole sedens.*] *In ente Baſil. eadem varietas lib. ii. 12. & alibi.*

925. *Cingitur.*] *Tringitur unus. clauditur Moreti. ſingitur tres. præterea altera pars viridis Junian. & duo alii.*

927. *Carpiſſit.*] *Laſſiſſit Gronov.*

928. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*] *Multi ex præſtantioribus, collectos ſemine ſeres. ſed perperam. Vulgatam ſcripturam agnoſcunt Prifcianus lib. vi. pag. 703. Tibullus lib. ii. Eleg. i.*

Rure levis verno flores apis ingerit alvæ,

Complat ut dulci ſedula melle ſares. HEINS.

930. *Ego primus in illo Cefpæ conſidi.*] *Puto, ego pronus. aliter tamen libri. HEINS.*

931. *Dum lina madentia ſicca.*] *Sic omnes libri ſcripti. Alii ineptè legunt, Manantia. CIOFAN.*

933. *Insuper.*] *Deſuper Moret. & Amſteſ. in poſitis etiam plurimi.*

936. *Gramine conſaſſo.*] *Gramineo taſſa Strozæ prim.*

937. *Et motare latus.*] *Tò motare non placet, eſt enim idem quod proxime præcedens motari. Certe Florent. S. Marci, Neap. tert. & quart. Medice. Oxon. prim. Moret. Arond. & duodecim alii, motare. nihil verius. Senec. lib. vi. Nat. Quar. 21. Inclinatione, qua latera mutant, navigii mota. Virgilius lib. iii. 581. de Lincolado:*

Et quovis ſeſſum mutat latus, intremere omnium
Murmure Trinatriciam,

nimirum fama eſt. Ita longe optimus & vetuſtiſſimus Medicæus. quomodo etiam Donatus videtur legiſſe, eſt Servius pro vulgata ſcriptura pugnet. neque aliter agnovit Statius lib. iii. Theb. 595. apud quem, aut ubi tentat Enecladas mutare latus. pari modo etiam locutus Seneca libro de Tranquillitate animi cap. 11. *Sunt quaedam, quæ certis quæque noſtræ cuius quodam dolore delectant, ut verſe*

- 930 Falciferæ ſecure manus. ego primus in illo
Cefpæ conſedi, dum lina madentia ſicca.
Utque recenſerem captivos ordine pisces,
Inſuper expoſui, quos aut in retia caſus,
Aut ſua credulitas in aduncos egerat hamos.
935 Res ſimilis fictæ : (ſed quid mihi fingere prodeſt?)
Gramine contacto coepit mea præda moveri,
Et mutare latus; terraque, ut in aequore, niti.
Dumque moror, mirorque ſimul, fugit omnis in undas
Turba ſuas : dominumque novum litusque relinquunt.
940 Obſtupui : dubiusque diu, quæ cauſa, requiro :
Num Deus hoc aliquis, num fuccus fecerit herbae.
Quæ tamen has, inquam, vires habet herba ? manuque
Pabula decerpi, decerptaque dente momordi.
Vix bene combiberant ignotos guttura ſuccos :
945 Cum ſubito trepidare intus præcordia ſenſi ;
Alteriusque rapi naturæ pectus amore.
Nec potui reſtare loco : Repetendaque numquam

Ter.

re ſe, & mutare novam ſeſſum latus. Silius deſerente. lib. vi. 233.

Ardens ille ſuper tumidis cervicibus altum
Mutat utroque caput, ubi quædam codices, mutat, & mutat. Lucret. lib. v. 588. non diſſimili modo.

— mutare videtur

Alteram in partem ſolum.

Stat. Theb. ix. 848.

Iſſam autem & laſſa ſiliis proſteruere dextra
Nec ſeruat vires, & enim huc jam ſeſſus & illuc
Mittat turbas. lib. x.
Alterius vitæ pallorque ruborque
Mittat.

ſic mutare brachia Propertio libro ii. Eleg. xv.

Quam nullo complexus mutamus brachia ?

Stat. vi. 545. de Leandri natantis imagine

In latus ire manus, mutaturque videtur

brachia. ſic mutare rutenus idem xi. 521. quod

mutare latus Noſtro, id Apulejo Met. x. utriuſque

ſeſſatus crebriter laterum mutare viciffitudines. Statius

eleganter mutare pectora Theb. v. 719.

Irruunt matremque avidis amplexibus ambo

Diripiunt ſentes, alternaque pectora mutant.

& Theb. ix. 774.

modo dirigit idem,

Nunc latere alterno dubius conſantina mutat.

eternum à mutando latere illud quoque Maronis

talium videtur lib. v. Æneid. 701.

Nunc linc ingentes, nunc illic pectora curas

Mittat verſans, Siculis reſideret arvis,

Obſitum fatorem, Italiam capiffret oras.

Tom. II.

HEINS. Quint. Decl. vi. 22. *Non fatigatum mutante. lib. vi. 233.* *plura ad Val. Flac. lib. vi. 614. dicemus : probat vero hanc lectionem Spanhem. ad Callian. in Del. 143.*

939. *Novum.*] *Suum quatuor libri.*

939. *Relinquunt.*] *Relinquit octodecim. reliquit octo. revolvunt Leid.*

940. *Obſtupui dubitque diu.*] *In Vatic. & meis, Obſtupui, dubitque ſui. Placet. Sed in mco antiqu. & Joann. eſt, obſtupui, per i, in ſecunda ſyllaba.*

CIOFAN. *Tò diu non placet. dubitque & conſanque Neapol. & decem alii. duo, dubitque prim.*

unus Moreti, ſimul. Forte,

Obſtupui, ſubitaque rei quæ cauſa requiro.

vel,

— *dubiusque, fugas quæ cauſa requiro.*

HEINS.

941. *Hæc aliquis.*] *Calligatores, hæc. IDEN.*

941. *Num fuccus.*] *In uno meo ac duobus Vatic. an fuccus. CIOFAN.*

942. *Quas tamen has, inquam.*] *Primus Strozæ & quinque alii,*

Quas tamen hæc, inquam. HEINS.

944. *Ignotos.*] *Ignaros duo Medicei. vid. ad lib. i.*

134

945. *Trepidare intus.*] *Trepidare ratius Baſil. & alius. forte, metu. HEINS. Mea pectora ſenſi text. Bonon.*

947. *Nec potui reſtare diu.*] *Reſtare loco, text. Medic. quod placet. mox ſub aequore tamen dixit ſupr. vi. 878. ſub aequora, non aequore calligatores. HEINS. De 77 loco vide ſupr. xii. 144.*

Bbbbbb

949. Ex-

Terra, vale, dixi: corpusque sub aequora mersi,
 Di maris exceptum socio dignantur honore:
 950 Utque mihi, quaecumque feram, mortalia demant,
 Oceanum Tethynque rogant. ego lustror ab illis:
 Et purgante nefas novies mihi carmine dicto
 Pectora fluminibus jubeor supponere centum.
 Nec mora: diversis lapsi de fontibus amnes,
 955 Totaque vertuntur supra caput aequora nostrum.
 Haec tibi acta possum memoranda referre:
 Haec tibi & memini: nec mens mea cetera sensit.
 Quae postquam rediit; alium me corpore toto,
 Ac fueram nuper, nec eundem mente, recepi.

960 Hanc

940. Exceptum.] Acceptum decem libri.
 952. Dicto.] Lecto Basil. mox, jubeor summittere
 idem.
 954. Diversis lapsi de partibus amnes.] In eodem
 Vatican. De montibus. In antiquiore meo, De fontibus.
 CROFAN. De fontibus tres scripti. probe. duo, mon-
 tibus. pro vertuntur unus Leidensis, vertuntur.
 Puto, Montaque vertuntur, vel Potaque. De verten-
 di verbo dixi Pont. i. Eleg. ix. v. 54. HEINS.
 Lapsus de p. amnis Francof. & alii. eadem diverti-
 tas inf. lib. xv. 285. Scythici Hispani de montibus
 (vel fontibus) ortus. & lib. v. ex Pont. v. 43.
 Fluminaque in fontes (montes) carsa reditura sopinos.
 vir eruditus Heumannus in Miscell. Lipsienf. tom. iv.
 observ. 83. apud Horatium quoque lib. i. od. 29.
 Quis neget arduis
 Promis relabi posse rivos
 Montibus?
 Corripit fontibus, ut sit relabi fontibus positum
 pro ad fontes: sed quis fontes arduos acque recte di-
 ci ac montes credit? quare retinenda ibi vulgata.
 nec multum Galli ejusdem, nimium in Horatio
 acuti, subtilitas de Epicureo aquarum in circumum
 redeuntium ex mari in fluvios, & inde in mare
 gyro, curanda. sed ex communi Poetarum con-
 suetudine intelligendi rivi, prout semper, nunc
 contra naturam relabi in arduos montes, ut recte
 Scholiae. sic in alia re Silius Ital. v. 62.
 Ac super his restat pugnarunt montibus amnes,
 Et retro fluctus torfit mare.
 ubi etiam Fontibus malebat Heinſius, quo nihil
 opus, sed verbum pugnarunt jure suspectum. forte
 flagrantur: restui ad montes non prout cursu de-
 currerunt, ut antea, sed ibi steterunt. sed de hoc
 non pugno. bellum autem est, quod Gallicus ille
 Horatii venator exemplum velit, ubi relabi pro re-
 tro ire ponatur. cum sequentia, & Tiberim rever-
 si, satis evincant, eam vim a Poeta huic verbo
 datam. nec aliud notat lib. i. Ep. i. 17.
 Nunc in Arisippi sarim praecipua relabor.
 quod si alio trahi possit, videat an illa ex Ovidio

satisfaciant. ille Epist. xv. 95. Hac ades inque sua,
 formose, relabere, nestros, id est, redi unde abi-
 sti. Epist. x. 149.
 Floste ratem, Tbesen, verſoque relabere vide,
 iii. Metam. 615.
 Quo non alius descendere summas
 Oculi autemnas, praesepoque rudente relabi.
 vi. 57.
 — Protinus illa relapsa est,
 id est, rediit, unde procedebat. recte vero Hei-
 mannus relabi montibus pro in montes capti exem-
 pla plurima qui velit videat doctissimi Munchii
 notas ad Hygin. Fab. xv. & cviii. inter quae illa
 ex Horat. i. 24. Nigro computavit gregi, sic minus
 Tiberi pro in Tiberim Ovid. v. Fall. 65. de quo
 vid. Gronov. ad Senec. Conf. ad Marc. cap. 3. vel
 haec ultra modum jam. BURM.
 956. Haec tibi acta tibi.] Tollendum esse opinor
 hunc & proxime sequentem versum, & pro, Quae
 postquam rediit, reponendum, Utque animus rediit.
 vide Notas ad Epist. vi. v. 31. nisi fortasse mavis,
 Mox, ubi mens rediit. ut lib. vi. 531.
 Mox ubi mens rediit, passus lamata capillis.
 supra ad Utque vel ubi scriptum erat postquam pro
 interpretatione, hinc postea factum, Quae postquam,
 insertis duobus versibus valde frigidis ac jejunis;
 qui in plerisque vetustiorum non hoc loco, sed
 paulo post, ante versum, Hanc ego enim primum
 leguntur. idem codices pro Quae postquam rediit
 agnoscunt, Quae postquam redeunt, vel redeant.
 mendose, ad aequora referentes. Scribe igitur:
 Totaque vertuntur supra caput aequora nostrum.
 Utque animus rediit, alium me corpore toto,
 Ac fueram nuper, nec eundem mente recepi.
 omissis duobus versibus. HEINS. Mihi nihil in duo-
 bus his versibus occurrit, quod offendat. in primo,
 miranda referro multi habent. quod & Nangerius
 notavit. haec tibi haec memini tert. Bon. & Flor. S.
 Marci.
 958. Quae postquam redeunt.] Sic omnes scripti
 libri. CROFAN.

959. di

960 Hanc ego tum primum viridem ferrugine barbam,
 Caesariemque meam, quam longa per aequora vetro,
 Ingentesque humeros & caerulea brachia vidi,
 Cruraque pinnigero curvata novissima pisce.
 Quid tamen haec species, quid Dis placuisse marinis,
 965 Quid juvat esse Deum, si tu non tangeris illis?
 Talia dicentem, dicturum plura, reliquit
 Scylla Deum. furit ille, irritatusque repulsa
 Prodigiola petit Titanidos atria Circes.

959. Ac fueram nuper.] Unus liber meus & ridem plerique veteres. Lego,
 duo Vatic. Quam fueram. Recte utroque modo. Hae viridem ferrugine barbam. HEINS.
 CROFAN. 965. Tangoris.] Frangoris unus Heinſii. vid. ad
 960. Hanc ego tum primum viridi ferrugine.] Vi- Epist. i. 68.



Bbbbbb z

P. OVI-

P. OVIDII NASONIS

METAMORPHOSEON

LIBER QUARTUSDECIMUS.

FAB. I. ARGUMENTUM.

Scylla in feram.

Glaucus Anthedonius a supradictis Scyllam circa Siciliam conspicatus dum adamas-

Supradictus.] Prædictam &c. cum amasset, & illa nollet sequi animum Colon

Et quis nollet.] Deleam rō &c, tanquam ex ultimâ proximè præcedentis vocis syllabâ ortum. MUCKER.

Illâ ipsius.] Illa non levi Parm. Lugd. Micyll. Quem illa cum leuaret, ut suo amori faveret, nequius eum a proposito desistere amore, indignatâque quod sibi alteram præferret, instructâ Hecateis Colon.

Amorem incidit.] Ita MS. Venet. Amorem incidit. Micyll. Amorem incidit. Rectius foret, amorem indicat. Sed MS. lectionem damnare non audeo. Supr. Lib. 1. fab. 10. Ne puella Junonis iram incidere. Vide ibi notas nostras. Hyg. Astron. 11. 16. Pulchritudine Veneris indultum in amorem incidisse. Cap. 20. Phryxi Athamantis filii corpore indultum in amorem incidisse. Peccatum idem admissum à libris Collat. Leg. Ruffin. Tit. iv. de Adult. Si maritus uxorem suam in adulterio deprehensam occidit, an in legem de Sicariis incidit, quare. Leg. incidit. MUCKER.

Venit in locum.] In hunc locum venit ubi &c. & fontem venenis infecti. Quibus illa contacta, tenus talis &c. Colon.

Adit, scilicet suis absentis, reliqua vero quod &c. omittit Colon.

Quod Glaucus.] At Glaucus marg. Micyll.

1. Aetnam.] Hic denuo Aetna S. Marci, ut & Thuanus optimi. injectam pro injectam quoque veteres plerique. Val. Flaccus l. 11. 32. de Typhoeo,

omnis anhelat Trinacria, injectam fesso dum pectore vomam Commovet experiens.

& mox bubus pro bobus meliores. & Navifragum fretum. HEINS. An injectam, an injeclam legendum sit, vide ad lib. v. 346. innotant tres libri.

2. Quis usus aratri.] In duobus Vatic. duobus meis, Parnel. Capran. & Ald. Quid usus aratri. In alio Vatic. Quid usus equorum. CIOFAN. Quis usus Genev. & Vostian. vid. infr. §l. 268.

3. Junctis debentia bobus.] Corrige ex lib. Joan. & ratione, bubus. Vide quae notavi in Scholâ epistola v. 116. CIOFAN.

4. Tumulidarum cultor aquarum.] In uno Vatic. legitur, liquidarum, non tumularum. Nihil tamen mutò. IDEM.

6. Navifragum.] In vetustis, naufragum, ut tamen quadrissyllabum sit; veluti & id Virgilianum. Naufragum Seylatacum. NAVOSAN.

7. Tenet consuetudo terrae.] Ita libri omnes. Scribit nihilominus, tenet consuetudo. Noster ipse l. xv. 291. de Italia & Sicilia:

consuetudo tenet Absluit, & media tellurem repulsa iudâ. sic radare consuetudo Festus Avienus de fredo Gaditanos, 94.

Nam vel carulis loca circumplectitur astra, Vel celsa dimissa jugo consuetudo radit.

idem de hoc ipso mari Siculo 639.

urgent angustiae marmora fauces, Arctique praecipitans properans consuetudo portum.

tes carminibus venit in locum, in quo Scylla abluî confuserat, venenisque imbuti, quibus tenuis probe canibus est esserata, ut amantibus odio ac timori esset. Quod ab fatem illa postea in Ulixem amatum ab eis exercuit saevitiam. Quod Glaucus factum hoc à Circe dolenter talit.

JAmque Giganteis injectam faucibus Aetnae, Arvaque Cyclopium, quid rastra, quid usus aratri Nescia, nec quidquam junctis debentia bubus, Liquerat Euboicus tumidarum cultor aquarum: 5 Liquerat & Zanclem, adverfaque moenia Rhegi, Navifragumque fretum, gemino quod litore pressum Aufoniae Siculaeque tenet confinia terrae. Inde, manu magnâ Tyrrhena per aequora lapsus, Herbiferos adit colles, atque atria Glaucus 10 Sole fatae Circes, variarum plena ferarum. Quam simul adspexit; dictâ acceptaque salute, Diva, Dei miserere, precor: nam sola levare Tu potes hunc, dixit, (videar modo dignus) amorem. Quanta sit herbarum, Titani, potentia nulli,

15 QUAT

Ita ille locus castigandus; male surgent & arctam, pro urqui & arctaque nunc circumfertur. De Hellesponto idem 692.

seclus ubi atque Abydos parvo sale discernuntur, Et vicina sibi lambi consuetudo pontus.

pari modo rumpere consuetudo Priscianus in Periegesi: Separat hic Libyam Aetnae consuetudo rumpens.

HEINS. Ego nihil temere mutem contra libros; aut enim est hic possidet, occupat, illam parzem, quae olim erat terra & terminus inter Italiam & Siciliam. ut Mare, tanquam violentum possessorem, qui depulit terram sede sua, indicat. vide infr. xv. 291. & seq. BURM.

8. Manu magna.] Illud manu magna ambiguitatem habet, & exponendum a commentatore erat, utrum pro magna potentia, an magno famulatu accipi debeat, sed despiciat hoc lector, res est parvi momenti. GLAREANUS. Vide quae nos ad eleg. in Drusum §l. 224, & ad Val. Fl. l. 638. notamus. Glaucus enim, ut jam deo, sicut libr. praec. 962.

ingentes humeros, ita hic magnam dat manum, qua labitur, id est natat per aequora sine ullo labore, sed, ut deus, facile: sic enim hoc verbum pro natare posuit Epist. XXI. 84. ut, etiam labi de facili navigatione poni docuimus ad Epist. x. 67. In duobus vero codicibus & Poitoni erat, forti manu; quod gloriatoris est. manu nando Leidens. Riva v.

8. Tyrrhena per aequora vellet.] Ita aperte est in meis. In duobus Vatic. Per aequora lapsus. CIOFAN. Lapsus prim. Palat. prim. Vatican. prim. Basil. prim. Reg. prim. Erfurt. Arondel. Cantabrig. & multi

alii. quod rectius. HEINS.

9. Glaucus.] Polybi filius, Anthedonius ex Euboea, piscator in Balenam conversus est, tractata herba, cujus attractu pisces, quos captos extraxerat, redivivos in aequor reflivisse conspexerat. Herbam fuisse, quam Graeci vocant asi&son, nostri Sedum, Semperque vivam, tradit interpret Lycopironis, & eo prior Athenaeus. Notissima favula, cujus etiam Strabo meminit. Palaephatas, ad historiam referens, ait eum summum fuisse urinatore, qui cum aquis se conderet, perque longa maris spatia ad insulam quandam cultoribus vacuum secreto natatu penetraret, inde postriduo rediens apud maris Deos se fuisse profitebatur; quod rudi tum saeculo facile persuasit. Itaque sibi divinitatis opinionem comparavit. Haec ex Parthasio in Claud. initio lib. III. De rapt. Proserpinae. CIOFAN.

10. Variarum plena ferarum.] Variarum Medic. tert. Florent. & Neapol.

12. Diva dei miserere.] In iisdem Vatic. Joan. atque uno meo est, Diva mei miserere. Quod magis placet, ne Glaucus se jactet. CIOFAN. Mei etiam Basil. & quinque alii & Bersmanni videbatur nempe libris superbus loqui Glaucus, si se Demo, Circeam diavam vocaret. sed ita & Virgil. XII. Aen. 138.

Extemplo Turni sic est affata sororom Diva deam. ubi videndas Servius. & Poetas promiscue divas & deas vocasse infinitis exemplis probari possent. BURM.

13. Dignus, amorem.] Dignus amore multo honore unus. Dignior esse quinque.

Bbbbbb 3

15. Qui

- 15 Quam mihi, cognitius, qui sum mutatus ab illis,
Neve mei non nota tibi sit caussa furoris;
Litore in Italico, Messania moenia contra,
Scylla mihi visa est. pudor est promissa, precesque,
Blanditiasque meas, contentaque verba referre.
20 At tu, sive aliquid regni est in carmine; carmen
Ore move sacro: sive expugnator herba est;
Utere tentatis operosae viribus herbae.
Nec medeare mihi, fanesque haec vulnera mando:
Ineque nil opus est. partem ferat illa caloris.
25 At Circe (neque enim flammis habet aptius ulla
Talibus ingenium; seu caussa est hujus in ipsa;
Seu Venus indicio facit hoc offensa paterno)
Talia verba refert: Melius sequerere volentem,
Optantemque eadem, parilique cupidine captam.
30 Dignus eras: ultro poteris certeque rogari:

Et,

15. *Qui sum mutatus.* Qui suo scribendum. Ita Nolter amat loqui. aliter vetuli libri. HEINS.

16. *Neve mei non nota tibi sit caussa furoris.* In uno Vatican. *Caussa doloris.* CIOFAN. Nec nota Zinzeli. Promull. Crit. cap. xxi.

17. *Litore in Italico.* Italia sex libri. vide inf. ad xv. 9. deinde *Messania* plurimi, de quo vide ad lib. ii. 679. *litora contra* etiam quinque libri, elegantia repetitione.

20. *At tu, sive aliquid regnum est in carmine.* Aliquid Cantabrig. sec. Palat. & quinque alii. *aliquid regni* Florent. S. Marci, Zurich. pro diversa lectione, *aliquid regni.* Scribe,

At tibi sive aliquid regni est in carmine.
ut, v. Pal. 161.

Forstian in teneris tantum mea regna coronis
Effugiet. HEINS. Vid. ad lib. I. Amor. 1. 5.

21. *Expugnator herba est.* Quid si legas, *expugnator*, id enim magis active diceretur. MICELL. In meo antiquiore, *expugnator herba est.* CIOFAN. *Expugnator* S. Marci, prim. Palat. Bernegger. alii-que ex melioribus non pauci. Scribe, *expugnator.* dictum Amor. lib. ii. Eleg. vi. vl. 23. HEINS. *Hoc pugnator* Cantab. & tres alii. *oppugnator* Leid.

21. *Finque nil opus.* In eodem meo & Caelest. *Hoc mihi nil opus est.* CIOFAN. *Fine opus est* nulli multi. S. Marci & unus Bonon. *Et neque nil opus est.* multi etiam, *Hoc mihi nil opus est.* duo, sit mihi. alii, *Fine mihi opus est.* *Finque opus* vultu. Thuan. *Sive opus est* nulla. Forte, *Hoc opus nil opus est.* HEINS. *Sic mihi nil opus est* Vatican. & Baill. unus. *Hoc quoque nil opus est* Gronov. forte legendum, *se quoque nil opus est.* etiam me saniores, nihil proferres apud me, qui deponere illum anorem nolo, nec etiam possem, sed effice

ut illa partem ferat: ponenda vero haec verba in parenthesis. de illis particulis, *se quoque* vide ad lu. Art. am. 265. & alibi. BURM.

24. *Partem ferat illa caloris.* In Caelest. & uno Vat. *illa doloris.* CIOFAN.

25. *Neque enim flammis habet aptius ulla Talibus ingenium.* Sic est in meo vetullore. In altero vero, duobus Vatic. & Caelest. legitur, *Neque enim flammis altius ulla.* quae lectio haud plane est inconcinna. CIOFAN. Sic quoque multi codices, sed quid sit *ingenium altius flammis* vix capio. sed *aptius* ex more nostri Poetae est accommodatum, quod citius concipit amorem. Ita *Anni lapsu apti* xv. Ep. 21. *Animus caloribus aptus* I. Art. 237. *Apia veneri corpora* xvii. Ep. 253. & quae plurima colligi possent similia. BURM.

26. *Seu caussa est hujus in ipsa.* In uno Vatic. *Ejus in ipsa.* CIOFAN.

28. *Sequere.* Lego, *sequere*, ne syllaba conqueratur. COSST. PAN. *Sequere sequentem* Baub. *videntem* Florent. S. Marci.

30. *Ultro poteris, certeque rogari.* Non potest, sed potius reperitur in bonis exemplaribus. COSST. PAN. Sensus est, dignus eras & certe poteris ultro rogari. quidam distinguunt post *ultro*, quod nihil non probatur. est autem conjunctio, *que*, dure in tertium translata locum. GLAREAN. *Ultro poteris* est in duobus meis, & quidem recte. In uno Vatic. *Ut poteris ultroque poteris.* quod non admodum probet. CIOFAN. *Certeque* prim. Palat. Cantabrig. Uthin. & sex alii. *certeque* fragmen. Boxhornii. *certeque* rigori prim. Palat. à manu prima. *poteris ultro* prim. Moret. *dignus eras ultro certe poteris* regiori prim. Erfurt. & tres alii. quod praec vulgaris placet. Consil. Panensis in Collectaneis movet, *potius* pro

- Et, si spem dederis, mihi crede, rogaberis ultro.
Nen dubites, absitque tuae fiducia formae:
En ego, cum Dea sum, nitidi cum filia Solis,
Carmine cum tantum, tantum cum gramine possim;
35 Ut tua sim, voveo. spernentem sperne: sequenti
Redde vices: unoque duos ulciscere facto.
Talia tentanti, Prius, inquit, in aequore frondes,
Glaucus, & in fummis nascuntur montibus algae;
Sospite quam Scylla nostri mutantur amores.
40 Indignata Dea est: & laedere quatenus ipsum
Non poterat, nec vellet amans, irascitur illi,
Quae sibi praclata est: Venerisque offensa repulsa,
Protinus horrendis infamia pabula succis
Conterit: & tritis Hecateia carmina miscet:
45 Caeruleaque induitur velamina: perque ferarum
Agmen adulantum mediâ procedit ab aula:

Op.

poteris legi in vetustioribus libris. quod in nostris non comparat. certeque poteris alter Moret. *Dignus eras certe poteris ultroque* unus Baill. scripserat Naso, ni fallor.

Dignus eras, poteris ultro (mihi crede) rogari:
Et si spem dederis (mihi crede) rogaberis ultro.

HEINS. Legendum esse, *dignus eras: ultro poteris, per tequo rogari,* docuimus jam ad Epistol. 1.

3. ita II. ex Pont. xi. 13.

Spente quidem per seque mea est laudabilis uxor.
& II. ex Pont. III. 35.

Judice te mercede caret, per seque petenda est
externis virtus incommutata bonis.

Cicet. de Amicitia cap. II. *Amicitia per se & propter se expetita.* & ita cunctis Cicero & alii locuti sunt. quod autem Glareanus durum putet, *que* in tertium locum transferri, nihil est: cum hic, si dissinguas post *poteris*, in secundum modo locum transeat, ut in exemplis adductis patet, solempni more: sed si jam demus in tertium transferri, nec hoc exemplo caret: sic enim saepe Noster. IV. Trist. 1.

74. *Canitium galae subiectoque meam.* v. VII. 66.

A contemplari submeoque mali.

v. x. 40.

Forstian obijciunt exsiliumque mihi.

IV. Pall. 310.

Ad rigidos promptaque lingua serens.

II. ex Pont. 1. 6.

Fortunae verba deliqui meae.

Tibol. 1. XI. 5.

Rusticus e lucaquo rebidit. BURM.

32. *Adsitque tuae fiducia formae.* Ita veteres. Alii non satis recte, *opinor, legunt, Adsitque*

mae. CIOFAN. *Nen dubites* meliores; recte. *absitque* etiam Thuan. prim. Erfurt. prim. Moret. &

septem alii; nonnulli, *assitque.* Lego, *Nen dubites, absitque.* HEINS.

33. *Nitidi cum filia Solis.* In Caelest. *Nitidi quoque filia Solis.* Nihil tamen muto, propter veteris superiora. CIOFAN.

34. *Carmine cum tantum, tantum quoque gramine possim.* Omnes libri scripti, *Quantum quoque gramine possim.* IDEM. Scribe, *tantum cum gramine possim.* nam Sprotanus, *quantum cum,* quoque omittitur etiam in tertio Mediceo & quinque aliis. HEINS.

36. *Unoque duas ulciscere facta.* Putem, *patte,* pactum nuptiale intelligit. Vide Notas libro VII. vl. 701. IDEM. *Duos* Vatican. & quinque alii. recte, *me & te.* praevallere vero debet masculinum genus. vid. ad lib. IV. 177. BURM.

37. *Talia tentanti.* Caprani Basileensis. elegant. ter. similis varietas observata est lib. I. Art. 273. & apud Virgil. XI. Aeneid. 350.

— Dum Troia tentat

Castra fugae fidens.

ubi capiat quidam codices. IDEM.

40. *Indignata Dea est.* Ita ex Danielis codicibus apud Stat. v. Theb. 59.

Indignata Dea est, movet & caelestia quondam
Corda dolor. HEINS.

43. *Pabula succis.* In tribus Vat. & Caelest. *Gramina succis.* CIOFAN. *Gramina* plerique. nonnulli tamen, *pabula.* quod non ausim mutare, est minime ignoro, *gramina & carmina* passim apud poetas conjungi, quoties de rebus magicis agitur. Noster tamen Rem. Am. 249.

Viderit, Haemomae si quis mala pabula terrae,
Et magicae artes posse juvare putat.

pabula campi in Ivide 137. quoque dixit. pro *gramina*

Oppositamque petens contra Zancleia saxa
 Rhegion ingreditur, ferventes aestibus undas:
 In quibus, ut solida, ponit vestigia, ripa;
 50 Summaque decurrit pedibus super aequora ficcis.
 Parvus erat gurges, curvos sinuatus in arcus,
 Grata quies Scyllae: quo se referebat ab aestu
 Et maris & coeli, medio cum plurimus orbe
 Sol erat, & minimas à vertice fecerat umbras:
 55 Hunc Dea praevitiat; portentiferisque venenis
 Inquinat. huic fufos laticeis radice nocenti
 Spargit: & obscurum verborum ambage novorum
 Ter novies carmen magico demurmurat ore.
 Scylla venit; mediâque tenuis descenderat alvo;
 60 Cum sua foedari latrantibus inguina monstris
 Adspicit: ac primò non credens corporis illas
 Esse sui partes, refugitque, abigitque, timetque
 Ora proterva canum. sed quos fugit, attrahit unâ.
 Et corpus quaerens femorum, crurumque, pedumque,
 65 Cer-

65 Cerberos rictus pro partibus invenit illis.
 Statque canum rabies: subiectaque terga ferarum
 Inguinibus truncis, uteroque exitante, cohaerent.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Eadem in saxum.

* Docet eandem Scyllam transformata esse in saxum, ne Aeneae, naviganti in Italia, nocere possit.

Flevit amans Glaucus: nimiumque hostiliter usac
 70 Viribus herbarum fugit connubia Circes,
 Scylla loco mansit: cumque est data copia primum,
 In Circes odium sociis spoliavit Ulixen.
 Mox eadem Teucras fuerat mensura carinas;
 Ni prius in scopulum, qui nunc quoque saxeus exstat,
 Transformata foret. scopulum quoque navita vitat.

FAB.

mina Berneggerianus hoc loco, *foecula vel pabula*.
 HEINS. Vide sup. xiii. 943. eadem diversitas infir.
 vers. 408. & apud Lucan. vi. 81. & alibi voluerat
 etiam Heinſius, *herrentos, infamia pabula, fuscot*,
 per appositionem. *pretinus insectis* unus Moreti.
gramina autem tueri videtur locus Aufonii in Mo-
 ſella ſi. 276.

Sic Anthadonius Baecotia per freta Glaucus,
Gramina quistam poſtquam exitialia Circes
Experius etc.

ubi & *gramina* defendit Mariangelus Accuſius. ita
moleſtiam gramen Arnobius de magica arte agens
 dixit lib. 1. pag. 32. & *carmini*, ut & hic, jungit,
 ut etiam Valer. Flac. vii. ſi. 353. & ſeq. de
 Medea agens. ſic & Marcellus in carmine de Medi-
 cina in Catal. Pith. pag. 247.

Gramine ſeu malis aeryo praeflare medellam,
Carminis ſeu potius.

vid. ſupr. vers. 34. & lib. vii. 137. 132 & 203.
 ubi Heinſius plura. ſi quis hoc verſu *pabula* retine-
 re velit, & venena intelligere, ſequenti verſu
Beccotia gramina legat, ut multi etiam codices
 habent. BORN.

48. *Rhegion ingreditur.*] De Circe intelligendum
 eſt, non de Scyda, quod in Raphaelis Commen-
 tario librariorum culpa depravatum puto. GLAREAN.
Oppositamque duo Bonon. ſic *lison* in foeminino
 genere paſſim. HEINS.

48. *Ferventesque aestibus undas.*] *Ferventes* recte
 plerique vetuliores, cujuſmodi appoſitiones paſſim
 apud Noſtrum occurrunt. Lucan. v. 720.

Nymphacumque tenent, nadas Aquilonibus undas.

HEINS. Recte Heinſius. ita etiam ſaepe Graeci
 Hom. Od. O. 362.

H' d' opa Kompon' i' xauve Φιλαμυαδης; A' Quidra,
E; Πάφου.

& ita apud Pindarum ix. Nem. 3. & *Αἴτρω, ε;*
Χρῆστω δῖμω. Scholiaſtes capit. vid. ad iii. Amoc.
 20. & iv. Met. 668. BORN.

49. *Ut solida ponit vestigia terra.*] Unus Vatie &
 Caeleſt. habent, *Ut ſolida poſuit veſtigia terra*.
 Quam lectionem multo meliorem ac verioſam
 arbitror. *Ut enim*, hoc loco neceſſe eſt ſignificet,
 poſtquam: & verbum *Decurrit*, quod eſt in ſequen-
 ti carmine, praeteritum videtur. Atque ita opti-
 mus ſenſus eſt. Alio modo non item. CIOFAN. *Re-
 ſiit veſtigia ripa* Francoſ. & codex Syroti.

51. *Curvos sinuatus in arcus.*] *Parvos* Baſil. &
 Ambroſ. unde Heinſius, *patulos*; & certi offendi-
 ille ſonus, *parvos gurges curvos*, & hiera cuncta
 toties repetita. *paucus erat* Thyſi. deinde, *ſalcat*
 duo Medicei. eleganter. Epil. ii. 131.

Eſt ſinus adductos modice ſalcatos in arcus.
 & ſupr. xi. 229.

Eſt ſinus Haemoniae curvos ſalcatos in arcus.
 quod imitatus Joſeph. Iſcan. iii. 213.

Parva una recessu
Abditore latens, refugos ſalcatos in arcus. BORN.

53. *Plurimus orbe.*] *Orbi* duo codices. ut medius
 orbis ſit meridialis pars orbis, non ſolis orbis. &
maris & ſolis duo Medicei. deinde, *minimas at-
 tatore* Baſil.

55. *Portentiferisque venenis.*] In Vatie. *Porten-
 tiferisque venenis*. CIOFAN. *Portentiferisque* malo cum
 ſec.

ſec. Palat. Oxon. & ſex aliis. ſic, *monſtriferum,*
horriſerum, & ſimilia apud Noſtrum. HEINS.

56. *Hic fafos laticeis radice nocenti spargit.*] Om-
 nes libri ſcripti, *hic preſſos laticeis*. CIOFAN. *Enſi*
laticeis S. Marci. *ſuſos* text. Bonon. alter Ham-
 burg. & prim. Gronov. *ſparſi venenis* Gorgoneis *tha-
 lami* apud Claudian. iv. Conf. Hon. 36. *laticeis*
preſſa unus Baſil. pro *hic*, unus Gronov. & tres,
hinc. *huc* prim. Moret. & prim. Bonon. *haec* Thyſ.
 Pato, *hinc* HEINS.

56. *Nocenti, Recenti* Leidens. unus.

57. *Et obscurum.*] *Obscura*. Urbini. & duo alii.
 HEINS.

58. *Demurmurat.*] *Dea murmurat* Voſſi. & Ar-
 gent. *dom murmurat* alius.

59. *Mediâque tenuis descenderat alvo.*] In uno
 meo, *Penultimaque ſubit media tenuis alvo*. CIOFAN.
mediâque i. descendit in alvum Gron. & tres alii.
 ad *alvum* quatuor.

60. *Latrantibus inguina monstris.*] Hoc hemilli-
 citium habes quoque in Ciri Virgiliana vers. 59. in
 uno Baſiliceniſi erat, *latrantibus ing. rancis*, ut *la-
 trantes* pro canibus, lib. viii. 344. & 412. HEINS.

63. *Quos fugit.*] *Quas* duo veteres. dictum lib.
 iii. 140. *mox. Et partes quaerens*, non *corpus* tres
 ſcripti. INHM. *Lege meo periculo, ſed quas fugit*
attrahit ora, quam lectionem, ut ſpero, non omni-
 nino contemnent ii, qui nitorem & ſolemnem Na-
 ſonis repetitiones norunt & amant. SCHEPPER. apud
 Pan. Fab. lib. ii. Ep. 72. nulla neceſſitas contra
 codices aliquid novandi.

66. *Statque canum rabies.*] *Stantque* prim. Gro-
 Tom. II.

nov. Latet mendum. Forte, *Statque canum ra-
 bia*. hoc eſt, inferiores partes, femora nempe,
 crura & pedes in canum rabiem mutantur. pollea
 pro *coarctat*, Cantabr. & unus Voſſi. *coarctat*. *cohae-
 ret* unus Parav. & Juret. Scribe, *cohaerent*. atque
 ita alter Hamburg. Noſter ipſe Amor. lib. 1. Eleg.
 iv.

*Nec mihi silva domus: nec equo mea membra co-
 haerent.*

HEINS. *Cohaerent* etiam Francoſ.

* *Docet.*] *Docet fabula* Colou. quae fabulae pri-
 mae argumento connectit.

68. *Nimumque hostiliter.*] *Viriliter* unus Heinſ.
utiliter Ambroſ.

71. *Ulixen.*] *Ulixen* meliores. HEINS.

72. *Mox eadem.*] *Moxque* Francoſ. & quidam
 alii.

73. *Ni prius in scopulum.*] *Scyllacum* dicit, quod
 ita appellatum ait Procopius in tertio de Bello
 Gothorum, quod magna latronum multitudo (quos
 Graeci *αυλλιδεως* vocant) uſque ad ſua tempora
 eum ſinum incolerit, non quod Scylla mulier
 monſtruoſa ac belluina forma ibi habitaverit.
 CONST. PAN.

74. *Scopulum quoque navita vitat.*] In duobus
 Vatican. Joan. & Caeleſt. *Saxum quoque, etc.*
 CIOFAN. In Argentinenſi hoc ordine haec lego-
 bantur,

Ni prius in scopulum (scopulam quoque navita vitat)
*Transformata foret; qui nunc quoque saxeus ex-
 ſtat.*

Cecccc

* Cer-

FAB. III. ARGUMENTUM.

Cercopes in simias.

* Cercopes propter fraudem scelusque, quia boni semper insidiatores fuerunt, perijt ab Iove, ut, qualem animum habuissent, talem & speciem post obitum induerent, in simias conversi sunt. Itaque Iuvenem Prochytenque insulas proximas, quas hi incolerant, nomine suo Pitheceas vocavit.

75 Hanc ubi Trojanæ remis avidamque Charybdin
Hæc ubi rates; cum jam prope litus adessent
Antionum, Libycas vento referuntur ad oras.
Excipit Ænean illic animoque domoque,

Non

* Cercopes.] Cercopides Parm. Lugd. Cercopis Micyll.

* Quia boni.] Bonis Colon. Raener. & marg. Micyll. & recte, credo.

* Perijt.] Exijt est Jupiter Omnes Edd.

* Ut qualem.] Qui cum vellet eos convenientem animo figuram habere, in simias e. r. Raener. pœna illis imposta, ut qualem esse Colon.

* Itaque.] Hæc ultima non habet Colon. Itaque de carum nomine (nam Graeci Pithecos simia dicitur) insulas, quas hi incolerant, Pitheceas vocavit Raener.

* Nomine suo Pitheceas vocavit.] Vel suo procerum possunt, vel vocantur legendum. Veneta exhibet, Pitheceas nomine suo Pitheceas vocavit, Pitheceam eandem esse atque Inarimen, sive Enarim, voluit Servius ad Æn. ix. 715. & Salmas. ad Solin. pag. 97. Diversas faciunt cum heic Ovidius, quem non rectè cepit Lactantius, tum & Meli Lib. II. cap. 7. nec non Plin. Lib. III. cap. 6. Perperam Πιθώνας vicus vocat Apollonius Cent. xi. 24. ubi explicat quid sit στεφανίζω. Simile adagium, ἀγρὰ στεφανίω, de quo Zenob. Cent. i. 5. & Diog. i. 3. MUNKER. Cum Veneta faciunt Parm. & Lugd. nomine illarum marg. Micyll.

75. Hanc ubi.] Hanc ex melioribus. HEINS.

76. Evitæ.] Evitæ Sisi. male. vid. lib. xv. 706. plura videbimus ad Val. Flac. III. 482. BURM.

77. Vento referuntur.] Rapuntur unus Medic. ita int. 470. Vento inimico per aequora rapit, sed nihil tamen mutandum temere. vid. ad Quinfil. Deel. VI. 5. IDEM.

79. Non bene discidium Phrygiæ latura mariti Sidonis.] In veteribus omnibus, Discidium, perf. & c. quod vni loci, ex fide & auctoritate librorum scriptorum, ita excudendum esse jam pridem litteris consignavit. A quibus ipse non dissentio, probantibus id, ut dixi, veteribus exemplaribus. Discidium verò à Dissidendo venit; valetque invitam discidium, qui inter amicos & propinquos

fit: ut hoc loco. Sic & Catullus de Corna Berenices. Sed fratris cari stobile discidium.

Tibullus lib. i. eleg. v.

Asper eram, & bene discidium me fore loquor.

Et M. Tullius lib. xv. epist. i. ad Attic. Cognovimus enim te acerbius discidium nostrum vultis. Item pro Domo: Dessevi conjugis miseræ discidium. Item in Laelio: Quamobrem primam danda querat, ne qua amitorum discidia fiant. Sic habent duo libri scripti, & II. Philip. Ipse autem omnes adeo confirmabat, quod desiderium tui discidi fore sua pisset, se in exilium esse ituram. Non levis vero est agere, acerbe. CIOPAN. Vid. Citan. ind. Lucet. in discidium, qui & discidia ex suo codice præstat. vide etiam ad lib. v. 530.

80. Inque pyra sacri sub imagine facta lotumini ferro.] De hoc III. Fast. 545.

Aspirat Æneae Dido miserabilis igne,
Aspirat esprellis in sua fata regis.

Compositusque cinis, tumuloque in marmore tumus
Hoc breve, quod moriens ipsa reliquit, erat.

Præbuit Æneas, ex cassam mortis, & cypri:
Ipsa sua Dido contidit usa manu.

Hæc duo postrema carmina repetit, vel potius dixerat, in epistola, quam ad Æneam Dionæa finxit misisse. Hæc de re vide Julium lib. xviii. CIOPAN.

80. Sub imagine facta.] Ficti unus Leidens. III. Epist. xi. 69. Fictaque sacra facit.

81. Incubuit ferro.] Gladio Politian. & unus Heinl. & Ambrosi incubuit octo. prescibit deo.

82. Ad sedes Erycis.] In uno Vanc. ad sedes Erycis. Nihil muto. Ad Eryce derivatur Erycis. Unde Venus dicta est Erycina, cujus templum, ut scribit Tranquillus Claud. cap. xxv. in Sicilia, celebrata cellasum, ut ex utero P. Romani referuntur D. Claudius Casar auctor fuit. CIOPAN. Solinus S. Marci & quatuor alii. unus, sedesque. HEINS.

83. Pitheceasque relatus Aethestæ Sacrificat, tumuloque sui genitoris honorat.] Hæc de re satis multa litteris mandavit Virgilius lib. v. Æneid. CIOPAN. 87. 88.

Non bene discidium Phrygiæ latura mariti,
80 Sidonis: inque pyra sacri sub imagine facta
Incubuit ferro: deceptaque decipit omnes.
Rursus arenosæ fugiens nova moenia terræ,
Ad sedemque Erycis, fidumque relatus Aethestæ
Sacrificat; tumulumque sui genitoris honorat.
85 Quasque rates Iris Junonia pene cremarat,
Solvit: & Hippotadae regnum, terrasque calenti
Sulfure fumantes, Acheloiadumque relinquit
Sirenum scopulos, orbataque præfide pinus
Inarimen, Prochytenque legit, sterilique locatas
90 Colle Pitheceas, habitantum nomine dictas.

Quip-

87. Sulfure fumantes.] Flammanes unus Modicus. vide ad lib. xiii. 421.

87. Acheloiadumque relinquit.] Profecto penultima Acheloiadum syllaba brevis est, ideo fortasse, Acheloiadum sit legendum. NAUGER. Aut Diallole est in Acheloiadum, aut ad i adjectum est e, quod apud Græcos frequentissimum est, nam supra lib. v. corripitur. Vobis Acheloides inde Pluma polique avium. In tertio autem postea carmine Inarimen uno verbo dictum, quod Græcis est, & apud Homerum Iliados II. v. 480, multitudine ante nos, primum apud Virgilium innovatum, postea secutus Ovidium, Lucanum, Statium ac ceteros, quare nunc omititur. GLARIAN. De Sirenibus in Scholiis Homeri Odysseas M. 39. in hunc modum legitur: Κατὰ μὲν τοῖς πολλοῖς Ἀχελώου καὶ Στεφάνης τῆς Παρθένου αὐ Σωφίας, καὶ ἑνὸς δὲ Ἀχελώου καὶ Τριφυλίου, καὶ τῶν Μουσῶν, ἑλθόντι δὲ Παρθένου, ἐπιπέσαντο πρὸς Ἀφροδίτης, καὶ ἔχρυσαι πτερὰ ἀπὸ τῆς ἐσθῆτος τὸ Τριφυλικὸν κλέμα, καὶ ἦσαν κατὰ τὴν ἀδελφικὴν ἐναγέλασην. Οὐμίαντα δὲ ἑνὸν Ἀχελωΐδα, Θελαΐεσσα, Πειριόνη καὶ Λεγία. Quæ nomina, ut à superioribus, quæ à Regio ponuntur, variant, ita rursus sunt, qui aliter eadem tradunt, ut in Commentariis Apollonii, ubi hæc ponuntur Θελαΐδα, Μελαπὴ καὶ Ἀχελωΐδα. Paulinus autem in Boeoticis addit easdem etiam cum Muis aliquando certasse canendo, vicisque penas ablatas, ex quibus Musæ sibi coronas fecerint, sed hæc passim obvia. Illud verò hoc loco videndum, utrum pro Acheloiadum legendum sit Acheloiadum, ad Acheloiis, deducto patronymico. Neque enim aliter verus conitat, & annotarunt idem alii quoque. MICYLL. Lege ex fide meorum Florum, atque aliorum quorundam, Acheloiadumque, CIOPAN. Scribe, Acheloiadumque, ne peccetur in leges metricas. ita Acheloiadum lib. xii. 34. HEINS.

89. Inarimen Prochytenque legit sterilique locatas, &c.] Hunc locum omnium optime eruditissimeque explicat Parhasius lib. III. in Claud. de Rap. Prof. VI. 184. cujus hæc sunt. Inarime Pitheceas memoratur ab historia, quam Xenagoras, Harpocration & Suidas referunt. Fratres duo, Candulus & Atlas (ut Aeschines Sarcianus in Iambis appellat) omnium scelerum, quibus hominum vita depravata est, inventores & caput exstiterunt. Iis perveri mores Cercopum nomen pepererunt, appulsoque advenas undecumque circumvenire studium erat. Itaque aliquando, cum in Jovem tentassent, in simias, quas pithecos Græci vocant, ex hominibus mutati sunt. Inde Pitheceus insulae, quam tenebant, nomen inditum. Xenagoram XIV. Metamorph. Ovidius secutus est, manifesto Hermodi Babiani errore, qui putat Ovidii carmen ad Doliariorum simias, unde Plinius Insulae vocabulum trahit, etiam referri posse. Ijus verba ex III. Castigietium lib. subjeti. Dicit, inquit, Inarime ab Arimii populis, sive bellis. Ita Eumecorum lingua dicitur Inarim, quas Græci pithecos vocant. Unde nomen insulae Pitheceas, ut Straboni placet & ferè Ovidio, sterilique locatas Colle Pitheceas, habitantum nomine dictas. Plinius à simiis doliariorum. Proinde per i non per y scribendum. Dolia enim Græci Pitheas, Simias Pitheas vocant. Potest & Ovidianum illud cum Plinii sententia congruere, ut habitantum hoc est doliariorum substantias. Hic aliquis Hermodi diligentiam non injuria desideraverit, qui non omnes Ovidii versus, quibus ille fabulosam nominis rationem complexus est, perlegisse videtur, cum Plinium non erodat ab Ovidio dissentire. Nasonis carmina, ne quis ambigat, hæc sunt:

Inarimen Prochytenque legit, sterilique locatas, &c. Diotimus in Herculis certaminibus, ex Oecalia, quæ litoralis Eubœa: civitas est, Olum & Eurybatum Cercopas, iustiores ac planos fuisse tradit, qui per Boeotiae trivium su amillo supercilio concurrerant, mortalesque dolis experient, ut Musæam Meliolani videmus Appalam. Inde nomina in alienarum rerum plus nimio fatigantem trans.

Quippe Deum genitor fraudem & perjuria quondam
 Cercopum exotus, gentisque admiffa dolosae;
 In deforme viros animal mutavit: ut idem
 Dissimiles homini possent, similesque videri.

95 Membraque contraxit: naresque à fronte refimas
 Contudit, & rugis peraravit anilibus ora.
 Totaque velatos flamenti corpora villo
 Misit in has fedes. nec non prius abstulit usum
 Verborum, & natae dira in perjuria lingua.
 100 Postè queri tantum rauco stridore relinquit.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

Sibylla in vocem.

Apollo, Jovis & Latonae filius, Sibyllam Glauci filiam cum diligeret, pro concubitu optanti veniam tribuit. At illa in longum victura tempus, spatians in litore, hausto pugno arenae, petit tot annorum spatium, quod partes ejus dimiserare possit. Igitur praestata fide ad tempus, senectute dilapso corpore, relicta est vox, quae Sibyllam indicaret. Deus vero voluisset morari eam in eo munere: sed illa neglexit dei voluntatem.

Has

FAB.

translulit Martialis, identidem repetens, *Ole quid ad te?* Zenobius autem Cercopas in Lydia statuit, ubi cum Hercule, qui per idem tempus Omphalae simulabatur, congressus ait, ac ob nimiam captandi calliditatem in lapides obduruisse. quod eorum mater Memnonis multo antè fore praedixerat: subinde monens, ne Melampygon, id est, nigris Herculeum natibus, injuria provocarent. Alii Thiae filios & Oceanii fuisse malunt. pauca, quae supersunt, si qui volent, ab eo petant. CIOFAN. Vid. Schol. ad Zenob. Cent. 1. 10.

95. *Inarimen.*] *inqua arimen* tert. Medicus. sed *Inarimen*, dicit usus obtinuit. quod nomen ex depravato aut male intellecto Homeri loco promanasse creditur. manifeste vero Pitheceus ab Inarime sive Aenaria distinguit, quomodo & Pomponius Mela & Plinius cum Solino ac Martino Capella. Ceteri esse Geographi, in primis Graeci, cum *Inarime* confundunt. Salmastius, qui ad Solinum non uno loco contendit Inarimen non esse distinguendam a Pitheceus, sententiam suam nobis non probat. quis enim credat Nasonem, Melam, Italicarum regionum tam imperitos fuisse? est Plinius libro III. cap. 6. Aenariam & Pitheceas confundit, easque non a Cercopithecis, sed a signis doctorum dietas contendit. Aliter Suidas & Harpoerion. HEINS. Vid. & Beroald. ad Suet. Aug. cip. xxi. & Salmast. Exercit. Plin. pag. 68.

92. *Cercopum.*] Cercopes in Lydia populos fuisse Zenobius tradit immanissimi ingenii atque fallacis, qui cum in Herculem apud Omphaliden essentem, multa dixissent convicia, ab ipso domiti & supplicio affecti fuerunt; iidem, cum Jovem postea viderent decipere, ab ipso mutati fuerunt in faxum, unde illa nata sunt proverbialia, quae narrat interpret, *εξ οὗ τὸ κερκωπὸν*, id est, forum Cercopum, & *κερκωπιζῶν*, id est, *τροπίζων* in pravos, & pessimorum homines innotam, quae non retulit, nisi impressores corruptum. CONSTANT. FAX. Illa proverbialia vide apud Zenob. Cent. 1. 5. & 19. 50. & ibi nota

tas Schotti. Apostol. cent. 1. 21. ibique Pantium: xi. 24. Amm. Marc. xxii. 14. de Juliano: *ἐξέβηται ὡς ἑρπύλλης, ὁμοίως ὡς ἑρπύλλης*. Tanaq. Fab. lib. II. Ep. 7. Cercopes pro fallacibus dici putavit, & pro *κερκωπὸν* etiam *κερκωπὸν* olim apud veteres legi. unde locum Helychii emendare tentat. vid. ibi notas doctorem virorum. forte etiam apud Alciphronem lib. I. Epil. 28. legendum, *κερκωπὸν ἕρπυλλος*, ubi vulgo *κερκωπὸν*, quo nomine, ut nobilitatis antiquae indicio, non dignus videtur libidinosus senex, ut epil. 33. vetulus vocat *Πιθίκευ*. BUON.

94. *Dissimiles.*] *Dissimilesque* duo libri homini. unus Regius.

95. *Naresque à fronte refimas contudit.*] Ita est in quibusdam vulgatis libris. male, ut opinor. In veteribus vero, *Naresque à fronte remissa contudit*. CIOFAN. *Refimas* Salvastius ad Solinum p. 68. recte, nam prim. Basil. & sex alii, *remissas*. liquitur, *remissas*, *refimas*, ut *repandas* & *redandas* ubi apud nostrum. *refimas*, *redandas*. qua voce Varo lib. II. cap. 9. R. R. Columella lib. VI. cap. 1. Plinius, Palladius lib. IV. cap. 11. Solinus sunt ubi etiam Arnobius lib. III. In ahero J'videntio interlinearis glossa exstabat, *remissas*, id est, *recurvas*. Unde apparet *refimas* olim fuisse lectum. sic *repandas* & *repandas*. *Simo* damnas sua grandia vultu apud Auctorem Moreti, hoc est *fama* & *contorta* nare, quod salientes solent. Helych. *κερκωπὸν*, *κερκωπὸν*. sic & *finare* nares I'ucilio apud Nonium

Sinavit *tasim* at *nares* Delphicus ut *sim*. ubi perperam *ad naves* nunc circumfertur in editionibus. hinc *simones* dicti Delphici apud Plinium & Solinum, *Alhiano* *speci*. *finare* autem *nares* idem quod Horatio 1. Ep. v. *corrumpere nares*, quod fastidium movere vetus Scholiast. interpretatur:

— ne turpe torat, ne foetida nassa,
 Corruget naret.

quo verbo eleganter gestum fastidiorum componit

num describit. Apulej. vii. Met. *Visti ad contorta* & *insuperanti nare discessit*. & postea, *Nare hororia* vari *carullas*, unde & Persio *rugosa fanna* dicitur, quod nares in fanna corrugantur & sinantur. atque hinc forte emendandus Helychius, *κερκωπὸν*: cum scribendum videatur, *κερκωπὸν*, agellu fastidio superiorum hominum. Marcian. Capella sub finem libri v.

Quod si probatur, & caret fastidio, Nam nulla premet, quae novella texnis. Sin fanna Pyphi naris imana torserit, Pigriti arma horuisse caelites.

ubi fortasse relegendum,

Sin fanna typhum nare sinu intorserit.

Hieronymus in Psalmum II, *Subsanuatio proprie* *regia* *fronte* & *contractio naso* exprimitur. *nafutas* *figere* *fannas* Eugenius in opusculis. *Naso* *subsanu* *adanco* Guntherus dixit sub finem Ligurini. *κερκωπὸν* certe Hesiodo & *κερκωπὸν* est, Suidae etiam, quos vide. ceterum *fanna* in Marciani loco pro *fannito* *ne* positum videtur. glossae veteres, *fanna*, *subsanuator*, *μαζα*, *finas* nares etiam dat hujusmodi fontentibus Arnobius lib. III, *Hos displicis narius*, *illos refimas*, de Sannis plura ad Historiam Augutam & ad Pallium Tertulliani Salmastius. HEINSIUS. Similis vero diversitas scripturae ad Livii Andron. Fragment. ex Agellio, ubi pro *Nerei sinam petus*, etiam *nec remissum* legitur, ut observavit Voss. ad Fragm. Tragicor. p. 2. *contrahit* etiam huc unus liber. *contudit* multi.

100. *Relinquit.*] *Prim. Palat.* & tres alii, *relinquit*. *Idem*.

^a *Sibyllam.*] Omisit Raener.

^b *Pro concubitu.*] Nec hoc habet Raener.

^c *Veniam tribuit.*] *Ven. dedit* ei Colon.

^d *At illa in longum.*] *At illa spatians in litore* Raener.

^e *Spatians.*] *Spatiansque* Colon.

^f *Pugno arenae.*] Seneca de Ira Lib. III. cap. 33. *Quid si ne propter silem quidem, sed pugnum aeris,*

aut imbutatum à sero denarium &c. Inde *Pugillus*. Vet. Interpr. Kedelesiast. cap. IV. 6. *Melior est pugillus cum requie, quam plena utraque manus cum labore &c.* MUXEREN. *Hansta pugno arena tibi petit.* *Annorum spatium.* *Quod corpora pulveris vilius essent. igitur tam longo &c.* Colon.

^g *Ad tempus.*] Forte, *Quod ad tempus.* Hoc est, quod ad tempus atinet. Addidi ex MS. & vet. edid. duas istas voces perperam è Raenerio omittas. De Sibylla jucunda sunt quae narrat Trimalchio in Petron. Fragmento Tragicarum, cap. XLVIII. *Sibyllam quidem Camis ego ipse oculis meis vidi in ampolla pendere: & cum illi pueri dicerent, Sibylla τί θέλεις; Respondet illa, ἡπιωνῶν ὕλη.*

Fugit interpretes simile quid de Sibylla narrat ab Ampelio cap. VIII. *Argyro est sanum Veneris super mare: ibi est lucerna super candelabrum posita, lucens ad mare sub divo coelo, quam neque ventus aspergit (leg. dispergit) nec pluvia extinguit. Sed ex Herculis aedes antiqua; ibi columna pendet taven ferrea rotunda, in qua conclusa Sibylla dicitur. De lucerna illa in fano Veneris quod ait, ejus & Lucerna meminit Orig. 1. lib. XVI. cap. 4. Denique in templo quodam fuisse Veneris sanum dicunt, ibique candelabrum, ex eo coe lucernam sub divo se ardentem &c.* Quod *sub divo* dicat, inde suspicor *τὸ* *coelo* in Ampelio, ut glossena, esse cancellandum. Quare Latinitas non patitur, ut *divum* *coelum* dicatur. pro *ibi columna* reposuerim, *ibi in columna*, nisi quis fatius putet confugere ad Filippin. MUXEREN.

^h *Indicaret.*] Deus vero pro concubitu si *concessisset*, aeternam quoque juveniam dedit, sed illa n. d. v. Raener. in Coloniensi ita erat, *igitur tam longo vitae transito tempore adeo se postmodum nulli videndam praebuit, ut toto corpore prae senectute immutato cognosci nequeat, sola voce, qua nescitur, relicta.*

ⁱ *Voluisset.*] *Voluisse* Lugd. Micyll. qui asteriscum addidit.

HAs ubi praeterit, & Parthenopeia dextrâ
 Moenia deseruit; laeva de parte canori
 Aëlidæ tumulum, & loca feta palustribus ulvis
 Litora Cumarum, vivacisque antra Sibyllæ
 105 Intrat: &, ut manes adeat per Averna paternos,
 Orat. at illa diu vultus tellure moratos
 Erexit: tandemque Deo furibunda recepto,
 Magna petis, dixit, vir factis maxime, cujus
 Dextera per ferrum, pietas spectata per ignes.
 110 Pone tamen, Trojane, metum: potiere petitis:
 Elysiâsque domos, & regna novissima mundi
 Me duce cognosces, simulacraque cara parentis.

L.

101. Et Parthenopeia dextra Moenia deseruit, laeva de parte canori Aëlidæ tumulum.] Ita locutus est lib. septimo 357.

Æliam Phœniam à laeva parte reliquit.

Et octavo 220.

— & jam Junonia laeva

Parte Samos fuerat, Deloique, Paroique relictae.

Et rursus viii. 220.

Nam, præcæ Illyricis laeva de parte reliquit,
 Interdita mihi cornitur Italia.

Et quarto Fast. 285.

Tunc laeva Creten, dextra Pelopidas undas
 Deserit.

Ab his omnibus loquendi modis non admodum abest C. Julius Cæsar lib. v. De Bello Gallico, cujus hæc sunt: Cæsar, orta laeæ, sub sinistra Britanniam reliquam complexit. CIOPAN.

102. Laeva de parte canori Aëlidæ tumulum.] Hoc vix intelligitur, nam omnia hæc ad dextram Aeneas habuit, cum ab Sicilia in Latium navigat, sed aut in sinistra parte intelligemus Misenum, dum Neapolim tendebat Aeneas, tantum enim prominet Misenum promontorium: aut aliam quandam insulam Ovidium intelligere voluisse credimus, quam ad sinistram reliquerit Aeneas, in qua Misenum sepultum voluerit, at nihil asserueramus. GLAREAN.

103. Et loca feta palustribus undis.] Ulvis prim. Gronov. Noticus & tres alii, quomodo & Bernegger. pro diversa lectione, & Bersmanni codex. In Isole, 285.

Præterea Eumoniadas lavere palustribus ulvis.

Ubi simili modo in vulgatis peccatur. libro vi. Met. 345. gratantque palustribus ulvis dixit. libro viii. 336.

— iunctione lever, ulvaeque palustres.
 sic & ibi scribendum videtur. non ulvaeque lever
 iunctique. Virgil. quoque libro ii. Georg. 175. ul-

vam palustrem dixit. Vulturius fluvius apud Suetonium (Via Domitiana: Frontem mollis impetum ulvis, ubi male nimis legitur, quæ parum recte molles dicantur. uti jam a viris eruditis est observatum. apud Avienum Descriptione Oris 36. 34.

Nilas & immensos ulvum dispergit in agro.

ubi pessime ulvum legitur. Ceterum quod est tollum primus Palat. Graevianus alique quatuor, probe, ut litora Cumæa per appositionem sibi familiarem vocet loca ulvis palustribus feta. vide sup. 56. 48. HEINS. De ulva vide & ad lib. xi. 266. palustribus ulvis duo. loca fœda etiam Cod. Memar. vid. ad Rem. 570. BURM.

104. Fœcis Sibyllæ.] Videatur Gellius lib. i. cap. 19. De Sibyllis autem earumque numero & nominibus Lactantius lib. i. cap. 7. & Pausanias in Phœciis, qui Cumæam hanc Sibyllam, non Herophilam, sed Demo vocatam addit, utque autore Hyperochæ quodam, Cumæa civ. MIEVLL.

105. Et ut manes adeat.] Venit prim. Hamburg. & sex alii. Virgiliana locutio. ad manes venit Florent. S. Marci, mox, vultus mortui, non cultum moratum, Thuan. Oxon. sic. Palat. Medic. quart. & octo alii. HEINS.

109. Per ignea.] Ignem prior Gronov. & quatuor alii.

111. Elysiâsque domos.] Vocant Ἰλίου προπύλαι Athenienses, ut inquit Polemon, τὸ κατὰ ἐκτὸς ἑστῶτων. sive ut Hesychius & alii quidam, τὸ ἵσιον, καὶ ἑλῶν, ῥέπειον, ἀφῆρτον, ἀνίστατον, ἐκ τῆς ἰατρικῆς ἀπορροῆς οἱ ἱλίου, ἀπὸ τοῦ πρὸ ἑλῶν ἕξειν, quoniam ibi animæ a corporibus non solvantur, ut idem Hesychius ait: quævis Servius contra, qui ἀπὸ τῆς ἰλίου ἑλίου dictum putat, quoniam piorum animæ illic post corpus atque animæ solutionem ac discretionem habent. atque hoc alii circa Aegyptum statuerent, alii circum Oceanum, unde & bestorum insulae de eodem intellexerunt. Virgilius autem apud inferos 102,

Invia virtuti nulla est via. dixit: & auro
 Fulgentem ramum silvæ Junonis Avernae
 115 Monstravit: iussitque suo divellere trunco.
 Paruit Aeneas: & formidabilis Orci
 Vidit opes, atavosque suos, ambramque senilem
 Magnanimi Anchisæ: didicit quoque jura locorum;
 Quæque novis essent adenda pericula bellis.
 120 Inde ferens lassos averso tramite passus,
 Cum duce Cumæâ fallit sermone laborem.
 Dumque iter horrendum per opaca crepuscula carpit;
 Seu Dea tu præfens, seu Dis gratissima, dixit;
 Numinis instar eris semper mihi: meque fatebor

125 Mu-

sit, separatam atque distinctam ab eo loco, ubi novis puniuntur. MIEVLL. Domus tres libri.

112. Simulacraque cara.] Vera unus, magna alter Strozzæ, ut Virgil. vi. 654. Et nunc magna mei sub terras ibi imago. vana Francof. & Sprotti.

114. Junonis Avernae.] Id est Proserpinæ. quam etiam Junonem Lunam vocari in lapide apud Gruter. p. xxv. 8. credit Sertorius Orfatus in Marmoribus eruditus, nuper ab ejus nepote iterum editis. Epit. l. pag. 11.

115. Divellere trunco.] Devellere meliores. HEINS. Sed divellere rectius videtur, quia ab arbore discipitur & dilaceratur ramus, ut saepe sibi laterare vel laziare in hac re videtur. vii. lib. 11. 362. ubi antea trunco avellere 56. 358. dixit, & avampere. devellere vero est, depilare, vellere. vide Salmast. ad Capitol. Pertin. cap. 8. BURM.

116. Paruit Aeneas.] Annuit unus Patavin.

117. Vidit opes.] Mihi quod opes suspectum, nec scio quid sint hoc loco opes Plutonis: deinde non minus dure jungitur quod formidabilis Orci, quam Aeneas umbræque senili etc. quare suspicio: Pœtam scripsisse, Et formidabilis orco

Cernit avos, atavosque suos, umbramque senilem. hanc mihi suspensionem movet lib. vi. Aeneid. Virgili, ad quem hoc compendium suum exegit Noster. Quod autem formidabilis apud inferos fuerit Aeneas hinc patet,

Ut videt virum, fulgentiaque arma per umbras,
 Ingenti terrore metum.

Adde quod sere plerumque illud atavos solitarii non est. sic Virgilius vii. Aeneid. 56.

Tortus avis atavosique potens.

& lib. xii. 529.

Atavos & avorum magna sonantem.

& Noster lib. i. Amor. viii. 17.

Evocat antiquis proavos atavosque sepulchris.
 sed exemplis parco, ut in te notissima & culleber

obvia. SCHNEIDER. apud Tan. Fabr. lib. 11. Ep. 71.

117. Umbramque senilem: In Cælest. Vultum-

que senilem. CIOPAN.

118. Didicit quoque jura locorum.] Alluisse eum credo ad loca apud inferos, quos circulo vocant vi. Aeneid. lib. ceterum illud jura explicandum erat latius Commentatori. GLAREAN. Didicit quoque jura Cantabrig. sec. Palat. prim. Moreti, septem alii. Forte,

— didicit quoque jura locorum. HEINS.

121. Cum duce Cumæâ fallit sermone laborem.] In uno meo est, Mollit sermone laborem. Iluc videtur pertinere illud Publii, quod legitur apud Agellium lib. xvii. cap. 14. & apud Macrobi. lib. 11. Saturn. cap. 7.

Cumæa sacundus in via pro umbilico est.
 Et illud Varroonis Praefoparato: Laeva expectante Adria se iunior longum sermone levare. CIOPAN. In multis veterum, mollit. HEINS. Vid. ad lib. iv. 295.

122. Opaca crepuscula.] Siletia ex Veter. Cod. Politianus. Medic. & unus Basileensis. sic lib. iv.

435.
 Ducit ad infernas per muta siletia fides.

& x. 93.
 Carpitur acclivis per muta siletia trames.

Grætius, 56. 38.

Qua laevi cultor per opaca siletia Tibris
 Labitur.

ubi cultor ferri non potest: nam præcessit vers.

18. Latii cultor V. C. cultor, forte lotor, carpant quoque duo libri. HEINS. Sed opaca crepuscula hic capio de luce maligna, & simili crepusculo, quæ

apud inferos esse solet. sic obscura crepuscula, sed de vespera in noctem inclinante, dixit v. Fast.

163. inferos vero opacum mundum dicit v. Met. 527. BURM.

124. Atque fatorbor Manneris esse tui.] Ita aperte legitur in uno meo. At in aliis omnibus, Atque fatorbor Manneris habere tuum. Illam meliorem puto.

CIOPAN. Plurimi ex scriptis, etiam vetustioribus, Manner habere tuum, sed nil muto. vid. Gronov.

iv. Obs. 9. HEINS.

116. E-50-

125 Muneris esse tui : quae me loca mortis adire,
 Quae loca me vitae voluisti evadere mortis.
 Pro quibus aërias meritis evectus ad auras
 Tempa tibi statuum; tribuam tibi turis honorem.
 Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis,
 130 Nec Dea sum, dixit; nec sacri turis honore
 Humanum dignare caput. neu nefcius erres;
 Lux aeterna mihi, carituraque sine dabatur,
 Si mea virginitas Phoebo patuisset amanti.
 Dum tamen hanc sperat, dum praecorrumpere donis
 135 Me cupit : Elige, ait, virgo Cumaea, quid optes:
 Opratis potiere tuis. ego pulveris hausti
 Ostendens cumulum, quot haberet corpora pulvis,
 Tot mihi natales contingere vana rogavi.
 Excidit optarem juvenes quoque protinus annos.
 140 Hos tamen ille mihi dabat, aeternamque juventam,
 Si Venerem paterer. contento munere Phoebi
 Innuba permaneo. sed jam felicior aetas
 Terga dedit : tremuloque gradu venit aegra senectus;
 Quae patienda diu est. nam jam mihi saecula septem

145 Aëta

145 Aëta vides : superest, numeros ut pulveris aequem,
 Tercentum messes, tercentum mulla videre.
 Tempus erit, cum me de tanto corpore parvam
 Longa dies faciat : consumptaque membra senectâ
 Ad minimum redigantur onas. nec amata videbor,
 150 Nec placuisse Deo. Phoebus quoque forsitan ipse
 Vel non agnosceat, vel dilexisse negabit.
 Usque adeo murata ferar : nullique videnda;
 Voce tamen noscar. vocem mihi fata relinquent.

FAB. V. & VI. ARGUMENTUM.

Socii Ulyssis in feras.

Fidem in homines.

Aëtas, iter in Italiam tendens, ad b Icthygonas venit, ubi Mazarens Nereidas co-
mes Ulyssis adparuit, c congressusque eos est comitatus. Itaque cum exposuisset Aethae-
maides apud Cyclopem quae essent passi socii, similiter & ille d quae a Circe cum comite
horuglobo, qui potione accepta e in varias figuras commutati sunt : e ac novissime
 Uli-

126. Evadere mortis.] Nollit Vatican. prim. & Medic. tertius.

127. Ad auras.] In auras Gronov. & quatuor alii. ad horas Barb. & Medic. proventus unus. ad-ctus quinque. cæcus duo. caecus totidem. restus unus. pectus alius. ceptus Spon. decussus Argen- gene. aëtas Neap.

128. Vires juvenes.] Hincem Bernegger. sec. Palat. prim. Gronov. tert. quart. Medic. rectè nam sequitur, vites juvenes. mox pro Resisti Berneg- ger. & prim. Gronov. interpret. Hæss.

129. In pulvis hausti.] Respiratione Medic. & quatuor alii. in praesentis auri duo. in praesentis lux.

131. Ne melius.] Ne ex scriptis. Hæss.

133. Parvitas.] Parvitas quatuor scripti. vlt. ad lib. v. lit. 63.

134. Cumaea.] Cumæa Medic.

136. Pulvis hausti.] Sic Statius:
 Ille magis cæcis danti lumina pulveris hausti
 Oculis. Cæcæ. Sed hausti meliores editi & scripti.

137. Quæ habent opera pulvis.] Habent unus Medicæ ex mellonibus. Hæss.

138. Scilicet ut parvam.] Scilicet parvam alter Hamburg. unus meus & unus Leidensis plecet. Hæss. Vlt. ad lib. xiii. 64. unus etiam Helmii ex veteribus scriptis.

140. Hos tamen juvenes septem q. p. annos.

vide ad lib. vii. 268.

144. Nam jam mihi saecula septem.] Hæc Ovi- dius maximam partem ex ipsi oraculis Sibyllis videtur haussisse. Certe Sibylla Erithæa qui Phlegontem Trallianum libello anti Mantho vi- ficinatur paulo minus mille annos, sive decem, 70000 se victuram esse, nam ipsi Sibyllæ præ- sive generationes decem facere decem saecula. Ita annos mille, ex alio ejusdem Sibyllæ oraculo dem Phlegon evincit. quod de ludis Romanorum sit saecularibus: unde est colligere Erithæam in ho- manis ecclesiis, atque hinc oraculo omni mil- le mille solita. apertis dicitur de tali oraculo Sibyllam nostram Cumæam, sive Cumam. Erithæis oraculum facit, eandem oraculum ter- res fuisse designat. nihil ergo est cumam & Erithæa. Sed & Marcianus Capella dicit oraculum Sibyllas facit, aliam Erithæam. quæ & Cumæa dicta sit. aliam Phrygiam. Saecula dicit Erithæas continuit. quarum altera fuerit antiquior ut per illam Cumam intelligere videretur. nam ce- teri scriptores Cumam ab Erithæa fecerunt se- verum. sed hæc si sus puerer minuit. Nam de ipso apud Phlegontem oraculo videtur. It- veritas Sibyllis ab illo oraculo, quæ scripta sunt, pauca addidit:

Et dixit quæ præterit vata : per hanc
 Mantho pro in hæc oraculo dicitur.

Ναὶ τὴν αἰὲν ἀπὸ τῆς ἑρῆας ὑπερῆκεν αἰὲν,
 καὶ τοὺς μὴ φθόνους Ἀρεῶς ἰσχυροὺς οὖν
 Μανθῶντος πάλιν ἐκ ἀποκρίσεως ἰδέειν πῶς,
 Φυγὸν δὲ τὸν ἀποκρίσειν ἐν τῷ οὐρανῷ
 Ἐρῆας, ἀποκρίσεως ἀποκρίσεως ἰσχυροῦν.

ita enim recte veras illi mendosissimi a visis eru- ditis emendantur, qui apud Phlegontem exstant valde inquinati. quod subdit Næto, vocem mihi fata relinquent, ex eadem Sibylla est:

Τὸ δ' ἴσα μὴ φεῦδ' ἢ μὴ ἐς ἄρα πρὸς δῶρον,
 Μανθῶντι ἐν τῷ οὐρανῷ ἰδέειν ἂν ἴσῃ
 Ἐρῆας ἐκ ἀποκρίσεως ἀποκρίσεως.

& quæ sequuntur. Deinde subdit, corpus sibi in- sepulchrum fore, variisque e tabe cadaveris relictis herbas orituras, quibus passæ pecudes albesque hæc voce, illæ sibi ventura populis designent. Minor hoc fragmentum in collectione Sibyllonum carminum ab Olopoeco digesta non compe- tere. Nam alterum illud de ludis saecularibus ex Zozimi Historia, non ex Phlegonte, illic profertur. Hæss.

145. Numerus ut.] Numero sub pulveris aequas Florent. S. Marc.

146. Videre.] Videre unus Basil. Hæss. Sed Pitecan. lib. vi. p. 711. citat videre.

148. Faciet.] Faciet. & mox, redigantur pro redigantur. Neap. Urbin. prim. Palat. prim. Vati- can. Cantabrig. prim. Erfurt. tert. Medic. Arond.

& multi alii. bene. Hæss.

151. Agnosceat.] Cognosceat Oxon. Medic. & quin- decim alii.

153. Relinquent.] Relinquant Thyss. relinquant tres alii. Ita relinquent Leidensis unus.

a Ita tendens.] Virg. Æneid. vi. 210. Tendere iter penitus. MUSENER. Vid. ad Ovid. ii. Met. 517.

b Icthygonas.] Icthygonas Colen.

c Congressusque eos est comitatus.] Mi. congressus- que est comitatus. MUSENER. In Colonienſi hæc ita exhibentur, Comes Ulyssis exponit Aethæonem, mi quondam de fecis ab Æneæ ex Sicilia (ubi erat reliquæ) naves, & a se insperato agno, quanto a Cyclope Antiphate passi fuerunt, qualiterque a Circe accepta potione in var. fig. mutati essent.

d Quae a Circe.] Quae non habent Parm. Lugl. quæ apud Circei Raener.

e In varias figuras.] In porro Raener.

f Ac novissime.] Ita Codex Mf. Venet. vò ad non habet. Micyll. quodque necessitas. sed nobis satis visum est repræsentare lesionem scripti li- bri, in quo & mox ibi vocis ostendit, non co- venit, ut Raenerius dedit. vide not. ad Lib. iiii. Fab. 3. MUSENER. Ac non est in Parm. Lugl. sed eo venit in omnibus. Colonienſi sciamemita, Novissime autem ab Ulyſſe recuperati, passicenti pro secleris: res- sificatione comobita, & per avari satiam apud cum duce monente. In quo tempore dicitur si dicit de sa- tis Dea, quæ sequuntur.

g Re-

Dddd

Ulixes h remedio Mercurii ibi venit, & socios h recuperavit. Ex eo Circei juvenit se in matrimonium. h Monitque Aeneam, ne litoribus Circeas accederet.

155 Talia convexam per iter memorante Sibylla, Sedibus Euboicam Stygiis emergit in urbem Troius Aeneas : sacrisque è more litatis, Litora adit nondum nutricis habentia nomen. Hic quoque subfiterat post taedia longa laborum Neritius Macareus, comes experientis Ulixci. 160 Desertum quondam mediis qui rupibus Aetnae Noscit Achaemeniden : improvisoque repertum Vivere miratus, Qui te casusve, Deusve, Servat Achaemenide? cur, inquit, barbara Grajum Prora vehit? petitur vestrae quae terra carinae? 165 Talia quaerenti jam non hirsutus amictu,

Jan

h Remedio Mercurii.] Illud remedium μάλον vocabatur, de quo vide quae annotati ad Hyg. Mythol. cap. 125. Homer. Odyss. K. v. 304. Πίζην μὲν μάλον ἔσπευ, γάλακτι δὲ εἰσέλεον ἄλλοις, μάλον δὲ μὲν καλέουσι τοῖς. Schol. Βορῆος εἰς τὴν πρῶτην τοῦ Ἰλιάδος, ὁ ἔστιν ἀφροδίτην τὴν Φόρμακα. Φησὶ δὲ τὸ Ἰλιάδος τῆς ἡμέρας τῶν πέλει ἰσχυρῶν ἐπιφέρειν τῶν ἀποκρίων. ΜΥΡΚΕΡΑ.

h Recuperavit.] Recuperavit ab eadem Circe pristinae formae restitutus Raener.

i Junxit se.] Junxisse se Lugd. Micell. qui &, ex loque.

h Monitque.] Monuit deinde Raener.

155. Sedibus Euboicam cinerit in urbem Trois Aeneas.] In quibusdam veterum, Emergit, non Emergit, CIOFAN. Emergit meliores, mox, è more pro ex prim. Reg. & tres alii. HEINS.

158. Hic quoque.] Hic ubi Basil. His quoque alius. consulerat duo.

159. Neritius.] Hunc verum citat Priscian. lib. v. p. 723. qui habet Macareus, & Ulixci scribendum esse docet.

160. Desertam quondam, etc.] Ita libri scripti: vulgati quidam, Desertamque olim. CIOFAN.

160. Medius in rupibus Aetnae.] Medius qui prim. Erfurt. & alii duodecim. In rupibus S. Marci, Bernegg. prim. Hamburg. tres alii. HEINS.

162. Quis te.] Quis te S. Marci, Neapol. prim. Hamburg. tert. Medic. & Sixii. mox, vestra carinae, non vestra carina, Oxon. sec. Plat. & alii quatuor. Idem. Quis an quis praestet vid. ad Phaeac. l. Fab. 13.

164. Vedit.] Vedit unus Heinsii.

165. Hirsutus amictu.] Amictu tert. Medic. Puto, amictu. HEINS.

166. Concreto tegmine.] Duo libri mei atque unus Vatic. habent, Concreto tegmine. CIOFAN. Confuto Thuan. & unus Moreti. emendo unus meus. conjecit alter Erfurt. concreto unus Moreti. conferto tert. Bonon. & emend. conferta quomodo & unus Argent. confertus Urbin. & prim. Bonon. sed conferto non mutandum. videndus ad Scholium Salmatius pag. 187. Tacitus de Morib. Germ. Tegmine omnibus sagum, stula, aus si desit, spica confertum. Virgil. III. 594. de eodem Achaemenide,

Concretum tegumen spinis : at caetera Grajum, ita veterrimus Florent. vulgati, regem. Emendatio transeu Marcianna Capellam libri IV. initio, Verum damalibus hirta sentis nescio quid estis explanabile loquebatur. ubi damalibus suis prope tam nunc dicitur. ipse Marciannus libro VI.

Hanc ego credideris sentis spinisere monenti, Neque hirta crura vellere apud B. Paulinum carmine de Joh. Baptista. 4. Vestis erat curvi scis conferta cameli.

HEINS. Recte vindicavit conferto Heinsius, quod & est in Francof. Suet. Galb. cap. xviii. Concretum gemmis & margaritis molle. & Tacit. l. III. 79. Id principibus & nobilissimis cuique regum, ferreis laminis aut praeduro corio confertum. Lucan. IV. 490.

Conferta jacent cum coepera campo. Busa.

169. Haece mihi ni potior domus est.] Quisquam hoc videtur, sed intellectu levatur. nam inprocuratur sibi in Polyphemi antrum restitum, si non dixerit verum, nempe Aeneae domum ipsi potior, quam sit vel proqua, vel Ulyssis navis, ut rectè exposuit Raphael. Ergo potior, scilicet quam mea. GLAREAN. Plerique veteres libri, ni potior, CIOFAN.

Jam suus, & spinis conferto tegmine nullis, fatur Achaemenides : Iterum Polyphemon, & illos Adspiciam fluidos humano sanguine rictus; Hac mihi si potior domus est Ithaceque carina; 170 Si minus Aenean veneror genitore, nec unquam Esse satis potero, praestem licet omnia, gratus. Quod loquor, & spiro; coelumque, & sidera Solis Respicio, (pollimne ingratus & immemor esse?) Ille dedit, quod non anima haec Cyclopi in ora 175 Venit : & ut lumen jam nunc vitale relinquam; Aut tumulo, aut certè non illa condar in alvo. Quid mihi tunc animi (nisi si timor abstulit omnem Sensum animumque) fuit; cum vos petere alta relictus Aequora prospexi? volui inclamare; sed hosti 180 Prodere me timui : vestrae quoque clamor Ulixis Pene rati nocuit. vidi, cum monte revulso

Im.

CIOFAN. Haece mihi plurimi veteres, nonnulli etiam, Ithaci atque prior Twilicenis, Ithaca atque. unus Moreti. Sicutaque Scribe cum Nangerio & Gronovio, Hac mihi si potior domus est Ithaceque carina. si vel Ithace potior mihi domus est hac carina. potest etiam legi, idque probabili conjectura, Hac mihi si potior domus est Ithaca carina. HEINS. 170. Aenean.] Aenean vetustiores. Idem. 172. Et lumina solis Aspicio.] Et sidera solis Respicio S. Marci, Neapol. Bernegg. cum aliis nonnullis. sic & lib. IX. 286. sidus pro Sole.

cum partus adesset Herculis, & Aeneam premeretur fidere signum. Inven paulo post de quo sequitur. idem possimne, pro possimne. Propertius libro II. Eleg. XX.

Cum te tam multi petrent, tu me una petisti. Possim ego naturae non meminisse tuae?

Sideraque & sidera caeli prim. Bononiens. IDEM. Vid. quae ad Petron. cap. cxxix. & ad lib. VI. 32. notavimus: quamquam & passim lumina solis dicant poetarum, ut Noster lib. I. Met. 135 & 767. vide Lambin. ad Lucret. l. VI. 5. pro officio mallei, suspicio, si libri addiderent. ut suspicere coelum lib. XI. 506. BURM.

176. In tumulo.] Aut tumulo ex melioribus scribendum. nam ut alia significatione praecesserit. Poterat & reponi, Quod tumulo. HEINS.

176. Illa condar in alvo.] Heinsius malebat, illam condar in alvum, & solere nostrum fere condere in alvum dicere notavimus ad lib. III. 236. ita & mox VI. 209. Avilam condabat in alvum. nihil tamen contra libros hoc loco temere mutem. nam hic condere est sepelire, & ita in sepulchro condere Cicero & alii dixerunt Justin. XII. 15. Corpus suum in Hannibalis templo condi jubet.

ubi & templum habent Mff. Suet. Aug. tot. Reliquias in Mausoles condiderunt. ubi tamen alii sine praepositione in; ut etiam saepe solet fieri. nam ita idem Suet. Ner. 50. Reliquias gentili Domitiorum monumento condiderant. & sic alii. eadem varias lib. VI. Fast. 459. in illa, vel illam, conditur. BURM.

177. Nisi timor abstulit omnem Sensum animumque.] Ita in plerisque legitur, sed quia repugnat verius, alii addunt non, ut sit: Nisi non timor abstulit omnem Sensum animumque. Atqui dubitari potest, utrum magis legendum sit, nisi quod. nam hoc sententiae magis respondet. vult enim indicare omnem sensum atque animum ademptum sibi fuisse timore ac metu. MICELL. Libri scripti, nisi quod timor. CIOFAN. Nisi quod etiam multi. sed nisi si phaimi, de quo vid. ad Epist. IV. III. & alibi saepe.

177. Quid mihi tunc animi.] Nunc animi Basil. unus & Leid.

179. Volui inclamare.] Volui clamare etiam plurimi. dederit me tunc unus Medic. me meturp. Gron. & tres alii.

180. Vestrae quoque clamor Ulyssis, Pene rati nocuit.] Alludit ad id, quod apud Homerum significatur, Odyssae nono, ubi Ulysses, navi ausugens, Polyphemum clamando & indicando quoniam ipse esset (nam se Neminem antea dixerat) in se irritat. quare jactu ingentis saxi pene & ipse & tota navis ab eodem Polyphemo obruta. Versus Homeri sunt. Od. I. 480.

Ὅτι ἐπέλεον, ἃ δ' ἔπειτα χαλῶσται νεσθὶ μάλλον, ἢ καὶ ἀπὸ τῆς κορυφῆς ἔσπευ με; ἄλλο, καὶ δὲ ἄπο τοῦ πηπέδατος τοῦ νεωσοτήριου, Τυτὸν ἐδόνον δ' εἰς τὸν ἄνεον ἰδὲ τὰς, &c.

MICELLUS. In duobus meis, Vestri quoque clamor, Ulyssis, pari Latini & x, quod magis approbo. Te-lla-

D d d d d z

Immanem scopulum medias permittit in undas.
 Vidi iterum, veluti tormenti viribus acta,
 Vassa giganteo jaculantem saxa lacerto.
 185 Et, ne deprimeret fluctusve lapisve carinam,
 Pertimui; jam me non esse oblitus in illa.
 Ut verò fuga vos ab acerba morte removit;
 Ille quidem totam fremebundus obambulat Ætnam,
 Prætentatque manu silvas; & luminis orbem
 190 Rupibus incurfat: foedataque brachia tabo
 In mare protendens, gentem execratur Achivam,
 Atque ait: O si quis referat mihi casus Ulixen,
 Aut aliquem è focus, in quem mea faeviat ira,

Vil.

stat enim Phiarachus, Romanos, Ulixes, non Ulysses, scripsisse. Quo modo perpetuo scriptum est in veteribus libris. CIOFAN. Ita etiam quinque scripti. *†* *†* Regius unus & editi quidam.

181. *Vidi cum monti revulsam humanam scopulam.* Libri scripti, *Vidi cum à monte revulsam*, & reliqua. Quod aliquando rectius suspicor. Nam superius eodem modo locutus est: lib. XII. 341. *Saxumque è monte revulsam Mittere conatur.* Et lib. XIII. 882. *Partemque è monte revulsam Mittit.* CIOFAN. *Revulsa* S. Marci, Neapol. & sec. Strozacæ. pro *convulsa* paulo ante *prospexi* prim. Hamburgensis, sec. Palat. & quinque alii. HEINS. *Revulso* cœtum, vid. lib. XI. 554.

182. *Permissit.* Projicit unus Moreti. Eiusdem Voss. *transiit* Junian.

185. *Ne deprimeret.* Deprimerent unus Medic. HEINS.

187. *Ut verò fuga vos ab acerba morte reduxit.* In duobus Vatican. & Farnes. *Ab acerba morte removit.* Illo modo Virgilius quoque lib. IV. 375. *Scelusque à morte reduxit.* CIOFAN. *Removit* prim. Pal. prim. Vatic. Cantabr. prim. Gronov. Urbin. Avond. prim. Moret. aliique multi. *redemit* sec. Vatic. & duo alii. *an diremit?* ut lib. XII. 535. ubi eadem diversitas. *revellit* tert. Medic. *revulsi* unus Bonon. puto, *fuga vos ab acerba morte removit*, vel *redemit*. in priore quidem Hamb. à *certa* morte. libro V. 28.

— *enimque*

Non tibi, sed certa praelatum intellige morti. *certa mors* frequenter occurrit in Ligurino Guntleri. apud Virg. Æn. II. 62.

Sux versare dolos, seu certae occumbere morti.

ubi *certe* perperam legitur. HEINS. Sed *acerba mors* hic recte ponitur, quia in mari perire acerbum admodum & detestabile habebatur, ut a pluribus jam notatum. vid. Ampl. Cuper 1. obi. S. & Obsev. Hallens. tom. VII. obi. V. & quos olim ad Petron. cap. CIII. laudavimus. BURM.

188. *Gomebundus obambulat.* Rectius in Sprottiano, *fremebundus*. alter Hamburg. *tremebundus*. proxime verum. Vide lib. IX. 208. lib. XII. 178. de Achille

— *curru fremebundus ab alio*

Deflit. HEINS. *Tremebundus* Francos. qui & *tota Aetna*, ut infiniti alii; quod defendi potest ex lib. II. 851. ubi, *in teneris herbis obambulare dixit*. ceterum Beroald. ad Sueton. Tiber. cap. 25. ubi docet, *obambulare* esse ultro citroque ambulando discursare, citat *nocturnus obambulat*, an vitio memoriae, an ex scripto quodam codice, nescio. BURM.

189. *Pertentatque manu silvas.* Melius Platini, *Prætentatque manu silvas*. DAN HAN. *Prætentatque* ex melioribus. mox etiam, *prætentans* nonnulli cum S. Marci codice. Sed postremo illud non admitto. HEINS. In Ibid. 239.

Trepidantque ministri

Prætentans baculos, luminis orbem, iter. Vid. Broukh. ad Tibul. II. 1. 77. & de verbo *prætentare* vide Heins. ad Claud. II. in Rufin. 47. ubi eadem erat varietas. & Barth. ad Stat. I. Theb. 369. BURM.

190. *Incurfat.* *Incurrit* Medic. *impulsat* Gronov. *occurfat* Mf. Bersin.

192. *Ulysses.* *Ulysses*, & à *faciis*, non ex melioribus. HEINS.

193. *In quem.* In quo Vatican. Palat. Gronov. & sexdecim alii: ut lib. V. 546.

Nimumque in pallice sacvae vid. ad Quinctil. Decl. XV. 6. & supr. ad lib. IX. 274. BURM.

194. *Viventia dextra.* *Vivacia* prim. Gronov. & sec. Pal. hoc est lente morientia. ut lib. XII.

Vivacemque animam missis elidite fluvii. lib. XIII. *vivacem animam* dixit. *vivacem* Sibyllam hoc ipso libro. *vivax* solum I. I. *vivax* gramen lib. VII. *vivacia sulphura*, & *vivacem tarantam* lib. II. III. & VII. & *vivacia acuminata* lib. HEINS.

195. C

Viscera ejus edam, cujus viventia dextrâ
 195 Membra meâ laniam, cujus mihi sanguis inundet
 Guttur, & elisi trepident sub dentibus artus;
 Quam nullum, aut leve sit damnum mihi lucis ademtæ!
 Haec, & plura ferox. me luridus occupat horror,
 200 Crudelesque manus, & inanem luminis orbem,
 Membraque, & humano concretam sanguine barbam.
 Mors erat ante oculos; minimum tamen illa malorum.
 Et jam prensurum, jam jam mea viscera rebar
 In sua mersurum: mentique haerebat imago
 205 Temporis illius, quo vidi bina meorum

Ter

195. *Cujus mihi sanguis inundet guttur.* Sanguine prim. Ambros. ut apud Virgilium lib. X. 24. *Et inundant sanguine fossat.* HEINS.

196. *Trepident.* *Trepident* Basil. non male. sed vulgatum tuctur imitatio Virgiliana. lib. III. 627. *Et trepidi tremorent sub dentibus artus.* pro *elisi*, avulsi Basil. *illasi* Vaticana.

198. *Occupat horror.* Plurimi e scriptis, *error*. quod de caligine, quae oculis offunditur, ut morientibus solet, capi potest. vid. ad Val. Flac. VI. 277. eadem varietas apud Virgil. II. Æn. 559.

At me cum primam sacrus circumfessit horror. & alibi. BURM.

200. *Crudelesque manus, & inanem luminis orbem, Membraque, &c.* In iisdem libris, atque in meo antiquiore, haec duo carmina ita collocata sunt:

*Membraque & humano concretam sanguine barbam
 Crudelesque manus, & quae sequuntur.* Res, ut mihi videtur, parvi momenti. CIOFAN.

201. *Membraque.* *Tò membra* hic nimis generale & remorum ab oculo, ore, barba & guttibus mandentis, quibus hic inhaeret Poëta; quare vix dubito quin scripserit *mentaque*. non enim *to mentum* & *barbam* hic minori gratia jungi posse putem, quam apud Virgilium lib. IV. ubi de Atlante loquitur: ac si quis quaestionem nobis movere velit, si *menta* aeque ac *mentum* ponatur, is audiat Virgil. in VI. 869. *nosce crines iacanaque menta.* SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

202. *Mors erat ante oculos.* Hoc hemistichio quoque usus est Epist. X. 55.

Mors erat ante oculos, & opam Lucina negabat. Et Lucanus ab ipso id accepit, cujus haec sunt lib. IX. 761. *Sed tristior illa mors erat ante oculos.* CIOFAN.

203. *Minimum tamen ipsa doloris.* Ordo est, ipsa mors. minimum tamen, id est minima pars doloris, erat ante oculos. sensus autem talis mors (si dolorem consideres, quem mortis imagine mens

mea sustinebat) minima erat doloris portio; ac pene nihil: quia mori desiderabam; sed tam durum mortis genus formidatum. hoc autem declarat inferius, cum ait. *mortemque timens, cupidusque moriri.* CONSTANT. L'AN. *Afferbat, eratque* subauditur, se autem ex morte, quae sibi inflare videbatur, minimum doloris cepisse Achemenides ait, quod videbat Polyphemum, oculo privatum, suae crudelitatis poenas dedisse. REGIUS. Aut potius, quia timore sensus atque animus illius ita impediti erant, ut morte minimum moveretur, dum cetera quae viderat, quanquam metuebat, sibi ipse ob oculos ponebat. quin & mortem optaret potius quam cetera illa sustineret. quod autem mox sequitur. *Visceraque & carnis, cumque albis ossa medullis* apud Homerum his verbis dicitur, *Odys. I. 292.*

*Ἦτος δὲ ὄσο λέων ζοῖντοφες οὐδ' ἀπέλαυνεν
 Ἔγχετά τε, σάρκας τε, καὶ ἕξιν μελόωντα.*

MICYLL. In duobus Vatican. *illa malorum.* In uno meo est, *Minimamque habet ipsa doloris.* CIOFAN. *illa malorum* multi ex antiquis. quod magis aridet. HEINS. *Minimum tamen ante malorum* Tribi. nas. ut apud Virgil. I. Æn. 198.

Neque enim ignari sumus ante malorum. Ubi vide Servium & alios. *laborum* etiam Basil. de usu istius *minimum* vid. ad Quinctil. Decl. II. I. ita & lib. XIII. 76. *minimum est hoc laudis.* idem autem vult, quod I. Trist. II. 51.

Neq. letum times, genus est miserabile leti. BURM.

203. *Prensurum.* *Pressurum* Junian. & duodecim alii. *pransurum* Balthol. Palat. Sprotti & unus Moreti.

203. *Jam nunc mea viscera rebar.* *Jam jam* castigatioribus. pro *morsurum* Graevianus, *versurum.* HEINS.

205. *Quo vidi bina meorum Ter quater affigi.* Post *ter* distinguendum videtur, binus identem arripiens Polyphemus, quanquam dura est compositio, quemadmodum & sequente item carmine, *den*

D d d d d 3

Ter quater adfligi sociorum corpora terrae.
Quae super ipse jacens, hirsuti more leonis,

Vil.

dum super ipse jacens, denique hoc quoque annotatione non indignum, quod viscus omnes exponunt carnem, cum Poeta hoc in loco connectat, Visceraque & carnes, sed, quantum mihi videtur, illud Hom. Odyss. 1. exprimere voluit.

Εἴκατ' ἑ, σάρκας τε, καὶ ὄσσε μωλδόνεζ.
GLAREAN. Plerique post ter distinguunt, ut sit sensus, quo tempore vidi quater affligi terrae ter bina, hoc est sex corpora meorum. quoniam is numerus eorum, qui a Cyclope lanati fuerunt; ab Homero traditur. Sed tamen & altero pacto recte legi videtur posse, ut ter quater conjunctim accipiantur pro multipliciter, seu multis vicibus, ut apud Virgilium, Terque quaterque beati, ut sit sensus, quam vidi singulis videlicet vicibus bina meorum corpora, terrae multipliciter ac saepius illisa, ab illo devorari. Sed haec leviora. NUCYLL. In plerisque Mss. non bina, sed viva meorum corpora legitur. Quae castigatio nemini non statim ariserit, quandoquidem sex omnino, non duos tantum, Ulyssis socios a Polyphemo laceratos Homerus tradiderit: sed cum Virgilius ipsum etiam Achaemenidem, eandem Cyclopi immanitatem ita narrantem, indicat, lib. III. 623.

Vidi quatuor de numero cum corpora nostro &c. veram utriusque lectionem esse tuendum est, atque ex Homero sumptam demonstrandum. Quod tantopere Servium torit ita enarrantem, *Homerus dixit quatuor a Polyphemo interemptos*. Ergo vel dissensit, vel dixit duos vidisse, sed quos occiderit, negare. Primum enim quis putet, praesertim in eodem antro Achaemenidem duorum caedem vidisse. reliquorum non vidisse? Fuga certe sibi non contulit, cum nec pareret ciliugium, ingenti lapide spectacula obstruenda. At in vasti antri diverticula providus fortasse secessit. Egregia scilicet laus, in lutebram se indecorem concessisse, vel Trojanis, atque adeo ipsi Aeneae apud Maronem vel Macreone apud Ovidium, referre. Neque illud etiam intempertivum, faciem saltem ab adspectu miserissimo avertere. Sed an, quis visum sibi, ignoratam quoque eorum numerum putemus? Praesertim sociorum atrocitateque peremptorum, ac tandem inter paucos? dicendum igitur ad Virgilianum cimen alluisse Ovidium. Nec intelligendum duos tantum, sed duos ipsos simul, eodemque rotatu lecto datos. ut hinc & indignitatem geminam facinoris, & violentiam vastitateque corporis in antropophago Polyphemo miremur, terroreque incensus gravior expramatur. Homerus quippe duos primo, duos inde alios, duos item postremo lanatos absumptosque enumerat. Et hoc est praeterea, quod bina corpora saepius afflata solo Naso ait; manifestius etiam non nihil atque explanatius. licet Maro manus magna non frustra addiderit. Intellectu

ergo, quem indidimus, duo apud nostros corpora, sex ipsi quidem, non simul pariter, sed per vices mactati, significari possunt. MARIANG. de cois. in Diatribis. viva etiam multi codices.

207. Cum super.] Quae super idem. HENR. 208. Canque albis ossa medullis.] Canque est sec. Palat. & meus chartaceus. canaque ipsi Cantab. prim. Moret. & sex alii. placet tō est, ut in illi Virgilio IV. Aen. 66.

— est mollis flamma medullas.
Vorare Caesilius Firmianus dixit in Catalectis Pithoei de Livore, intus vorat ossibus medullas. PAUL. Stich. II. 11. 16. peredere medullas dixit; ut Ilicius Pontanus ad Macrobiū lib. VI. cap. 1. legit:

At ego perii, cui medullam lestito peribit.
P. Quid ego, cui misero medullam voratis perilla fames?
apud Catullum carm. xxxv. 15. ignis intus vorat edunt medullam. Horat. Epod. V.
Exesa uti medulla & aridam jecur
Amoris estis poculum.

Ita scribo. Nam vulgati, exerta. Latinius, Paganus, Crispinus, Torrentius, Exfusta. in illo Juvenalis Sat. VIII. 90.

Ossa vides Regum vacuis exsusta medullis.
Sed ibi allegorice locutus est. scripti fore omnes, exfusta, vel exsecta. Nisi exsecta dixerit Horatius, ut comesto patrimonio Sallustius, quod ex illo à Grammaticis citatur. & apud Cicero. pro Cluentio. Celerius comestum quam opimum. & sine archaismos hujusmodi multos in Epodis Horatius adhibuit. esurire etiam dixit in Catina Plautus. IV. 1. 10. & uras hominum ambrosicas Ammianus Marcellinus libro XIX. siccam dixit medullam Propertius lib. II. El. XII. quae exesa est Horatio.

Excedit labor, & miseris secessiva senectus,
Valerio Flacco l. IV. 570. Castigandus ejusdem loci libro V. 364.

Sic ait, at Juno pulcherrum longissima quando
Rebur cura ducis, magnisq; edere labores,
Mole nova, & roseae persudit luce frontatae.

Inepissime & contra auctoris mentem deducere legitur. Sed hoc doctissimo Gronovio jam monitum in Observationibus serus deprehendo. apud eundem Valerium libro III. 563.

— multaque viri constantia corda
Est dolor.

ubi Fere dolor nunc legitur. minus bene. quomodo & apud Nostrom lib. I. Pont. El. I. illo versu,
Esur ut ocella citata teredine navis,
Esur ut ocella citata teredine navis,
multi codices Feras agnoscent. Stet. Theb. II.
Esolare animum dolor iraque.

Odit urbem exulare apud Maronem. Aeneid. V. 185.
Exalti cura, miserere, media, ira, dolore, fundere est opium auctoribus. Exesi angor apud Lucanum

Visceraque, & carnes, cumque albis ossa medullis,
Semanimisque artus avidam condebat in alvum.

210 Me

STATI. III. 1006. Statius lib. II. Silv. I. 154.
Quamvis est, Fata, tamen quod non mors lenta juvenis

Beati perire dicit.

Esolare apud Apulejum Met. VIII. pro assiduo rei Verecae usu exhaurire: Et heus, ajunt, carnos solus excedis tam bellum scilicet pululium, sed nobis quosque tui pulvibus nonnunquam impertias. sic apud Caeciliū, quanquam alia significatione, Quid tibi juvenem cesses, quem assidue excedant? quomodo exsistat idem Apulejus ejusdem libri initio: Eui in proxima civitate juvenis natalibus praenobilis, voce clarus, pecunias simul satū locuplet. Ita ex optimis membranis Florentinis ista constituta sunt loquere vulgo, equo clarus & pecunia &c. subjungit Apulejus, sed luxuria popinalis, scortisq; & divinis potationibus exsistatus, atque ob id fatuosus latronum mala scivimus, nec non etiam manus infectas humano cruce, Thrasyllus nomine. Peperam nunc legitur, diurnis potationibus exercitatus, & postea manus infectus, quod duriusculum. Vult autem Apulejus, eum assiduis peygraecationibus ad paupertatem atque ad inopiam redactum fuisse, ac proude latrocinis sese addixisse. ita enim solet decoctores, qui rem scortando & lupanariis incumbendo proslargunt. tō exercitatus, causam non exprimebat, cur latrocinis sese addixisset Thrasyllus. Certe cum estiare Noster non uno loco dicitur alibi, cur exsistare alienum sit ad ejus genitum video. libro primo, Eumque avide estiantesque faciens. libro IX. Canes affluos abjecta per agras estiare cadavera. nisi I. II. sic exsistare legendum. ut editio prima exsicare. in Palat. estiare. Flor. estiare. libro X. nec tantillum commotus, securus estiare. & alibi, qui locus nunc non succurrit. Uti sunt eodem verbo Cato libris de Re Rustica, Mosis, Cellius, alii. Quod sequitur, idque sic est, & fama dicebat, aut tollendum est pro glossare, aut scribendum, Inque hic erat, ut & fama dicebatur. Sequentia apud eundem Apulejum pessime se habent. quae sic in integrum restituta sunt ex membranis & primis editionibus. quod miror non observatum a tot viris eruditione conspicuis: Hic, cum primum Charite nubendo mactasset, inter praecipuos praesens summo studio petidit ejus (dele tō ovis) manus obicit. & quanquam veris omnibus id genus viris (vulgo is genere viris) antiphetes, eximisque muneribus parentum iudicium, morum improbatas, (vulgo patres inuitaret, iudicio morum improbatas) repulsa voluntaria fuerat aspersus. id genus elegantis Graecistha. sic initio libri IX. Nec pauca rerum apparatus didari, mensas & id genus, impetu suo collido atque desurbo. ita enim vere in scriptis codicibus ac primis editionibus locus ille constituitur, cum vis

& id genus in vulgatis libris defiderentur. libro I. Florid. Risere Musae, cum audirent hoc genus vimina. Consonius praefatione: Manera ex auro vel argento, caeteraque hoc genus blandimenta fortune inhiat is, qui vulgo dicitur vocatur. cap. XII. Non Apollini cithara, non Musis tibiae, caeteraque id genus essent attributa. morum improbatas plane Apulejanum est, quem elegantissimam locutionem fastidiose interpretes ad unum omnes rejecerunt. Ne dubitari tamen possit, de Apulejani ipsius libro. Quod aetatis vobis sum approbatus, me vixisse gaudeo. quanquam, ne quid dissimulem, illic relictis malim, Quod id aetatis vobis sum approbatus. morum improbatas eleganter, & Apulejano more: qui secundum casum in deliciis habet, ut alibi pluribus adstruimus. posset & peccatoris manus obicit legi. ut infra, Ad limam consilii peccatoris dissulsi desiderium. & mox, improvidae voluptatis detestabilis peccator. Sed ad rem. quemadmodum edere & excedere medullas supra habuimus, sic peredere medullas dixit idem Apulejus Met. VIII. loco insinuerit depravato, At illa parentum suorum aliquam reverentem, in-vita quidem, verum religiose necessitati succumbentem, vultu non quidem hilario, verum paulo serenior obicit, ut videbatur (lege jubebatur ex priori editione & scriptis) viventium munera, prorsus in pectore, imo vero penitus in medullis, lactu ac maerore carpebat animam, & dies totos totaque noctes insonabat luctuoso desiderio, & virginem desuelli, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixa servitis divinis percolens honoribus, ipso sese slatio creuabat. Nemo, opinor, non videt, quam inconcinna sint illa, prorsus in pectore carpebat animam. Opinor itaque scribendum esse, perego pectore, imo vero penitus medullis. sic apud Maronem, Quas male sanas amor crudelis tibi perdidit. quod paulo ante dixerat, Per ossa delapsam narivis amorem. ut & illic corrigo, doersus fuget. Deinde scribendum, affixa sacrificio, non affixo servitio. Pro eo, quod proxime apud eundem Apulejum sequitur, Thrasyllus vero praecipis & temerarius, in optimis membranis & primis editionibus legitur hoc modo, Sed Thrasyllus praecipis alioquin, qui & de ipso nomine temerarius. Scribe, sed Thrasyllus praecipis alioquin, & re & ipso nomine temerarius. Eleganter aliud ad Thrasylli Graecum nomen, quarum allusionum pleni sunt scriptores optimi; imprimis notter Naso, qui passim hasce delicias profert. sic in Amoribus, Est quaedam nomine Dyphas anus. Ex re nomen habuit atque ita saepe alibi. Expunxerant pro glossato venustatem Apulejano loco unire addentes voces tres quatuorve: Sed Thrasyllus praecipis alioquin, & re & ipso nomine temerarius, proutquam dolerem lacrimas satiare, & peccatoris venteris refideret favor & sensum nimistatus jeno staccosset lactus. perpe-

210 Me tremor invasit. slabam sine sanguine moestas:
 Mandentemque videus, ejectionemque cruentas
 Ore dapes, & frustra mero glomerata vomentem,
 Talia fingebam misero mihi fata parari.
 Perque dies multos lacitans, omnemque tremifcens
 215 Ad strepitum, mortemque timens, cupidusque mori,
 Glande famem pellens, & mixta frondibus herba,
 Solus, inops, exspes: leto poenaeque relictus,
 Haud procul adspexi longo post tempore navim:
 Oravique fugam gestu, ad litusque cucurri:
 220 Et movi: Graiumque ratis Trojana recepit.
 Tu quoque pande tuos, comitum gratissime, casus,
 Et ducis, & turbae, quae tecum credita ponto est.
 Aeolus ille refert Tulo regnare profundo;

Ae.

iam nunc legitur, & in *sejunctivis* scio *facisset* *lactus*, de quo jam dixi Met. x. St. 194. *perjura* igitur *refert*, quomodo idem eodem libro, *adela* *caetera* dixit. *Perlongi* *temporis* *cruciatum* ita *caribus* *atque* *isus* *viscibus* *adhesi* *omnino* *consumpta* *manduca* *malorum*, ut *essa* *tantum* *viduata* *pulpis* *frangit* *ambrosi* *adhuc* *erant*. sic & ibi scribendum, cum vulgo legatur, *omnino* *consumpta*. *Perjura* *tale* *libro* *xx*. *Quasi* *sollicitas* *letialis* *serviciti* *tate* *possessis* *ac* *perjura* *abjureret*. Ita enim malo, ad exemplum Maroniani verius paulo ante producti, quam quod nunc circumferunt, *perjura* *causa*. Non possum tamen dissimulare in Neapolitano veterrimo legi, hic loci quod Nasonem, *obliqua* *ossa* *medullis*, quod verum opinor, sic *obliqua* *sautes* apud Tacitum & *gula* *digitis* *delicere* apud Ciceronem pro *Scario*. Prudentius *Psychomach.*

Perstraque *teos* *obliquo* *robore* *molat*.
 & mox:
Injunctum *mercatus* *agrum* *de* *sanguine* *amici*
Nominis *obliquo* *lutaris* *jugera* *colla*.
 &:
 ——— *obliquo* *gustare* *frangit*
Esquangens *stetans* *que* *gula*.
 Marcianus Capella lib. II. *In* *actu* *Hercules* *geminae* *tae* *metu* *obliquum*, *serpens* *que* *idem* *parens* *obli-* *deus* *sim* *namis* *apprehendit*. Plin. lib. VI. *cap. 20*. *Civis* *rusticus* *malus* *&* *gavisus*, *hunc* *identidem* *ab-* *stergens* *(ita* *lego, non* *abstergens)* *excitamus*, *ex* *arti* *aliquo* *&* *obliquo* *prodere* *offensus*. Apulej. Met. VI. *Tamque* *protinus* *obliquo* *sanctum* *interfingere* *canis* *obliquo*. Idem Florid. I. *Quippe* *illis* *creta* *ex-* *pedire* *repercutibus*, *neque* *si* *(sive* *si)* *aliquem* *a* *rima* *multa* *facit* *proter*, *ac* *vacantes* *facit* *terro* *expe-* *re* *obliquo*. Columella lib. VII. *cap. 3*. *Nonnulla* *sa-* *care* *habita* *in* *longitudinem* *per* *ca* *curvata* *experta* *quam* *in* *luculentum*, *ut* *hinc* *&* *hinc* *cali-* *da* *facit*, *ac* *angelicus* *semita* *collidat*. *sublucere* *ha-*

bes apud Prudentium *Apotheosi*, in nonnullis hanc dubie *collis* *que* *scriptum* *fuerat*. hinc *tamque* *quo*, & *tamque* *est* *promanavi*. HEINS. *Collis* *tamen* *ille* *medullae* *aeque* *parum* *se* *mibi* *proboni*, *a-* *que* *essa*, *obliquo* *guttur*, *colla*, *serpens* *&* *sim-* *ilia* *recte* *dicimus*, sed quid *sim* *obliquo* *medullae* *an* *fracto* *osse* *pressae*? forte *scripsit*, *compos* *que* *essa* *medullis* *ut* *se* *quali* *hypallage*, pro *conalis* *ossibus* *&* *fractis*, *medullas* *condebant* *malum*; sed nec alia lectio displicet, *compos* *issa* *essa* *medullis*; quae mihi voracitatem & Cyclopi immunitatem indicare egregie videtur, quem, ut *leonem*, non morabantur ossa, quod si non admittantur *ceden-* *dum* *est*, *latere* *ulcus* *adhuc* *majus*, & *ideo* *totius* *putavi* *vulgatam* *scripturam* *retinere*. BORN.
 210. *Me* *memor* *invasit*.] Cicero XVI. Epist. Fam. 12. *Mitras* *furor* *invasit* *improbus*. *Salustius*: *Ab-* *balen*, *omnes* *que*, *qui* *suo* *Myrcipae* *impetu* *parati*, *metus* *invasit*. Alio modo loquitur *Livius* lib. XXXVII. ubi est: *Tyrus* *invasit* *Livium*. Alio modo *Caesar* lib. I. *De* *Bel. Gallico*: *Tactus* *pro* *li-* *mor* *omnem* *exercitum* *occupavit*, *ut* *non* *in* *labore* *ita*, *cap. CIOFAN.*
 211. *Ejectionem* *que* *crentas* *Ore* *dapes*.] *hac* *scri-* *pti*. *malum* *non* *dominus*, *crentantem* *que*. *Vergilius* *haec* *ipsa* *narratione*, lib. III. 632.
 ——— *sanctum* *crucians* *ac* *senfca* *crucato*
Per *summum* *convivium* *vatro*.
 Silius quoque libro XV. 434. ubi hoc Polyphaci convivium describit:
Ipsa *manu* *extensa* *Lucteria* *pedala* *pergit*,
Permissaque *mero* *rusticatus* *ora* *crucato*.
 Seneca *Troice*, 910.
Vino *gravatum* *sollicitis* *lucra* *capit*
Eruciat.
Rustari *sublimis* *versus* *Horatio* *Arte* *Poetica* 45.
 Juvenalis *Sat.* VI. 13.
 Et *saepe* *horridior* *glandem* *ruente* *marita*.

Plur.

Aeolus Hippotaden, colibentem carcere ventos:
 225 Quos bovis inclusos tergo, memorabile munus,
 Dulichium fumifile ducem: flatuque secundo
 Lucibus ille novem, & terram adipeffile petitam:
 Proxima post nonam cum sese Aurora moveret;
 Invidia socios praedaeque cupidine ductos,
 230 Fisse ratos aurum, demiffisse ligamina ventis:
 Cum quibus ille retro, per quas modo venerat undas,
 Aeolique ratem portus repetisse tyranni.
 Inde Lami veterem! aeftrygonis, inquit, in urbem
 Venimus. Antiphates terra regnabat in illa.
 235 Miffus ad hunc ego sum, numero comitante duorum:
 Vixque fugam quaefita falus comitumque mihi.
 Tertius e nobis Laeftrygonis impia tinxit

Ora

Prudentius quoque *Hamath.*
Impudice *carinis* *sterno* *reclamante* *crudos*
duxit, & *Psychomach.*
 ——— *perijurum* *rusticatus* *marcula* *coenam*.
transitit *ad* *mare* *Val. Flaccus* *lib. v. 345*.
 ——— *Qua* *rigida* *ventat* *nostros* *annos*.
 ut *Cerytus* *eruciat* *arenam* *Maroni* *Aen. vi. 297*.
 HEINS. *Vide* *ad* *lib. v. 353*.
 215. *Ad* *strepitum*.] *Ad* *sonitum* *duo* *libri*. *ad* *marum* *unus*.
 215. *Mortem* *que* *timens*.] *Mortis* *que* *unus* *Basil.*
 sic *Lucretio* *lib. VI*.
Vitae *minimam* *cupidis*, *mortisque* *timeutes*.
Status *lib. XI. 325*.
 ——— *triphylum* *tubarum*
Prospicitur *equum*.
 Plura *Met. lib. I. St. 322*. HEINS.
 215. *Cupidus* *que* *mori*.] Sic legitur in uno meo. In altero, *Capran.* ac *duobus* *Vatic.* *Capran* *que* *mori*. *Mori* *autem* *dixit* *ex* *quarta* *conjugatio-* *ne*. Sic *Plautus* *in* *Vidularia*: *Malin* *mori* *mor* *que* *in* *medicariar*. *Pomponius* *in* *Arilla*: *Noli* *quo-* *que* *trahere*. *Mox* *fit*, *mori* *suam* *quique* *noverem* *ut* *velit*. *Rufinus* *Plautus* *in* *Rod. III. III. 12*. *Car-* *um* *est* *mori*, *quidam* *hunc* *pati* *leonem* *in* *me* *graf-* *fari*. *CIOFAN.*
 218. *Hanc* *procul* *adspexi*.] Ita legendum ex veteribus libris non autem, ut *epulum* *voluit*, *Hanc* *procul*. *Idem*. *Navim* *duodecim*. *Hanc* *tamen* *prim.* *Vatic.* & *unus* *Medic.* *Hanc* *procul* *alii* *nonnulli*. HEINS.
 219. *Oravique* *fugam* *gestu*.] Quo pacto oravit fugam, qui cum eis discedere cupiebat? Sed intelligentium, Oravi, ut me acciperent, ac inde fugerent, quod & factum est. *CLAREAN.* In uno meo, *Oravique* *fugam* *genitu*, sed supra adscriptum est, *vel* *gestu*. *CIOFAN.* *Ex* *haec* *notat* *fugendi* *causam*, *ita* *lib. VI. 572*. *Fugam* *custodia* *claudis*, ubi vide. deinde pro *tem*, II.

gestu, *genitu* *quinque* *codices*, *nata* *unus* *Hemli.* *sed* *gestu* *rectum* *est*. *ut* *VI. 308*. *Ne* *brochia* *redder-* *et* *epulo*, *ad* *litus* *que* *reverti* *Gronov.* *Buxa*.
 220. *Oravique* *ratis* *Trojana* *recepit*.] *Achae-* *meniden* *significat*, *ut* *supra* *notavi*. *Qua* *de* *re* *se-* *quoque* *lib. II. ex* *Pont. II. 25*.
Puppi *Achaemeniden*, *Oravique* *Trojana* *recepit*.
 Ita *notus* *in* *lib. II. 45*. *ait*, *maximo* *timore*, *quod* *verisimile* *est*, *absentem* *esse* *Achaemeniden*, *cum* *vidisset* *Trojanorum* *navem*:
Quis *Achaemenides*, *Siula* *desertus* *in* *ora*,
Troica *cum* *vidit* *vela* *venire*, *scit*.
 Vide & *Maronem* *sub* *finem* *lib. III. Aeneidos*. *CIOFAN.*
 221. *Comitum* *gratissime*] *Pollissime* *prim.* *Basil.* *mox* *pro* *turbae* *unus* *Medicus* *ex* *optimo* *de-* *campus*, *turbae*. HEINS.
 223. *Aeolus* *ille* *refert*.] *In* *uno* *meo*, *ipse* *refert*. *CIOFAN.* *Ita* *&* *sex* *libri*.
 225. *Memorable* *munus*.] *Mirabile* *Gronov.* & *tres* *alii*. *memorable* *pignus* *Leid.* & *unus* *Hemli.*
 227. *Terram* *adspexisse* *petitam*.] *Petitam* *prim.* *Basil.* & *duo* *Gronovium*. HEINS.
 229. *Praedae* *que* *cupidine* *ductos*.] *In* *duobus* *Vatic.* & *Caelest.* *Cupidine* *captes*. *Crot.* *sr.* *Captes* *multi* *veteres*. *ductos* *sic*. *Medic.* & *unus* *Vossianus*. *hene*. *Ademur* *notae* *lib. VIII. St. 123*. *Juvenalis* *Satira* *x. 351*.
 ——— *cata* *marisque* *cupidine* *dacti*
Conjugium *petitur*.
 ubi *in* *codicibus* *nonnullis*, *capti*. HEINS. *Vide* *ad* *Epist. xv. 63*. & *alii*.
 231. *Venerat* *undis*.] *Venerat* *malim*. HEINS. *vid.* *lib. I. 703*.
 232. *Reperisse*.] *Tetigisse* *Medic.* *tenisse* *Mo-* *reti*.
 234. *Terra* *regnabat* *in* *illa*.] *Terra* *hinc* *Gronov.* *HEINS.*

Eeeee 235. Ora

Ora cruore suo : fugientibus instat, & agmen
Concitat Antiphates. coeunt, & saxa trabesque

240 Continuunt : merguntque viros, merguntque carinas

Una tamen, quae nos, ipsunq; vehbat Ulixen,

Effugit. amissa sociorum parte, dolentes,

Multaque conquelli terris adlabimur illis,

Quas procul hinc cernis. procul hinc tibi (cerne) videnda est

245 Infula, visa mihi. tuque, o iustissime Troüm,

Nate

238. Ora cruore suo.] In uno meo, *Membra truce suo.* CIOFAN.

239. Et saxa trabesque Coniungunt.] In Caeseli. Trabesque coniungunt. IONM. Continuunt alter Hamburg. & pro diversa lectione prim. Erfurt. quod impense placet, hoc est, sine intermissione jactant. sic *continuare dapes* apud Horatium libro II. Sat. VI.

— Sustinens cursum hospes,

Continuante dapes.

Statius Theb. IX. 291.

Thibacunque Lycan Anthedonimque Lycaeus
Continuat ferro.

& Theb. XII. 745. de Thefeo,

Alidas fratres trinis tres unius hastis
Continuat.

hinc *continuis telis* apud eundem Ilienus, Theb. IX. 429.

Adspice quas furois caedas, quae fiviera portum
Continuis telis, atque adopertis aceruo.

apud Lucanum lib. IV. 158.

— *tellis hinc ardua celsos*

Continuat colles.

continuari, vel *continuate*, pro *comitari* etiam sumitur, de quo Schoppius Suspect. Lect. libro IV. cap. 16. & notis ad Apulejum pag. 62. quod eidem Apulejo reddendum libro VII. *Detraetus ad terram, & pugnis pulsatus, & calcibus contusus, insit dejerans, nullum se vidisse ductorem, sed plane continuatum, solatum & solitatum, ob indicinas promitum cecidisse.* ita scribo, cum in optimis membranis sit *continuum*. vulgo *continuatum*; *continuum* continue secutum. *Concutunt* Thuan. deinde *volunt in saxa S. Marci*, prim. Moret. & unus Medic. HEINS.

241. Una tamen.] *Prora unum* unus Medic. ex ff. 164.

241. Ipsunq; vehbat Ulysses.] In eodem libro *Ferebat Ulixem.* CIOFAN. *Fidunq;* prim. Moret. & prim. Bonon. *Ulysses* etiam meliores. HEINS. *Ferebat*, quod Ciofanus ex libro producit, non est admittendum. est enim imitatio Virgiliana lib. I. 113.

Uram, quae Lycias sedemq; vehbat Orontem,
unde etiam illud *fidunq;* arripuisse librarios putem. BURM.

242. Fugit. & amissa etc.] Emenda, ex scriptis omnibus, *Effugit. amissa.* Sed in uno meo legitur, *Effugit. amissa.* CIOFAN.

243. Adlabimur.] *Adlabimur* istis Vatie. & septem alii. malebat etiam Kleinus, *multaque conquessi.* ut lib. IV. 251.

244. Procul hinc mihi crede videnda.] *Tibi credi* quat. Medic. tertius, *tibi credo* prim. Gronov. & tres alii. *tibi certo* Junian. Lege,

— *Procul hinc tibi (cerne) videnda est*
Infula, visa mihi.

tibi crede videndam Neapol. *videnda est* prim. Vatie. sec. Palat. Cantabr. quart. Medic. & multi alii. HEINS.

245. Iustissime.] *Fortissime* Sixi. *tuque illustrissime* Basil. *uirissime* alius Basil. *Tentum* Medic. tertius & unus Heinii. deinde *Arte notandus* prim. Gronov.

247. Fuge litora Circae.] Hanc Manicam nympham esse monet Lactantius libro primo de falsa Religione. quomodo ex Romulo Quirinus, ex Leda Nemesis, ex Inone Leucothea & inter Minuta, ex Melicerta Palaeon, seu Portunus, ex Hippolyto Virbius sint facti. *Maricas* Nymphas meminit Virgilius Aeneidos VII. v. 47. quae Fauni uxor fuerit. sed nihil illic Servius de Circe nota. HEINS.

248. Nos quoque.] *Nos modo* Gron. prim.

249. Immanis.] Crudeis. illud vero epitheton parum feritati Cyclopi convenire videtur. Rhetos. Sic apud Gel. lib. 2. c. 6. reprehenditur Vug. quod dicitur *laudatum* Bufridem, quasi id epitheton tenuius ac levius foret quam pro Bufrius crudelitate; sed ut illud ibidem a Gelio defenditur, ita hoc loco Ovidium quoque recte & aliorum exemplo, *immanis* Cyclopem, dixisse pro valde ac prorsus crudeli existimandum est. MICVLL. Notatur Ovidius, quod *immanis* *Polyphe*mi Cyclopi feritati parum conveniat, non ut ab interpretibus, sed a Criticis. Verum vehemens ea est vox, si introitus aspicias, & de Polyphemem dici ita congrua, velut ab Ovidio condigna. Nos itaque eminentissimum poemam, quae se ultra emendationem illorum protulerit, a calumnia defendimus, in hunc modum respondentes. *Immanis* quasi *manus affectum*, quod omnia que

Nate Dea (neque enim finito Marte vocandus
Hollis es, Aenea) moneo, fuge litora Circae.
Nos quoque Circae religata in litore pinu
Antiphatae memores, immanis Cyclopi,
250 Ire negabamus; & tecta ignota subire.

Sorte sumus lecti. fors me, fidamque Polyten,
Eurylochumque simul, nimirum Elpenora viui,
Bisque novem socios Circaea ad moenia misit.

Quae

quae sunt natura fera, manuum permissione miserant, Pompejo dictum est. Nullum vero esse animalium, tam asperum, terribile, horribilum, immane, ferum, infandumque creditur, quod non quandoque hominum ad manus veniat, circum ac maneat. Qui igitur immanis est, is demum trux, violentus, inhumanus atque immanitate omni tristior videri potest, is atrocis iniuriata nullaque ferarum mitior. est praeterea vis quaedam maxima in quorundam privatione simplicium, quae non mala, priusquam componuntur, & ex illis videbantur. Quemadmodum & immanis. Quod verbum cum a *mano* factum sit, quod bonum dixere veteres, ejus tamen significatio vis diversa est & permagna. ut *immanem hydrum*; *immane facinus*, & *inamabilem* dixit Virgilius *Strygiam paladem*, eam scilicet secundum amoris privationem detestatus; ut ait Gellius. Qui Homericum quoque non virtutibus appellandis, sed vitii detrahendis laudare ampliter solere affirmat. Ut in Iliad. *Ἥδρα μάστιγι δαμάσσει.* Haec autem ratio si deplorati quempiam ingenii a susceptae foemel persuasionis arce non deiecerit, Ciceronem lib. I. de Legib. 8. quoque dabimus, quem (si diis placet) arguant. *Nulla, inquit, gens est, neque tam immanis, neque tam fera, quae non, etiam si ignoret, qualem Deum haberi debeat, tamen habitum fiat.* Sexta porro actione in Verrem, veterem illum in Aetna Sicula Cyclopium immanitatem vocavit. Sed & Pomponius, Taurus Scytharum populos solitos pro victimis advenas interficere (quod paulo à mandando abest, ait Plinius) satis detestabiles infandisque monstrari putat, *immanes* illos vocant. Nam si *immanis* levis significatio potantia est, quod à *manu* dederatur, non fecit exilium in *immani*, quod à *mano* sit, potestatem interpretari licebit. Usus vero est eodem epitheto, quod quidem sciam, quarto quoque, nec non ultimo volumine, neque diversa sero, neque minus gravi significatione in aliis, quam in Polyphemem hic congruere judicaverit. Ut verearis ponius, ab *immanis* voce Polyphemem feritatem, prodigiosamque corporis validitatem, magnitudine superari quam exilitate deprimi. Nec expressum uno verbo levius, quod ab Homero duobus fuerit, Odyssae Rhaphodia K. ff. 199. Unde Ovidius

haec accepisse videtur; cum in Aegaeo litore veritas scrutari insulam Ulixis socios fuisse ait, Antiphatae Laedrygonis ylla, violentumque Cyclopiis magni animi, androphagi, remanentes:

Μυκαίνους ἔργον Λαδρυγόνος Ἀντιφάτας,
Κόλακός τε ἔτις μνησθέντος, ἀδρόφῳτος.
MARIANO. occurs. in Diatribis. ita, *ferax immanis* quoque lib. IV. 237.

250. Ire negabamus, vel tecta ignota subire.] In duobus meis, *Sed tecta ignota subire* Alii peperam legunt, & tecta. CIOFAN. *Vel tecta* S. Marci codex. *sub tecta* Thuan. Bernegger. tert. Medic. & alii septem. *ne tecta* Oxon. sec. Palat. & alii quatuor. tres, *aut tecta ignotaque* tecta unus alius, & *tecta inimica*. reliqui, & *tecta ignota*, quod mutatum nolim. Vide notis lib. IX. ff. 495. HEINS. Pari modo apud Maronem lib. IX. 609.

— *Perfugio juvenem*

Terga fatigamus hasta. Vid. ad lib. II. 743.

251. Nimirum Elpenora.] Ex Homeri sententia dictum, qui undecimo Odyssae tradit Elpenorem immoderato vino ebrium in domo Circae & scalis decidisse, ac fracta colli junctura obisse, Ovid. IV. Tristium 13. *At miser Elpenor tello delapsus ab alto*, & in lib. 485.

Neve gradus adas Elpenore cautus alto;

Vinque seras vini quo tulu illo modo.

CONST. FAM. Libri veteres, *Elphora*. CIOFAN. *Nimiumque* Thyfi. nil muta. sic *multi* *Donalis* *meri* apud Horatium libro I. Od. XXXVI. tamen idem libro II. *Ode XII.* *Ninum* *mero* *Hytaum* idem libro II. *Ode XII.* *Sueton.* Aug. 76. *Gibi nimis erat dicit.* HEINS. *Sueton.* Aug. 76. *Gibi nimis erat atque vulgaris fere.* Columell. VI. 2. *Muli tibi, & edaces, verum in conficiendo leni.* ita vetus codex, vulgo & omisum. vid. Gronov. ad Plin. XXV. 2. BURM.

253. Bisque novem socios Circaea ad moenia misit.] Homerus Odyssae, viginti duos cum Eurylocho missos; sed vel non admodum curavit Ovidius eum numerum, vel alios secutus est auctores. at res est nullius momenti. GLARHAM. Id apud Homerum hoc modo legitur. *Odyf. K. 207.*

Ἐκ δ' ἔπειτα ἀλλήτεσ νευλοχόντος Ἐυρίλοχου
Ἐξ ἑνῶν, ἕκαστῶν τῶν δὲα κτε ἕνασ ἑτάσιν. &c.

Nec numerus fallit, praeterquam in uno. Homerus enim viginti duos cum Eurylocho ad Circeam

Beeeee a

ab

- Quae simul attingimus, stetimusque in limine tecti;
 255 Mille lupi, mixtaeque lupis ursaeque leaeque
 Occursu fecere metum: sed nulla timenda,
 Nullaque erat nostro factura in corpore vulnus.
 Quin etiam blandas movere per aëra caudas,
 Nostraque adulantes comitant vestigia; donec
 260 Excipiunt famulae, perque atria marmore tecta
 Ad dominam ducunt. pulchro sedet illa recessu,
 Sublimis folio; pallamque induta nitentem,
 Insuper aurato circumvelatur amictu.
 Nereides Nymphaeque simul, quae vellera motis
 265 Nulla trahunt digitis, nec fila sequentia ducunt,
 Gramina disponunt; sparfosque sine ordine flores
 Secernunt calathis, variasque coloribus herbas.
 Ipsa, quod hae faciunt, opus exigit: ipsa quis usus
 Quoque sit in folio, quae sit concordia mixtis
 270 Novit: & advertens pensas examinat herbas.
 Haec ubi nos vidit, dictâ acceptaque salute

Dis-

- Diffudit vultus, & reddidit omnia votis.
 Nec mora; miseri tolli jubet hordea grani,
 Melaque, vimque meri, & cum lacte coagula passio.
 275 Quique sub hac lateant furtim dulcedine, succos
 Adjicit. accipimus sacra data pocula dextrâ.
 Quae simul arenti sitientes hausimus ore,
 Et tetigit summos virgâ Dea dira capillos;
 (Et pudet, & referam) fetis horrescere coepi,
 280 Nec jam posse loqui; pro verbis edere raucum
 Murmur; & in terram toto procumbere vultu:
 Osque meum sensi pando occalescere rostro;
 Colla turnere toris: & quâ modo pocula parte
 Sumta mihi fuerant, illa vestigia feci.
 285 Cumque eadem passis (tantum medicamina possunt)
 Claudor harâ: solumque suis caruisse figurâ
 Vidimus Eurylochum: solus data pocula fugit.
 Quae nisi vitasset, pecoris pars una manerem
 Nunc quoque setigeri. nec tantae cladis ab illo

290 Cer-

abissis. Ovidius autem 18. cum Macareo, Polyte, Eurylocho & Elpenore, qui simul numerati & ipsi viginti duo sunt, uno videlicet pauciores quam quot Homerus habet. MICYLL.

254. Stetimusque in limine tecti.] *Primoque in limine* sec. Palat. Oxon. prim. Moret. alii quatuor. HEINS.

255. Misticque lupis usque.] *Misticque lupis ursaeque* duodecim veteres. IDEM.

258. Blandas movere per aëra caudas.] *Exprimit Leonum naturam.* CIOFAN. *Per aëra* scripti nostri omnes. & recte. nam *atria* mox sequitur. HEINS.

259. Nostraque adulantes comitant vestigia.] Ita veteres libri. Alii foedissime legunt, *Nosque alludentes comitant vestigia.* CIOFAN. *Nosque alludentes* duo libri.

259. Comitant.] *Archaismus*, inquit Regius. *Comitatur* enim nunc dicimus. Haec ille. Quasi verò dici non posset, *Comitanti*. Melius & rectius dixisset, *Comito* non ita esse in usu frequentiore, ut *Comitor*. *Comito* tamen alibi etiam usurpavit: II. ex Pont. III. 43.

Pirithoim Theleus Stregias comitavit ad undas.

Et II. Tril. II. 83.

Quam pia urbscum preles comitavit euntem.

Et III. ex Pont. II. 33.

Ocellis & *Theleus*, & qui comitavit *Orestem*.

Et I. ex Pont. IX. 47.

Fonae non potui comitare, nec ungere corpus.

Et libro octavo, 62.

Ac vestes comitete gradas.

Propertius lib. II. VI. 15.

Quod si vera meae comitarent castra puellae;

Non mihi sat magnus Caestris iri equus.

Sic est in meo vet. Propertii libro, cuius supra mentio. Sic Virgilius usus est verbo *Populo*. lib. I. Georg. 185.

Populataque ingentem farris aeternum.

Et aliis alii auctores. Ex quo facile apparet, unumquemque, si contigerit, eo verbo uti possit cum sine conscribendo. Nonnulla his similia collegit etiam Diomedes Grammaticus. CIOFAN. *Vid. ad lib. XIII. 55.*

262. Sublimi folio.] In duobus meis legitur, *Sollenni folio.* CIOFAN. *Sollenni* Neapol. Thuan. prim. Vatic. sec. Pal. tert. & quart. Medic. Juret. prim. Hamburg. Oxon. & viginti circiter alii. scribe, *Sollenni in folio.* sic *Sollenni ludos* Circi Noster in *Fastis* dicit.

Sollennis aras & pompas Virg. *Diam* *selvorum* & *solennium* Horatius. *Sacra sollennia* & *solennis ceremonias* Historici. HEINS. *Sollenne* illud *solennium* vix placeat, cum *selsum*, *altum*, *sublime* passim vocari soleat. *sublimi folio* prim. Gronov. & quatuor alii. quod puto melius, ne tot ablativi cumulentur. ita *Epist. XII. 179.* *Jacens sublimis in ostro.* xv. *Fast. 861.* *Steteris domino sublimis in arce.* si *solenni* vel *sublimi* legas, copula illa quae post *pallam* otiosa & molesta erit. BURM.

262. Induta.] *Inducta* Oxon. & quinque alii.

265. Nulla trahunt digitis.] *Malim*, *trahant* & ducant. HEINS.

266. Sine ordine.] *Ex ordine* Leidens. unus.

267. Variisque coloribus herbas.] *Variisque* veteres plerique. jam monui lib. IX. 690. HEINS. Le-

gen.

gendum esse, *variantque coloribus herbas* probent sequentia, ubi Nereidum opus exigit Circe, earumque feta & corollas examinat, quod frustra faceret, si Nymphae calathis duntaxat flores differensissent. SCHEPPIN. apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

268. Quod haec faciunt.] *Faciunt* Thuan. & alter Twiscenius. deinde pro, *quis usus*, fragm. Boxhoim. alter Hamburg. & tres alii, *quid usus*. HEINS. Sic & supr. VI. 2. sed lib. XII. 211. *Quis tus usus erat*: & hic melius convenire *quis* sequentibus, *quae sit concordia*, puto. BURM.

270. Penas.] *Prenas* Menardi codex, Regius unus & quatuor alii.

272. Et reddidit omnia votis.] In quibusdam exemplaribus lego, *omnia*, quod non displicet, ut sit sensus, bene voventibus bona voris Circen, quemadmodum mos est, ut fiat, ut cum bonam diem voventi bona dies & annus respondetur. CONST. FAN. *Omnia votis*, vel *omnia votis* plurimi veteres. duo ex melioribus, *omnia voce*. ego nil mutandum censeo. HEINS. *Exhilarat vultus* etiam unus Medic.

274. Vimque meri.] *Juncta* meo Vossian.

274. Et cum lacte coagula passio.] In Caesellino, *Coagula pressa*. CIOFAN. *Copula* & in quibusdam deest.

276. Accipimus pocula.] *Malim*, *arripimus*. quod aviditatem sitientium magis exprimit. HEINS.

278. Dea dira capillos.] in uno Vatic. *Dea faeva capillos*. CIOFAN. Ita & Leid. & Moreti.

280. Nec jam posse loqui.] Ita in meis. In Vaticano, & Caesell. *Nec jam posse loqui*. CIOFAN. *Loqui*

cum melioribus. HEINS.

281. Toto.] *Porte*, *prout*. IDEM. *In terra* quinque libri.

282. Pando occalescere rostro.] *Callescere* nonnulli. vel, *callescere*. *Calliscere* Nonius ex Catone notavit. *callero* Sulpicius Cicero I. IV. Ep. Fam. 5. Severus in *Aetna*. *Callens rare manus*. HEINS. *Duriscere* prim. Gronov. duo Leidenses, & duo alii. *conescere* unus.

284. Illa vestigia feci.] *Malim*, *figi* vel *ferri*. ut à superioribus haec dependeant. HEINS. Nihil mutata. manibus, quibus pocula arripieram, mutatis in pedes. incedere coepi & *faci* respondet praecedenti *sensi*. *vestigia* *facere* elegans. Virgil. II. Georg. 474. *Justitia* *excelsus* *terris* *vestigia* *facit*.

Cicer. pro *Caccina*. 14. *Ut illa vos aliquid aliqua ex parte differre videatur, utrum pedem cum intulero, atque in possessionem vestigia fecero, tum expellat atque deiciat.* pro *Rabirio* Post. 17. *Hic vos mihi aliud orat, nisi ut rellis oculis hanc urbem suis intueri, atque in hoc foro vestigia facere liceat.* Quintil. lib. IX. de Inst. Orat. 3. *Ut currentium pes, etiam si non moratur, tamen vestigia facit.* In *Juniano* & *Gron.* erat, *feci*. de quo vid. ad lib. II. 21. sed hoc huic loco minus accommodatè. *vestigia* capi *bonum*. *illae* etiam *Gronov.* BURM.

286. Claudor in antra suis. solum caruisse figurâ.] *Repono* cum *Bernegger*. Thuan. prim. Hamburg. Arond. Oxon. prim. Gronov. *Graciano* & decem aliis,

Claudor harâ, solumque suis caruisse figurâ
Vidimus Eurylochum.

Evece 3

402

290 Certior ad Circe ultor venisset Ulixes.
 Pacifer huic dederat florem Cyllenius album;
 Moly vocant Superi. nigrâ radice tenetur.
 Tutus eo, monitisque simul coelestibus intrat
 Ille domum Circes : & ad insidiosa vocatus
 295 Pocula, conantem virgâ mulcere capillos
 Repulit; & stricto pavidam deterruit ense.
 Inde fides dextraeque datae : thalamoque receptus
 Conjugii dotem, fociorum corpora, poscit.
 Spargimur innocuae fuccis melioribus herbae,
 300 Percutimurque caput conversae verbere virgae:
 Verbaque dicuntur dictis contraria verbis.
 Quo magis illa canit, magis hoc tellure levati
 Erigimur : setaeque cadunt, bifidosque relinquit
 Rima pedes. redeunt humeri : subiecta lacertis
 305 Brachia sunt. flentem flentes amplectimur illum :
 Haeremusque ducis collo : nec verba locuti
 Ulla priora sumus, quam nos testantia gratos.
 Annua nos illic tenuit mora : multa praefens
 Tempore tam longo vidi : multa auribus hausi.

310 Hoc

entra suis ex glossa hic irreperant. hanc voce etiam alibi non semel visus est. HEINS. Propria enim suis. ut Plant. Most. 1. 1. 39. Unde immanada hanc Epist. 1. 104.

287. Pocula fugit.] Puto relictum à Nasone, pocula vitat. quia utraque sequitur. plenus est talium repetitionum Noster; aliter tamen codices antiqui. HEINS.

288. Maneret.] Fuisse Leid. & Vivianus. manerem Gruterum maluisse notat Heinsius. & recte. nam redierunt in homines, qui antea mutati fuerunt, non Eurylochus, qui vivat pocula.

291. Florem.] Πῦξ μὲν μέλαν ἔσται, γέλαστος δὲ εὐσελὸν ἔσται.

Μῆλον δὲ μὴ καλέσται βέλ. χρυσοῦν δὲ τ' ὀπίσσω Ἀνδράσι, &c. Odyss. 10. N. 304. Plin. lib. xxv. cap. 3. Photius ex Ptolem. Hephaestione, Lycophron. Lib. Giral. 14. Dialogisim. herbam hanc à Mercurio Ulyssii datam tanquam amuletum adversus veneficia praecipuosissimum, Φέρωνιν alii, σαφισόλον interpretantur alii, cujus aditum arduum, exitum felicissimum esse volunt. vide quae ad N. 114. supra,

Τῆς ἀπὸ τῆς ἑρμῆος ἐκείνου παρασκευασμένην ἔχουσαν Ἀνδράσι, &c. Hesiod. v. 77. 289. FARM.

291. Florem dederat.] Donat Ambros.

294. Ille domus Circes.] Emenda, ex fide duorum Vatic. meorumque, ille domum Circes. CIOP.

296. Et stricto pavidam deterruit ense.] In uno Vatic. Et stricto pavidam terruit ense. Nihil tamen mutò. CIOPAN. Et modo Basil. conterritus, perterruit Jun. & Gronov.

298. Dotem.] Dotes Argent. & duo alii.

299. Spargimur ignotas.] Innocuae soc. Palat. quat. Medic. Oxon. prim. Moret. Jurat. & alii decem. rectius. HEINS.

300. Virgae.] Candae Junian.

304. Rodeunt humeri, & subiecta lacertis.] Vel ex hoc loco satis claret, post humeros statim esse lacertos, deinde brachia proxime ad manus, cujus contrarium nostra aetate tradidere quidam Grammatici, & in his nominatim Calepinus. GLAREAN. Libri veteres & Ald. Et subiecta lacertis. Eleganter autem & scite distinguit brachia à Lacertis. Ita Q. Curtius lib. ix. Latenti quoque & brachia margaritis ornata erant. CIOPAN. Et adhuc hodie Grammaticis pluribus hic error familiaris: & in Thesaurò Fabii lacertus describitur, à cubito ad manus usque vertebam; quod falsissimum, cum sit ab humeris ad cubitum. vide Ampl. Cooper. iv. Obf. 17. praeterea, redantque prim. Moret. BORM.

305. Brachia sunt. flentem flentes amplectimur illum.] Veteres libri, Amplectimur illum. flentem flentes; ut lib. 1. Trist. 11. 17.

Uxor amans flentem flens acrius ipsa resolat, Indore per indignas neque cadente genas.

Ita

310 Hoc quoque cum multis, quod clam mihi retulit una
 Quattuor è famulis, ad talia sacra paratis.
 Cum duce namque meo Circe dum sola moratur,
 Illa mihi niveo factum de marmore signum
 Ostendit juvenile, gerens in vertice picum,
 315 Aede sacra positum, multisque insigne coronis.
 Quis foret, & quare sacra coleretur in aede,
 Cur hanc ferret avem, quaerenti, & scire volenti,
 Accipe, ait : Macareu : dominaeque potentia quae sit
 Hinc quoque discere meae. tu dictis adjice mentem.

FAB. VII. ARGUMENTUM.

Picus in Avem.

* Picus, ex progenie Saturni, rex Tyrbeniae, quae postea Italia dicta est, cum in agro Laurenti venaretur, visus a Circe, propter eximiam pulchritudinem est adamatus. Sed cum amore conjugis suae devinctus adpetitum deae rejiceret, ab eadem ob contemptum in avem picum mutatus est.

320 Picus in Aufoniis proles Saturnia terris
 Rex fuit, utilium bello studiosus equorum.

For-

Haec has dictiones conjunxit M. Tullius pro Flacco. Cum ego, inquit, te, Flacco, caelum noctemque contempsit, sensu flentem ostendebat. Et alibi. Non enim vidi te fratrem tuum, non eum, quem reliquerat. non eum, quem vocat; non eum, quem flens flentem, prosequens profectus dimiserat, &c. CIOPAN. Amplectimur meliores. Videtur scribendum,

— & subiecta lacertis

Brachia. tunc flentem flentes amplectimur illum. HEINS. Amplectimur similis Francof. & novem alii. & deest multis.

310. Cum multis.] Hoc quoque cum multis quondam mihi retulit una Cantab. & tres alii.

311. Sacra.] Foeta prim. Vatic.

314. Ostendit juvenile.] In meo codice legitur, Juvenale, quod non minus probo, nam Juvenalis ab antiquioribus potius quam Juvenalis dicebatur. unde Juvenalis, & Juvenales ludi Tacito, Suetonio, Capitolino & aliis, nunc Juvenalis & juvenalis dicitur, ut auctor est Priscianus in quarto. CONST. FAM. Puto huic versui praeponden- dum esse illum, qui sequitur, Aede sacra positum. HEINS. Ostendens magno numero veteres. in vertice sacrum Gronov. prim. & duo alii. ferens duo. positum Sixi. pisci unus Heinsii.

316. Quis foret.] Quid foret duo, celebratur tres.

319. Discere meae.] Discere, meis in dictis Thua-neus.

* Picus &c.] Transcripti ex Micelliana editione. Veneta & M. non habent hoc argumentum. Quod Raenerius dedit, desumptum ex Regianis commentariis, immo nota nota descriptum. Nonius capite de Doctorum Indagine: Picumnus & avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, & deus, qui sacris Romanis adhibetur. Amilius Macer in Theophrasti libro primo. Et nunc agrestis inter Picumnos habetur. Scribe, Ornithogonia. Diomedes lib. 1. Macer Amilius Ornithogoniae secunda. Adde Plinii Elenchon auctorum lib. x. non ignoro, ita in Plinio legendum esse pridem monuisse Gothofredum; verum, cum emendationis suae nullam ille reddat rationem, mihi, cui eadem in meatem venit, faciendum id putavi. MUSECKER. Raenerius ita exhibet, Picus, Saturni filius, Latii rex, cum Conventum Jani ex Venilia filius duxisset uxorem, à Circe in convatione visus, statim ab ea amatus est. Cui cum morem gerere nollat, ab ea in avem sui nominis mutatus est. In Parm. & Lugd. desiderabatur. in Coloniensi erat sere ut in Micelliana, & sequentia duo argumento huic adhaerebant.

b Conventum.] Contentum ejus Colon.

320. Picus in Aufoniis, proles Saturnia, terris Rex fuit.] Virg. lib. vii. 48. de hoc Pico:

— isque parentem
 Te, Saturna, refert: tu sanguinis ultimus auctor.
 CIOPAN.

320. It-

Forma viro, quam cernis, erat. licet ipse decorem
 Adspicias, fictaque probes ab imagine veram.
 Par animus formae. nec adhuc spectasse per annos
 325 Quinquennem poterat Graja quater Elide pugnam.
 Ille suos Dryadas Latius in montibus ortas
 Verterat in vultus: illum fontana petebant

Nu.

322. *Licet ipse decorem Adspicias.* In utroque meo est, *Licet ipse colorem.* CIOFAN. Et ita plurimi scripti.

323. *Ab imagine.* Sub imagine veteres quinque. HEINS. Nihil mutem. ut enim Noller ab, ita Propertius ex utroque hoc sensu lib. II. l. 52. *Et totum ex Helena non probat Iliada.* praeterea, *formamque probes ab imagine veram,* Vivianus, quod nec Heinio displicebat.

325. *Quinquennem poterat Graja quater edere pugnam.* In nonnullis, *Grajam pugnam.* Sed licet aperte, quid sibi vult Ovidius, intelligatur: consistas tamen verborum ordo, & sibi non quadans, aliquid fieri ut desideremus NAUGER. Dura est haec compositio, praeter huius poetae morem. Raphael tamen recte expositum videtur: nec poterat edere quater quinquennem spectasse totam Graja pugnam. lector tamen de coelesia cogitet, ego enim adhuc haereo. GLABEAN. Quidam alii impressi, *Graja edere pugnam.* veteres autem libri. *Graja quater edere pugnam.* Quod sequendum mihi videtur. CIOFAN. *Graja quater edere pugnam* libri vulgati. MSS. *Graja quater pugnam.* MS. alter. *pugna quater edere Graja.* Nos legendum putamus, *nec adhuc spectasse per annos qui quinquennem poterat Grajam quater edere pugnam.* hoc sensu. nondum illi per aetatem haurire quater spectatorem agere Ludorum Olympiorum, quippe minori nata annis viginti. BRASIAN. Locas haud dubie pessime habitus, si quis alius in haec auctor. Nec malum libri veteres javant. Nisi quod Gryphiana editio & prima editio Alama, ut & oia libri unius scripti ex Basilicenis exhibent, *spectasse per annos.* Idque prope, ut mox videbimus. quod & Berliano ardebat. sed pergamus: optimus Florentinus, Neapolitanus alique multi, *poterat Graja quater edere pugna.* Berneggerianus, primus Paltinianus, aique alii plures, *poterat Graja quater edere pugnam.* quidam, *poterat vel poterat.* Sed mendam haeret in verbo *edere.* Atque hinc tanta diversitas lectionum nata. *edde* vel *edde* nimirum exoritur aberrans, quod frequenter solebat fieri, oisitantis librorum manus, idque pro *elide* transversa literarum serie. Optime igitur locis intricatissimus sese habebat, si hoc modo constituantur,

--- nec adhuc spectasse per annos

Quinquennem poterat Graja quater Elide pugnam.
 Nondum, inquit, per aetatem quater ludos Olympios poterat spectasse, id est, necdum aetatis an-

niam vicissimum attigerat. *Graja* autem *Elide*, quia Picius erat Italus; de ludis Olympiis omnia nota. addam tamen Statianum locum ex lib. II. Silv. VI. 70.

--- vitae modo carmine adstae
 Nescere tendebat juvenum pulcherrimus ille
 Cum videris Eleis tamen artemida lustris.

ubi tamen forte *Elis* *lustris* reponendum, quando in Nasonis quoque hoc loco. HEINS. *Quinquennem poterat Grajam quater edere pugnam* Francos. *quater elide pugna* erat in Escepe, Hercul. unde firmatur Heinio correctio. posthinc verum in uno Leidensi erat alter additus:

Grata erat canibus & numero dignis amicis.

326. *Latius.* Latius multi scripti. alius unus.

327. *Tonans petebant hincina Naidas.* Fortiter petebant non ineleganter optimus Florentinus, quod fit furtivis amoribus dedita. sic Solmads lib. IV. 227. *Alia si furiosa voluptas.* Idem sequenti versu, *Cursusque brevissimus.* quomodo & tres aut quatuor alii. Forte, *cursusque.* ut sit Graecismus. HEINS. *Montana celebrant* quinque libri. *libros* Leidensis unus.

328. *Quasque Numici.* Numicus, & Naidas, hic fluvius dicitur, quamvis aliqui contra sentiant. Silius in VIII. 181.

*Haud procul hinc parvo descendens fonte Numicus
 Labitur.*

Sed danda venia iis, qui *Numicum* dici posse incitantur, quoniam hic Silius versus cum similibus aliis in omnibus serè coadictis desiderabatur, qui a nobis sunt restituti, ut in primae Collectaneorum Heckerolys c. 92. apparet. CONST. FAN. Hunc locum totidem verbis citat Priscianus lib. VI. Cujus haec sunt: *Anio etiam Anienis, quod antiquissimi secuntam Aneloziam Anica nominativum proferebant. Cato contra Veterum Aquam Anienem in fontem inferre oportet, non niam quam quindam nullis Anien abest. Ovidius, quasque Numici, aut Anienis aquae, cursusque brevissimus Almo. Cetero pro Cornelio in primo trans Anienem. Horatius in primo Carminum: Et praecipit Anio, ac Tiburis haurit.* In his autem Horatii verbis, *Tiburis*, non *Tiberis*, ut perperam in impressis legitur, scripti, lectus optimum atque antiquissimum Priscianum Bibliothecae Vaticanae ac duos alios, quorum alterum duodecimo abhinc anno Mureto dono dedit: alter est ipsius Mureti, qui eundem Horatii

Numina, Naiades; quas Albula, quasque Numici,
 Quasque Anienis aquae, cursuque brevissimus Almo,
 330 Narque tuit praiceps, & amocnae Farfarus umbrae,
 Quaeque colunt Scythicae regnum nemorale Dianae,
 Finitimosque lacus. spretris tamen omnibus unam
 Ille fovet Nymphen, quam quondam in colle Palati

Dici-

locum XXIV. ante annos in Catullum restituit. CIOFAN.

329. *Quas Anienis aquae.* Quasque bene unus Bonon. HEINS. Priscianus habet, *aut Anienis*, idem Bonon. habebat, *quasque Albula.*

329. *Cursusque brevissimus.* Idem Florentinus & alii quatuor, cum Naugero, *cursusque.* puto, *cursusque brevissimus.* HEINS.

329. *Almo.* Almo Leidensis unus. vid. II. Fall. 601. & IV. 337.

330. *Narque tuit.* Sic Virgil. XI. 285.

*Si duo praeterea tales Ithaca tulisset
 Terra viros.*

330. *Et opacae Farfarus undae.* In uno meo, *Farfarus umbrae.* Apud Servium quoque lib. VII. Aeneidos vers. 715. *umbrae, & amoenae, non opacae* legitur, ubi ita est: *Fabarum autem quem dicit, per Salinus transiit, & Farfarus dicitur.* Plautus: *Disparto te tanquam solia Farfari.* Ovidius:

--- *Ut amoenae Farfarus umbrae.*

Quae lectio mihi vehementer placet. In alio meo antiquiore & Ursini est ut in vulgatis. CIOFAN. *Umbras* idem Florentinus, Berneggerianus, Hamb. & octo alii. Servius ad vers. 719. lib. VII. Aen. citat, *amoenae Farfarus umbrae.* ubi docet eundem fluvium antiquis fuisse nominatum *Fabarum.* quam Servii lectionem esse veram existimo. sic & Horatius, *amovum Lucretium* in Odis lib. I. 17. dixit, Sabiorum eum montem, cujus per valles Farfarus stagnat, & ubi villam ipse possedit. lib. I. Epist. 16. *Opacae vallem, & amoenae latebras* eandem regionem vocat. ubi plura ad rem, unde liquet hunc tractum frequentissimis arboribus fuisse constitum. HEINS. Ita *nuclius umbra Thybris* inf. 428. quod aliter efferens. yf. 514. dicit *multa nubila silva.* plura nos ad Val. Flac. v. 149. dicemus. BUAM.

331. *Quasque colunt Scythicae.* CIOFAN.

331. *Scythicae Dianae.* Quae ab Oreste una cum Iphigenia ex Taurica regione Ariciam usque allata fuit. REGIUS. Vel etiam cui Scythico, seu Taurico ritu, hoc est humano sanguine, aliquando sacrificatum fuit. Jonec Romani, crudelitatem istam averlati, sacrificandi morem hunc aboluerunt, ut & Servius annotat in secundum Aeneid. yf. 116. ad quod alludens Virgilius dixit, lib. VII. 764. *Pinguis ubi, & placabilis ara Dianae.* Quasi jam mitioris & sanguine humano non amplius gaudens. MICELL.

331. *Stagnum nemorale.* Hic lacus hodie vocatur. II.

tnr, *il lago di tenfano*, prope Ariciam, quem ego inspexi anno M D LXXVI. XII. Kalendar. Jul. cum haec omnia collegissem, quae in hoc secunda impressione, effugiantibus quibusdam amicis, qui ab hoc literarum genere non abhorrent, edere in animum induxeram: quaeque eo ipso anno v. Kal. Mojas ad *Christophorum Plantinum*, Architypographum Regium diligentissimum, operâ clarissimi viphii & in omnibus disciplinis praestantissimi *Benedicti Arias Montani*, omnia miseram. Est autem lacus ille monticulis nemoribusque circumdatus, altus & amoenus; adeo parvus, ut ad octo stadia vel etiam paulo plus toto ambitu periturus abundat piscibus. Prope quem Dianae, de qua hic agit Ovidius, templum fuisse dicitur: nunc vero est oppidulum, quod nostro idiomate, paulum de flexum à Dianae nomine, *Nemo* appellamus: adjuncte ibi esse ingentis magnitudinis Platanum, quae & Scythia advecta est. Cetera quae ad lacum, quae ad Dianae lacum, quaeque ad eam oram pertinent, non indiligenter scribit Strabo lib. V. Meminit & huius lacus Ovidius ipse III. Fall. 263.

*Vallis Aricinae silva praecinctus opaca,
 Et lacus antiqua religione sacer.*

CIOFAN. Quantis pretii lectio Berneggeriani codicis, *regnum nemorale.* *Regnum* enim sacra haec Aricinae Dianae vocata, quod Rex diceretur, qui sacris illis praeparat. unde Val. Flacco II. 305. *Soli sacris illis praeparat.* unde Val. Flacco II. 305. *Soli non nullis Aricia Regi.* Fulse describit morem istum Barbarum Strabo lib. V. Si quis enim, vinitus filium, regem Neorentem provocaret ad pugnam, is regnum occupabat Rege obtinacato. quod quotannis licebat fieri. proprium autem servorum fugitivorum id erat regnum, quo ingenuus nemo adspirabat, ut ex eodem Strabone apparet. Suetonius in Caligula cap. 35. *Neorenti Regi, quod multos jam annos potiturus sacerdotio, validiorem adversarium subornavit.* Status lib. III. Silvar. I. 55.

--- *presagus cum Regibus aliam
 Tumat Aricinum Trivium uenit.*

Meminit etiam Paulianus huius ritus, ut alii jam notarunt. Noller lib. III. Fallor. 263.

*Vallis Aricinae silva praecinctus opaca
 Est lacus antiqua religione sacer.*

*Regna tenent fortesque manus pallidusque sagaces;
 Et perit exemplo postmodo quique suo.*

Et lib. I. Artis amatoriae, 259.

*Eccae suburbanae templum nemorale Dianae,
 Partaque per gladius regna nocente manant.*

fffff

Lu:

Dicitur ancipiti peperisse Venilia Jano.

335 Haec, ubi nubilibus primum maturuit annis,
 Praeposito cunctis Laurenti tradita Pico est:
 Rara quidem facie, sed rarior arte canendi;
 Unde Canens dicta est. silvas & saxa movere,
 Et mulcere feras, & flumina longa morari
 340 Ore suo, volucresque vagas retinere solebat.
 Quae dum femineâ modulatur carmina voce,
 Exierat tecto Laurentes Picus in agros,
 Indigenas fixurus apros: tergumque premebat

Acris

Lucanus lib. III. 86.

Qua sublimis nemus, Scythiacae qua regna Dianae.

Marialis lib. IX. Ep. LXV.

Qua trivialis nemora peti dum regna viator,
 Octozam dominae marmor ab Urbe legit.

Atque haec emendationi nostrae confirmandae suffecerint, ni fallor. male duo libri veteres, *Janum nemorale*, & unus Bononiensis, *nemum*. *Scythiacae* etiam *Dianae* pro *Scythiacae* codices nonnulli, quam scribendi rationem frequenter in aliis auctoris nostri locis observatam mihi recordor, dum membranas veteres evolvere. HEINS.

333. *Ille colit Nympham.*] *Tò colit* paulo ante praecesserat, quare fuit, cum legendum putarem, *ille cales Nympha*. nunc praefero, quod Gronovianus unus & codex Patricii Junii & alius exhibent, *Ille foret*: in illo Virgiliano, *Eclog. III. 3. Ipse Nectarum Dianae fovet*. *Nympham* etiam codex optimus Florentinus, Berneggerianus alique nonnulli scribunt, idque Graeco more, ut Noster alibi, non raro. IDEM.

334. *Ancipiti Jano.*] *Ionio Jano* S. Marci, Neapoli. Bernegg. Thuaet. prim. Hamburg. prim. Vatic. tert. Medie. quatuor alii. probe omnino, nec tamen à librariis id intellectum. Nam Perithoebum Janum faciunt Plutarchus in Quaestionibus Romanis cap. 22. & Athenaeus libro XV. cap. 13. qui tractus maris Ionio vicinus, ut Ionium Jano in Italiam contendenti superandum fuerit. *Aonio* prim. Gronov. & Junianus. sic primis curis censebam, nunc secundis locum hunc perpendenti videtur non inconcinne reponi posse, *Ionio Jano*. Janum enim pro Palaemone sive Portuno habitum patet ex veteri inscriptione Spoletina apud Gruterum pag. XCV.

JANO PORTUNO ATQ. MARTI. E. S.

C. VIBONIUS. A. AFRONIUS.

L. AURELIUS. FACIORDAM. DEDERONT.
 & ex alia apud eundem Gruterum libidem.

JANO PORTUNO ATQ. MARTI. S. C. VIBORTUS

A. AFRONIUS. L. ANNATOS DEDERONT

PROBAVERUNTQ.

Vellus, *Claudere* & *clavis* ex Græco descendit, cuius

rei tutelam penes Portunum esse putabant, qui de vim manus tenere fugebatur, & deus esse putabatur portunum. ubi perperam, Portunum reponi vult Lilius Gyraldus. Invenit igitur Janus Nasoni, qui Virgilio l. Georg. 437. Invenit Melicerta. Innocentium Italianum profugisse ex lib. VI. Fall. discimus, & quidem eodem tempore, quo Hercules illic advenit, de Jano Portuno nihil miror adnotasse, qui de Dagegentium copiose scripserunt. huc adde, quod Varo libro IV. de L. L. Salaciam Deam, quae aliis Neptuni usor est, Tritonis mater, & Venilia, quam Noster Jano dat conjugem, eandem facit. Servius quoque Petri Danielis ad x. Aen. 70. Venilia igitur Salacia Jani Portuni uxor. quamquam Salacia, apud multos veteres sumi jam ab aliis est observatum, tamen constat Salaciam pro Portuni uxore fuisse habitam: quicumque tandem hi inveniunt. Jano uxorem dat Argionam Marcianus Capella initio operis, ubi de Deorum agit nuptiis,

Janu quo Argionam miratur utraque effigi.

qui locus haud dubie est mendosus. ne placet *Argeronam* reponi cum viro magno. Jutunam Jani facit uxorem Arnobius lib. III. cumque ex Cælo & Heate prognatum asserit. HEINSIUS. Haec omnia magis erudite quam vere ab Heinsio disputari puto. neque enim quia à Perithoebia Janum venisse Plutarchus dicit, & Athenaeus uxorem duxisse Camefen sororem (quamquam ibi nulla Perithoebiae mentio in Graecis verbis fiat, sed de quo nunc non libet tritari) hinc *Ionias* vocari posset, cum Perithoebia nusquam Ionium mare tetigerit, & Aegæo vicinior fuerit; nisi quis omnes Thesalos Ionios vocari posse contendat. rectius tunc *Haemonio* legeretur. *nam* quoque dici posse non persuadet, cum inscriptiones illae tribus diversis Numinibus positae sint: & ita distincte debeant scribi: JANO. PORTUNO. ATQUE MARTI. quare tutius est vulgatum servare lectionem, *ancipiti*, id est duplicis capitis, ut illam vocem Grammatici explicant. vide Vestum. & ita lib. I. Fall. 95.

Tunc sacer ancipiti mirandus imagine Janus.

& Arnob. lib. VI. *Fronte Janus ancipiti, aut de-*

Acris equi; laevaque haustilia bina ferebat,
 345 Poeniceam fulvo chlamydem contractus ab auro.
 Venerat in silvas & silva Solis easdem:
 Utque novas legeret secundis collibus herbas:
 Nomine dicta suo, Circæa reliquerat arva.
 Quae simul ac juvenem, virgulus abdita, vidit;
 350 Oblupuit. cecidere sinu, quas legerat, herbae:
 Flammaque per totas visa est errare medullas.
 Ut primum valido mentem collegit ab aestu;
 Quid cuperet, fastura fuit. ne posset adire,

Cur-

ita illa, qua inscriptus est, clavis. & eo respicere videtur Vellus in voce *anceps*, quod significare videtur id, quod ex utraque parte caput habeat, quamvis deinde rectius a capiendo deducatur. BORN.

337. *Rara quidem facies.*] *Faciem* unus Argent. HEINS. *Facies* multi, sed quia sequitur *arte*, nihil movendum puto. *grata & gratior* Francof. & Sprotil. *Clara & clarior* Balliol. *rara & rarior* Regius.

338. *Silvan.*] *Silvanique* sec. Palat.

339. *Longa.*] *Saepe* idem codex.

341. *Femineâ modulatur carmina voce.*] *Molitur* Cantabrig. quod placet. sic *nervos cibariae molitur* Apulejus in Floridis. Stat. Theb. IV. 33.

Tu quo o memoris regina sonori

Calliope, quantas populis solaveris urbes,
 Solvata iulire lyra.

Porte etiam, *flexanima voce*. *flexanima oratio* apud Ciceronem. *flexanimo sono canere* apud Apulejum in Floridis. *flexanimi concensus* apud Marcianum Capellam. HEINS. Vid. ad lib. XI. 154. de *99 moliri*.

343. *Indigenas.*] Hos Martial. I. 50. vocat *vernos apros*. DOOLA.

344. *Laevaque haustilia bina ferebat.*] Libri mei & Coddell. *Bina ferebat*. CIOSAN. *Tenebat* unus. regibus Palat. & tres alii.

345. *Poeniceam.*] *Poeniceam*. dixi lib. XII. v. 104. HEINS.

345. *Fulvo auro.*] Propriè dixit. Et mox.

Et fulvo cervix praecipitur auro.

Et I. Trill. IV. 25.

Selleet, ut fulvum spectatur in ignibus aurum:

Tentore sic duro est inspicenda fides. CIOSAN.

345. *Chlamydem contractus ab auro.*] In uno meo & Farnes. *Contractus ab auro*. Sed sequor Gifanii iudicium, qui legit, *contractus*. IDEM. Mirevarent libri veteres. Giphinius, Indice Lucretiano in *conringere*, legit, *contractus* ex suis libris. Optimus Florentinus, Berneggerianus & XII. alii, *contractus*. ut de stibula intelligatur. primus Palatinus & alius ejusdem Bibliothecae, *contractus*. Secundus Palatinus, *contractus*. duodecim alii, *contractus*. Forte pro, *contractus*. ut in illo Tibulli I. l. 71.

Totus & argenti contextus, totus & auro
 inspicitur ceteri conspicendus equo.

& sic codex Thyllii. codex Urbianus & viginti ceteri alii *compressus*. duo, *complexus*. unus, *suspensus*. In tantâ cohibita diversitate vix occurrit, quo ad veram lectionem via mihi struatur. quia tamen *compressus* legitur in multis, forte Ovidius *compressus* scriptum reliquerit. Salmastius in Epistolis lib. I. 69. *contractus*. Gronovius in Observ. III. 18. cum scriptis multis, *contractus*. uterque ad sibi tam referentes. Nec displiceret, nisi observassem gemmeas potius quam aureas Regibus stibulas solere assignari. De auratis chlamydbus magis obvia res est quam ut exemplis debeat confirmari. *contextus auro*. ut Met. lib. VI. 160.

Vellibus intexto Phrygiis spectabilis auro.

& apud Silium lib. 3. 571. *intexti velaminis & auro intextam chlamydem*. Posset & *contextus* legi. HEINS.

348. *Reliquerat arva.*] *Antra* plerique & optimi veterum.

350. *Cecidere manu, quas legerat herbas.*] Libri mei ac nonnulli alii, *Cecidere manu, quas legerat, herbae*. quod opinor rectius, etli illud potest esse simile illi Terentii: *prol. Andr. 3. Populo ut plerent, quas fecisset, salsum*. CIOSAN. *Cecidera sinu* prim. Gronov. Thuan. Junian. & pro diversâ lectione Bernegger. bene. ut in lib. V. 399.

Collecti flores iunctis cecidero remissa.

& lib. IV. Fall. 451.

Comites accedite, dicit,

Et mecum vestros flore replite sinus.

Sed Medea sic inducitur apud Valerium Flaccum libro VII. 418.

Cinctur inde sinus, & qua sibi sula magis vis

Nolla, *Promethæae* flores de sanguine porae

Promit.

& mox, — *Tamnia jamque*

Gramina, Persaeaque sinus depromere vices

Coerorat.

Onere sinum suam apud Petronium. cap. 90.

HEINS. *Harbat* plurimi etiam scripti. vid. ad I.

Act. 50.

Curfus equi fecit, circumfususque fatelles.
 355 Non tamen effugies, vento rapiare licebit,
 Si modo me novi; si non evanuit omnis
 Herbarum virtus; nec me mea carmina fallunt.
 Dixit: & effigiem, nullo cum corpore, falsi
 Finxit apri: praeterque oculos transcurrere regis
 360 Jussit, & in densum trabibus nemus ire videri;
 Plurima quâ silva est, & equo loca pervia non sunt.
 Haud mora: continuâ praedae petit inscius umbram
 Picus; equique celer fumantia terga relinquit.
 Spemque sequens vanam, silvâ pedes errat in altâ.
 365 Concipit illa preces; & verba venefica dicit:
 Ignotosque Deos ignoto carmine adorat,
 Quo solet & niveae vultum confundere Lunae,
 Et patrio capiti bibulas subtexere nubes.
 Tum quoque cantato densetur carmine coelum,
 370 Et nebulas exhalat humus; caecisque vagantur
 Limitibus comites; & abest custodia regi.

Na.

Nacta locum tempusque, per ô tua lumina, dixit,
 Quae mea ceperunt, perque hanc, pulcherrime, formam,
 Quae facit, ut supplex tibi sim Dea, consule nostris
 375 Ignibus; & focerum, qui pervidet omnia, Solem
 Accipe: nec durus Titanida despice Circe.
 Dixerat: ille ferox ipsamque precesque repellit:
 Et, Quaecumque es, ait, non sum tuus: altera captum
 Me tenet; & teneat per longum, comprecor, aevum.
 380 Nec Venere externâ socialia foedera laedam;
 Dum mihi Janigenam servabunt fata Canentem.
 Saepe retentatis precibus Titania frustra,
 Non impune feres, neque enim reddere Canenti:
 Laetaque quid faciat, quid amans, quid femina, disces
 385 Rebus, ait: sed amans, & laeta, & femina Circe.
 Tum bis ad occasum, bis se convertit ad ortum:
 Ter juvenem baculo tetigit: tria carmina dixit.
 Ille fugit, sese solito velocius ipse
 Currere miratus, pennas in corpore vidit:

390 Se-

351. Errare.] Terrere Palat. Oxon. & tres alii. ardere Basil. & plures.

352. Valida meum collegit.] Calido unus. concipit Moreti.

355. Non tamen.] Non, ait, effugies plurimi.

357. Herbarum virtus.] Succus Langerm. ut inf.

403. sed nihil muta. vide lib. xv. 205.

357. Et me mea carmina.] Nec me meliores. HEINS.

359. Praeterque.] Propterque quattuor Palatinus. vid. lib. v. Met. 159.

360. Jussit.] Efferit Florent. S. Marci & Neap. Forte, Fecit, ut lex scripti. HEINS.

360. in densum trabibus nemus ire videri.] Haec nimis aspera & intricata; nec dulcedinem & semper lenitatem illam Ovidianam sapere videntur: quis enim haec probet; jussit effigiem falsi apri ire videri? Sed en tibi alterum haud minus opusculum & intricatum, in densum trabibus nemus, plurima qua silva; vides quod trabibus non minus redundare (quia quod plurima silva sat est); quam illud ire videri nullo hic sensu positum esse. Quae omnia lucida & clara erant, si nobiscum legas:

Effigiem nullo cum corpore falsi

Finxit apri, praeterque oculos discurrere regis

Jussit; & in densum rapidus nemus ire videri,

Plurima qua silva est.

videri figura historica, pro videbatur, quo nihil convenientius praecedentibus. quia enim imago tantum apri, non verus aper, ideo videbatur ire, cum revera non iret. quod autem rapidus necessario requiritur; siue fugam serae consideres, siue Cir-

caei carminis vim; dictum, factum. Scanzoni apud Tan. Fabr. lib. 11. Ep. 71. Ignota debet esse luxuries nostri Nasonis his, qui contra libros scriptos audent suas conjecturas obtrudere. ter enim saepe idem dicere amat. sic h. l. v. 28.

Sequere volentem,

Optantemque eadem, paritque cupidim captum. vid. & lib. x. 192. & alibi. neque durum est jussit videri ire, videri scilicet Regi. ut vero densum trabibus, ita arboribus vi. Fast. 9. & passim. praeterea si quem quod videri offendat, ille videtur legere potest auctoritate Gronoviani & duorum codicum. videtur est in uno. pro jussit etiam fecit ardebat Heinio. quod verbum si placeat, nihil scrupuli supererit. in Medic. erat jussit & horrendam; ea quo possit legi:

Jussit, in horrendum trabibus nemus ire videri

Plurima qua silva est &c. ut ita horrenda Mania dicit 1. 216. & horrendum iter h. l. 122. & silvae & alia loca passim horrenda dicuntur; sed praestat nihil movere: nam illud horrendum pato esse glossatoris, qui densum explicabat, nam hunc pro densum poni docet Barth. ad Stat. 111. Th. 495. ex Glossis. vid. & Meurf. ad Lycoph. 252. ita ut & densum possit a Glossatore esse profectum. Bern.

362. Praedae petit inscius umbram.] Gratam petiit Urbini. & unus Medic. umbrat S. Marci & alii nonnulli. HEINS.

363. Spumantia terga relinquit.] Fumantia lege ex quatuor scriptis. relinquit etiam praecautiores. sic equum samantia colla Virgilio. Idem.

365. Concipit illa preces, & verba precantia dicit.]

dicit.] Liber Caecilius & unus meus, Verba venefica dicit. Sed alibi etiam dixit, precantia verba. qui versus non admodum alienus est ab eo, qui legitur in impressis. est enim supra lib. 11. 482.

Neve preces animos, & verba precantia siccant.

Clofian. Verba venefica meliores magno numero. sic contra, verba salubria. Fast. vi. 571. HEINS. Ducit etiam multi codices. vid. lib. xii. 203.

367. Confundere.] Suffundere unus Heinii. vide ad lib. 1. 484. edocere alius Heinii. Deducere Cod. Menard. & quatuor alii, quod etiam verbum magicum. de quo ad Sabin. Epist. Paradis. v. 83. in novae etiam tres. nitidae Thuanus. mox, contextere Leidens.

369. Densatur.] Densetur Neap. Thuan. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. Cantabr. prim. Palat. prim. Vatic. tert. Medic. & alii quinque cum Norico. Adi. Notas Fast. 111. v. 820. HEINS.

371. Et abest custodia regis.] Regi Nanger. prim. Hamburg. & quatuor alii ex nostris. quod & in suis Vivianus invenerat. Epist. 1x. 33. Vir mihi semper abest. & ad Drusum. v. 2.

Jam tibi dimidium nominis hujus abest. Idem. Ur abest Urbini. recte si tollas distinctionem post regi. & ponas post comites.

375. Qui pervidet omnia, Solem.] Pervidet prim. Palat. S. Marci, Neapol. Urbini. prim. Hamburg. & multi alii. bene. Vide Pont. l. 1. fil. vii. v. 43. quae noto. hinc παύωμαι Graecis. comitens Val. Flacco v. 247. Homero ἠέλιος νῆαυ' ἐδωξέ. solem videntem deum pari modo Apulejus dixit lib. 1. Miles. Sol de se lib. 1v. 227.

Omnia qui vides; per quem videt omnia tellus. Lib. xiii. 852.

quid non haec omnia magno Sed videt à caelo?

HEINS. Vid. ad lib. 1. 769. providas Oxon. & undecim alii. Vid. ad Val. Flac. 11. 412.

376. Despicit.] Respicit Leid. Heinii malebat; respice.

377. Precesque repellit.] In utroque meo & Vat. Precesque reliquit. CLOFAN.

379. Et teneat per longum comprecor aevum.] In uno meo, Daprecor aevum. Idem. Heinii malebat, Dii, precor, aevum. annum Moreti.

380. Foedera laedam.] Rumpam quinque veteres. ut Epist. Phaedrae, 17.

Non ego noquitiâ socialia foedera rumpam. HEINS.

382. Retentatis.] Refutatis Basil. receptatis Cantabr.

383. Neque ait reddere Canenti.] Neque enim prim. Gronov. & sec. Moret. bene. nam dixit sequitur.

post quod Circe paulo post tollendum verbum substantivum ex filic codicum. HEINS.

385. Ad ortum.] Ad Ortum multi ex optimis. lib. v. 445.

Solis ad occasum, solis quarebat ab ortu.

387. Ter juvenem baculo tetigit, tria carmina dixit.] Huc sane facit, quod annotavit Lutinius.

exponens illud Suetii v. Theb. Quater aza serena Intonsit. Ubi ait: De numero contrariam ratio est.

Nam omnis impar numerus prospera significat, & visus avertitur: id vero quod par est contra inferum & mortis datur; genivus vero, id est, par, quod ergo nihil agit. deficiatorem est. in Virg. Numero

390 Seque novam subito Latius accedere filvis
 Indignatus avem, duro fera robora rostro
 Figit; & iratus longis dat vulnera ramis.
 Purpureum chlamydis pennae traxere colorem.
 Fibula quod fuerat, vestemque momorderat aurum;
 395 Pluma fit: & fulvo cervix praecingitur auro.
 Nec quidquam antiqui Pico, nisi nomina, restat.

FAB. VIII. ARGUMENTUM.

Socii ejus in feras.

*Socii quoque Pici, * requirentes ducem, ne viribus in nosiam saevirent, contacti venis in varias species abiere.*

Interea comites clamato saepe per agros
 Nequicquam Pico, nullaque in parte reperto,

In.

meto deus impare gaudet. Et ubique mortuis geminum, hoc est parem, adscribit numerum, vel dualem, quatuor taurus inferis maciat, ideo hic quater, quia adversum tonat, & mitis observavit, ut seniores eo tempore dividerentur à sole, ut par numerus, qui est viri contrarius, poneretur. Dicitur autem hic impar numerus à Psychopora reperens, & masculinae virtutis, & deorum superum propter tribuam regulam divinae rationis. Ergo luxuriam signa contigerant, ut quater ipso in lumine portae subdit, atque utero sonitum quater arma dedere. Nam ut dicitur Virgilius de numero coactis equi infernam insulas quo tem, id est mortem, pronuntiare praedicebat. Haec ille interpretis eruditus. CIOFAN.

388. *Ille fugit, sed se.] Ille fugit, sese currere miratus unus Vossianus. HEINS.*

389. *Primas in corpore vidit.] Redit in uno Leidensi. quod eleganter respondet loquentibus, indignatus & iratus.*

390. *Accidit.] Succedere Moreti. vid. lib. viii. 549.*

391. *Duro fera robora rostro.] Duro est in multis, id est in seculo, mimico; nec etiam, fera robora placent admodum, nisi dicta sunt ut feras silvae, de quo ad Epist. iv. 38. in uno Moreti erat, rostro fregit, unde Heinisus coniecerat, duro fera robore rostro regit, ut lib. iiii. 853.*

Evit ille, & iam iam duro Vulnera dat ferro, frangunt in acumine dentes, 392. Ramis.] Truncis Ambros.

394. *Fibula quod fuerat.] Quae fuerat unus Medic. momorderat: aue etiam veni. Medic. ejus magis sequens verus erat adscriptus. max subito auro Parat.*

396. *Nec quicquam antiquum Pico nisi nomina restant.] Antiquo Neap. Arond. & decem alii. antiqui recte optimus Florentinus. in vi. 305. Nihil est in imagine vivi. & restat calligiones plerique. iv. Pont. ii. 45.*

Quid, nisi Pierides, solatia frigida, restat. HEINS. Sed & restant defendi potest. in i. Trist. ii. l. Quid enim, nisi vota, suspensum. Virgil. Ael. viii. 67. Nihil hic, nisi carminis, desunt. Quintil. Decl. xii. 17. nihil gravius quam desitunt spes torquent. eadem diversitas in restat & restant est lib. iv. Trist. x. 85. iv. ex Pont. ii. 45. Boun.

** Requirentes.] Cum enim requirent ut vi. u. f. contenti in varias figuras abeant Colon. Cum enim requirenti etc. in varias figuras abeant Micyll. In varias ferarum species abiere mutati Roenct.*

398. *Nullaque in parte.] Nec in ulla parte unus Heinisus. recepto etiam quinque libri.*

400. *Nebulas ventis ac sole resolvi.] In nonnullis etiam vetus lectio. recludi Florent. S. Marci, Bernegg. Thuan. prim. Hamburg. prim. Moret. & quatuor alii. unus, resindi. alius, remitti. Heinis. Recludi nobis elegans videtur, de quo plumbis ad Val. Flac. i. 655. agemus. tenuaverat ambros etiam tres scripti. aurum unus.*

401. *Primum.] Primum Sprotti codex.*

404. *Noctisque deos Ereboque, Chaosque Convocat.] Neque illud praeterendum hoc loco, quaedam legere, Ereboque, Chaosque, ut sint accusativi, non ablativi, referanturque velut species, ad praecedens genus, noctis Deos. Neque repugnat declinatio. nam veteres Latini ea nomina, quae Graece primo contractiorum ordine fiunt, ut sunt Chaos, Aetelus, &c. secundo Latini declinant. ut*

Inveniunt Circen, (nam jam tenuaverat auras;
 400 Passaque erat nebulas ventis ac sole resolvi)
 Criminibusque premunt veris, regemque reposcunt,
 Vimque ferunt; faevisque parant incessere telis.
 Illa nocens spargit virus, succosque veneni:
 Et noctem, Noctisque Deos Ereboque Chaosque
 405 Convocat: & longis Hecaten ululatus orat.
 Exsiluere loco (dictu mirabile) silvae:
 Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbor;
 Sparfaque sanguineis maduerunt pabula guttis;
 Et lapides visi mugitus edere raucos;
 410 Et latrare canes; & humus serpentibus atris
 Squalere, & tenues animae volitare videntur.
 Attonitum monstris vulgus pavet. illa paventum
 Ora venenata tetigit mirantia virga.
 Cujus ab tactu variarum monstra ferarum
 415 In juvenes veniunt. nulli sua mansit imago.

FAB.

Sic Plautus, Captivis, dixit, Horacum, Scelerum & Trigonae, & Cerum, & mollem casum. Et Virgilius Georg. iv. 347.

Aque Chaos densos divos numerabat amores.

MICVIL. Quidam, contra omnium veterum librorum fidem, legunt, Erebonque, Chaosque. Ego nihil muto. Nam sensus optimus est. Priori illo modo legit etiam Priscianus lib. vi. pag. 720. exponitque ab Erebo & à Chaos. CIOFAN. Ereboque, Chaosque plerique veteres. & recte. HEINS. Chaosque ed. prius. vid. ad Val. Fl. iv. 123.

405. *Convocat.] Convocat Gronov. prim. Evocat Leidens. ut lib. i. Amor. viii. 17.*

Evocat antiquis proavos atavosque sepulchris.

405. *Et longis Hecaten ululatus orat.] In duobus Vatican. Et magis Hecaten. CIOFAN. Prim. Palat. prim. Vatic. Thuan. Urbini. prim. Esfurt. alique plerique, magnis lege, magis ululatus. HEINS. Nihil muto. lib. iiii. 706.*

Peuthea sic Heinis longis ululatus aut her Movit. Val. Flac. iii. 602. Longas sive voces spargere. longus autem & magnus etiam confuderunt librari lib. viii. 240. & alibi. BORM.

406. *Exsiluere.] Exsiluere vetustiores. mox arbor, pro arbor, quatuor libri, ut saepe alias. HEINS.*

407. *Ingemuitque solum, vicinaque palluit arbor.] Explicandum etiam hoc loco Commentatori, ut opinor, erat, cur post majora poeta minor subjungeret, deinde quae illa vicina fuerit arbor, quae in hoc mihi notatur, ut ingenia excitem. nam ego plane haecito. GLABIAN. Positum pro, vicina arbor.*

208. *Sparfaque sanguineis rubuerunt pabula gut-*

is.] In uno meo & Caesell. Maduerunt, non Rubuerunt, legitur: sed in eodem Caesell. & Vatic. est, Gramina guttis. CIOFAN. Maduerunt Moreti. Vid. lib. iv. 481.

409. *Et lapides visi mugitus edere raucos.] In uno Vatic. Et lapides visi gemitus sunt edere raucos. Illud rectius videtur. CIOFAN.*

409. *Edere raucos.] Reddere prim. Gronov. & duo alii. edere mutas Bonon. vid. lib. i. 732.*

411. *Animae volitare videntur.] Quaedam exemplaria silentium habent, non videntur. quomodo legendum intellectus postulat, qui à superioribus dependet monstris. Hoc enim ait. Et vifae sunt tenues silentium animae volitare. MARIANO. Accursus. in Diatribis. Silentium Neap. Ubin. prim. Pal. prim. Vat. prim. Esfurt. Arondel. & viginti circiter alii. optime. silentis pro monstris. sic passim Poetae, sic Aacus jura silentibus reddere cecur Met. xiii. 25. HEINS. Non probo illud silentium, quia sequens etiam versus exit in paventum, & ita Rhythmum fieret, quamquam nonnulla testa in Ovidio observare licet. tenues vero animae latius indicant illas esse silentium apud inferos. ita enim umbrae & imagines passim vocant Poetae, de quo ad Valer. Flac. v. 52. BORM.*

412. *Ille paventum.] In meo antiquiore, Illa clientum. CIOFAN. Paventis Florent. S. Marci & Bonon. HEINS. Clientum multi scripti.*

412. *Attonitum monstris.] Heinisus correxerat olim. monstris, ut & apud Silium lib. x. 370. Attonitum visi. ubi vide.*

415. *In juvenes veniunt.] Abest unus Moreti. ut inf. 551. mansit origo Basil. & Thuanus.*

In.

FAB. IX. ARGUMENTUM.

Canens Pixi uxor ^a in auras.

^a Uxor quoque Pixi ^b Canens secundum Tiberim deflens desiderio viri amissi estabuit. ^c Ita tamen ut locus memoriam nominis praeberet posteris. ^d Canens enim nominatus est.

Presserat occiduis Tartessia litora Phoebus:
Et frustra conjux oculis animoque Canentis
Exspectatus erat. famuli populusque per omnes
Discurrunt silvas, atque obvia lumina portant.
420 Nec satis est Nymphae flere, & lacerare capillos,
Et dare plangorem; facit haec tamen omnia: sese
Proripit; ac Latios errat vesana per agros.
Sex illam noctes, totidem redeuntia Solis

Lu.

Lumina viderunt, inopem somnique cibique,
425 Per juga, per valles, qua fors ducebat, euntem.
Ultimus adspexit fessam luctuque viaque
Thybris, & in gelida ponentem corpora ripa.
Illic cum lacrimis, ipso modulata dolore
Verba, sono tenui moerens, fundebat; ut olim
430 Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.
Luctibus extremum tenues liquefacta medullas
Tabuit; inque leves paulatim evanuit auras.
Fama tamen signata loco est; quem rite Canentem
Nomine de Nymphae veteres dixerunt Camenae.
435 Talia multa mihi longum narrata per annum
Visaque sunt. refides & desuetudine tardi
Rursus inire fretum, rursus dare vela jubemur.
Ancipitesque vias, & iter Titania vastum
Dixerat, & saevi restare pericula ponti.
440 Pertinui, fateor; nactusque hoc litus adhaesi.

FAB.

^a In auras.] In locum Parm.
^b Canens secundum.] Ita Raenerius edidit. sed Veneta, Canens desiderio viri secundum Tiberim deflens canis amissi estabuit. Etiam Micyll. Casum amissi deflens. MÜNCKER. Ut Veneta ita Parm. & Lugd. desiderio viri juxta fluvium Tiberim Micyll. Colon. deinde, casum amissi deflens etiam Colon.
^c Ita tamen.] Lotusque ex eventu Canens nominatus est Colon.
^d Canens enim.] Faim deest Micyll.
416. Presserat occiduis Tartessia litora Phoebus] Tartessia, Graecis est Taproboc, Sed Taprobocia S. Marci, Neap. Thuan. sec. Pal. prim. Moret. prim. Hamburg. & decem alii. an Tartessia; sic enim Cartheja nonnullis dicebatur. vid. Salmasium copiose de tota hac re disputantem Solimanis Exercitationibus pag. 201. Taprobocia prim. Varic. Oxon. & alii septem. Tarsessia prim. Reg. Arondel. prim. Palat. & Urbin. Capbesia prim. Gronov. & octo alii. Forte, Cepbesia cum uno Mediceo. Carthesia, vel Carthesia, prim. Basl. & decem alii. Scribe, Cartheia litora, Cartheia eadem quae Tartessios, ut credebant veteres. Plinius libro III. cap. 1. Mela lib. II. Strabo. apud Silium, lib. III. 396.
Arganthonios armat Cartheia nepotes.
Atqui Tartessii rex Arganthonius ille longevus fuerat, ut ex historici notum, Posset & Carpesia litora legi, nam in quatuor scriptis, Carpesia, Καρπεσιος; Polybius Carpetanes vocat. Carpesii etiam Hispaniae populi apud Livium. lib. XXVI. 26. ubi adendum Gronovius. Seneca Hercule Furente, 232.

Pastor triformis litoris Tartessii.
ubi optimus Mediceus liber, Carthesia an Carpesii apud Claudianum Epithal. Honorii. v. 161.
Soblevat Oceani monstrum Tartessia igitur.
ubi pari modo in vetustis membranarum, Carthesia Tartessia; Carthesia, Cartheia & similia. in Martialis vetustis exemplaribus ubique fere Carpesia pro Tartessia exaratum offendi:
Postera vix summos spargebat lumine montes
Orta dies.
Aufon. perioch. XI. Ninosos.
Triboni croceum linquens auroa cubile
Spargebat terras rasperens opera atque labores.
pro Presserat prim. Gronov. prim. Moret. prim. Hamburg. S. Marci, Neapol. Urbin. Thuan. & viginti alii, Sparferat. Virg. Aen. XII. 113. Corigo, Rasperat. Adi. Notae Amor. lib. III. Eleg. ult. pro vulgata tamen lectioe facit Statius Theb. VII. 105.
Jam pronis Gradivus equis Ephyraea premebat
Litora.
Seneca Troad. 169.
— Jamna jam Titan juga stringebat utrumque
quo rō rasperat confirmatur. utrumque verbum à Circensibus tractum, Noller Amor. lib. III. Eleg. 6.
Nunc stringam metas interiore roia.
Val. Flaccus argere dixit libro II. 34.
Jamque Hyperionius metas maris urget liberi
Curras. HEINS. Presserat retinendum. premeret enim sol dicitur ea, ad quae prope accedit, vel quae subit. ut IX. 286.
Decimum premeretur sidere signum.
id est, cum sol intavisset decimum zodiaci signum.
418. Heins.

418. Exspectatus.] Exspectandus unus Heinsii. famulus Cantabr. famuli populi que quatuordecim.
419. Discurrunt.] Succutiant Mediceus unus.
420. Lacerare.] Laniare Moreti unus.
421. Seque proripit.] Sese legendum. quomodo à manu prima in quarto Mediceo legebatur. HEINS.
422. Latios per agros.] Latios quatuor scripti. sic supra, Latios accedere fluvio. dixi Fall. II. §. 555. IDEM.
425. Per valles.] Per colles Thuan. & alius. Heinsius calles conjecerat; sed jugis melius valles opponuntur.
427. Et in gelida ponentem corpora ripa.] In Caesl. Corpora terra. CIOPAN. Gelidas ripas unus Moreti.
429. Verba, sono.] Modo unus Moreti. sed sono habet etiam Schol. Statii lib. v. 341. vid. supr. XI. 636. I. Fall. 424. & II. 94 in quibus omnibus locis eadem est varietas. Nareus fundebat Junian. rasperens fundebat duo libri.
429. Ut olim Carmina jam moriens canit exsequialia cygnus.] Mart. Cantator cygni suavis ipse sui. & ipse lib. v. Trist. Urque jaceus ripa deserta Casstris ales dicitur ore suam desiciente necem. Vid. Aelianum lib. II. cap. XXXI. De Nat. animalium. CIOPAN.
431. Luctibus extremum tenues liquefacta medullas Tabuit.] In meo & Caeslino, Luctibus extremis. IDEM, Malium, Flebitur, extremis Florent. S. Marci. teneras medullas, pro tenues, plurimi veteres. & paulo ante, ipso modulata dolore, non ipso dolore. Latet mendum. an ipso dolore. HEINS. AN. ipso modulata dolore? ut dolor daret modos flebilibus verbis, quae simul cum lacrimis prorumpbant. teneras medullas dixit lib. III. Amor. x. 27. flebitur etiam praefertem, si quis codex addideret. ita sendo delicus lib. VII. 380. lacrimis absumitur lib. v. 427. BURM.
434. Veteres dixerunt coloni.] Camenae Florentinus S. Marci, tert. Bonon. prim. Moret. prim. Hamburg. & unus Basl. quod verum puto. nam à Camenis haec loca antiquitus habitata. HEINS. Vid. lib. xv. 482.
435. Longum narrata per annum Visaque sunt.] In Neapol. erasa vetus lectio, nisi quod. Multaque sunt restabat. quomodo & codex S. Marci. Bernegg. Miraque sunt, mutata per annum idem S. Marci & prim. Hamburg. Metuo ne haec interpolata sint. HEINS. Vid. ad lib. XII. 167.
440. Adhaesi.] Videtur Heinsius ad Claud. I. in Ruf. 35. litus adhaesi conjungere. obscure vero loquitur. sed simplicius puto cum vix nactus componere. nam solet dativum vel ablativum (vid. IV. 27.) huic verbo dare. VI. 641. lateri quo peritus adhaeret; vel addere praepositionem. IV. 644. vinctusque in corpore adhaeret. licet non negem exempla accusativi forte produci posse. BURM.
Tom. II. Gggggg

Nec minus Macareus refert insolentiam sociorum erga Venerem, cum Aeneas adversus Rutulos pro Latino dimicantes ab Evandro auxilium petisset. Et quemadmodum Turnus Venulo legato à Diomede item auxilium postulasset, qui sub Dauno Japygiae rege domicilium posuisset: negante eo, eò quod pro Aenea adversus Venerem stetit, à se vulneratam inimicam haberet. Est ut comites ejus contemptu Deae cupientes proficisci in bellum, in mari volucrum figura decepti subsisterint. Eorum nomina haec sunt: Agmon, Lycus, Idas, Rhetenor, Nycteus. Quae volucres albi coloris ut cygni sunt.

Finierat Macareus: urnaque Aeneia nutrix
Condita marmoreà, tumulo breve carmen habebat:
HIC ME CAIETEN NOTAE PIETATIS ALUMNUS,
ARGOLICO EREPTAM, QUO DEBUIT IGNE, CREMAVIT.

Sol.

Nec minus.] Refert Macareus Aeneam adversus Rutulos pro Latino etc. peisse Raener. Colonienis ita contrahit argumenta: Aeneas pro Lavinia adversus Rutulos dimicavit, cum utrinque vires suas externis augerent copias, Venulus a Turno ad Diomedem missus est, qui sub Japyge Dauno sedebat. Hic autem, excusans vires, refert quo modo comites ejus, ob insolentiam adversus Venerem, in aves Cygnis similes versi sunt.

Aeneas.] Venerem Aeneas adversus etc. Cum auxilium p. Parm. Lugd. quae & dimicantis. Lugd. Micyll. Raener.

Adversus Venerem.] Pro Aenea Venus staret, quam in bello Trojano a se vulneratam ait. b. Refert quoque ut Diomedis comites, Veneris contemptu capientis in illud proficisci bellum, a Dea in aves mutati sunt, quae de nomine datus Diomedae sunt appellatae Raener.

Volucrum figura decepti.] Male haec narat Lactantius. Historiam vide apud Plin. lib. x. 44. Abian. lib. 1. cap. 1. Tzet. in Lycoph. pag. 100. Serv. ad Aeneid. xi. vers. 271. August. C. D. lib. xviii. cap. 16. Schol. Homer. ad Iliad. E. 412. Anton. Liberal. cap. 37. Aristotel. Admirand. Aufcult. pag. 878. Ed. Casaub. Isidor. Orig. xii. 7. Quae autem aves itae sint dubitatur. Erythraei Aeliano sunt, Erythraei à Λαρυ Tetzae. Isidoro forma fulicae similes, magnitudine Cygnorum. Unde & ἑρυθραῖα κόκκιος appellat Tzetzes. pag. 101. ἑρυθραῖα μεγάλας τῆς μεγάλῃς dicit Aristoteles. καὶ εὐρυτῆς ἑρυθραῖας μεγάλας καὶ εὐλαφῆς. videtur sentire Isidorus cum Clavasio, cui Λαρυ est fulica lib. 1. MUNKER.

Agmon.] Agmon & mox Rhetenor Mf. codex. Quae, ut magis Graeca, probanda omnino existimo, nec dubito, quin ea nomina in Nafone ipso ita etiam scribenda sint. Notum & C & G quam inter se & facile & crebro permittuntur. Ἐξέσωσθαι est Ἀγμωνῶν καὶ τῶν ῥητοῦν, ut docet Schol. Ho-

mer. ad Iliad. N. vers. 324. Ceterum ut G. locum τῶν C, ita B saepe locum τῶν V. & vicissim, occupavit. Hinc corruptus Ascionius in Argumento Prooemii Actionis in Verrem: Quia pedestre iter ex Sicilia & propter fugitivos, & propter Veris insidias dubitabat. Lego, devitabat. Cent non ἄγμων, sed ἄγμων, nomen Graecum est. Aemoneum patrem Coeli quidam fecere; unde Ἀγμωνῶν d. ὀψωνῶν in Alis Siumiae. Ubi Scholia videnda. MUNKER.

Ut Cygni sunt.] Coloris Cygni essent Parm. Lugd. ut Cygni essent Micyll. Cygnis similes sunt Raener.

Aeneia nutrix.] Servius, explatans illud Virg. lib. vii. 1. Tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix, ait: Alii Aeneae, alii Creusae, alii Ascanii nutricem volunt. Lectum tamen est in Philolegis in hoc loco classem Trojanorum casu concrematam. Unde Caieta dicta est ἡνὲν τῶν κελῶν. GIOFAN.

Condita marmoreis.] Marmoreis duo veteres, concinnius ad urnam referentes. pro Caietano prim. Basil. & tres alii, Caietum. hoc est Caietan. Targatin unus Palat. HEINS.

Notae pietatis.] Singularis, insignis, eximiae, GIOFAN. Petron. cxi. Matriona nota pietatis.

Solvitur.] Tollitur fec. Palat. male; iv. Fal. 333. Querno solvunt a siphie sinem.

Nubilus umbra.] Umbra unus Basil. mox, cum flava arena, non sulva, S. Marci Florent. Bonon. prim. Hamburg. & unus Voss. bene. imitatio est illorum Virgilianorum ex libro vii. 30.

flavio Tyberinus amoenus, Voritibus rapidis & multa flavus arena, in mare prorumpit.

Silius lib. 1.

in pontum flavo descendit gurgite Tybris. Noster in Ivide, 138.

445 Solvitur herbofo religatus ab aggere funis:
Et procul insidias, infamataeque relinquunt
Tecta Deae, lucosque petunt, ubi nubilus umbrâ
In mare cum flavâ prorumpit Thybris arenâ.
Faunigenaeque domo potitur natâque Latini;
450 Non sine Marte tamen. bellum cum gente feroci
Suscipitur; pactâque furit pro conjuge Turnus.
Concurrit Latio Tyrrhenia tota: diuque
Ardua sollicitis victoria quaeritur armis.
Auget uterque suas externo robore vires:
455 Et multi Rutulos, multi Trojana tuentur
Castra. neque Aeneas Evandri ad limina frustra,
At Venulus magnam profugi Diomedis ad urbem
Venerat. ille quidem sub Japyge maxima Dauno

Moe-

Dum Tiberis flavus Thyseus habeat aquas.
ita enim scripta exemplaria; non liquidas aquas.
flavus Tyberis perpetuum epitheton ejus fluvii. ita passim Noster alique. reddidimus Nasoni eam vocem in Ivide Mf. 138. Trist. v. El. 1.

Quos frutices sylvae, quos flavae Tybris arenas.
Stadius Silv. iv. 5.

Continuo dextrae flavi pete Tibridis oras.
Festus Avien. Deser. Orb. 493.

Per quas flaventes Tybris pater explicat undas.
Claudian. Conf. Olyb. 220. ubi agit de Tibri:

Taurina levantur
Carnua temporibus flavos sudantia rivos.
ubi rancos perperam circumfertur. HEINS. Convulsa arena unus Basil. vid. lib. xi. 499.

450. Non sine.] Nec sine Vatican.

452. Concurrit.] Occurrit duo libri. etiam non male. nam & hoc verbum belli est. Noster III. Amor. xii. 12.

Quodve putem filius nostris occurrere satis?
Quosve Deos in me bella movere querat?

Propert. i. xx. 30.
Saepe imprudenti fortuna occurrat amanti.
vide tamen ad lib. vii. 30. BUON.

454. Externo robore.] Milito tres. corpore unus.

455. Trojana tuentur Castra.] Sequuntur Castra Moreti liber. non male. ita supra ex Mf. xii. 320.

Frustra nulla arma sequentem.
& v. 91.

Neutra arma secutum.
vii. 377.

Venturquo aetate senatum.
Arma sequi.
III. Amor. viii. 26.

Sed tropidas acies & fera castra sequi.
ubi vide Heinf. BOKM.

456. Evandri ad moenia frustra.] Evandri moenia unus Basil. & unus Voss. ad Evandri duo. pro

moenia multi ex antiquis, limina: nam moenia mox sequitur. Scribe,

neque Aeneas Evandria limina frustra Venerat.

nam Td ad mox sequens subintelligitur. sic Evandria ensis apud Virgilium lib. x. 493. Mons Evandrius apud Claudian. vi. Conf. Honor. II. Stat. xvii. Conf. Domit. Evandrius collis Prudentio 1. contr. Symmach. Curia Evandria de Carmente Silius lib. xiii. 816. Evandria mater haec fuit idem lib. vii. 18.

Qui Carmonis opes & regna Evandria servas.
apud Marcan. Capellam lib. vi. Caillus praefectus classis Evandriae. Venire cum quarto casu conjunctum non addita praepositione etiam Maroni familiare est, ut in illo lib. 1. 2.

Italiano fato profugus Lavinia venit Littora.

Claud. bell. Getic. 73.
Nec perveneris juvenitas Robur Aloidae.

Sil. lib. xiii.

His laeti reliere duces loca amoenâ piorum. HEINS. 457. At Venulus frustra.] At Venulus magnam Florent. S. Marci & tres alii. recte, nisi quod malim, Ut Venulus. nam S. Marci, Urbin. Neap. alique nonnulli Et. plures cum Oxon. sed. Virgil. l. xi. 226.

Ecce super moesti magna Diomedis ab urbe Legati responsa serunt.

maxima moenia Noster ipse paulo post appellat. quare non admitto lectionem plurimorum veterum ad arces, pro ad urbem, sed & vulgatum magni Diomedis bene se habet. Virgilius libro VIII. 9.

Mittitur & magni Venulus Diomedis ad urbem. Sed & codices nonnulli verusti in loco paulo ante ex libro Aeneidos xi. adducto, magni Diomedis ad

Gggggg 2 urbe

Moenia condiderat, dotaliaque arva tenebat.
 460 Sed Venulus Turni postquam mandata peregit,
 Auxiliumque petit; vires Ætolius heros
 Excusat. nec se loceri committere pugnae
 Velle sui populos: nec, quos è gente suorum
 Armet, habere viros. Neve haec commenta putetis;
 465 (Admonitu quamquam luctus renovantur amaro)
 Perpetiar memorare tamen. postquam alta cremata est
 Ilion; & Danaas paverunt Pergama flammis;
 Naryciusque heros, à virgine, virgine raptà,
 Quam meruit solus, poenam digessit in omnes;
 470 Spargimur: & ventis inimica per aequora rapti,
 Fulmina, noctem, imbres, iram coelique marisque
 Perpetimur Danaï, cumulumque Capharea cladis.

Neve

vide agnoscunt. HEINS. Magnae urbes passim a No- stro metropoles vocantur. vid. xi. 137.

457. Ad urbem.] In meo, urbes numero multitudinis. in Vatican. ad arces. CIOFAN. De Diomedis in Italiam adventu, deque ejus morte & locis in aves mutatis vide Anton. Liberal. Metam. xxxvii. qui ab Ovidio in diversa abiit.

458. Ille quidem sub Iapyge maxima Danus Moenia condiderat.] Iapyx & Danus idem sunt. Ita inferus 310. utrumque conjunxit, Et Iapygis arida Danaï, &c. Ita quoque vi. Valt. 76. dixit Apulum Danum.

Et generum Oniden, Apule Danae, tuum. Quomodo etiam Horat. iv. Od. xiv. 26.

Qui regna Danaï possit Apuli. CIOFAN.

461. Auxilium petit.] Auxiliumque petit, rectius e vetustioribus multi. HEINS.

462. Nec se aut loceri.] Multi veteres omitunt nec aut, & pro aut velis proximo nec agnoscunt. IDEM.

463. Committere pugnae.] Bello prior Gronov. & nonnulli alii.

464. Habere viros, neve haec commenta putetis.] In uno Vatic. & meo legitur, Halere viros, &c. CIOFAN. Firus Florent. S. Marci, sec. Palat. prim. Basil. Arondel. & viginti praeterea alii. bene. HEINS.

465. Luctus renovantur amari.] Renovantur amaro bene prim. Gronov. quod ipsum & alii nonnulli agnoscunt. IDEM. Vide ad Epist. xviii. 115. mox, perpetiar renovare Bonon. & Neapol. Ovidiana repetitione.

467. Ilion.] Ilis plurimi.

467. Et Danaas paverunt Pergama flammis.] In eodem meo, Et Danaas paverunt Pergama destris. Quae lectio non videtur improbanda: nam nuncius est optimus, & sententia non absurda. CIOFAN. Danaas paverunt P. destrat, Fior. S. Marci, prim. Gron. Arg. & duo alii.

468. Naryciusque heros.] Naryciusque, hoc est, Loerensis. Ajacem enim Oilei innot. HEINS. A templo virgine raptà tres Medic. & unus Heinlii. Pallade raptà Vossian. Heinlius conjiciebat, a Pallade virgine raptà.

469. Digessit.] Digressit Politian. Gronov. & octo alii. & margo Gryph. & Berlin. vid. lib. xii. 21.

470. Et ventis inimica per aequora rapti.] In eodem meo, Per aequora rapti. CIOFAN. Ita & octo alii.

471. Fulmina.] Fulgura prim. Exfuit. alter Regius & unus Leid. pro imbre prior Twiscidius, hyemes, id est, tempestates. sed nihil mutandum. Diest. Cretens. lib. vi. cap. 1. in hac ipsa navigatione: Multa inhoribus ventisque, & ob id saevitate mari indigna experti. HEINS. Virgil. iii. 194. & v. 11.

Carnulens supra caput adfictis imber Noctem hiememque serens.

473. Referent.] Referam fere omnes.

474. Quoque stenda.] Misferanda unus Moreti.

475. Cura Minervae.] Locutio Graeca. Vide, quae dixi lib. i. ad illum locum, Cura Dei. CIOFAN. Armigerat novem scripti.

476. Patriis sed rursus ab agris Pellor.] In eodem lib. Patriis & rursus, &c. Male: Natus error, quia librarii veteres set, per i scribebant, postea omisso i factum est &c. Sic quoque depravatus locus Ciceronis ad Atticum lib. xiii. epist. v. Colloquere tu quidem cum Silio, ut scribis, & urge. Legendum, sed urge: qua in sententia est etiam Muretus. CIOFAN.

476. Ab agris.] Ab Argis multi veteres. & recte. nam Diomedes Argis imperarat. Tydeus enim Adrasti filiam duxit cum in exilio esset, & Argis visit, hinc patriis Argos vocat. & sic citat Servius Cujacianus vulgatis auctor ad lib. xi. Aeneid. cuius excerpta penes me iant, sic & apud Aufon. Epitaph. Heroum c. vi,

Ci

Neve morer referens tristes ex ordine casus;
 Graecia tum potuit Priamo quoque stenda videri.
 475 Me tamen armiferat servatum cura Minervae
 Fluctibus eripuit. patriis sed rursus ab agris
 Pellor: & antiquo memores de vulnere poenas
 Exigit alma Venus: tantosque per alta labores
 Æquora sustinui, tantos terrestribus armis;
 480 Ut mihi felices sint illi saepe vocati,
 Quos communis hiems, importunisque Caphareus
 Merfit aquis: vellemque horum pars una fuissim.
 Ultima jam passî comites belloque fretoque,
 Deficiunt; finemque rogant erroris. at Acmon
 485 Fervidus ingenio, tum verò & cladibus asper,
 Quid superest, quod jam patientia vestra recuset

Fer-

Crimen ob uxoris pulsus detalibus Argis. Simile mendum sustulimus Fast. v. 51. 651. Sinon apud Virgilium, xi. Aen. 45.

si patriis nunquam remissam victor ad Argos. & libro xi. 269. in oratione Diomedis, ut quidem in nonnullis membranis exaratum est,

— patriis ut reddidus Argis

Conjigium optatum & pulchram Calydonia viderem. Nam vulgati, patriis oris. Statius lib. iii. Silv. ii. 27.

Ergo age set patriis, liber jam legibus, Argos incolis. Sed placet Florentini omnium optimi codicis & aliorum quorundam scriptura, patriis aris exhibentium. Stat. Theb. vi. Nequicquam hunc Patriis Aulax promiserat aris. & sic meliores libri in Maronis loco, ubi plura. HEINS. Semper fere in his vocibus agris, argis, oris, aris aberrarunt librarii. vid. i. Amor. iii. 5. mihi vero etiam patriis aris placet. Sil. xiiii. 81.

Patrias demisit ad aras;

ut ibi legendum est. Catul. Epith. Pel. 132. Sicine me patriis avellam, perfide, ab aris. ubi etiam oris vulgo legebatur. reddenda & ea vox Stat. Achil. ii. 361.

Quid si nunc aliquis patriis rapturus ab aris? oris ibi circumfertur. BURM.

478. Exigit alma Venus.] Cautè tangit impudicitiam uxoris Aegialeae, quam in adulterio deprehensam exolus fugiebat.

479. Tantos terrestribus.] Quantos Ubinas.

481. Importunisque Caphareus.] Importunisque cum Barberiniano & Langevanniano. HEINS.

482. Vellemque horum pars una fuissim.] Ewiffan cum S. Marci, Bernegger. prim. Hamb. aliisque multis. vellemque hori unus meus ex veterrimo descriptus. vide annotata nostra ad Maron. Aeneid. vi. 51. 204. IDEM. De eodem vid. Heins. ad Claud. vi. Conf. Hon. 422.

483. Belloque fratoque.] Caelest. Ferroque mari-

que. CIOFAN. Belloque marique duo libri Heinlii. deservunt etiam unus.

484. Finemque rogant erroris.] In meo, Utini, & Captanic. Finemque rogant terroris. Errandi causa librario fuit ultima litera verbi rogant, quam sine causa geminavit. Sic in antiquissimo omnium Virgili libro, qui in Vaticana Bibliotheca adservatur, Allias serpissimque. Tale quippiam accidit quoque illi Ciceronis lib. xiv. Fam. Ep. 4. Sallustius, inquit, officio vincet omnes spes; Cœmilius est perbenevolus nobis. Quod cum alii viii docti, inter quos, summum Europae decus, amicus meus. Petrus Victorius, depravatum esse vidissent & nihil significare; ex, Spes Cœmilius, rectè fecerant, Peseemius, hoc modo: Sallustius officio vincet omnes; Peseemius est perbenevolus nobis. Atque, quin ea vera sit lectio, dubitari non oportet. Ita quoque erratum est in fragmento aereo legis Serviliae de pecuniis repetendis, quod est apud Fulvian Ursinum, in quo haec verba ita incisa leguntur: Qui vivunt corum majorei patriis satisfactum erit. Contra, cum dictiones duae occurrerent, quarum altera in ultima syllaba in litteram desinebat, quae sequentis dictionis principium esset, primam litteram interdum omittent. Ut in illo ejusdem Ciceronis ad Attic. lib. v. epist. 21. Nam quae Hermioni centurioni Scamulae. Quo in loco jampridem admonuit politissimus, & in his rebus diu multumque versatus, Paullus Manutius, legendum sibi videri, Centurioni Scamulae. Cujus opinionem probant viri undecumque doctissimi, M. Antonius Muretus, Fulvius Ursinus & Petrus Angelus Bargaeus. Hujus rei exempla, cum in aliis libris scriptis, tum in Paudectis Florentinis, satis multa leguntur. Ex hoc etiam fonte videtur emanasse illud Ciceronis lib. vii. epist. 3. ad Attic. Tribunas valentes, addito C. Cassio. Est enim legendum, Cassio absque praenomine. Idque videtur Corradus &

Ferre, viri? dixit. quid habet Cytherea, quod ultra
(Velle puta) faciat? nam dum pejora timentur,
Est in vota locus: fors autem ubi pessima rerum,
490 Sub pedibus timor est, securaque summa malorum.
Audiant ipsa, licet; licet, ut facit, oderit omnes
Sub Diomede viros; odium tamen illius omnes
Spernimus, & magno stat magna potentia nobis.
Talibus invitam Venerem Pleuronius Acmon
495 Instimulat verbis; veteremque refuscitat iram.
Dieta placent paucis. numeri majoris amici
Acmona corripimus: cui respondere paranti
Vox pariter, vocisque via est tenuata: comaeque
In plumas abeunt: plumis nova colla teguntur,
500 Pectoraque, & tergum: majores brachia pennas

Ac-

& is, quem modo nominavi, Manutius. eodem modo erratum initio Caesaris libri primi de Bello Civili: *Litteris à Fabio C. Caesaris Consulibus reditis*. Parisiensis, ut huic loco medicinam facerent, ediderunt, à C. Fabio Caesaris, licenter. Ego cum iis facio, qui legendum putant: *Litteris à Fabio Caesaris, &c.* Conluerville autem Caesarem, cum de se loquitur, nunquam praenomen addere, & vir spectatae eruditionis atque in veteribus libris emendandis exercitatus, amicus meus, Aldus junior, hoc ipso in loco literis mandavit, & ego etiam observavi. Quod autem ad Diomedis comites in aves mutatos pertinet, lege Aelianum de Historia Animalium lib. 1. cap. 1. August. de Civitate Dei, Plinium lib. x. cap. 14. Servium lib. xi. Aeneid 273. haec interpretantem:

Fluminibusque vagantur aves, (bes dira morum Supplicia) & scopulos lacrimosis votibus implent.

CROFAN.

484. *Agmon.*] Nonnulli, *Acmon.* quod nomen Graecum est. sic *Pyraemon* in veterinis codicibus apud Virgilium: & *Acmoides* apud nostrum Valt. iv. *Progne, Progne, Cygnus, Cygnus.* & similia. apud Virgilium quoque in optimis exemplaribus est *Acmon.* HEINS.

485. *Fervidus ingenio.*] *Ira sibi ingenta* Leid. unus pro varia lectione.

486. *Patientia vestra.*] *Vestra* plerique castigatior bene. HEINS.

489. *Est locus in voto.*] *Est in vota locus* Thuan. & duodecim alii. rectius. *Fors pro fortis* scripti. IDEM.

490. *Summa malorum.*] *Cura* Cantabr. vid. lib. ii. 627.

491. *Licet, & quod facit, oderit omnes.*] *Licet, licet ut facit, oderit omnes,* nervosius alter Thuan. unus meus & unus Medicus. etiam Arondelianus, nisi quod in illo *ut facit* erat omisit, quin

quod facit, vel, qua quod facit Bernegg. *quam quod prior* Hamburg. *vel quod piim.* Moret. & prim. Bonon. *ad licet* geminare neglexerat librarius. hinc natae tot lectiones. HEINS.

492. *Odiū tamen illius omnes Spernimus.*] In eodem meo, *Spernimus,* praeteriti temporis. CROFAN.

492. *Et magno stat magna potentia nobis.*] *Tanta potentia nobis* unus Moreti & alter Thuan. *parvo stat* ex veteri libro notarat Politianus & Vivianus. quomodo prim. Moret. & decem alii ex nostris. lege, & *parvo stat tanta potentia nobis.* potest & *magna potentia* ferri. Vide quae de hoc loco à nobis dicta sunt lib. v. §. 373. & de Veneris intellige potentia. malim etiam, *odiosum tamen illum omne Spernimus.* Hoc vult, socios suos superiores esse omni Veneris insultu. HEINS. *Et damno stat* unus Leidensis pro varia lectione.

494. *Invitam Venerem.*] *Invitam* meus charactere ex vetusto descriptus, & pro diversa lectione Zulichemianus. placet. quia *iram* sequitur. HEINS.

494. *Pleuronius Acmon.*] *Pleuronius heri* duo libri.

495. *Veteremque refuscitat iram.*] In uno Vatic. *Veteremque refuscitat iram.* In alio, Capran. & meo, *Stimulisque refuscitat iram.* CROFAN. *Stimulisque* etiam nonnulli. *Stimulosque* tert. Medic. *Stimulisque* alius.

497. *Respondere volenti.*] *Paranti* Urbina. Neapol. & unus Medic. HEINS.

498. *Vocisque via.*] *Superius dixit, Vocis iter.* Lucretius:

— *Et uteribet vocis via septa colist.* CROFAN.

499. *Plumis quoque colla teguntur.*] *Rectius nova colla,* ut Mii. habent quipiam. MARIANO. Accursus. In Diatribis. *Nova colla* S. Marci, utroque Thuan. prim. Gronov. prim. Moreti. prim. Hamburg.

Accipiunt: cubitique leves sinuantur in alas.
Magna pedum digitos pars occupat: oraque cornu
Indurata rigent: finemque in acumine ponunt.
Hunc Lycus, hunc Idas, & cum Rhetenore Nycteus,
505 Hunc mirantur Abas: & dum mirantur, eandem
Accipiunt faciem: numerusque ex agmine major
Subvolat, & remos plausis circumfonat alis.
Si volucrum quae sit subitarum forma requiris;
Ut non cygnorum, sic albis proxima cygnis.
510 Vix equidem has sedes, & lapygis arida Dauni
Arva gener tenco, minima cum parte meorum.

FAB.

burg. & decem alii. quod amplector. HEINS. Vid. ad lib. iv. 499.

500. *Majores brachia pennas Accipiunt: cubitique levas tenantur in alas.*] Hic locus videtur contrarius esse huic, de quo paulo ante admonimus, brachium esse manus proximum quam lacertum, sive *cubitum* hic pro lacerto accipitur opinor. Sed licentia poetica haec consula videntur. nam libro primo de Daphne videtur ordine recto, quam retrogrado, dixisse, *laudat digitosque, manusque, brachiaque, & nudos media plus parte lacertos,* quamquam eo in loco Raphael mulierum Romanarum habitum a poeta describi putat. at id ego non exillimo, quin virginis venatricis mores expressos exillimar potius. GLAREAN.

501. *Cubitique leves sinuantur in alas.*] In Vatic. & Caesari. *Curvantur in alas.* CROFAN. *Curvantur* omnes fere antiqui; nisi quod nonnulli; *tenantur.*

501. *Magna pedis.*] *Magna pedum* prim. Moreti & sex alii.

504. *Hunc Idas.*] Ita libri veteres. quidam legunt, *Hunc Ioli.* ubi autem id legatur non asserunt. quare nihil muto. CROFAN.

505. *Hunc miratur Abas.*] *Mirantur* sec. Vatic. quod sequentia confirmant. HEINS. Et ita Francof.

506. *Accipiunt faciem.*] Modo praecessit *pennas accipiunt,* quare cum prior Gronoviano & duobus aliis legerem, *traxerunt faciem.* ita lib. i. 412.

Saxa,

Missi viri manibus, faciem traxere virilem. ubi plura notavimus; *assumit faciem* unus Heinsii, ut lib. xii. i. *formam* duo libri. BONN.

507. *Subvolat, & remos plausis circumvolat alis.*] *Circumfonat* diu est quod legendum vidi, ne his eodem verbo uteretur. quomodo postea in sec. Pal. scriptum offendi. alibi *fridentis alas* dixi.

— *laum Nereus circumfonat orbem.*

libro i. 185. pro *subvolat* multi ex vetustioribus, *sevolat.* sed frustra. infra, 577.

Subvolat, & cineres plausis everberat alis. HEINS.

508. *Volucrum subitarum.*] *Subitarum* Thuan. Arondel. prim. Gronov. prim. Basil. sec. Pal. & sedecim alii. probe. de dubiis avibus sunt iugae, cum in erodis sint mutati. ut pluvius in commentario nostro adstruemus. Epicedio Drusi, 110.

Oeniden subitas concinxisit aves.

In Ibide, 276.

Quam cui sunt subitae frater & uxor avis. IOESI. 509. *Ut non Cygnorum.*] Sic & Lycophron. de Diomedeis avibus:

Οι θαλασσιων,

*Διαρευειν αιδητους περηντων θινω
Κλωνων, Ιδαλθεντες εινυλονες δερον.*

Plinius quoque lib. x. cap. 44. & Solinus candidum is colorem assignant, ac nusquam gentium reperiri, nisi in sola Apuliae vicina insula asserant, ubi Diomedis exilat tumulus. idem multa alia de his avibus enarrant. de candido colore etiam alii scriptores consentiunt, de forma non item. has *Ιαυδιωνες* vocant Graeci. sic praeter Aristotelem *παραθυρασιων ακουσματων* Antigonus Carystius Hist. Mirab. cap. cxxxviii. Aelianus Hist. Animal. lib. i. cap. 1. Auctores uno consensu tradunt has aves in Diomedei insula frequentes esse, ac Graecos ad accedentes benigniter ab his haberi, infestari Barbaros. Videantur praeter auctores jam nominatos Augustinus de Civitate Dei lib. xviii. cap. 16. Isidorus lib. xii. Originum. cap. 7. Strabo lib. vi. Serv. ad Virg. lib. xi. 280. Stephan. de Urbib. Idem. 510. *Arida.*] *Ardua* octo libri; sed *arida* rectum. ita Avien. Descr. Orb. 125.

Areni tendantur lapygis agra. BONN.

510. *Gener lapygis Dauni.*] Hoc idem ex eo quem paulo supra citavimus, versu perspicue patet, *Et generum Oeniden Apple Dauni tuum.* CROFAN. a Dau-

FAB. XI. ARGUMENTUM.

Appulus pastor in oleastrum.

^a Daunia regionis ^b locum arboribus obumbratum ^c Pan Mercurii filius tenuit: quem postea Nymphae ^d coluerunt. Has pastor Appulus cum procacibus maledictis terruisset, ne amplius linguam in propatulo haberet; numine earum in arborem oleastrum extabuit, cuius fructus suo amaro linguae pastoris asperitatem refert.

HAActenus Ocnides. Venulus Calydonia regna,
Peucetiosque sinus, Messapiaque arva relinquit.
In quibus antra vider: quae multà nubila silvâ,
515 Et levibus guttis manantia, semicaper Pan
Nunc tenet; at quodam tenuerunt tempore Nymphae.
Appulus has illa pastor regione fugatas
Terruit; & primò subitâ formidine movit:
Mox, ubi mens rediit, & contemere sequentem;

Ad

^a Daunia.] Ita non tam veritus describere, cum Dauniae exhiberet MS. Perperam Lavinia Edd. quas videre licuit. MÜNCKER. Lavinia Parm. Lugd. Raener. Micyll. qui in margine, Daunia hoc argumentum ita Coloniaensis Ed. habet. Appulus pastor Daunia regionis, eo quod Nympharum choris agresti salu illuisti, & obtaena convicia addidisti, in arborem Oleastrum transfiguratus est.

^b Locum.] Foite, Incum. Curt. Lib. IX. I. Nominis operum arboribus. Et, sylvae arboribus umbrosae. MÜNCKER.
^c Pan Mercurii filius.] Ex Penelope puta. Herodotus Euterpe: Pani vero Penelope: ex hac enim & Mercurio natus Pan esse dicitur à Graecis. Quia Mercurii filius Pan, πωλύπαρ à Theocrito quia in Syringe: sed alii ex Penelope & Mnesteribus natum dicere. unde & ἀπότρυγ γένων πολυπάρας ibidem vocatur. Pediasimus in illud poematum: Πρωτότης και τῶν Μουσῶν ὁ Πάν, ἔξ αὐτῶν εἶπον ἀνακρίων γάμων κατὰ μέλοδον παραστῆσαι. Sed copiose de genere Panos Natalis Lib. v. cap. 6. ut nihil necesse sit multa à me heic corrigi. Corrigan potius Natalem. Ait ille inter alia: ἄλλοι Penelope & Ulyssis filium putarunt: ἄλλοι ex Ἐθέρῃ suo Ἐρῆϊδα natum inquirunt. Aether non est Nereis. Scribendum, ex Aethre vel Aethra. Aethra autem Oceanidum in numero censetur. Vide quae annotavi ad Hygin. nostri Astron. Lib. II. cap. 21. Idem.

^d Coluerunt.] MS. & Vett. edd. coluuerunt. Sed perperam. Idem Occuluerunt Parm. Lugd. Micyll.
^e Ne amplius.] itaque ne amplius MS. & Veneta. Nec putandum aliter scriptum fuisse à Lactantio. Vide quae disj. ad Fab. VII. Lib. I. MÜNCKER.

[Cuius fructus etc.] Pro his MS. & Vett. ead. Et ita falsus est. MÜNCKER. Et ita Parm. Lugd. Micyll.

512. Putolaeque sinus.] Putoles a putorum colore, id est, malo odore dictos exilitat Stephanus, atque esse compositum nomen. Festus non compositum, sed vel a puteo verbo, id est foetore, derivatos, propter olidum aquae putorem, vel a puteis arbitrator, quorum ibi esset multitudo, ut olidas illas aquas exciperent, sed adventas velim Festi codicem esse corruptum. CONST. PAN. Putolaeque sinus legunt viri docti. Alii, Putolaeque. In meo, Plauciosque. In uno Vatic. Plauriosque. In alio, Plauriosque. In Caelest. Plauriosque. Ex tam magna librorum varietate & discrepantia priorem veriorum puto. CIOFAN. Nullus vero codex inter se consentit, sed omnes fere diversa lectionum monstra exhibent. sed Peucetios rectum esse conilat, quia Japygibus, Daunius & Peucetius Peucetii miscentur, ut ejusdem originis: nam Lycaonis filii fuere Japyx, Daunius & Peucetius, qui has oras occuparunt; Anton. lib. XXXI. ubi & fabulam de Nymphis Epimelethibus narrat, non multum ab hac Ovidii dissimilem, sed, ut apparet, ex aliis auctoribus repetitam. vid. & Servium ad Virg. VIII. Aen. 9. BORN.

515. Et levibus guttis manantia semicaper Pan Nunc tenet.] In Caelest. & meo, Et levibus caninis. CIOFAN. Levibus caninis S. Marci, Neapol. prim Vatican. tert. Medic. alii tredecim, & pro diversa lectione Bernegger. & Arondel. lege, levibus stagnis manantia. nam in exaratis libris stagnum pro stagnum frequenter scribitur. Ita Notter fere semper dativos antris. supra lib. XI. in descriptione Sounni atque ita alibi passim, si attendas. Virgil. manantia

520 Ad numerum motis pedibus duxere choreas.
Improbat has pastor: saltuque imitatus agresti
Addidit obtaenis convicia rustica dictis.
Nec prius obticuit; quam guttura condidit arbor:
Arbore enim succoque licet cognoscere mores:
525 Quippe notam linguae baccis oleaster amaris
Exhibet. asperitas verborum cessit in illas.

FAB. XII. ARGUMENTUM.

Naves Aeneae in Nymphas.

Turmus, adversus Aeneam pro Lavinia sponsi dimicans, cum immittere ignem classibus conaretur, Mater Deum, quia ex Ida monte Phrygiae sacro essent factae, impertratis precibus ab Jove, in Nympharum speciem illas convertit, atque deorum marinarum numerum augere possent effecit.

Hinc

fontibus antra in Calice. & in Aen. Rosida rivis Heronica saxa, Apulej. Met. IV. Roridi specus. levia autem stagna, ut leves rivis, in Calice. VI. 147. patulo ante, reliquit pro reliquit cum plerisque melioribus. HEINS. Isthanc vocem caninis in septemdecim MS. codd. reperiri adfirmat recens Ovidii restitutor: sed id si verum esse ponamus, tunc pro manantia legendum omnino fuerit, nantia: de quo, si quid video, nemo tecum tria verba commutabit. At quod Vir Cl. legendum ait, levibus stagnis manantia, metuo ne novitiamor id ab eo expresserit. Quis enim unquam levia stagna appellavit? Dicit aliquis esse apud Horatium mobilis rivus, fateor, sed aliud quaerimus, levia stagna scilicet. Deinde, cum vulgati libri habeant, levibus guttis manantia, quae lectio & elegans est, & rerum naturae convenit, non fuit cur aliud quaereretur: nam id, quod ait Poeta, omnibus fere antris, praesertim quae fixae sunt, accidit, ut uberrimis guttis fluant. Quin & illae guttulae in stirias interdum abeunt, & dependulae cameram antri praetereunt ob vim saxificam lapidis. Itaque septemdecim illi MS. ludibrium debent & judicium confutere oportuit. TAN. FABER. Lib. II. Ep. 69. Nec mihi stagna illa levia admodum placent, cum in antris aquae quidem guttatim desufluentes sint, & ita rivis possent dici; sed illos stagna vocare Papiniano magis tumori, quam Ovidiana simplicitati conveniret. guttas ergo non facile repudiarem. ita v. Fast. 661. Vivo rorantia saxo antra. ubi & leves aquae sequuntur. Columella lib. X. 267.
Antraque Castalis semper rorantia guttis, toris enim modo guttae illae decidunt ex saxo. in uno Basil. erat, juncis, in alio, 1081. quod videtur ex libro III. 160. repetitum. BORN.
Ions. II.

517. Has illa pastor.] Has Nymphas Medic. tert. & Vatican. forte, has Nymphas pastor regionis fugatas.
519. Sequentem.] Sequacem Basil.
520. Ad numerum motis pedibus.] Ita scripti. metuo tamen, ne motis manibus à Nalene fuerit exaratum. Vide Notas Rem. Am. VI. 334. HEINS.
521. Improbat has pastor.] Appulus has culpat tres scripti. Interpret unus Basil. mox pro Addidit, Thuan. Addit etc. & pro imitatus idem cum duobus Moreti & sex aliis, imitatur. Scribendum fortasse,
Improbat has pastor saltuque imitatur agresti,
Addit & obtaenis convicia rustica dictis.
nam illud improbat hic proflus frigidum est. HEINS.
524. Arbore enim est.] Haec nulli sunt. Scribe, Arbore enim succoque licet cum Florentino S. Marci. Tò est etiam quatuor alii omittunt cum Neap. & prim. Reg. vel reponit, quod malo,
Arbore jam succoque licet cognoscere mores.
vel, quod longius abit, Arbore adhuc. metuo tamen ne quid altioris mendii subit. HEINS. Liqueo Florent. & duo alii.
526. Cessit in illas.] Mansit in illis plurimi scripti. Moreti & Medic.
^a Mater Deum.] Deorum Parm. Lugd. Micyll. Raener.
^b Impertratis precibus.] Haec est lectio MS. & Vett. Edd. nisi quod tò illas nec MS. nec Venet. agnoscunt. Raenerius dedit, impertravit precibus ab Jove, ut, in Nympharum speciem conversas, deorum marinarum etc. MÜNCKER.
^c Illas convertit.] Illas deest Parm. Lugd.
^d Utique.] Ita Micyll. Sed Veneta & MS. non habent tò que. MÜNCKER. Coloniaensis hoc & sequens
Hhahhh

Hinc ubi legati rediere, negata ferentes
 Arma Ætola sibi, Rutili sine viribus illis
 Bella instructa gerunt: multumque ab utraq[ue] cruoris
 530 Parte datur. fert ecce avidas in pinca Turnus
 Texta faces: ignesque timent, quibus unda pepercit.
 Jamque picem, & ceras, alimenta que cetera flammæ
 Mulciber urebat, perque altum ad carbasa malum
 Ibat: & incurvæ fumabant transra carinæ:
 535 Cum memor has pinus Idaeæ vertice caesas
 Sancta deum generix, tinnitibus aëra pulsi
 Æris, & inflati complevit murmure buxi.
 Perque leves domitis invecta leonibus auras,

ll.

Irrita sacrilegâ jactas incendia dextrâ,
 540 Turne, ait, eripiam; nec me patiente cremabit
 Ignis edax nemorum partes & membra meorum.
 Intonuit dicente Deâ: tonitrumque secuti
 Cum saliente graves ceciderunt grandine nimbi:
 Aëraque, & subitis tumidum concursibus æquor
 545 Afraci turbant, & eunt in proelia, fratres.
 E quibus alma parens, unius viribus usa,
 Stuppea prærumpit Phrygiæ retinacula classis:
 Fertque rates pronas, medioque sub æquore mergit.
 Robore mollito, lignoque in corpora verso,
 550 In capitum faciem puppes mutantur adanææ.

ll

quens junctim ita exhibet: Naves Ænææ, cum eas Turnus accendisset, a matre Deum, quia in sacra ta ei sicut ibi caesæ fuerunt, in Nymphas marinas transformatae sunt. Quae, perpefforum temporum memores, alias rates labore vesatas libenter sublevarunt. Græcorum autem vedrices perire, tramatæ cladis memores, libenter viderunt, ut Ulyffii navem frangi, Alcinoi autem in saxam mutari.

529. Bella insaufa gerunt.] Instructa gerunt S. Marci, Urbini, prim. Hamburg. & quatuor alii. quod vehementer aridet. sex alii, infesta, unus, exhausta, alius, excussa, alius item, ingesta. HEINS. Vid. ad lib. III. 544.

531. Texta faces.] Melius, texta. Idem J. Fatl. 506. Pinca non sano ter pede texta ferit. & I. Triff. III. III. Pinca texta sonant. CONST. PAN. Depravatus locus una videlicet litterola. Nam in lib. meo & Cædelt. legitur, Texta faces: x in e tenere à liberatis mutatum. librorum veterum lectionem comprobat Catullus in carmine de Nuptiis Pelei & Thetidos, ubi sic est non longè à principio:

Pinca conjangon inflesæ texta carinæ.
 Quod etiam animadvertit vir summa doctrina & diligenti, Conlantius Fanensis. De Æneæ autem navibus, quibus Turnus ignem immisit, sic Virg. lib. x. Æneidos 219.

Atque illi (Æneæ) molis in spatio choræ uterfaarum

Occurrit comitum, Nymphæ, quas alma Cybele
 Ninna habere maris, Nymphas è navibus esse
 Joffert, innabant pariter, flutibusque scabant: etc.
 CIOFAN. Scribo cum Palauno, fert ecce avidas in
 pinca Turnus Texta faces. DAN. HEINS. Texta S.
 Marci. Lege, Texta cum Cantabr. Junet. prim. Erf.
 fart. prim. Bass. prim. Gronov. & multis aliis.
 Triff. lib. I. Eleg. III.

Pinca texta sonant: pulsi stridore rudentes,
 Fatl. I. 506.

Pinca non sano ter pede texta ferit.
 Catullus pæn modo initio Epithalamii Thetidis. in

altero Thuan, supra texta. carinam è pinu texere apud Avienum Descriptione Orac Maritimæ, 11. 107.

Non hi carinas quippe è pinu texere
 Peccare morem, non abiste, ut usus est,
 Curvant fasces.

Ita scribenda ista sunt. HEINS. Vide Sciliger. ad Catul. Epith. Pelei yf. 10. & Serv. ad Virg. II. Æn. 16. transra erat in Genevensi.

532. Picem & ceras.] Picem cerasque unus Medic. flammis etiam Gronov. & quatuor alii. mox Mulcifer plurimi.

534. Fumabant transra.] Flammabant optimus Thuan. an flammabatur? Val. Flaccus lib. v. 178.

Sol propius flammabat aquas.
 aut, quia hoc insolentius, lambebat, ut apud Virg. lib. II. 682.

De vertice cepit hli
 Lambere flamma cosmas.
 quod Sidonius Panegyrico Anthemii imitatus:
 Cunctantis hli

Lambebant teneros incendia blanda capillos.
 ubi rutilantis fortasse scribendum. apud Valer. Flac.
 cum lib. v. 55.

Sola virgini flammis vidit lambentibus ossa.
 Horat. lib. I. Sat. v.

Nam vana per veterem dilapso flamma cultans
 Vulcano summum properebat lambere testum.

Pro transra multi veteres, atque inter hosce S. Marci, Neapoli. Thuan. quart. Medic. Oxon. prim. Hamburg. & sex aut septem alii, igne. Scribe, ——— fumabant tigna carinæ.

vel lambabat. quam vocem etiam restitimus lib. IV. Fall. yf. 233. Lucretius lib. II. 192.

Nec cum subsistunt ignes ad texta deorum,
 Et ceteri flammæ degustant tigna traleant.

sed & tigna in navibus. Propert. lib. IV. El. VI. Quodam voluit proca Cerasuros saxa minantes; Tigna cava & pilos exquirere stentis; auctor Elegiæ in obitum Maecenatis;

ll.

illam piscem viderunt saxa Pelori
 ignibus hostilis tradere tigna ratis.
 sic scribo. vulgati, reddere tigna. Orientius Com-
 monitorio:

Quid quereris diros portus ventosque furentes;
 Tristia famosis æquora naufragis?
 Icaeam stivis anno rore querent,
 Si tigus non est utilis, adde facti.
 Contentique tuo, semotum si qua per orbem
 Nascentur, patens crede rogata tibi.

ita versus illi sunt scribendi. paulo post apud eundem:

Quaritur in fomos tenuato lactida vitro
 Marmoribus variis labrica cella tibi.
 Tanquam non adeat solis coenitia tigus,
 In bene securo pectore, tuta quies.
 Certo non aliter stientia prolatis ora,
 Quem penne obtulerint, quam cava palma liquor.
 qui locus etiam non uno mendo est inquinatus.
 solis coenitia tigus, subintellige texta. vulgo textis
 venis. sic & tigna in vineis. Ad Festum. vetus
 Glossarium MS. Tignum dicitur omne genus lignone
 materias. hinc tignillum. qua voce usi sunt Catullus
 & Tibullus lib. II. El. I. tum & Cataleis Penta-
 cius carmine de Vere:

Nota tignilla limit jam garrula luto chelidon:
 Dum recoit sidos, nota tignilla limit.

Ita scribendi illi versus ex fide duum vetustissimo-
 rum codicum. Jam matacilla canit in vulgatis legi-
 tur. Virgili nempè illa respexit, IV Georg. 307.

Garrula quam tigus nidam suspendat hirundo.
 limit, luto conspergit, hinc emendandus Varro
 τῶν Μοιρῶν apud Non. in fingere. Ut hirundines
 tigus (vel tignillis) oblitis tegulas fovebant. ubi, fign-
 gillis oblitis nunc legitur. parvum tignillum Phædro
 lib. I. Fab. II. usus & ea voce præter Tibullum
 Juvenalis. HEINS. Fumabant charybra Medic. coffra
 Sixi. rostra Bonon. & unus Heinsii.

537. Complevit.] Compleverat prim. Medic. mur-
 muræ alius & Florentin. S. Marci.

538. Inveffa.] Evessa Gronov. sed mox 597.

Junctis invetta columbis.
 542. Intonuit dicente dea.] Intonuit impersona-
 liter accipitur, pro tonitru factum est. Grammati-
 ci vocant verba exemptæ actionis. operæ pretium
 autem est videre, in hac navium Metamorphosi
 mirabile Poëtæ ingenium, qui tam multas inve-
 nerit similitudines, ubi nulla propemodum vide-
 batur. CLAREAN.

543. Tonitrumque.] Tonitrusque unus Heinsii.
 tonitrusque Vossian.

544. Et tumidum subitis concursibus æquor.] In
 meo, Tumidum rapidis, etc. CIOFAN. Subitis tu-
 midum unus. subitum tumidus alius.

544. Æquor.] Declarat M. Tullius II. Acad.
 Quæst. quare Æquor dicitur: cujus hæc ubi leguntur:
 Quod iam flavum quædam mare, è quo & Æ-
 quor illud poëtæ vocant? CIOFAN.

545. Afraci.] Veni, Auroræ & Afraci Gigan-
 tis filii. RELIUS. Sic enim & Hesiodus in Theo-
 gonia 378.

Ἄφροδι δ' Ἰλῶς ἀνέρου ῥέου κακροκόβου,
 Ἀφροδὴν Ζεφύρου, Βορέαν τ' ἰδρυπέλοδεν,
 καὶ Νότον, ἐς Φαίδωρον καὶ ἑὴν ἐσθλῆτα.

MICHEL. Hic Afræus ab aliis Mythograp-
 his raro memoratur. alius Neptuni filius apud
 Plutarchum de Flamin. in Caico occurrit. Afræum,
 Crio & Eurybæa Ponti filia genitum recenset inter
 Titanas Apollodor. lib. I. cap. 2. & ex quo & Au-
 rora etiam ventos & atra natos esse ait. BURM.

545. Et eunt in proelia.] Cœcum unus Heinsii,
 forte pro cœcumque; vid. ad lib. VIII. 300.

547. Prærumpit Phrygiæ retinacula classis.] Na-
 lim, classis, prærupit multi vetustiorum, vel pro-
 rumpit. HEINS. Puppis plurimi. prærupit etiam
 Palat. sec. & alius. novis tres.

548. Malioque sub æquore mergit.] In meo est,
 Morsit. CIOFAN. Imoque sub æquore unus ex meis.
 Virgilius in hac narratione, lib. IX. 119:

Dolphinonque modo submersis æquora rostris
 ina petunt.

Hhhhhh 2

No.

In digitos abeunt, & crura natantia, remi :
 Quodque prius fuerat, latus est : mediisque carina
 Subdita navigiis, spinæ muratur in usum.
 Lina comæ molles, antennæ brachia fiunt.

555 Caerulus, ut fuerat, color est, quasque ante timebant,
 Illas virgineis exercent lufibus undas
 Naides æquoreæ : durisque in montibus ortæ
 Molle fretum celebrant : nec eas sua tangit origo.
 Non tamen oblitæ, quam multa pericula sævo
 560 Pertulerint pelago, jactatis sæpe carinis
 Supposuere manus : nisi si qua vehebat Achivos.

FAB. XIII. ARGUMENTUM.

Alcinoi navis in saxum.

Naves Æneæ docet, in speciem Nympharum versas deorum voluntate, ex recordatione suorum Neritiam navem vidisse lætas pereuntem naufragio. Item Alcinoi navem Pelasgos portantem saxo durefcere.

Clas-

Cladis adhuc Phrygiæ memores, odere Pelasgos:
 Neritiæque ratis viderunt fragmina lætis
 Vultibus, & lætæ videre rigescere puppim
 565 Cautibus Alcinoi; saxumque increfcere ligno.

FAB. XIV. ARGUMENTUM.

Ardea Turni in avem.

Turno ab Æneâ interempto, Ardea urbs, regnum Turni, incendio in cinerem redacta: b ex quo volueris c emersa est, d quæ patriæ nomine vocaretur a posteris Ardea.

Spes erat in Nymphas animatâ classè marinas
 Possè metu monstri Rutulum desillere bello.
 Perstat, habetque Deos pars utraq; : quique Deorum
 Instar, habent animos. nec jam dotalia regna,
 570 Nec foceri sceptrum, nec te, Lavinia virgo,
 Sed vicisse petunt : deponendique pudore
 Bella gerunt. tandemque Venus victricia nati
 Arma videt : Turnusque cadit; cadit Ardea, Turno

Sof-

Noster lib. II. Trist. 99.

— inæque sub æquore mergis
 Incolunt cœtes una procella ratem.
 tamen apud Maronem vi. Æn. 341.

— quis te, Palinure, Deorum
 Fripuit vôtis, mediisque sub æquore mergis?

HEINS. In ima mergere dixit etiam lib. 13. 557. Malim tamen hic omnium codicum fere consensum præferre unius variantis lectioni.

550. In cæpitum satis. Faciem prim. & tert. Moreti. Junct. & alter Thuan. HEINS.

552. Quodque prius fuerat, latus est. Quodque latus fuerat, latus est. Thuan. prim. Moret. Aron- del. soc. Palat. quart. Medic. Oxon. alii quatuordecim. recte. nam & latera navium dicuntur, nisi quod malo cum Neapol. Quodque prius fuerat, latus est. quo alludunt & alii. nam quatuor, Quodque ratis, alius, Quodque latus fuerat, ratis est. Quodque simul prim. Gronov. IDEM.

553. Mutatur in usum. Carvatur Vivianus ex suis, quod elegans, præcesserat enim mutantur: finnas Junian. lingue Florent. mutantur sex.

554. Lina. Vela Bonon.

555. Ante timebant. Tendebant Uirib. Bernegg. HEINS.

557. Summisque in montibus eras. In eodem libro meo, Durisque in montibus, quam lectionem agnoscit & Regius. CIOFAN. Summisque in montibus multi veteres. quibus cave accens, dari montes & melle fretum opponuntur. sic infra, 709.

— Posuitque in limine duro
 Melle latus.

HEINS. Propert. 1. Eleg. xx. 13.

Ne tibi sit durus montes & torrida saxa;
 Gallo, neque expertos semper adire lacus.

559. Non tamen oblitæ, quam multa pericula sæpe Pertulerint pelago. In eodem libro meo, Urini & Capran. Quam multa pericula sævo Pertulerint pelago. CIOFAN. Ita etiam æquora sævo credidimus esse reddenda Ovidio Ep. xix. 22. & apud Claudian. iv. Cons. Honor. 420. eadem varietas:

Varius quem sæpe procellis

Exploravit hiems.

ubi Sæva hiems in nonnullis scriptis. vid. ad lib. 131. supr. xl. 439. Sævi restare pericula Penit. Pertulerint ferro prim. Gronov.

561. Nisi si qua vehebat. Nisi qua vehebatur Medic. unde Heinsius, veherentur.

Ex recordatione suorum. Micyll. eorum. Rænerius minuscè hoc argumentum interpolavit. Vir detur legendum, laborum suorum. MS. codex certè pro deorum in præcedentibus habuit, laborum suorum. MÜNCHER. Docet ex recordatione in spiritum n. v. deorum suorum voluntate. Naritique navem vidisse dicit naufragio Parm. Lugd. ærum non repeteri in Micylliana Basil. aut Francof. sed suorum. Rænerius ita habet, ex recordatione edisse Græcos, ideoque hilares vidisse fluctuantia fragmina navis Ulyssis, qui naufragium fecerat. Item Al. n. qua Ulyssis Italiam celebratur, in saxum transfiguratum.

562. Clas-

562. Cladis adhuc. In eodem libro meo, Cladis adhuc. CIOFAN.

562. Pelasgos. Pelasgos duo libri.

563. Naritiæ ratis. Sic quidem legitur, ut intelligatur navis Ajaxis Oilei, qui fuit Narictus, mihi verò magis Neritiæ videtur legendum, ut de Ulyssis naufragio sentire Poëtam intelligamus. Neritus enim mons est Ithacæ, patriæ Ulyssis: unde Neritius declinatur. RÆGIOS.

564. Rigescere puppim. Lego, puppim Homeri testimonio & PROCOPII, quorum hic in rv. de Bello Gothorum sic inquit: Navem ex alba perra, quæ in Phœaciæ regione apud Ulysses Ithacam fuit advectus, quando externorum militum ducem gessit: sed literis insculptis declaratur a mercatore quodam Jovi Casio oblata, quem incolæ venerantur & civitas, ubi hæc spectatur, nostris etiam temporibus Casopolis appellatur. CONST. FAN. Non placet ista repetitio lætis & lætis: Bernegger. prim. Gronov. & unus Basil. lætis videre rigescere puppim Cautibus ræctus. Cautibus etiam pro diversa lectione Arondel. & duo alii. prim. Basil. & tert. Reg. Cautibus. puppim etiam multi. pinam sec. Vatic. sed lætæ videre probe Noticus. HEINS. Unus Bonon. lætis vultibus. non male. ut lib. II. Trist. 514. scænicæ videlicet lætis adalteria. eadem varietas. lib. III. Amur. vi. Co. ubi vitæ. & ad Eleg. in Dros. vi. 279. Saxumque recondere ligno unus Basil. BUXA.

Regnum. Urbs ejus in cineres incendio redacta est Colon. ad cinerem Parm. Lugd. Micyll. in cinerem recte. vid. ad Ovid. Ep. 1. xl. 24.

Ex quo. Ex qua Parm. Lugd. Micyll. Ræni. ex quibus Colon.

Emersa est. Emersa Colon.

Quæ patriæ. Quæ patriæ ejus nomine Parm. Ræner. quæ patriæ ejus n. Lugd. Micyll. quæ patriæ nomine Ardea vocatur Colon.

Desillere bello. Cæpio Moreti; ut Vagil. 1. Aen. 37.

Mene incepto desillere vistant? HEINS. Desillere unus Medic. & alius. vid. Broukh. ad Tibul. 1. ix. 71.

Quodque Deorum est instar habent animos. Tò est plurimi non agnoscunt. pro quodque sec. Palat. & meus chartaceus, quique. Puto,

est Colon. ad cinerem Parm. Lugd. Micyll. in cinerem recte. vid. ad Ovid. Ep. 1. xl. 24.

Ex quo. Ex qua Parm. Lugd. Micyll. Ræni. ex quibus Colon.

Emersa est. Emersa Colon.

Quæ patriæ. Quæ patriæ ejus nomine Parm. Ræner. quæ patriæ ejus n. Lugd. Micyll. quæ patriæ nomine Ardea vocatur Colon.

Desillere bello. Cæpio Moreti; ut Vagil. 1. Aen. 37.

Mene incepto desillere vistant? HEINS. Desillere unus Medic. & alius. vid. Broukh. ad Tibul. 1. ix. 71.

Quodque Deorum est instar habent animos. Tò est plurimi non agnoscunt. pro quodque sec. Palat. & meus chartaceus, quique. Puto,

quique Deorum instar, habent animos.

& sic prim. Strozæ pro diversa lectione. Notum illud Mezentii, Deest mihi Deus. Similia Capaneus apud Statium. HEINS.

569. Nec jam dotalia regna. Nec tam sec. Palat. & mox, Se vicisse. Forte, Quam vicisse petunt.

DEB.

571. Deponendique pudore. Deponendique dolorem bella parant S. Marci & tert. Bonon. parant etiam duo alii. deponendique pudorem bella parant prima. Gronov. deponendique pudorem aliter habuit. at Arondelianus. Bella volant pro diversa lectione. quod Arond. habuit.

572. Del-

hhhhhh 3

Sospite, dicta potens. quam postquam barbarus ignis
 575 Absulit, & tepida latuerunt tecta favilla;
 Congerie in media tum primum cognita praepes
 Subvolat: & cineres planis everberat alas.
 Et sonus, & macies, & pallor, & omnia, captam
 Quae deceant urbem, nomen quoque mansit in illa
 580 Urbis: & ipsa suis deplangitur Ardea pennis.

FAB. XV. ARGUMENTUM.

Aeneas in Deum.

Venis, ut animadvertit filiam Aeneam a laboribus exhaustis ad sinum venisse aevi,

572. Bella gerunt.] In eodem lib. & uno Maffi. Bella gerunt. CIOFAN.

573. Arma videt.] Arma juvat unus Basil. ut lib. VII. 482. Arma juvat pro gnato suavia. nil muto.

573. Cadit Ardea.] Ardea à Danaë Periei matre condita. Auctor Plinius lib. 117.

574. Barbarus ensis.] Hoc in loco verba Servii ex commentario septimo Aeneid. 31. 412. recitanda censemus, quae talia sunt: Illud namque Ovidii Metamorphosos fabulosum, incensam ab Annibale Ardeam, & in hanc avem esse conversam. Quae lectio, si vera est, tum barbarus ensis non Aeneae, sed Annibalis intelligitur. Qua enim ratione Ovidius noster, cum Augusto blandiatur per Aeneam, Veneris filium, eum barbarum appellare poterit, non hercule agnosco, sed & Virgilium in tota Aeneidos (quod equidem sciam vel meminerim) nunquam barbarum Aeneam appellat. Verum in hoc, ut etiam in multis, amplius censemus requirendum. JACOB. A. CRUCE. Fabulam hanc & Maphaeus tractat in libro, quem Virgilianis superaddidit, sed ille ultro ac sponte sua incensam Ardeam sentire videtur, ita enim habet versus:

Namque ex diversa cadent dum parte Latini:
 Et calido Turnus foedatam sanguine terram,
 Urbem ingens flamma, & muros irruerant altos:
 Eumabatque ratis miseris patris Ardea tectis &c.

Fuerunt autem qui incendium hoc ad Hannibalis tempora referrent, eo adducti videlicet, quod Poëta dixit, Quam postquam Barbarus ensis Absulit, quasi Barbarus ensis non satis commodè rectè de Trojano diceretur. deinde etiam Servii cujusdam auctoritate nitentes, cujus verba in hunc modum citant, Illud namque Ovidii Metamorphosos fabulosum est, incensam ab Annibale Ardeam, & in hanc avem conversam, quasi non potuerit pro Aenea Hannibalis nomen perperam itrepere, aut a librariis falso substitui, neque enim hic Ovidius, quae tempore belli Punici, sed quae temporibus Aeneae accidissent, describere voluit, quod si quid difficultatis adeo habebat hic locus, malim pro Quam,

Quem legere, ut de Turno intelligeretur, eo scilicet ense Barbaro, hoc est Trojano, interempto, deinde, & Ardea incendio consumpta, ex favilla ac cinere hujus Ardeam avem progeneratam, sed hoc modo durius, itaque veterem interpretationem retineam. MICVLL. In duobus Vatican. Brian. Parmel. & Caelest. aperte legitur, Quam postquam barbarus ignis Absulit: omnino melius ac rectius. Quo quidem modo omnis tollitur dubitatio. Atque hic locus diu multumque nonnullis cruditis torsi, qui in varias iverunt opiniones, neque, quod sciam, à quoquam verus historiae, sive fabulae intellectus est sensus. Constat enim, ut facile videre licet, ex Placidi argumentis, Ardeam, Turno occiso, combutam fuisse. Quare, veritate perspecta atque ante oculos posita, facillimè cognoscitur, deceptos esse illos, qui hoc non ad Aeneam, sed ad Hannibalem, referebant. Notum enim ita est, Trojanos atque alios (Graecis exceptis) dictos esse Barbaros, ut nullo alio testimonio indigere videretur. Afferam tamen unum tantum locum ex ipso Ovidio, quo id planius impertis fiat, esse veros epist. Helenae ad Paridem, ubi est hoc idem datur vitio:

Si jam divitiis locus hic numeroque virorum
 Vincitur, at certe barbara terra tua est.

Illud praeterea superest ostendere, perquam falsissimum esse quorundam lectionem, quae hujusmodi erat: Quam postquam barbarus ensis, &c. ducti nimirum, ut hoc contra veterum librorum fidem mutarent, cujusdam Sereni (sed nunc turbidi) auctoritate, qui falso testatus erat, poetam nostrum fabulose dixisse, Ardeam ab Annibale incensam esse. Quicum falso sentit etiam Servius (nisi est pŕeudo Servius aliquis) enarrans illud Virg. VII. 111.

Locus Ardea quondam

Dictus avis: & nunc magnam manet Ardeam nomen.
 Ubi haec notat: Bene allusit. Nam Ardea quasi ardida dicta est, id est, magna & nobilitas: licet Byzantini in Haliensis turbibus ab aegurgio avis Ardeam dictam vellet. Illud namque Ovidii in Metamorphosos

aevi, petit ab Jove patre, ut promissis fidem faceret. Cujus ille precibus auditis efficit, ut in agro Laurenti flumine Nunciio obtineret mortalitatem, interque indigetes deos referretur: ita ut à posteris, sicut ceteris deis, sacra ei administrarentur.

Amque Deos omnes, ipsamque Aeneia virtus
 Junonem veteres finire coegerat iras:
 Cum, bene fundatis opibus crescentis Iuli,
 Tempestivus erat caelo Cythereus heros;
 585 Ambieratque Venus Superos: colloque parentis
 Circumfusa sui, Numquam mihi, dixerat, ullo

Tem-

fabulosum est, incensam ab Annibale Ardeam in hanc avem esse conversam. Sciendum tamen Ardeam per Aniphrahim dictam, quod brevitate pennarum alius non volat. Lucanus:

quodque causa volare

Ardea sublimis pennae confissa natanti.

Itaque sine ulla dubitatione legendum est. Quam postquam barbarus ignis Absulit, &c. quo modo manifestè ac perspicuè legi in quinque calamo notatis libris testatus sum. In uno Maffei est, Barbarus hostis: quod non displicet: potest enim id quoque ad Aeneam referri. In altero, gladio, nescio quid abstrusum est & repositum Eris, sed male. CIOFAN. Barbarus ignis in potiore scriptorum parte. novi Barbaros dici Phrygos, & open Barbariam, similiaque, de quibus Giphanius inter ceteros Indice Lucretiano in ea voce: hic tamen scribendum censo, Dardanus ignis. sic supra, 467.

Danaos poverunt Pergaea flammis.

& Ep. VIII. 14.

Cum Danaos Phrygijs ureret ignis opsti.

Virgilius lib. 11. Aen. 276.

Vel Danaum Phrygijs jaculatus puppius ignes.

Horat. l. od. 13.

Uret Aethiæ ignis Iliacas domes.

& IV. od. 6.

Nescios sari pueros Aethiæ

Uros flammis.

Seneca Agamemnone 612.

Cum Dardana tela Dorici raperetis ignes.

atque ita passim optimi scriptores. pŕsister ignis unus Moreti. ut lib. VIII. 31. 477. Hæuss. Ita contra pro ignes, enses reponit Bentleius apud Horat. IV. od. 14. Barbarum prosum pro Trojana dicit Noster hoc libro. v. 163. Barbarus autem & Dardanus variari vide ad Epist. 1. 26. VII. 158. & VIII. 12. barbarus hostis alter Moreti. Barbarus dicitur & Turnus Tibullo II. v. 50. ubi vid. Broukh.

575. Et tepida latuerunt tecta favilla.] In meo & Caelest. Ita tepida latuerunt. CIOFAN. Latuerunt cum Thuan. Cantabr. prim. Erfurt. prim. Ba-

fil. prim. Gronov. prim. Moret. aliisque plurimis. Hæuss.

576. Congerie à media, &c.] In iisdem libris atque in nonnullis aliis, Congerie in media. probo. CIOFAN. Et ita Francof. & multi alii. quidam praepositionem omittunt. tum deum cognita etiam Gronov. prim.

577. Everberat.] Subverberat duo libri. circumvolat totidem. applausis verberat Thyfii. nihil muta. Quintil. II. de Inst. Orat. 4. Corvus, qui es oculosque hostis Galli rostro atque alis everborat.

579. Nomen quoque mansit in ipsa Urbis.] Liber meus & Caelest. In illa urbi. CIOFAN.

579. Quae deceant urbem.] Deceant tres libri. non male. vid. ad Lib. III. Amor. x. 31. ult.

580. Laboribus exhaustis.] Mallem, exhaustum. Virgil. Aen. 1. Quibus exhaustis jam castris, omnibus egerens. MUSEX. in Colon. erat, Venis, ut Aeneas filium laboribus exhaustum ad sinum aevi videri vovisse, neque tamen alterum vitiosum: nam idem Virgil. IV. Aen. 14. Quae bella exhausta canebat & passim alii, etiam Næso. vid. ad l. Art. 771.

581. Petit.] Petit omnes Edd. a Jove petit, ut in caeleste eum nomen transferre permitat Colon.

582. Efficit, ut.] Efficit Parm. Lugd. Micvll. Abbatia Nunciio si mortalitate dem fecit, qui indiget dicitus est, sacerorumque, ut ceteri Dii, suscepit honorem Colon.

583. Interque indigetes deos.] De illis diis vide quae annotavi ad Fulgent. Lib. III. cap. 5. Virgil. Aen. XII. vers. 791. Indigetes Aeneam sui ipsa, & sive fatuus, Deberi caelo. Vide ibi Servium. MUSEX.

584. Referretur.] Transferretur Parm. Lugd. Raen. Micvll.

585. Finire coegerat iras.] Simplicius quod in Mf. finire coegerat iras. DAN. Hæuss. Coegerat liber unus, quod ex glossonate fortasse natum est. BERAMAN. Coegerat castigatioris magno numero. quod verum est. Hæuss.

586. Fundatis equit.] Rebus Langerm. sed praefat opibus.

Tempore dure pater, nunc sis mitissimus oro;
 Æneaeque meo, qui te de sanguine nostro
 Fecit avum, quamvis parvum, des, optime, numen;
 590 Dummodo des aliquod. fatis est inamabile regnum
 Adspexisse semel, Stygios semel ille per amnes.
 Adfensere Dei: nec conjux regia vultus
 Immotos tenuit; placatoque adnuit ore.
 Tum pater, Estis, ait, coelesti munere digni,
 595 Quaeque petis, pro quoque petis: cape, gnata, quod optas.
 Fatus erat. gaudet, gratesque agit illa parenti:
 Perque leves auras junctis invecia columbis
 Litus adit Laurens; ubi tectus arundine serpit
 In freta flumineis vicina Numicius undis.
 600 Hunc jubet Æneae, quaecumque obnoxia morti,
 Abluere; & tacito deferre sub aequora cursu.
 Corniger exsequitur Veneris mandata: suisque,
 Quidquid in Ænea fuerat mortale, repurgat,
 Et respergit aquis. pars optima restitit illi.
 605 Lustratum genetrix divino corpus odore
 Unxit, & ambrosiâ cum dulci nectare mixtâ

Con-

587. *Mitissimus opto.*] Oro Thuan. prim. Reg. prim. Gronov. cod. Polit. & multi alii. HEISS.
 588. *Qui te de sanguine nostro Fecit avum.*] Ita alibi:

*Ille dedit capite repetita vocabula Trojae;
 Et tuus est idem Calpeste factus avus. Et:
 Sed non ex uno conjugio fecit avum.*

Sic & lib. vi. Past. dixit Parentem facere. Si genus adspicit Saturnum prima parentem Feci, Saturni fors ego prima fui. Priore illo modo etiam Plautus in Aulul. Curte, i, *wise, quem ego avum feci, jam ut esse filiae nuptiis.* Sic & Aulonius: *Iste nepos te fecit avum.* Et, *Nati primavum nomine factus avus.* CIOPAN.

589. *Quamvis parvum des optime numen.*] *Parvum munus Palat.* Basil. & septem alii, quod ex aliis locis repetitum. vid. ad 11. Amor. xv. 27. & mox sequitur. *quodvis parvum tres libri. parvum denum prim. Basil.* sed *numen* vera est lectio: nescio an respexerit Noster illa Propertii lib. 111. eleg. 1. 25. quae an interpretes recte ceperint dubito:

Idaeum Simoëta, Jovis cubula parvi.

ubi Idam Phrygium & Cretensem confudisse Poëtam credunt. ego de Æneae agere Poëtam suspicor:

Quem Dardanio Anchisae

Alma venit Phrygiæ genitrix Simoëntis ad undam. telle Virg. t. Æneid. 617. vid. & Silium xv. 59. & alios. Ancan *Parvum Jovem* vocat, cum Ju-

piter ille passim a Poëtis *magni* titulo honestetur, quod conservatis veterum locis probare non attinet. sed similis Propertiano locus Man. lib. 1. 15. ut correxit Scaliger, non praetercurandus:

Titanique senes, Jovis & cubula magni.
 non vero inter magnos deos Æneas relatus, sed indigetes & penates. quos *parvos deos* etiam Horatius vocat 111. od. 23. vid. & inf. xv. 545. na contra *magni numinis instar* 111. Amor. xi. 47. & alibi. BOHN.

590. *Satis est inamabile regnum Adspexisse semel.*] Lege, ut habent optimi quique libri, inter quos Statii, *Adspexisse semel.* Ac quod sequitur etiam comprobatur. CIOPAN.

593. *Immotos.*] *Inventus* Ambr. *ignotos* Fragm. Boxh. *immotus* Basil.

593. *Placatoque.*] *Placatoque* Medicus, ut i. Past. 3. sic *facili Deus admittit ore* Propert. 1. 11. 31. ut egregie Brookhousius.

594. *Coelestium dignus.*] In Caelis. & duobus Maff. *Munere dignus.* illud plenus ac significantius. CIOPAN. Repone ex castigatioribus magno numero:

*Tum pater, Estis, ait, coelesti munere digni,
 Quaeque petis, pro quoque petis.
 gnata etiam Boxh. HEISS.*

596. *Gaudet, gratesque.*] *Grates gaudet* agit Basil.

597. *Junctis invecia.*] *Niveis* prim. Gronov. & tres alii. *vinclis* Francos. vid. 11. 332.

598. 27.

Contigit os, fecitque Deum: quem turba Quirini
 Nuncupat Indigetem; temploque arisque recepit.

FAB. XVI. ARGUMENTUM.

Vertumnus in anum.

Tiberinus, Albanorum rex, Tusco a anni Albulâ merfus interit, ac nomen flavio reliquit. Item Ascentinus, a quo mons, urbis Albae accepit imperium. Sub hoc Pomona Hamadryadum Nympharum, hortorum cultrix feliciumque arborum, cujus nomen pomaria obtinet. Hanc cum Vertumnus diligeret, solitus in varias figuras mutari, & ea resurgente concubitus, sollicitudine assidua mveretur; novissime in anum conversus est, eique multa retulit, quibus feminæ stelli solent, ut sibi jungeretur. Ipsa autem perseverante in proposito, novissime refert quoque fuisse in Cypro Anaxareten virginem, quae propter superbiam punita fuisset à Venere. Versusque in suam formam concubuit cum ea Vertumnus.

¶ Inde sub Ascantii ditione binominis Alba,
 610 Resque Latina fuit: succedit Silvius illi.

Quo

598. *Totius.*] *Certus* unus Heinſii, unde ille faciebat, *septus.*

601. *Et tacito deferre sub aequora cursu.*] Maff. *Et laeto.* CIOPAN. *Laeto* etiam Gronov. & duo alii. *testo* prim. Bonon. *seo* Langern. *pro caeco.*

604. *Et respergit aquis.*] *Legō, respergit*, ut conveniat cum *repurgat*, quod est temporis praesentis. CONS. PAN. *Respergit* liber meus à Statii. Vatican. *Et respergit*: quod si ad superiora referre vis, legendum est, *Respergit*; sin ad inferiora, *Resperſit.* CIOPAN. *Respergit* rectius multi; cum *repurgat* proxime praecedunt. Censeo tamen scribendam, *detergit* A'gziâis, pro *detergit*. quomodo Poëtae passim. HEISS. Recte eum aquis lustratum dicit, ut Hercules igne. quo respicit Juvenal. xi. 67.

Alter aquis, alter flammis ad sidera missus.
 ubi Scholiales, *Æneas, qui in Numicium fontem lapsus creditur. ides aut aquis. flammis vero Hercules.* BOHN.

607. *Quirini.*] *Quiritum* Basil.
 608. *Arisque recepit.*] *Reponit* quartus Medic. Vatic. & quinque alii. HEISS.

Hoc argumentum ita exhibet Colon. *Sub Albanorum rege Ascentino Pomona Nympha fuit hortorum studiosa cultrix, quam cum Vertumnus diligeret, in varias figuras amoris ejus causâ vertebatur. Quae ejus resurgente concubitus, novissime ipse in anum conversus est, & cum multis, quae cum mulierum stelleri possunt, alloqueretur, sequens eam,*

Tom. 11.

exemplum mulieris arrogantiae punitae subintulit.
 a *Anni Albulâ.*] *Anni, qui tunc dicebatur Albulâ* Raener.

b *A quo mons.*] Ita cum MS. Veneta. Addunt *dictus* Raenerius & Micillus. MURCÆA. In Micylli editione *id dictus* non apparet.

c *Sub hoc Pomona Hamadryadum &c.*] *Intellige una.* Graeca est syntaxis, ut sup. Fab. 11. Lib. IV. *Salmaci Naiadum.* Vide quae ibi annoto. MURCÆA. *Proca deinde regnavit. sub hoc fuit P. Raener.* quem hic Vant. & Heinſii non sequuti sunt.

d *Cujus nomen &c.*] Sic MS. & Ven. Ed. Raenerius, *vnde nomen è pomis obtinet.* Id etiam negari non potest, non tamen ideo verum est, ita scripsisse Lactantium. Varro L. L. lib. VI. *Pomona pomorum patrona.* MURCÆA.

e *Versus.*] *Conversus* Raen.
 f *Stelli solent.*] *Fl. solent* Parm. Lugd. Micyll. Raener.

g *In Cypro.*] *Cypro* Patm. Lugd.
 609. *Inde sub Ascantii ditione binominis Alba.*] Esti Ascantii filius major Iulius dictus est, tamen ipse quoque Ascantius Iulus nominabatur, ut clare patet apud Maronem. *binominis* autem melius ad geminum Ascantii, quam Alba nominativum referatur. mirum autem duos Albanorum reges hoc in loco omisso a Poëta, Aeneam Sylvium ac Alban, quartum ac sextum. Albam tamen in quarto Past. non omittit, in soluta oratione non pote-

liiii

121

Quo fatus, antiquo tenuit repetita Latinus
 Nomina cum sceptro : clarum subit Alba Latinum :
 Epitos ex illo est. post hunc Capetusque, Capysque ;
 Sed Capys ante fuit. regnum Tiberinus ab illis
 615 Cepit ; & in Tusci demersus fluminis undis
 Nomina fecit aquae. de quo Remulusque, feroxque
 Acrota sunt geniti : Remulus maturior annis
 Fulmineo periit, imitator fulminis, ictu.

Fra.

rat id mirum videri, sed in carne; nisi quod in
 Pallis duo carmina omnia, hic aliquot omnino sus-
 picor, & Commentator haec, quasi nihil adit dif-
 ficultatis, leviter transiit, nos in Dionysium ad
 Livium lib. 1. cap. 3. annotationibus editis, haec
 multis discernimus, quare hic obiter ea attingimus.
 CLAEAN. *Afcanii binominis*: duorum nominum.
 Legimus autem, non solum homines duplici no-
 mine appellatos esse, ut Afcanius & Julius; Pos-
 thumus & Silvius; Numerius & Quinctius apud
 M. Tullium pro Sextio: verum flavios quoque, ut
 Padus & Eridanus; iter & Danubius; & alia,
 quae parcam scribere. Illud verò non omittendum
 est, quosdam scripsisse, Afcanium & Nium di-
 ctum esse, non Julium. CLOFAN.

610. *Saeccis Silvius illi.*] Hic Posthumus fuit
 Aeneae ex Lavinia natus. Sylvius autem vocatus,
 quod in sylvis cum matre a pastore quodam Tyr-
 rheno educatus esset. auctor Dionys. lib. 1. Cete-
 rum inter Sylvium hunc & Latinum, qui mox
 sequitur, Dionysius recenset Aeneam Sylvium, cu-
 jus & Vag. meminit lib. vi. *Et qui te nomine reddet,*
Sylvius Aeneas, pariter pietate vel armis Regibus.
 MICYLL. Hoc etiam significat iv. Fall. 39. ubi Aeneae
 prosequitur genealogiam, additque quare dictus
 est Sylvius:

*Veneris ad felix aliquando nomen Iuli ;
 Unde domus Teuceris Iulia tangit avos.
 Posthumus hunc, qui quod silvis fuit oris in altis,
 Sylvius in Latina gente vocatus erat.*

Livius lib. 1. *Silvius deinde regnat, Afcanii filius,*
causa quaedam in silvis nam. CLOFAN. Succellit S.
 Marci, Bernegger. prim. Vatican. text. Medic. &
 alii viginti. HENNS.

611. *Quo fatus, antiquo tenuit repetita Latinus*
Nomina cum sceptro: clarum subit Alba Latino,
Epitos ex illo.] In eo, quem supra citavimus, libro
 idem ait:

Epitos, Latino, tibi pater est: subit Alba Latino,
Proximus est titulus Epitos, Alba, tuis.

Livius loco supra citato de hoc ita: *Silvius Aeneas*
deinde Latium Silvium creavit, ab e. coloniae aliquot
inditiae, praese Latini appellati. Mansit Silvius po-
stquam omnibus cognomen, qui Albam regerant, à Latino
Allatum, Alba Atys, Atys Capys, Capys Capetus,
Capeto Tiberinus. quem Ovidius tum hic, tum in

Pallis Epitum appellat. Livius Atina vocat. CLOFAN.
 611. *Repetita.*] Conjecerat olim Heins. *recidit*,
 ut lib. iv. Fall. 45. *Illo dedit Capys recidiva vitula*
la Trojae.

612. *Clarum subit Alba Latino.*] In omnibus,
Clarum subit esse Latino. Sed profecto Alba Latino
 successit. ideo nos *Alba*, non esse legendum puta-
 vimus. NAUGER. *Clarum* nomen proprium est hoc
 loco, non adjectivum: significatque eum regem, qui
 Alba dictus fuit, nam poëta mutare interdum no-
 mina convenit, auctore Servio. *Clarum* autem ap-
 pellavit, quem ceteri *Albam*, ob id quod omnia
 alba eadem clara sunt; & ne *Clarum* significare
 Albam quid dubites, vide quemodo in iv. Fall. hoc
 idem poëta ipse est aemulatus, *Subit Alba Latino.*
 CONST. FAN. *Subit esse veteres* plerique. nisi quod
 prim. Gronov. & unus Leid. *indo*, pro *Clarum* mul-
 ti veteres, *Clarum*, natus sec. Palat. & unus Leid.
 & unus Vossii. at prim. Erfurt. *Narus* alter Erfurt.
Darius, sec. Moret. *claro subit esse Latino*, *Alba*
 est in uno meo, Calandrae & Politiani excerptis.
 esse *Latium* Langerm. & Urbini. *Latina* prim.
 Hamburg. & S. Marci. At primus Moret, *clarum*
subit Alba Latino. optime. lib. iv. Fall. initio,

aque, Latino, tibi pater est: subit Alba Latino,
 Tò *Alba* exciderat plerisque membranis, quod ho-
 mines infanti *clarum* Albam dici non concoque-
 rent, tati id foemini nomen esse generis. nec au-
 diendus Jacob. Constantius, qui *Albam*, etiam *Clau-*
rum dictum fuisse opinatur. HENNS. Recte *Clarum*
 prae reliquis obscurioris famae regibus vocat, quia
 nomen piscis *Latini* dedit.

613. *Epitos ex illo.*] Post illum *Clarum* intelligo,
 non autem post *Latinum*, ut nonnulli exponunt, quia
 contra te starent omnes historici cum eodem poë-
 ta, qui ibidem ait, *Proximus est titulus Epitos, Al-*
ba, tuis. CONST. FAN. *Ex illo est* veteres. *Epito-*
si etiam Bernegger. alter Erfurt. prim. Twid. &
 prim. Gronov. dixi lib. iv. Fall. 43. prim. Moret,
Egitos. apud Virgilium lib. 11. *Aen.* 339. *Pro-*
 eo quod in vulgaris legitur codicibus,
Albanus se comites Ripheus, & maximus annis
Epitos.

codex veterimus Medicus agnoscit, *maximus*
armis Epitos. in aliis, *Epitos*, & lib. v. 546. *Epito-*
sidis Iuli cultos in veteribus membranis. qui Ep-

Fratre suo sceptrum moderatior Acrota forti
 620 Tradit Aventino : qui quo regnarat, eodem
 Monte jacet positus ; tribuitque vocabula monti.
 Jamque Palatinae summam Proca gentis habebat.
 Rege sub hoc Pomona fuit : qua nulla Latinas
 Inter Hamadryadas coluit sollertius hortos,
 625 Nec fuit arborei studiosior altera foetus :
 Unde tenet nomen. non silvas illa, nec amnes ;

Rus

tides in vulgatis est libris. Homero Iliad. P. Κόρυς
 ἡ τρυφή. HENNS.

614. *Post hunc Capetusque, Capysque, Sed Capys*
ante fuit.] Confunderet hitoriam Poëta noster,
 cum dixit, Capetum natum esse ex Epito, vel,
 ut Livius ait, Atys, ex Capeto Capin. Quare,
 cum id animadvertisset, dixit, *Sed Capys ante fuit*,
 hoc est Capys Capetum genuit, & non contra,
 quemadmodum carminis fortasse lege adductus an-
 te dixerat : *Regnum Tiberinus ab illis Capis, & in*
Tusci demersus (vel *submersus*, ut est in Caelii.)
fluminis undis ibidem, hoc modo:

Cumque patris regnum post hunc Tiberinus haberet,
Dicitur in Tusco gurgite mersus aquae.

Livius loco jam citato ita memoriae prodidit:
Agrippa inde Tiberini (ita enim lego, non *Tiberini*)
filius; post Agrippam Romulus Silvius à patre accepto
imperio regnat: Aventino fulmine ipse istius regnum
per manus tradidit. Quo autem modo in hisce Li-
 vii verbis *Romulus* legatur non sanè video. Nemo
 enim nescit, Romulum, hoc est Remi fratrem,
 ab Agrippa, sive Tiberino, natum non esse. Quare
 audacter contenderem reponendum esse, *Remu-*
lus, quemadmodum ab Ovidio vocari superius vi-
 dimus. Si quis praeterea rufus contenderet,
 apud Ovidium legi debere *Romulam*, non *Remu-*
lum, is tota, ut dicitur, erraret via. Nam in,
Romulus, prima syllaba producit, quae in *Re-*
mulus corripitur. Atque ibi ex ipso Ovidio clare
 patet, Remulum diversum esse à Romulo, ad
 quem te rejicio. CLOFAN. Vid. Gronov. ad Liv.
 1. 4.

615. *Cepit.*] *Traxit* unus Moret.
 615. *Demersus.*] *Vetustiores, demersus*, HENNS.
 616. *Fecit. Cepit* Vatican.

616. *Romulusque feroxque Acrota.*] Quemadmo-
 dum Albam mutato nomine *Clavum* appellavit,
 ita Agrippam nunc *Aeratum* vocat, quod nomen
 sine plausu potest interpretari. Etque convenien-
 tissimum cognomen Agrippae, nam qui interioribus
 pedibus nascuntur, cum non sine summo id periculo
 sint, omni plausu peritus vacant. CONST. FAN. Post
 Tyberinum Dionysius & item alii quidam Ag-
 rippam Sylvium numerant, Tyberini filium, qui
 annis regnavit tres & triginta, post Agrippam
 autem Remulum, hujus filium, quem tamen Dio-

nysius *Alladium* vocat, cujus haec verba sunt:
Post Agrippam Alladius inde viginti annos, res
quaedam tyrannica & cum diis inimicitia gerens,
nam ab eo despicente apparatus sunt fulgurum imita-
tiones & fragores tonitruis similes, quibus terri
homines tanquam esset deus, postulabat. ceterum im-
bribus & subminibus in eius domum cadentibus atque
lacu, juxta quem habitabat, insolito modo inualan-
te, cum tota domo absorptus esset. MICYLL.

617. *Maturior annis.*] *Arms* prim. Bas. *avis*
 unus Voss. *puto, avis.* Ad Notas lib. viii. 36. 617.
 HENNS.

620. *Aventino etc.*] Lib. iv. Fall. 51.

Venit Aventinus post hos, locus unde vocatur,
mons quoque, post illum tradita regna Proca.

Livius: *Aventinus, sepultus in eo colle, qui nunc est*
Romanae urbis, cognomen colli fecit. Proca deinde
regnat. CLOFAN.

621. *Tribuitque.*] *Tribuit* hoc loco praefens tem-
 pus est, non praeteritum. CONSTANT. FAN.

622. *Summae gentis.*] Quamvis in omnibus,
Jamque Palatinus summae loca gentis habebat.
 quia tamen nusquam legitur Palatinum Albae re-
 gnae, qui hoc carmen ita castigavit:

Jamque Palatinae summam Proca gentis habebat,
 recte mihi sensisse vili sunt. NAUGER. Pal-

atinus hoc loco Regus, qui *summae gentis*
 pro *summam gentis*, legit, Palatinumque pro Proca
 inter reges accipit, ita enim hic verus in ipsius
 editione habetur, *Jamque Palatinus summae loca*
gentis habebat, cum venisset lectio sit, *Jamque Pala-*
tiniae summam Proca gentis habebat, ut *summa* gen-
 tis accipitur pro imperio & summa parte gentis
 Palatinae, hoc est, quae circa Palatum & ea lo-
 ca, ubi postea Roma condita fuit, tum habitabat:
 neque enim alibi legitur, Albanorum regum al-
 quem Palatinum dictum, aut eundem Aventino
 successisse, sed Dionysius & ipse etiam Ovidius
 infra in Pallis post Aventinum Prucum numerant,
 patrem Amulii & Numitoris. MICYLL. *Palatinus*
summae loca gentis scripti omnes nostri cum vetulis
 editionibus. nisi quod *Palatinae loca gentis* Floren-
 tinus S. Marci & Neap. omisso *ro* *summam*. lect.
 Pal. *Palatinae summae loca gentis*. Scribe,

— *Palatini summam Proca collis habebat.*

in *ro* loca vides vestigia, collis, gens Palatina imp-

Rus amat & ramos, felicia poma ferentes,
 Nec jaculo gravis est, sed aduncâ dextera falce:
 Quâ modo luxuriam premit, & spatiantia passim
 630 Brachia compefcit: fillâ modo cortice virgam
 Inferit: & succos alieno præbet alumno.
 Nec patitur sentire sitim: bibulaeque recurvas
 Radicis fibras labentibus irrigat undis.
 Hic amor, hoc studium: Veneris quoque nulla cupido,
 635 Vim tamen agrestum metuens, pomaria claudit
 Intus: & accessus prohibet refugitque viriles.
 Quid non & Satyri, saltatibus apta juvenus,
 Iccere, & pinu præcincti cornua Panes,
 Silvanusque, suis semper juvenilior annis,
 640 Quique Deus fures, vel falce, vel inguine terret,

Ut poterentur eâ? sed enim superabat amando
 Hos quoque Vertumnus: neque erat felicior illis.
 O quoties habitu duri messoris aristas
 Corbe tulit; verique fuit messoris imago!
 645 Tempora saepe gerens foeno religata recenti,
 Defectum poterat gramen versasse videri.
 Saepe manu stimulos rigidâ portabat; ut illum
 Jurares fessos modo disjunctis juvenecos.
 Falce datâ, frondator erat vitisque putator.
 650 Induerat scalas, lecturum poma putarcs.
 Miles erat gladio, piscator arundine sumtâ,
 Denique per multas aditum sibi saepe figuras
 Reperit, ut caperet spectatae gaudia formæ.
 Ille etiam pietâ redimitus tempora mitrâ,

655 In-

Ut

tum est. Forte scripsit, *Polatinæ rupis*. ut lib. 11. Fall. 211. *Libya de gente pro rege* est in quibusdam; vel, *Polatini montis*. HEINS.

623. *Pomona*.] *Pomona* M. Berom. mox *folletior* octo libri; & inde tenet *nomen* Berom. co-dex.

623. *Latinas*.] *Latinos* multi veteres. utrumque bene. HEINS.

629. *Spatiantia*.] *Spatiantia* Vossii & duo alii. *serpentia* Leidens. & unus Heinſii. *spatiantia contra*. Mæthe. unus *spatiantis contra* alius Med. quod Heinſio non displicebat, ut lib. 14. So. *Ofcula non pervenientia contra*. mihi vulgura satisfact. *spatiantia passim* sunt luxuriose in omnem partem excreſcentia. ut *spatiantes* alibi vocat lib. 14. 364. BURM.

630. *Effo medd cortice*.] Lib. x. 512. *Et effo cortice* *etiam redditi omni*. Sic enim ex vet. libris legi de-bere ibi ostendimus. Hoc autem loco in lib. Statii est *effo* per A. CIOFAN. *Effo* Bernegger. prim. Palat. prim. Gronov. & decem alii ex vetustioribus. Dixi lib. 14. 375. pro *legimus* prim. Gronov. & quatuor alii, *virgam*. bene. HEINS.

631. *Et succos alieno præstat alumno*.] In Vatic. & Cælest. *Præstat alumno*. CIOFAN. *Præstat* ex vetustioribus plurimi. HEINS.

633. *Lactantibus irrigat undis*.] *Lactantibus* Bernegger. prim. Moret. fragm. Boshornii, aliique nonnulli. quid si *lactantibus undis* scripserit Ovidius? hoc certe succus in plantis herbisque dicitur. hinc *lactaria*, & *lactata*, & *lact* *Cyrenaicum*, lactis factus. *lactantem ananum* Noster dixit lib. xv. hinc etiam *Lactans Deus* & *Lactantia Deus* apud Augustinum de Civitate Dei. Propert. l. 1. El. 11.

Et coma lactenti spica fruge tenet.

lactans fons apud Nostrom in Faldis, & *lactentia frumonia* apud Virgilium, potest & *lactantibus undis* legi. Aggeus Ubicus de Conditionibus agrorum,

Etatens quousque adlambebat Pisaurum flumen. Vo-manus de laudibus Hortuli in Catalectis:

*Aquæ streperitis vitreus lambit liquor,
 Sulcoque ductus irrigat rivus sata.*

Prudentius Cathemerin. Hymno v.

*Illic et gracili balsama surenlo
 Desudata sunt, raraque cinnama
 Spirant, et solium, fonte quod abilito
 Prælabens fluvius portat in ætium.*

sic vetustiores membranae. Festus Avienus Descriptio Orbis, 493.

*Per quos flaventes Tybris pater explicat undas,
 Romanosque lares lapsu præclambit alumno.*

mox 687.

Litoris et curvo præclambitur ora fluente.

& 1075.

Lædici glauci præclambitur æqueris undæ.

& 1327.

— *amibus autem
 Fertili irrigis crebro præclambitur ora.*

Idem laudendi verbo de fluvio utitur passim, ut 554.

— *Hæc frata quippe
 Tæxi lambunt pelagi.*

& 574. *Sata lambit pinguis Ladon.* & 693.

Qua vicina sibi lambit confinia pontus.
 & 949. *Thermodon lambit Amazonio gentis sata.* plura piget adhibere, cum possem. HEINS. *Nec lambentibus nec lactantibus* placet. propius esset, *lactantibus*, id est secundantibus, ut *lactare agnum*, *lactamen*, *lactas segetes* & similia obvia sunt in rusticis. *lactantes tamen undas* dixit lib. v. 387; & *lactentes rivos* Remed. 177. ubi etiam variant codices. quare tullius est vulgata servare lectioem. BURM.

635. *Vim tamen agrestum*.] *Agrestem* tert. Medic. & unus Vossianus. HEINS. *Arguta* Junianus. *Clansit* Leidens. *pomeria* multi.

636. *Refugitque viriles*.] *Tastusque viriles* Patavinus.

638. *Præcincti cornua*.] *Succinelli tempora* Argentinus.

639. *Silenusque suis*.] In quibusdam codicibus legitur, *Sylvanus*, sed magis placet *Silenus*. idem in Faldis lib. 1. 414. *Nequitia est, quae te non sinit esse Senem*. CONST. FAM. *Silvanusque* plerique vetustiores. recte. qui nomen est Latinum; ut & *Vertumnus*. *Sileno* nullus hic locus, non magis quam *Baccho*, cui is comes adhaeret semper indivisus. *Silvanus Deus agrestis*. qui & semper senex in antiquis marmoribus exhibetur. *Virgilius* initio *Georg.* postquam *Ceterem*, *Faunos*, *Dryadas*, *Pana*, *Mi-nervam*, alios deos agrestes invocavit, addit,

Et teneram ab radice ferens Silvanæ cressifera.

cujus ad exemplum quoque *Gratius* initio *Cyanegetici*, post alios deos agrestes invocatos,

*Naidæ, et Latii cultor qui Faunus amoeni,
 Semper et inculto Silvanus termino gaudens.*

Sed & idem *Maro Georg.* 11. 493.

*Fortunatus et ille, deus qui vocat agrestes,
 Panaque Silvanumque senem.*

Sed & *Mars Silvanus*, & *Hercules Silvanus* apud scriptores occurrunt. unde apparet, cur *Noster suis juvenilior annis* dicatur. sed & *Plautia gens Silvanii* cognomentum asservit, ut *resistant* ubertem *laxa antiqua*, quod moneo, ne quis contenda *Silvanum* & *Sylvanum* scilicet oportere, quod plurimis in via est. *Silvanus puerum Cyparissium adamas* fertur, unde *arbor illa ei in delictis*, ut ex *Marone* modo vidimus. *Plutarchus* in *Paralellis* scribit illum Romanis esse *Silvanum*, quem *Graeci Dîpîrîna* ap-

pellant. *Silvanus Dendrophorus* in veteri inscriptione. plura ad *Solinum Salmastius*. pag. 294. HEINS.

641. *Ut poterentur eâ*.] *Potenter* meliores. dictum lib. xiii. vers. 130. IDEM. *Potantur* Basil. *potitur* multi.

644. *Corbe tulit*.] *Ita Messeriam corbea* *Cicer.* pro *Sext.* 38. memorat. mox, *durique fuit messoris imago* etiam in quibusdam. male. ita mox 51. *659. vera annis*. ceterum messoris ipsis rusticis rusticiores habitus patet ex *Cicer.* 111. de *Orat.* 12. nota sunt illa *Horatii* *Epod.* 111. *Dura messorum illa*. BENM.

645. *Gerens*.] *Ferens* duo libri. vid. lib. 11. 137.

646. *Versasse videri*.] *Versasse* rectius fec. Pal. prim. Bas. uterque Erfurt. Jurat. & decem alii. & mox, *jurares pro jurasse* *Arond.* *Boothorn.* *Oxon.* & alii undecim. HEINS.

647. *Ut illum jurasses fessos, etc.*] In *Cælest.* & *istidem* *Vatic.* *jurares*. CIOFAN.

648. *Disjunctis*.] *Diversis* unus Heinſii.

649. *Frondator*.] In uno Heinſii & alio *Basil.* erat, *saicator*.

649. *Vitisque putator*.] *Malim, vitivus*. HEINS.

650. *Induerat scalas*.] *Induere* *scalas* *Thyſii* co-dex. elegantissimi *Græcismo*. Vide *Notas* *Trist.* 14. *Eleg.* 1. v. 76. sed tum pro *potares* sit legendum, *putaris*. HEINS. *Ostendit* habitum ingredientis cum *scalis*, quibus caput per gradus infererat. vid. *Bart.* ad *Str.* x. *Theb.* 835.

653. *Spalatae gaudia formæ*.] *Spernae* prim. Basil. fec. Pal. alter *Hamburg.* & quinque alii. etiam pro *diversa* lectione *Neap.* ut lib. 111. 389.

Ut ut injiceret serrato brachia collo.

apud *Terențium* tamen *Eunoch.* 111. 5. *formarum spectator*. HEINS. *Ep.* XVI. 31.

Sed mihi laudatam cupienti corpore formam.

654. *Mitra*.] *Vitta* duo libri. vid. lib. xiii. 647.

655 Innitens baculo, positus ad tempora canis,
 Adsimulavit anum: cultosque intravit in hortos;
 Pomaque mirata est: Tantoque potentior, inquit,
 Paucaque laudatae dedit oscula; qualia numquam
 Vera dedisset anus: glebâque incurva refedit,
 660 Suspiciens pandos autumnî pondere ramos.
 Ulmus erat contra spatiosa tumentibus uvis:
 Quam sociâ postquam pariter cum vite probavit;
 At si flaret, ait, caelebs sine palmine truncus,
 Nil praeter frondes, quare peteretur, haberet.

665 Haec

665 Haec quoque, quae junctâ vitis requiescit in ulmo,
 Si non nupta foret, terrae adclinata jaceret.
 Tu tamen exemplo non tangeris arboris hujus;
 Concubitusque fugis; nec te conjungere curas.
 Atque utinam velles! Helene non pluribus esset
 670 Sollicitata procis: nec quae Lapithœia movit
 Proelia, nec conjux timidis audacis Ulixei.
 Nunc quoque, cum fugias averferisque petentes,
 Mille proci cupiunt; & Semideique, Deique,
 Et quaecumque tenent Albanos numina montes.

675 Sed

655. Per tempora.] Ad tempora Basil. & sex alii. vid. lib. III. 275.

656. Adsimulavit anum.] Assimulavit multi veteres. HEINS. Dissimulavit unus Basil.

657. Tantoque potentior, inquit.] Ita est in meo & in Vatic. In lib. Statii, Pam. Jo. & quibusdam aliis, Tantoque peritur, inquit. Porro post hunc versum in vulgatis nunc legitur:

Omnibus et Nymphis, quas continet Albula ripis,
 Salve Virgini flos intemperate pudoris.

Hunc postremum Regius videtur agnosceret legitur etiam in uno Vatic. qui est omnium, quotquot ibi asserventur, recentissimus. In septem aliis ex eadem Bibliotheca neuter horum legitur. Atque ita in Statii, Biant. Urini, Cap. Ernest. Joannis, Caesellino, utroque Massi & meo. Verum ad marginem hujus meâ aliena manu & atramento repositus est ille:

Salve Virgini flos intemperate pudoris.

Quare ego, quid hic asseram, non habeo, si horum tamen secundus esset in omnibus scriptis libris, eum hoc loco recipere ac reponere. Sed, hoc cum non sit, ambos suppositos atque adulteros puto, locumque alterisco notandum judico. aliquid enim desideratur. CIOPAN. Notat post hunc versum in vulgatis legi Ciotanus duos illos,

Omnibus et Nymphis, quas continet Albula ripis,
 Salve Virgini flos illicite pudoris.

E quibus alterum nonnulli præconant. Idem monet peritur in quibusdam legi. Duos autem versus illos, alterius monet esse quam Ovidianae, nemo est qui non videt. Tâ potentior Ovidianum esse, sciunt, qui ea voce frequentissime uti auctorum meminerunt. Etiam in his ipsis libris. ut IV. Sed longe cunctis longaque potentior illa est, Si qua tribi semina est, si quam dignâcere taeda. Gruterus manu sua ad Ciotini Observationes, quo libro usus sumus, sibi non videri aliquid decesse annotaverat. Ego auquid decesse ante illa verba, tantoque lætior, inquit, non dubitavi. DAN. HEINS. Peritur multi. Inscruta. quidam addunt duos versus. Omnibus et Nymphis, &c. sed nugae sunt. Vide ou-

nino de eleganti hoc loquendi modo Observationum Gronovianarum lib. II. cap. 21. & Tranquillum Fabrum ad Phaedrum. lib. III. Fab. 5. sic lib. V. Fall. ex antiquis libris, 693.

At mihi pande precor tanto mellea potui,
 HEINS. In Vossiano legabatur:

Pomaque miratur, mos se convertit ad illum.
 660. Autumnî pondere.] Autumnum in pondere unus Bononiensis. Forte, Autumnopondere, ut lib. III. sub finem. Pro pandos ramos, multi putales, gravidos, curvos. nil inuito. HEINS.

661. Spatiofa nientibus uvis.] Perventis codices, tumentibus uvis, in seq. sane libro idem ait, Tundidaque in vitibus uvae, & Aulon. vitis videntia turget in uvis. MARIANG ACCURS. in Diatribis. Rectius, ut nobis quidem videtur, quod in Palatino codice, Ulmus erat contra, spatiofa tumentibus uvis. DAN. HEINS. spatiofa tumentibus uvis repone ex plurimis veterum. Trist. IV. Meg. VI. Tempus ut extentis tumat facit uva racemis. infra lib. XV. 77.

— tumidaque in vitibus uvae.

Virgil. II. Georg. 102.

— tumidis bumaflo racemis.

Cato in Ovis:

Delici naucque tumet novum viticula Bathe.
 Tundideris acini uva apud Columellam lib. III. cap. II. Pentadius de vere:

Frondo maritara vitca maffa tument.

non dissimilit: Noller in Fallis, I. 152.

Et nova de gravido palante gemma tumet.

Vetus poeta apud Victorinum in grammatica:

Ecto tumet gemmis tua vitis, epime Bathe.

In Catalectis veterum Poëtarum carmine de mensibus:

Turgentes acinos varias & praefecit uvae
 Septemher.

ubi Septemher acinos perpetam nunc circumferunt. HEINS.

663. Et si flaret.] O si flaret multi. ab aliis. ut unus. mos, nil praeter legam Pontica. & M. V. 660. Si non juncta foret.] Nuda S. Marti. 1770. Hamburg. & tect. Bonon. nupta. Thuan. & p. 10. Bo-

Bonon. certe aut nupta legendum, aut vincla cum Neap. nam juncta proximo versu praecesserat. nisi illis vincla legis cum prim. Gronov. quomodo noller Ep. v. 47.

Non sic appositis vincitur vitibus ulmus.

apud Columellam lib. V. c. 4. in optimis membranis, vites defixis arundinibus circumvinctas per statumina calamorum. non circumvinctas. Pentadius de Adventu Veris, ut scribendum est:

Vitea maffa tument vitinas vincla per uvos.

ubi tumere demum habes. quamquam Virgilius I. Georg. 2. Uvis adjungere vites dixerit. & Martialis lib. IV. Epigr. 13.

Nec melius teneris jungantur vitibus ulmi.

nupta viti, quomodo ulmus marita non solum Catullo aliisque poetis, sed & Columellae ac aliis rei rusticae scriptoribus passim dicta. Apulejo quoque in Apologia. Apposite Plinius lib. XIV. cap. I. Jam in Campano agro populus nubent vites, maritaeque complexae, atque per ramos carum prociatibus brachis, geniculato cursu scandentes, catamina aequant. idem lib. XVIII. c. 28. Populi albae etiam vitibus nuptae. habes & ulmum vite dotatam. Gualterus in Alexandreide libro primo:

— tot nuptas vitibus ulmos.

quae sine dubio ad imitationem alicujus poetae ex vetustioribus, ut alia multa, ille dixit. sic & rosae in Perrigilio Veneris dicuntur nubere. Vomanus de laudibus Horti, in Catalectis:

fecunda viti conjugis uberos ama.

Horatio lib. IV. Od. v.

Et vitem viduas ducit ad arboros.

& Juvenali Sat. VIII. 78.

Stratus hami palmas viduas desiderat ulmos.

Catullo quoque vidua viti & marita ulmus dicitur in Epithalamio. alius maritat populus Horatio Od. II. Epod. & Pennacius in dicto epigrammate:

Fronda maritata vitca maffa tument.

Columella Lib. II. c. 11. Olivatum, non maritum dixit. lib. IV. c. 1. Maritanda arboros. V. cap. 6. at si teneram ulmum maritaveris, omni nupta non suffere. Si vetustae vitem applicaveris, conjugem necabit. Ita soppares esse aculeo & vitibus ar-

bore: vitesque convenit. Sed arboris maritanda causa scribis vivandae sua debet. Sic illa ex vestigiis vetustissimi codicis S. Germani constituenda sunt. in quo, At si teneram ulmum maritaveris, omni non jam suffere, si vetustate vitem applicaveris. idem quoque recte soppares, pro sibi pares. paulo post, Vitis novellae pampinarius dimittit (vet. cod. immittit) non oportet, nisi necessario loco natus est, ut viduum ramum maritet. De maritis & viduis ulmis idem plura lib. IV. 22. Vitis in aenigmati Symposii:

Nolo toto jungi, quamvis placet esse maritam.

vetus poeta apud Priscianum de versibus concubis:

Si qua flagella jugabis, ante patare decet,

Ne resolata & vidua ulmus & cornu

Agri dissidium dare vestia rura queant.

Septimius Severus apud Victorin. Quando flagella legas, ita liga, viti & ulmus ut simul eant. apud Maronem in Georg. lib. II. 299. Neve flagella summa peto. ubi agit de cultura vitium. Vell. Avienus Deier. Orb. 500.

— Coma largi palmis illis

Tenditur, ac fuso haectus tegit arva flagello.

Vitem copulat ulmus Guther. Lig. VI. Idem Columella lib. X. ut de asubendi vocabulo nominis substitutionem:

Alma sinum tellus jam postet adalutae possens

Semina depolitis cupit se nubere plantis.

ubi mallem, demubere, viduum ramum maritara dixit lib. V. c. 5. de vite. HEINS.

666. Terrae adclinata jaceret.] In meo est, Terraeque adcliva jaceret. CIOPAN. Ita etiam Florent. & Urbini. inclinata Thuan. unus & Junian.

670. Lapithœia moris praedia.] Semelita S. Marti, quod non intelligo. HEINS.

671. Nec conjux timidi aut audacis Ulyssii.] Mirae haec connexa videntur; timidi in pugna, audacis in fruendis istibus exponit Raphael, sed hoc modo per ac melius connecleretur, vide utrum sit correctio prius dicti, quasi diceret, si timidos non est appellendus, appelletur audax. CIOPAN. Aut audacis Ulyssii. Idque è Romana consuetudine. ut sap. ex Pinarcho retuli. CIOPAN. Aut audacis plerique veteres. sed nihil haec sunt, nam si timi-

675 Sed tu, si sapias, si te bene jungere, anumque
 Hanc audire voles, (quae te plus omnibus illis,
 Plus quam credis, amo) vulgares rejice taedas:
 Vertumnumque tori socium tibi delige: pro quo
 Me quoque pignus habe. neque enim sibi notior ille est,
 680 Quam mihi. nec toto passim vagus errat in orbe.
 Haec loca sola colit. nec, uti pars magna procorum,
 Quam modo vidit, amat. tu primus & ultimus illi
 Ardor eris; folique suos tibi devovet annos.
 Adde, quod est juvenis: quod naturale decoris
 685 Munus habet: formasque aptè fingetur in omnes:
 Et, quod erit justius, (jubeas licet omnia) fiet.
 Quid? quod amatis idem? quod, quae tibi poma coluntur,
 Primus habet; laetaque tenet tua munera dextrâ?
 Sed neque jam foetus desiderat arbore demtos,
 690 Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas;
 Nec quidquam, nisi te. miserere ardentis: & ipsum,
 Qui petit, ore meo praesentem crede precari.

Ulto-

ans, cur audax? Vere Barberin. timidus audax:
 Ulyss. Hoc est, audacis in timidus. Nolter lib. v.
 544

— fortisque fugacibus esto,
 Inquit: in audaces non est audacia tanta.
 De Crocodilo Ammianus Marcellinus lib. xvii. 15.
 Audax tamen monstrum fugacibus, ubi audaces se-
 feris timidissimum. & lib. xxvii. 11. de Probo:
 Erat tamen interdum timidus ad audaces, contra ti-
 midos celsor. HEINS.

672. Petentes.] Volentes Medic. unus. praecantes
 Ambros.

673. Nille viri.] Praei Leid.
 673. Et Semideique.] Te Semideique novem.
 675. Sed tu si sapias.] Sapias, & mox, velle
 multi veteres. Sed nihil puto mutandum, quia tum
 rejicit & felix etiam esset dicendum. Epist. v.
 vers. 99. scribendam etiam opinor:

Nec tibi, si sapias, fidam proovito Lacaenam.
 non sapias. HEINS. Sed bene si sapias Medic.

677. Amo.] Amat Argent.

678. Ubi delige.] Seliq. index S. Marci & prim.
 Hamborg. alii multi, dilige. unde, dilectam habere.
 Ita enim in vetustis codicibus plerumque scribitur,
 non dilectam. HEINS. Legendum, dilige, cum
 vulgatis, unde & dilectam habere. vid. Graev. ad
 Cic. ii. Ver. 10. sic diligere veres custodam ex
 Pandogenum Quintil. l. de Inst. Orat. 3. vid.
 supr. ad lib. x. 325. toto socium etiam Medicus
 unus. non male. sic apud Virgil. v. 712. Hanc ca-
 22 castis sociare. BERN.

679. Nola.] Habes Medic. & sex alii.

679. Neque enim sibi notior ille est.] In meo;
 Neque enim tibi. CIOFAN.

681. Haec loca magna colit.] Nescio an verum
 sit, certe propius ad veritatem accedit, quod in
 Palatino:

Nec loca magna colit, nec, uti pars magna procorum,
 Quam modo vidit amat.

DAN. HEINS. Nec loca Bernegger. sic. Pal. Can-
 tabr. uterque Erfurt. Arond. & alii viginti ex praes-
 cripto Poetae,

— Laudato ingentia rura,
 Exiguam colito.

sed quia mox sequitur, nec uti pars magna pro-
 corum, vix videtur id ferri posse. in uno meo, quoniam
 ab Aegidio Menagio, viro cultissimi ingenii, natus
 accepi, pro diversa lectione, loca sola. quod ex
 suis etiam Vivianus notat. Puto, sed loca sola co-
 lit, sic Lucretio lib. vi. 395. de fulminibus, Cer-
 eiana loca sola pavat. Cephalus apud Nostrom lib.
 vii. 814.

Tu facis ut silvas, ut amem loca sola.
 HEINS. Loca sola dixit & Epist. xi. 84. Remed. 579
 & passim alii.

682. Quam modo vidit.] Quas S. Marci, Neap-
 pol. Urbini. & unus meus. mox, devovet ignis unus
 Basil. pro annos. HEINS. Quod modo vidit Sproth-
 eleganter. vide ad Epist. xviii. 153.

(S. Quod naturalis.) Quid, quod dicitur Am-
 brof. sic.

683. Formasque aptè fingetur in omnes.] Alludit
 ad Vertumni nomen. Qua de re etiam Propertii
 eleg.

Ultoresque Deos, & pectora dura perosam
 Idalien, memoremque time Rhamnufidis iram.
 695 Quoque magis timeas, (etenim mihi multa vetustas
 Scire dedit) totâ referam notissima Cypro
 Facta; quibus flecti facile & mitefcere possis.

FAB. XVII. ARGUMENTUM.

Anaxarete in lapidem.

In Insula Cypro Anaxarete fuit ex progenie Teucri Salaminii, quae forma co-
 teras gentes ejusdem civitatis supergressa est. sed ut pulchritudo eminentis fuit, ita
 propter adspersionem virorum abominanda omnibus. Quam cum Iphis, ejusdem civi-
 tatis, amore diligeret, neque aditum ad eam haberet, dolens, quod in tam gravem ser-
 tentem incidisset, ad extremum, ne diutius doleat, noctu clam ante fores puellae suspen-
 dio se liberavit. Cui cum funus pro dignitate fortunae per publicum maximâ frequentia
 dueretur; illa patientissime ex superiori parte domus prospiceret; ob nimiam crede-
 litate

Eleg. lib. iv. Meminit praeterea Vertumni, sive
 Vertumni, Asconius Pedianus in iii. contra Ver-
 rem orat. exponens Ciceronis illud, A signis Ver-
 tumni in circum maximam. Signum Vertumni in ul-
 timo vico Thuriano est, sub basilicae angulo stantibus
 se ad postremam dexteram. Voironius autem
 Deus invertendarum rerum est, id est, mercatu-
 ric. CIOFAN. Mutetur Palat. sec. mutabit prim.
 GIRONOV. variatur unus Heinfil. formatur Sprothii.

687. Quid, quod amatis idem? quid quae tibi
 poma coluntur.] Liber meus, Quid quod tibi poma
 coluntur. CIOFAN.

687. Coluntur.] Coluntur alter Strozzae.

688. Tua manera.] Nova manera unus Basil.
 non male.

689. Jam foetus.] Nil libri juvant. Puto ni-
 hilominus,

Sed neque tam foetus desiderat arbore demtos,
 Nec quas hortus alit cum succis mitibus herbas,
 Nec quicquam quâ te. vel, Nil aliud quâ te.
 HEINS. Jam fructus quatuor libr.

692. Quid petit.] Qui petit duo veteres. reclusus.
 HEINS.

693. Dura.] Dura unus ex melioribus vid. it.
 354.

694. Italian.] Italian prim. Palat. & duo alii.
 Melico Oxon. prim. Moret. prim. Hamborg. & sex
 alii. HEINS.

695. Quoque magis cavas.] Idem liber meus
 & unus M. ff. Quoque magis timeas. CIOFAN. U-
 mos S. Marci. Neapol. Urbini. Thun. Juret. ali-
 que plurimi, venula repetitione. HEINS.

Tom. II.

695. Etenim mihi multa vetustas Scire dedit.] Ita
 locutus est supra lib. iii. 336. At pater omnipotens
 pro lamine adepto Scire futura dedit. CIOFAN.
 Plura versibus unus Heinfil.

697. Fata.] Malo, Fata cum Sixiano & uno
 meo. HEINS. Vid. inf. 56. 729.

697. Flecti facile.] Facile flecti Basil. & tres alii,
 facile ex flecti Medic. unus.

Anaxarete.] An. ex prog. T. 6. forma ceteras
 virgines supergressa est. Quam cum Iphis miser ama-
 ret, humili de stirpe creatus, neque aditum ex. Co-
 lon. Ceteras Virgines Micyl. marg. gentes vel civi-
 tatis esse glossema puto, legendumque ceteras gentes
 ejusdem supergressa est. Civitatis implevit ex sequenti-
 bus.

No diutius doleat.] Haec non habet Raener.

Suspensio se liberavit.] Ita cum M. Ven. Ed.
 Raenerius, suspensio ejus amore se liberavit. Anto-
 nin. cap. 39. inedia vitam famisse juvenem narrat.
 Ἰσχυρὸν μὲν εὖν ἡντ' ἀπερὶδὸν πάλαι καὶ ἰσο-
 φῆα ἔην πῆδ' εἰς γάμῳ ἑαυτ' ἀποθήρῃσεν κατὰ τῆ-
 φῆς ἐδάειν. pro ἰσοφῆαν lege, ἰσοφῆαν. in praes-
 cedentibus pro, ceteras gentes, mallem, ceteras vir-
 gines. MUSEUS.

Cui cam.] Cujus cum Colon.

Pro dignitate fortunae.] Haec absunt Colon.
 erat enim humili de stirpe creatus. vel legendum,
 pro humilitate fortunae, vel potius, non pro digni-
 tate fortunae.

Et illa patientissime ex.] Pro his Colon. For-
 te praeter puellae domum elatum est, quo ex emente
 loco conspexit, cum se nimis duram amantem fuisse

Kkkkkk 2496

litatem animique duritiam, in ⁶ vestigio sui à Venere saxo durata est; ita ut apud Sallustium species ejus proficiente Veneris nomen accepit. Dehinc Vertumnus, rediens in suam speciem, Pomona potitus est.

Viderat à veteris generosam sanguine Teuci
Iphis Anaxareten, humili de stirpe creatus.

700 Viderat : & totis perceperat ossibus aestum.

Luctatusque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit, supplex ad limina venit.

Et modo nutrice miserum confessus amorem,
Ne sibi dura foret, per spes oravit alumnae.

705 Et modo de multis blanditus cuique ministris,
Sollicita petiit propensum voce favorem.

Saepe ferenda dedit blandis sua verba tabellis :

In-

Interdum madidas lacrimarum rore coronas
Pestibus intendit; posuitque in limine duro
710 Molle latus : tristique serae convicia fecit.
Surdior illa freto surgente, cadentibus Haedis,
Durior & ferro, quod Noricus excoquit ignis,
Et saxo, quod adhuc vivâ radice tenetur;
Spernit & irridet; factisque immitibus addit
715 Verba superba ferox : & Ipe quoque fraudat amantem.
Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis : & ante fores haec verba novissima dixit:
Vincis, Anaxarete : neque erunt tibi taedia tandem
Ulla ferenda mei. laetos molire triumphos,
720 Et Pacana voca, nitidaque incingere lauro.
Vincis enim, moriorque libens : age, ferrea, gaude.

Cer-

agnoscere, ultione Veneris in saxum mutata est. His narratis, in suam speciem reversus Vertumnus, Pomona potitus est.

6 Vestigio sui.] Suo Racner.

609. Humili de stirpe.] De plebe unus Basil. & Heinii unus melioris notae. Ita & lib. III. 583. generatam etiam verba superiore Basil.

700. Viderat, & totis perceperat ossibus ignes : Luctatusque diu, postquam ratione furorem Vincere non poterat.] Hanc eandem sententiam paucissimatis exultit lib. VII. 9.

Concepit interca validos Aetias ignes,
Et lucata diu, postquam ratione furorem
Vincere non poterat. CIOFAN.

700. Perceperat ossibus ignes.] Aestum vetustiores plerique cum S. Marci. HEINS. Praecepit unus, hanc scabulam sub nominibus Aecophontis & Aristoclis habet Antonia. Liber. Metam. XXXIX.

705. Non potuit.] Non voluit Medic. unus. poterat quinque.

704. Per spes oravit alumnae.] Puto, spes alumnae. Ad notas nostras Met. IV. 421. sic Per spes solitas I. XIII. HEINS.

705. Et modo de multis alieni blanditus amicis.] Blanditus cuique ministris Thuan. prim. Reg. prim. Moret. & alii decem. probe. cuiquam blanditus prim. Basil. alieni blandita ministris prim. Palat. prim. Vatican. tert. Medic. Urbini. uterque Hamburg. & septem alii. Caland. & praeterea quinque, fundendo cuique ministris. Neapol. (& Francof.) alieni saeculando ministris. in quibus omnibus verac lectionis apparent vestigia. IDEM.

705. Propensum.] Propensum magno numero codices.

707. Tabellis.] Libellis duo libri.

708. Interdum madidas lacrimarum rore coronas Pestibus intendit.] Amantes non admitti à suis amantibus, quas in capite gerebant, coronas pestibus sus-

pendebant; lib. II. De Arte 527. Pestibus & horae supplex blandire puellae, Et capiti desuptas in seipso pono rosas, & v. Fall. 738.

Et tegat ornatas multa corona fores.

CIOFAN. Lectum fuisse a quibusdam, lacrimarum rore apparere ex Moursii Spicilegio ad Theocrit. p. 133. qui corrigit, rore. & totum hunc locum illustrat. madidis Cantabrig. pestibus inferni tum Medic.

709. Postique in limine duro Molle latus.] Amantis exprimit naturam, qui, ut amica potitur, omnia magno cum incommodo ferre laud recusat. Ita alibi:

Dura super tota limina nocte jace. CIOFAN.

910. Tristique serae convicia fecit.] Liber Caesellinus & unus Maffei, Convicia dixit. Utroque recte. Confirmat illud M. Tullius, qui eodem modo locutus est libro I. ad Atticum : Cato convicium Pisoni consuli mirificum fecit. Et Plautus in Mostellaria : Sic & praesenti tibi facis convicium : Ipe vero hoc. Rem. 107.

Nec die blanditias, nec die convicia possi.

Et ibidem 36.

Et modo blanditias, gelido modo jurgis possi

Dicat.

Et Virg. in Moreto, modo ejus sit illud opus :

Invenitque furens dicti convicium fumo.

Plautus in Ariania. v. II. 48.

Quid periculi sit dotatae uxori convicium dicere.

IDEM. Scribe, tristique serae cum uno Basil. hoc est difficile, immiti. vide Nonium in Triste. HEINS. De locutione illa, facere convicia, vid. ad Remed. 507. tristique serae unus Basil.

711. Saevior illa freto.] Surdior prim. Gronov. alter Erfurt. & quatuor alii. optime. Epist. VIII. 9.

Surdior illo freto clamantem nomen Orestiae

Trans inornatis in sua taedia comit.

Epist.

Epistola XIX. 211.

Nec faciam surdis convicia fluctibus ulla.

Artis libro I. 531.

Thebes crudelium surdas clamabat ad undas.

Lib. XIII. 804.

Surdior anquoribus.

Horat. libro III. Od. VII.

— seipulis surdior learii.

IDEM Epod. XVII.

Quid obsecras auribus surdis preces?

Non saxa nudis surdiora navitis

Neptunus alio iunctis hybernus solo.

Sic surdas fores, de quibus Amor. lib. I. Eleg. VI.

— à surdis surdior ipse tuis.

Marcianus Capella libro IX.

Sed nec Arioniam marmora surda chelym

Temperare, extrinsecum cum flagigaret opem :

pro cadentibus Haedis perperam multi veteres, Aufrii, Statius Theb. VIII. 407.

— Montana cadentibus Haedis

Aeriam Rhodopen solida nive verberat Arctos.

HEINS. Eurentibus unus. cadentibus Euris quidem. tumentibus Aufrii duo.

711. Cadentibus Aufriis.] In nonnullis exemplaribus lego, Haedis, quod non displicet, quoniam Haedorum non solum ortus, sed & occasus efficit tempestates, ut Servius scribit, sed alteram quoque lectionem tueri his Gellii verbis possumus, quae sunt Nostri Atticarium lib. II. cap. ult. Fluctibus, qui flante Aquilone maximi ac creberrimi existantur, simulac ventus possit, sternuntur ac confascescunt : & mox fluctus esse desinunt. at non idem sit flante Ausonio vel Aphrico, quibus jam nihil spirantibus, undae tamen factae diutius tument, & à vento quidem jam dudum tranquillae sunt, sed mare est etiam atque etiam undabundum, CONST. FARENS. Aufrii

est in plerisque veteribus libris. In aliis quibusdam; Cadentibus Haedis, quod verus puto. nam ad marginem libri mei annotatum est, Haedis & orientibus & occidentibus tempestas sit maxima. Posset etiam illo alio modo legi. Rationes ab aliis, qui in hunc postea scriperunt, satis probabiles redduntur. CIOFAN.

712. Noricus excoquit ignis.] Multi scripti, Doricus, Gnoricus èno. perperam Ruil. Itin. lib. I. 351. Occurrit Chalybium memorabilis Ilea metallis,

Qua nihil uberius Norica globa tulit.

713. Vinea radice.] Vinea radice prim. Basil. Oxon. Hamburg. & complures alii. unus Bonon. vinea quod adhuc radice. hinc viviradix planta facpius apud Rei rusticae scriptores occurrit, Columellam imprimis. vinea plantaria apud Maron. Georg. II. Saxi radices quoque Lucretius dixit. vinea saxa Noster Metam. lib. VII. apud Agrimensores antiquos, Terminus de lapide vivo decisis, & pons de lapido vivo. HEINS. Firva radice unus. nino Vossian. dura unus.

715. Fraudat.] Fallit plurimi.

718. Neque erunt tibi taedia tandem Ulla ferenda mei.] Tibi taedia nonnulli cum prim. Hamburg. nil muto. sic Arte Amatoria, II. 530.

Dedecet ingenuos taedia serae sui. HEINS.

719. Laetos molire triumphos.] Laetos dixit ab effectu. nam laetos & celebres reddunt homines. Sic lib. XIII. 252. Ingredior curru laetos imitante triumphos. CIOFAN.

720. Nitidaque.] Nitidaque Basil. timidaque Medic. reingere unus Leidens. nitida praecingere duo Medici. lauro duo.

721. Vincis, ait.] Vincis enim prim. sec. Palat. prim. Vatican. tert. & quart. Medic. prim. Basil. Oxon. S. Marci, Neapol. Urbini. plurimi denique ex vetustioribus. Putabam aliquando, Vincis in HEINS.

Kkkkk 2

722. 454

Certè aliquid laudare mei cogèris, critque
 Quo tibi sim gratus : meritumque fatebere nostrum.
 Non tamen ante tui curam celsisse memento
 725 Quàm vitam; geminàque simul mihi luce carendum.
 Nec tibi Fama mei ventura est nuntia leti;
 Ipse ego, ne dubites, adero : praefensque videbor;
 Corpore ut exanimi crudelia lumina pascas.
 Si tamen, ò Superi, mortalia fata videtis;
 730 Este mei memores; nihil ultra lingua precari
 Suffinet; & longo facite ut memoretur in aevo:
 Et, quae demissis vitae, date tempora faemae.
 Dixit : & ad postes, ornatos saepe coronis,
 Fumentes oculos & pallida brachia tendens,
 735 Cum foribus laquei religaret vincula summi;
 Haec tibi ferta placent, crudelis & impia? dixit.
 Inseruitque caput, sed tum quoque versus ad illam :

At-

722. *Mei cogèris, critque.* Mei cogèris amoris Florent. S. Marci. HEINS.
 723. *Non tamen ante tui curam celsisse memento.* In quibusdam, non tamen ante tui. NAVGER. Tui est in antiquis. Quidam legunt, Non tamen ante mihi. Illud magis placet: & illos opinor falli. CIOFAN. Tui curam celsisse Thuan. prim. Gronov. prim. Basil. Calandr. prim. Erfurt. Arondel. & complures alii. tui S. Marci, prim. Hamburg. prim. Moret. pro celsisse, S. Marci, curamque egisse. coram exisse tert. Medic. fuisse unus Argent. sec. Palat. & prim. Hamburg. fuisse Bernegger. Scribe, Non tamen ante tui curam suscipere memento. vel celsisse. HEINS.
 725. *Carendum est.* Non habent rō est S. Marci, Neapol. Bernegger. Arondel. prim. Hamburg. & octo alii. beac. IDEM. Geminamque mihi jam luce duo libri.
 728. *Exanimi.* Exanimi unus Basil.
 728. *Mortalia fata.* Fata Arondel. Bernegger. & praeterea duodecim. HEINS.
 731. *Facite ut narremur.* Tō ut abest à S. Marci, Neapol. Bernegger. prim. Gronov. & quatuor aliis. Facite narremur ut aevo prim. Hamburg. facite ut memoremur prim. sec. Palat. prim. Moret. & tres alii. Thythi, facite memoremur. Lege, facite ò memoremur, vel narremur. IDEM. Longo in anno unus. vid. sup. 379.
 733. *Ad postes, ornatos saepe coronis.* Haec ex Theocrito sumpta illustrat Martin. lib. II. Var. Lect. 14. appropiatis laudatis saepe coronis Leidensis. laudatis etiam Gronov. laudatis Medic. deinde humeris pro novem libri. vitiumque Sixi, unde Heinshus taciturnus, viventesque.
 734. *Pallida brachia tollens.* In aliis, Tendens.

Per pallida autem amoris expressit celsium. Ubi de alibi ait:
 Pallens omnis amans, color est hic aptus amanti.
 CIOFAN. Brachia torquens Medic.
 735. *Vincula summi.* Summi Florent. S. Marci & Neapol. bene. summi vincula laquei sequentem versus cum interrogationis nota lege. & deinde, versus ad illam, sine rō est, ex fide vestigiorum. HEINS. Mox, sed nunc quoque Leidens.
 739. *Ista pedum motu trepidantium & multa timentum.* Post motu distinguendum, ut sit sensus, Janua ista motu pedum, videlicet, Iphios suspensae ac morientis, visa est dedisse sonum trepidantium ac multa timentum. GLAREAN. Timentum veteres plerique. decem, trepidantium & multa timentum. trepidantium & morte timentum prim. Moret. & prim. Bonon. trepidantium & morte timentum alter Erfurt. & alii quatuor. trepidantium & morte timentum Langem. trepidantium & multa timentum Medic. chart. parentem unus Basil. tremantem unus Leid. tenentem unus meus. contra timentum Thyth. alius, trepidantium & multa timentum alius, trepidi moreque timentis. Haereo in tanta discrepantia lectionum. Scribe nihilominus, Ista pedum motu trepidantium ut multa timentum Visa dedisse sonum est.
 sequentia confirmant. gementem certe ex suo codice notarat Politianus. multa gementem pro nultum apud Maronem, III. Georg. 225.
 ——— ignotis exulat oris
 Multa gementem.
 multa potant apud eundem. VI. Aen. 331. Nollet lib. VIII. 176.
 ——— deserta & multa querenti.
 lib. IV. 448.

Atque onus infelix elisa fauce pependit.
 Ista pedum motu trepidantium ut multa gementem
 740 Visa dedisse sonum est, adaperataque janua factum
 Prodidit; exclamant famuli: frustra levatum
 (Nam pater occiderat) referunt ad limina matris.
 Accipit illa sinu, complexaque frigida nati
 Membra sui, postquam miserorum verba parentum
 745 Edidit; & matrum miserarum facta peregit;
 Funera ducebat mediam lacrimosa per urbem;
 Luridaque arfuro portabat membra feretro.
 Forte viae vicina domus, qua flebilis ibat
 Pōmpa, fuit: duraeque sonus plangoris ad aures
 750 Venit Anaxaretes: quam jam Deus ultor agebat.
 Mota tamen, Videamus, ait, miserabile funus:
 Et patulis inuit tectum sublime fenestris.
 Vix bene compositum lecto prospexerat Iphim;

Deri-

Quo simul intravit, sacroque à corpora pressum ingemunt linoen.
 Pont. III. Eleg. III.
 Et genuit parvo mota sensera sono.
 Virgil. XI. Aen. 138.
 Nec plangoribus cessant vestire gentibus ornos, & in Georgicis, III. 183.
 ——— iracundique gementem
 Ferre rotam.
 HEINS. Forte posset legi rectius,
 Utque onus infelix elisa fauce pependit,
 Ista pedum motu, trepidantium morte, gementem visa dedisse sonum est. utque est in uno Basil.
 742. *Ad limina.* Ad limina duo libri.
 744. *Postquam miserarum verba parentum.* Etiam hic melius, quod Palatinus exhibet, postquam miserarum verba parentum Edidit, & matrum miserarum facta peregit. DAN. HEINS. Et ita tres libri. rectius. nam vice patris defuncti agebat. nota etiam Vatican. fata tres.
 746. *Funera ducebat.* Ducuntur, & mox, portantur pro portabat Bernegger. Thuan. Barberin. prim. Gronov. & alii nonnulli. sed frustra. Mater ducit funera, quia prima est in pompa funeris. eadem & funus portare dicitur, Ep. Sapph. XV. 115.
 Non aliter, quam si nati pia mater ademit.
 Portet ad exstruendos corpus inani rogos.
 apud Persium Satyra secunda,
 Natio jam tercia ducitur uxor,
 pro effertur, ita enim legunt Servius ad VI. 256. lib. IV. Georgicōn & Pseudo-Cornutus. nam in vulgatis exemplaribus est, conditur uxor. autere funus etiam habes L. II. in fine D. de in jus vocatis, L. XIV. si cui funeris. & L. XXVIII. D. de religiosis. Servius ad illud Maronis, IV. Georg. 256.

Exportant testis, & tristia funera ducunt. cum exsquali scilicet pompa, & ducere proprio est funerum. Eleg. in Drus. 27. Funera pro sacri tibi sunt ducenda trinophis. HEINS.
 748. *Qua flebilis ibat.* Prima editio Aldina & unus Medicens, quam ibat. sic ire exsqualia. vide notas Amor. II. Eleg. VII. Propert. lib. III. Eleg. XV. Nec tamen est quisquam, qui sacros laudat amantem; Scironis medias his licet ire vias.
 ita opinor legendum. vulgati, ——— mediis sic licet ire vias.
 Virgil. VI. Aen. 122. Itaque reditque viam totius, IDEM.
 749. *Duraeque.* Duraeque tres. duraeque quatuor clangoris decem. clamoris tres.
 750. *Ultor agebat.* Habebat prior Gronov. & tres alii. quod est explicari etiam eleganter posset, majorem tamen vim vulgata lectio habere videtur. sic dicitur furor agere Valer. Flac. VII. 36. terror II. 461. de quibus pluribus ad Valerium ipsum. vide Heins. ad lib. II. Art. am. 456. & sup. ad lib. X. 87. BURM.
 753. *Vix bene impositum lecto prospexerat Iphim.* Bene addit Poeta, ut majorem ostenderet festinationem. Sic alibi: Vix bene deserat. Et: Vix bene missus erat. Et infra. Vix bene deserant. CIOFAN. Vix bene jam positum, putabam aliquando. At Cantabrig. Vix bene compositum: bene. Horat. I. Sat. IX. Omnes composui felices.
 in Fast. III. 547. compositumque cinis. & v. 426. Compositumque nepos casta piabat avi.
 Pont. I. el. II. III.
 Nec mala compositos (ut scilicet exule dignum) Bissoni cineres ungula pulset equi.
 Vix bene impositum fragment. Boxhornii. Iphim pro
 Kkkkk 3

Deriguere oculi : calidusque è corpore sanguis
 755 Inducto pallore fugit. conataque retrò
 Ferre pedes, haesit : conata avertere vultus,
 Hoc quoque non potuit : paullatimque occupat artus,
 Quod fuit in duro jampridem pectore, saxum.
 Neve ea ficta putes; dominae sub imagine signum
 760 Servat adhuc Salamis: Veneris quoque nomine templum
 Prospicientis habet. quorum memor, ò mea, lentos
 Pone, precor, fastus, & amanti jungere, Nymphæ.
 Sic tibi nec vernum nascentia frigus adurat
 Poma; nec excutiant rapidi florentia venti.
 765 Haec ubi nequicquam formas Deus aptus in omnes,
 Edidit; in juvenem rediit : & anilia demit
 Instrumenta sibi. talisque adparuit illi,

Qua-

Qualis ubi oppositas nitidissima Solis imago
 Evicit nubes, nullaque oblante reluxit.
 770 Vimque parat : sed vi non est opus : inque figurâ
 Capta Dei Nymphæ est : & mutua vulnera sentit.

FAB. XVIII. ARGUMENTUM.

Romulus in Quirinum.

Post Anulii ac Numitoris Albanorum regum interitum, Romulus urbis à se con-
 ditae cepit imperium. Qui cum adversus Titum Tatium^b pro raptu virginum dimica-
 ret; hostis adpropinquavit^c patriae. ^d Quod ut Venus praesensit; portis obsertis una
 patefacta est, Tarpeja virgine prodente patriam; pro filii incolumitate à Nymphis,
^e quae proximae Jano erant, ^f genium petiit auxilium. Data ergo venia, secundum
 portam, quam Sabini^g irrupturi erant, recluso fonte, ^h secaturientes aquae, quae an-
 tea

Ipsum meliores. mox, è pectori, pro è corpore Thuan.
 & Juret. pro *Deriguere* codex Langerman. *Covri-*
guere. insolenti verbo, vetustiores, *Deriguere.*
 HEINS.

754. *Diriguere oculi*] Sic Virg. lib. vii. 446.*At juveni oranti subitus tremor occupat artus.**Diriguere oculi, tot Erinnyes sibilat hybris.* CIOFAN.754. *Calidusque è corpore sanguis inducto pallore*
fugit.] Liber meus & Caelii. multo rectius ha-
 bent, *Calidusque è pectore.* IDEM. *Calidusque* Voss.
inducto pallore quatuor. mox, *conataque vertere* Ju-
 nian. & sex alii. *conataque vertere septem. conata*
revertere tres. conata avertere prim. Gronov.758. *Quid fuit in duro jampridem corpore,*
saxum.] In eisdem lib. est hoc quoque loco *pectore,*
non Corpore. Videtur Poëta attingere Deucalionis
 & Pyrrhae fabulam, quorum opera, Jove annente
 & permittente, ex lapidibus, quos jecerant,
 homines facti sunt. Vel, quod initio, cum ab
 Iphi amaretur, ita dura & acerba esset Anaxarete,
 ut ea in dentie ad extremum usque immobilis &
 pertinax permaneret. CIOFAN. *In pectore saxum*
Cantabrig. Oxoniens. Arondel. prim. Movet. pluri-
umque alii. bene. HEINS.759. *Dominae sub imagine signum Servat adhuc Sa-*
laminæ.] Usque hac statua Anaxaretis, in saxum con-
 vertitæ, est Salaminæ. Superius, ex C. Vellejo Pater-
 culo, annotavimus, Salaminam conditam fuisse à
 Teucro, Telamonis filio. Sciendum praeterea, Sala-
 minam Jovis delubris, sicut Paphum Veneris
 templo, insignem fuisse. Auctor Marcellinus lib.
 xiv. CIOFAN.760. *Veneris prospicientis.*] *Veneris prospiciens* dicta
 videtur, quod virginum superbiam, amatores con-
 temnentium, prospiceret atque provideret. Nym-
 phæ autem, cum sit vocandi calis, sine diphthongo
 scribitur. RABIOS. Immo *prospicientis* cognomen
 accepit a specie & forma prospicientis de senella

Anaxeretes, quae eadem specie a Veneri in saxum
 conversa fuit. quamquam alibi apud auctores eos,
 qui resant, neque fabulae hujus, neque cognomen
 istius mentio ulla sit. sed hoc temporum in-
 iuriæ acceptum serendum, qua longe plures cum
 hujus, tum aliarum rerum auctores amissimus,
 quam retinemus. Micyll. Strabo lib. xiv. ait, post
 Carpathiam Cypri urbem esse montem ac promon-
 torium, montis summum Olympum dici, ubi
 Veneris Atræae templum sit, quod nec adire, nec
 videre mulieribus concessum. Ptolemaeus videtur
 Aphrodisium vocare. Raphael ait, Venerem pro-
 spicientem dictam, quod virginum superbiam, ama-
 tores contemnentium, prospiceret ac provideret,
 quod mihi non probatur. GLAREAN. Zolich. & al-
 ter Thuan. *Ulciscentis.* pro, *è mea Nymphæ,* multi
 veteres, *optima.* S. Marci & alii sex, *omnia.*
 vid. notas Trist. i. eleg. vi. 5. Apulejus lib. i. Mi-
 les. *Remoto inquam in loco, parvis optima, die or-*
entis sit. ita vetulam alloquitur. HEINS. *Veneris*
quoque nemino Medic. & Ambr. deinde *è mea*
rectum est. vid. ad Petron. cap. cxvi. *duos solus*
quinque libri.

762. *Jungere, Nymphæ.*] *Jungere dextrat* uous
 Argentini. *jungere dextro* Medic.763. *Sic tibi nec.*] *Tibi nil* S. Marci. HEINS.766. *Et anilia demit.*] In meo, *demisti.* Pla-
 cet. CIOFAN. Ita & multi. *penis* unus Moreti.768. *Oppositas.*] *Oppositas* quatuordecim scripti.
oppositam nubem Basil. *Evicitis* Junian. & quingue
 alii. *edaxis* unus. deinde *refulsit* Moreti & duo alii.
reduxit unus.770. *Inque figura Capta.*] Sic quidem legitur,
 sed *nanque,* loco illius *inque,* ut renotator lectus
 expolcit. exponit enim Poëta, cur vi opus non fue-
 rit. nam Pomona, formâ Verummi capta, facile ei
 morem gessit. hanc vero emendationem nostram
 inepti quidam Scalformiae reprehendunt, ut ver-

sum perturbantem. sic enim, ajunt, Syllaba brevis
 natura produceretur, quasi vero hoc & ipsi non
 viderimus, ac non illud fecerit simus, quod non
 solum a grammaticis, sed a Fabio quoque Quin-
 tiliano praecipitur. *f* literam saepenumero in me-
 tro excludi: quo quidem modo nulla vis carmini
 asertur. sed de hoc quoque alibi plura. REGIUS.
 Grammatici, *nanque* pro *inque* reponendum ad-
 monent, syllabamque excusant, quod *f* litera
 quandoque abjici consuevit: porro Mss. quidam co-
 dices puram retinent sinceramque lectionem, qui
 sic habent,

Vimque parat, sed opus non est vi, nanque figura:
 MARIANG. ACCURS. in Diatribis. Quos hic Scalfor-
 mas, ut ipse vocat, Regius fugillet, nescio. illud
 certe verum apparet, quod vulgo dici solet: sum
 cuique pulchrum. nam quod ad elisionem conso-
 nantis *f* attinet, ut quidem constat a veteribus
 eam uturpari solitam fuisse, ita rursus in toto hoc
 poeta exemplum ejus alibi non exstat, nec apud
 Virgilium, qui tamen Ennianae vetustatis amator
 fuit. praeter unum illud, *inter se coisse viros, & decer-*
nare ferro, quod tamen & ipsum in finem com-
 matis sive tomes incidit, ut ea ratione defendi
 queat. proinde, utcumque debacchetur Regius in ad-
 versarios suos, neminem, puto, elisionis istius suae
 adimplatorem inveniet, sive, *Inque, sive, aique,*
 sive quocumque tandem legendum concedamus.
 Micyll. *Inque figura Capta Dei, &c.* Omnes libri
 & rectè. Quid tamen Regius comminiscatur mi-
 hi non est ignotum. Mariang. in quibusdam vet.
 esse ait. *Sed opus non est vi; nanque figura.* Vera
 lectio. CIOFAN. *Inque* non movendum. vide ad
 lib. iv. 234.

* *Conditæ.*] *Conditæ, occiso fratre Remo, cepit*
 Colon.* *Pro raptu.*] *Pro raptis virginibus dimicaret,*
 & aliquando, *hoste nectin adpropinquante, cum reli-*

quae portae clausae essent, una a Tarpeja virgine pa-
 trium prodente aperta est Colon.

* *Patriæ.*] *Urbi* Raener.* *Quod ut Venus praesensit.*] Haec Raenerius
 ponit post, *prodente patriam.* & rectius ut puto.
 & ita Colon. qui *sancti* habet.* *Quae proximae &c.*] Venet. *Quae proximè Jano*
&c. Lege, *Quae proximè Janum erant genium.*
 Flor. i. cap. 2. *Janumque genium solum patris ac*
belli. Proximè dativum casum regere non potest.Julius Obsequens cap. 119. *Cui proximè Pompejo, in*
castris sedenti, accipiter super caput accesserat. Lege,
proximè Pompejum. Frustra est Schefferus subaudi-
 ribens praepositionem à. Verum ut illic aliena eli-
 psis illa, ita eadem non observata corruptum locum
 elegantissimum Plinii Histor. Natur. lib. ii. cap. 7.
Quisquis est deus (si modo est alius) & quatuordecim
parte, totus est sensus, totus visus &c. Notat Dale-
 champius MSS. habere, *si mundo est alius aliquis.*
 Unde ipse conjectat, *si à mundo &c.* At nihil opus
 erat istâ praepositione. Vera & Latinissima lectio
 est, *si mundo est alius aliquis &c.* Horat. lib. i.
 epist. 16. *Neve patet aliam sapiente beneque beatum.*
 Quod si quis statuere velit, proximè etiam cum da-
 tivo rectè jungi, adducere possit illud veteris In-
 terpr. Concil. Ephesin. pag. 124. ed. Cont. *Proxi-*
mè nobis participatum est carnis & sanguinis Dei exi-
stens verbum. Scio satis barbarum esse illum inter-
 pretem. At Latinus egregiè Nepos Hannib. cap. 8.
Propius liberi quam Thermopylis. Verum ibi ex
 vet. edd. reposuerim, *Tiberim & Thermopylas.*
 Praepositionem addit Frensin. Strat. lib. iv. 7.
 ex. 40. *Cum propè à virgulis sylloaque posita essent.*
MUNCKER.
 * *Geminum.*] Non habet Colon.
 * *irrupturi.*] *irrupturi* Colon. nescio an rectius.
 ex arce enim in urbem erumpabant Sabini, &
 pugna in medio foro commissa. quam etiam Raener.

tea latuerant, erumpbant. Quae cum frigidae hostium introitum non prohiberent, ex frigidis in calidas versae, hostem avertunt; victoriaeque potius Romulus, rebusur- bis compositis, iura reddens populo, sicut petiorat mater, raptus in caelum est; ita ut Quirinus novo nomine vocaretur.

Proximus Aufonias iniusti miles Amuli
Rexit opes: Numitorque senex amissa nepotum
Munere regna capit: festisque Palilibus urbis
775 Moenia conduntur. Tatiisque patresque Sabini
Bella gerunt: arcisque via Tarpeia reclusa
Digna animam poenam congestis exiit armis.

In

^h Scaturientes.] Scaturire etc. exserunt Raener. Scaturiens a. q. a. latuerant, humo sparsae pressus hostem avertunt Paro. Lugd. Micyll. carentes aquae q. a. l. humo sparsae hostem aista avertunt Colon.

ⁱ Victoriaeque.] Victoriaeque Romulus rebus u. etc. Paim. Lugd. Victor itaque Romulus R. a. c. cum populo iura redderet, sicut petiorat, raptus i. c. e. Et Quirinus novo nomine vocatus Colon.

^h Quirinus novo nomine vocaretur.] Laetant. Fim. Lib. i. cap. 21. Solent enim mortuis consecra- tis nomina immutari; credo ne quis putet eos homines fuisse. Nam et Romulus post mortem Quirinus dictus est; et Leda Nemesis; et Circe Marica; et Ino, postquam se praecipitavit, Leucothea, mater- que Marata, et Melicertes filius ejus Palaemon at- que Portunus. Signae eandem rem, non eloquitur Florus Lib. i. cap. 1. Quirinum in caelo vocari placitum diis. Moxcaea.

772. Proximus Aufonias iniusti miles Amuli Rexit opes.] Intermissam petioquitur historiam, de qua sic IV. Fast.

Quem sequitur veri Numitor germanus Amuli, illa cum Latio de Numitore fuit.

CIOFAN.

772. Proximus.] Subaudi, Procac, ex quo Numitor & Amulius geniti sunt. IDEM.

772. Iniusti miles Amuli.] Pro eo, quod est, iniustus Amulius. Sic Horatius. II. Sat. 1. 73. Virtus Scipionae, et miles sapientia Latii.

CIOFAN. Invidi Basil.

773. Numitorque senex amissa nepotum Munere regna capit.] Totam hanc ipsam rem ita literis consignavit auctor de Vita Illustribus, quem docti quidam viri Cornaelium Nepotem vocant. Praea, quod, rex Althororum, Amulium et Numitorem filios habuit, quibus regnum annis vitibus habendum reliquit, et ut alterius imperarent: sed Anna- lia fuerit imperium non dedit, et, ut cum sole periret, Alcum silviam, filiam ejus, Vestae sacerdotem, transiit, ut conjuncture propitia teneretur; quae morte compressa Romulum et Remum edidit. Amulius inquam in vincula compo- gni: parvulus in Ti-

berim abiecit, quos aqua in fisco reliquit. Ad rapi- tum Lupa adcurrit, ex quo uberosius suis aluit, ab- eausulus pastor collectos Luceo Laurentius con- gredi eductandis dedit. Quibus etiam verbis apparet, quare poeta voluit Amulium iniustum, et ducem vocavit. Vide etiam, si vacas, Livium lib. I. cujus verba, quoniam longum erat recitare, huc afferre me pigebat valde. Haec de re scribit praeter- ea Julius lib. XIII. CIOFAN. Nepotis plurimi.

774. Festisque Palilibus Urbis Moenia conduntur.] Ita veteres lib. Vulgari vero habent, Parilibus. Huc mirifice facit, quod scribit C. Vellesius Paterculius lib. 1. Sexta, inquit, Olympiade, post dies et viginti annos, quam prima constituta fuerat, Romu- lus, Martii filius, ultus injurias avi, Romam ur- bem Palilibus in Palatio condidit. A quo tempore ad vos Consulas anni sunt DCCLXXXII. Id actum post Trojam captam annis COXXXVII. Solinus vero an- num COXXXIII. Dionysius lib. II. COXXXII. Olympiade VII. Qui dies fuit XI. Kalend. Maji. Cicero lib. II. De Divinat. At Zonaras X. Kalend. idius- se scribit lib. II. Hist. Roman. quem, ut et alii Graeci auctores in Romanis rebus interdum lapsi sunt, errare existimo. Ciceroni enim magis credi oportere mihi plane persuadeo. Natalem praeter- ea Urbis a Romanis XI. Kalend. hodierno die ce- lebrari videmus. In vetere quoque Calendario Ro- mano PAR. est, XI. Kalend. Maji. De Parilibus au- tem sic Marius Victorinus in lib. De Orthographis: Pacilia dicitur non Palilia: non a Pale Dea, sed quod eo tempore omnia fata velotantia et her- bae parturiant pariantque. CIOFAN. Plurique ve- teres, Parilibus. Vide lib. IV. Fastor. 711. mox Tatiisque, non Tatinis, idem. HEINSE. Festisque pa- rilibus Cantabr. & quatuor alii.

775. Tatiisque patresque Sabini Bella gerunt.] Li- ber meus & Caesell. Tatiisque patresque CIOFAN.

776. Arcisque via Tarpeia reclusa, dignam ani- mam poenam congestis exiit armis.] In nominibus, edidit. NAUGER. Rectius, opinor, legitur a meo, edidit, non exiit. De bello cum Tatio & Sabi- nis gesto, ac de Tarpeia, sic scribit Cornelius Ne- pos:

Inde sati Curibus, tacitorum more luporum,
Ore premunt voces; & corpora victa sopore
780 Invadunt: portasque petunt; quas objice firma
Clauserat Iliades. unam tamen ipsa recludit,
Nec strepitum verso Saturnia cardine fecit.
Sola Venus portae cecidisse repagula sensit:
Et clausura fuit; nisi quod rescindere numquam
785 Dis licet acta Deum. Jano loca juncta tenebant
Naiades Aufoniae, gelido rorantia fonte:
Has rogat auxilium. nec Nymphae iusta petentem

Suffi-

pos: Sabini ob raptas bellum adversus Romanos iunxerunt, et, cum Romae appropinquarent, Tar- peiam Virginem nacti, quae causa aquae sacrorum gratia hauriendae descenderat, et T. Tatiis opinionem minus dedit, se exercitum suum in Capitolium per- duxisset. Illa petiit, quod in sinistris illi manibus gerebatur, videlicet annos, armillas; quibus dolose repromissis, Sabinos in arcem perduxit: ubi T. Tatiis fecit eam obrui praecipit. Hoc postremum Livius testatur esse fabulam. Quod cuiuslibet ex ejus lib. I. in promptu est. CIOFAN. Digna multi veteres. & recte. Dignam animam poenae Medic. tert. & octo alii. multi etiam, erant cum S. Marci, Neapol. Ur- bin. prim. Palat. Cantabrig. prim. Moret. at Thuan. Bernegger. Oxon. Juret. & viginti aut plures alii, edidit. Epist. IX. 61.

Neque sub his animam pestis Nemeaea lacertis Edidit.

Reddere animam Fast. VI. 76. 743. Met. VII. 76. 505. de quo ad Senec. Oelip. 76. 271. Gronovius. sed cum in vetustioribus sit eruit, suspicor obrui esse legendum. nisi verior scriptura,

Dignam animam poenam congestis edidit armis, vel,

Dignae animam poenae congestis edidit armis. HEINS. Ego exsui non moverem. Stat. X. 943.

Exsuiusque animus. ubi Lutatius, mire, exiit, dixit, quia anima exiit corpore, ideo metaphoram a vestibus posuit. BORM.

778. Tacitorum more luporum.] Rapidorum Thuan. & unus Moreti, Oxon. tresque alii. rabidorum Argent. vide Notas libro III. Artis 76. 8. HEINS. Sacrorum unus. rapidorum ferarum alius.

779. Voces.] Fauces Moreti unus & Heinsii. ore fremunt tres.

779. Et corpora victa.] Prisc. in II. sic legit, ut corpora victa sopore incedant: portasque premant, quas objice sultas Clauserat Iliades. quae lectio magis quadare videtur, quia sequitur, unam tamen ipsa reclusa, nam antea aperiri portas necessum est quam introire quisquam. CONST. FAM. Corpora victa sopori, non sopore, codex S. Marci & tert. Tem. II.

Bonon. unus Leid. victa. & Rottendorp. de quo I. XI. 76. 238. HEINS. Pressa unus Medicus. de quo ad Epist. VI. 96. mox lib. XV. 21.

780. Objice firma.] Firma Thuan. Arondel. & alii decem. de quo ad Claudianum II. in Eutr. 34. & ad Maron. Aeneid. X. 377. Priscianus lib. II. p. 582. in aliis etiam vocibus diversam scripturam exhibet, hoc modo:

Ut corpora victa sopore Invadant, portasque premant, quas objice sultas Clauserat Iliades.

Objice sultas, ut Apulej. prim. Herm. apud Prisc. lib. III. Verum infirma famellorum objice sulta, Noell. lib. II. Art. 242.

Atque erit apposita jazna sulta sera. HEINS.

781. Unam tamen ipsa reclusa.] Portam intelli- git ad radices collis Viminalis, quam Janualem Vatro & Macrobius vocant, ac Palatinam antea nuncupatam Fabius Pictor videtur innere. CONST. FAM.

781. Reclusa.] Recludit prim. Palat. prim. Vati- can. Neap. Urbin. prim. Reg. prim. Erfurt. Box- hornii & decem alii. HEINS.

783. Portae.] Porta Medic.

786. Naiades.] Eandem hanc fabulam describit idem Poeta primo Fastorum. 76. Nisi quod illic non nymphis, sed Jano calefactionem aquarum istam tribuit his versibus:

Et jam contigerant (inquit) portam, Saturnia en- jus

Demystrat oppositas invidiosa seras. Cum tanto veritus committere numine pugnam, Ipse meae moei callidus artis opem. Oraque, qua polens esse sum, fontana reclusi, Sumque repentinas gaculatus aquas. Aut tamen madidis subijci sulphura venis. Clauseret ut Tatio servidus humer ier.

Quod autem hic de Venere meminit Poeta, & quod ejus consilio Sabini recenti fuerunt, ei fictio- ni causam dedisse videtur, quod eodem loco Ro- mae, ubi pugna haec commissa fuit, postea Ve- neris Cluacinae simulachrum dictum fuit, quae cognomentum hoc a Cluendo, hoc est: pugnando, accie- LIIIIII

Sustinuere Deam : venasque & flumina fontis
 Elicuere sui. nondum tamen invia Jani
 790 Ora patentis erant, neque iter praeculerat unda,
 Lurida supponunt fecundo sulfura fontis,
 Incenduntque cavas fumante bitumine venas,
 Viribus his aliisque vapor penetravit ad ima
 Fontis : & Alpino modo quae certare rigori
 795 Audebatis aquae, non ceditis ignibus ipsis.
 Flammi ferà gemini fumant adspargere potes;
 Porta que, nequicquam rigidis permiffa Sabinis,
 Fonte fuit praefructa novo; dum Martius arma
 Indueret miles. quae postquam Romulus ultro
 800 Oblulit; & strata est tellus Romana Sabinis
 Corporibus, strata estque suis; generique cruorem
 Sanguine cum foci permiscuit impius ensis;
 Pace tamen fisti bellum, nec in ultima ferro

De-

accepit, ut Plin. lib. xv. cap. 20. testatur. Et aquarum occasionem à lacu, qui ibidem fuit, in quem Curtius equo praecipitatus, à se Curtium appellari fecit, traxisse Poëtam verisimile est. Curjus & Livius, & Plutarchus, & ceteri meminere. MICYLL. Naiades Hesperiae unus Medic. *Aspinae* Leid.

787. *Has rogat.*] Petit unus Medic. vid. lib. vii. 297. & tunc erit repetitio Ovidio familiaris. *Iussa praecantem* quinque scripti.

788. *Sustinuere.*] *Suomovere* Langerm. *despexere* Medic. vid. ad lib. v. Fast. 76.

788. *Elamina fontis.*] *Semina* prim. Moret. HEINS.

789. *Nondum tamen invia Jani Ora patentis* trant.] Mirum, quem auctorem secutus sit hic Ovidius: nihil enim apud alios de hoc invenio. Commentator, ut solet, tanquam res bene nota sit, leviter transit ac tacet. GLAREAN. *Parentis* Mf. non male. Jani enim propria appellatio pater in Macrobi. Satur. BURSMAN. *Parentis* etiam sex libri. sed, *patens* Janus, est idem, qui *Patuleus*.

791. *Fecundo sulphura fontis.*] *Suffiso* prim. Gronov. quod esset *suffiso*, de quo Fast. v. 675. HEINS. Vide Broukh. ad Prop. iv. viii. 84.

792. *Venas.*] *Rivas* unus Moreti. *venas* praeculerat modo.

794. *Rigori.*] *Liquori* unus Heinsii.

795. *Audebatis.*] Conjecerat olim Heinsius, *Gaudebatis*.

796. *Flammi ferà.*] *Flammigera* Oxon. & infiniti alii. *sumigera* Patav.

797. *Rigidis promissa Sabinis.*] *Permiffa* soc. Moreti & alii tredecim. hoc est tradita. HEINS. *Consijsa* tert. Medic.

798. *Praefructa.*] *Praerupta* tres libri. *praefructa*

unus. *praesumpta* alius.

799. *Indueret miles.*] *Induerat* S. Marci & prima. Erfurt. alique nonnulli. Puto, *Induitur*. ut Trill. xv. Eleg. i. pro, *quem postquam Romulus ultro, quam colex Polliniani & tres ex nostris duo, quae quomodo vetulae editiones nonnullae. & recte, arma subintellige.* HEINS.

801. *Strata estque suis.*] *Strataque* plerique vultuosiores; nisi quod in nonnullis *strata atque*. IDEM. *Corporibusque suis strata est* Ambros. Basil. & tres alii.

802. *Permiscuit.*] *Promiscuit* Thuan. & Sprolii. hinc *promiscue*.

803. *In ultima.*] *Ad ultima* unus Medic.

804. *Tatiumque accedere regno.*] Liber meus; *Excelsere regno*. GIOFAN. Et ita octo.

805. *Occiderat.*] *Deciderat* Basil. & duo Palat. vid. ad lib. x. 10.

806. *Cassida Mavorsi.*] *Casside* Francof. & Sprolii. eadem diversitas III. Fast. 8. & 171.

807. *Adfatur.*] *Allonquitur* prim. Gron. & Thyll.

807. *Divumque hominumque parentem.*] *Potestatem* secundus Regius. non inventute. HEINS.

808. *Quendam fundamine magno.*] *Quasiam* ex scriptis. IDEM. *Fundamine* longo duo libri.

809. *Romana valet.*] *Viget* Basil. de quo vid. ad II. ex Pont. II. 109. *manet* Francof. & unus Heinsii. ita apud Manil. II. 399.

Es longo tamen illa valent viresque miserrant,

Vel bello vel pace, suas.

ubi vulgo, *manent*. BURM.

809. *Et praeside pendet ab uno.*] *Nec praesidis* quartus Medic. recte. Fast. II. 483. Mars ad Jovem; *Jupiter, inquit, habet Romana potentia viros;*

Sanguinis officio non egi illa mei. HEINS.

810. *Præ-*

Decertare, placet; Tatiumque accedere regno.
 805 Occiderat Tatius, populisque acquata duobus,
 Romule, jura dabas: posita cum casside Mavors
 Talibus adfatur Divumque hominumque parentem:
 Tempus adest, genitor, (quoniam fundamine magno
 Res Romana valet, nec praeside pendet ab uno)
 810 Praemia, quae promissa mihi dignoque nepoti,
 Solvere, & ablatum terris imponere coelo.
 Tu mihi concilio quondam praesente Deorum
 (Nam memoro, memorique animo pia verba notavi)
 Unus erit, quem tu tolles in caerulea coeli;
 815 Dixisti, rata sit verborum summa tuorum.
 Adnuit omnipotens: & nubibus aëra caecis
 Occuluit, tonitruque & fulgure terruit Urbem.
 Quae sibi promissae sensit data signa rapinae,
 Innixusque hastae, pressos temone cruento

820 Im-

810. *Praemia jam promissa mihi.*] *Sunt promissa* S. Marci & Neapol. prim. Palat. prim. Hamburg. Arondel. & tres alii. *sunt* Urbini. prim. Erfurt. & unus Medic. *nunc* Bernegger. Thuan. Oxon. prim. Gronov. & XVIII. alii. *quae* duo Vossiani. unus Moret. & alter Hamburg. recte. nisi *navis*, *Praemiaque promissa mihi.* HEINS.

810. *Dignoque nepoti.*] Romulo, filio meo. Quo modo Romulus erat Jovis nepos ratio est, quoniam Jupiter dictus est Deorum atque hominum pater. Itaque Jupiter erat Martis pater, ex quo Romulum factum esse antiquitas credit. Hoc autem modo Romulus est Jovis nepos. GIOFAN.

812. *Tu mihi concilio.*] *Concilio* plerique veteres. HEINS.

813. *Nam memoro, memorique animo.*] *Memoror* Cantabr. & unus Basil. sed aut versus est Ennianus, qui *memoror* pro *reminiscor* & recordor posuerat, quomodo & apud Lucretium in tribus veterim codicibus lib. II. 112. inveni,

Cujus, uti memoror, rei simulacra & imago

Ante oculos semper nobis versatur.

aut scripserat Naso, ni fallor, *Nam refero*. hoc est, mentari. sic Noster passim. Adeantur quae notamus Epist. v. 113. nam Ennianum illud,

Et meministi enim, Divae, & memorare potestis,

locum hic non habet. cum pro narrare sumtum sit. HEINS. Infr. lib. xv. 451. in uno Moreti erat,

monte memor memoro, pro refero.

813. *Memorique animo pia verba notavi.*] In quibusdam, *una verba*. NAGGER. *Pia verba* libri scripti. Alii inepte, *Tua verba*. GIOFAN. *Tua dicta* Medic. unus.

814. *Unus erit, quem tu tolles ad sidera coeli.*]

Hae sunt verba, quae de Romulo, inter Deos referendo, Jupiter dixerat Marti. Hoc autem carmen paulum immutatum (quamvis in libro Fam. & Brian. sit in caerulea) ex Ennio mutatum est, cuius sunt:

Unus erit, quem tu tolles in caerulea caeli
Templa.

Annotavit & hoc doctissimus Turnebus in Varro-nem de Lingua Latina. Eodem carmine usus est etiam hic Noster lib. II. Fast. 481. ubi locus est adeo huic similis, ut interpretatio paene videatur:

Nam poter armipotens postquam nova vocem vidi,

Multaque Romulae bella peracta manu. CXI.

GIOFAN. *Tollas in caerulea coeli* S. Marci, unus Reg. prim. Hamburg. quat. Medic. & alii sex. *tolles in caerulea* Neapol. Urbini. Bernegger. Cantabrig. prim. Varican. prim. Palat. tert. Medic. & decem alii. sic & ex scriptis exemplaribus Fastor. II. 487. emendandum,

Unus erit, quem tu tolles in caerulea coeli.

Citat Varro L. L. ex incerto auctore. cum En-niana sunt,

Unus erit, quem tu tolles ad caerulea coeli
Templa.

Lucretius libro I. 185.

Et solis flammam per coeli caerulea passis.

sic & alibi ille. HEINS. *In culmina* Vossiani.

817. *Tonitruque & fulgure terruit Orbem.*] Ita liber meus. Caelest. & alii quidam male habent,

Urbem. Significat enim Poëta ita coelum tonuisse, ut universus terrarum orbis rueret visus sit. Quod & Livius docet, & ex verbis illis, quae modo recitavi, licet animadvertere: *Nam transfactus*

inter quo Est solus. Quo modo Romulum in coelum abissis opinati sunt Romani, breviter scribit Auctor

820 Impavidus conscendit equos Gradivus, & ictru
Verberis increpuit: pronumque per aëra lapsus
Constitit in summo nemorosi colle Palati:
Reddentemque suo jam regia jura Quirici
Abstulit Iliaden. corpus mortale per auras
825 Dilapsum tennes: ceu latâ plumbea fundâ
Missa solet medio glans intabescere coelo.
Pulchra subit facies, & pulvinaribus altis
Dignior, & qualis trabeati forma Quirini.
Flebat, ut amissum conjux; cum regia Juno
830 Irin ad Hersiliam descendere limite curvo
Imperat: & vacuae sua sic mandata referre.

FAB.

de Viris Illustribus, ut Historicis alios omittam.
Romulus, inquit, cum ad Caprae paludum exerci-
tum istraret, nusquam comparuit. Unde, inter pa-
tres & populum seditione orta, Julius Proculus, vir
nobilis, in concionem processit & iurejurando firma-
vit, Romulum à se in colle Quirinali visum augu-
stiore forma cum ad deos abiret, eundemque praece-
pere, ut à seditionibus abstinerent virtutemque co-
lerent, futuram ut omnium gentium domini existerent.
Hujus auctoritatis creditum est, Aedes in colle
Quirinali Romulo constituta, ipse pro Deo cultus &
Quirinus est appellatus. Quae intelligi item possunt
ex carminibus illis lib. II. Fast. quae supra citavi.
CICERO.

818. Quae sibi.] Quo sibi Oxon. & sec. Strozzae.
sunt duo Leid. & Basil.

818. Pata signa.] Rata signa S. Marci, quat.
Medic. & sex alii. Sed jam praecessit paulo ante,
terram urbem, non orbem, prim. Vatican. Urbin.
Neapol. tert. quart. Medic. prim. Moret. prim. Er-
furt. & duodecim alii. sic de Jove Horat. l. I. Od.
II.

— rubente
Dextera sacras jaculatus arces
Terruit urbem. HEINS.

819. Pressos temone cruento Impavidus conscendit
equos.] Pressos reponi vult Diatribe Statianna Gro-
novius pag. 401. pro pressos jugo, quia temo ju-
gum continet, teste Varrone. adcantur notata no-
stra Remed. Amoris §. 235. Idem. Pressos erat
in uno Moreti, temone valenti unus Heinlii. impa-
vidus etiam Vatic. & Medic. ascendit Moret. &
Gronov.

821. Pronumque.] Pronumque Palat. & septem
alii. pronumque Junian. Horat. l. 34. per pronum so-
nantes egi equos. pariterque Gronov.

822. Nemorosi.] Nemorosi quinque libri.

823. Non regia jura.] Regi non convenientia.
de litibus enim privatorum judicabat. REGIUS.
Aut, non regia, pro civilia & aequalia, qui om-
nia suo arbitrio moderantur, sed in rep. & civita-
tibus, aequali jure & iisdem legibus constitutis,
dicuntur MICYLL. Liber meus, Reddentemque suo
tunc regia, Quod videtur non improbandum. Cae-
lest. verò, Regalia jura. Doctioribus tamen judi-
candum relinquo. CICERO. In Palatino codice,
ut & quodam, quo usus est Ciofanus, regalia le-
gebatur,

Reddentemque suo regalia jura Quirici.
DAN. HEINS. Jam regia S. Marci. Juret. prim. Er-
furt. prim. Basil. quatuordecim alii. nunc regia Ur-
bin. Thuan. Oxon. Arond. & viginti praeterea:
regalia sec. Palat. & quinque alii. jam regia placet.
Ius enim regium dicebatur. no regia prim. Moret.
HEINS. Ego jam regia praetuli, sed jam conjun-
gendum cum suo puto, quia post Tatii montem
Quirites, id est Sabini, in ejus potestatem concesserant,
& ita jam sui erant, ut ante Tatii. Quirino
etiam duo libri. BURM.

824. Per auras.] Sub auras Oxon.
825. Ut lata.] Sic S. Marci. cum Neapol. bene.
HEINS.

826. Intabescere.] Incendescere Argentinensis.
vid. lib. II. 728. sed Priscian. lib. VI. in fin. & lib.
VII. p. 750. adducit, ut vulgo legitur. liquecere
dixit Lucret. VI. 178. BURM.

828. Dignior est qualis.] Alii legunt, Et pulvina-
ribus altis Dignior est, qualis trabeati forma Quirini.
ut sit sensus, talei tunc apparuisse, qualis postea
ejus imago aut effigies, cum trabea, sive trabea
induti, pingi ac tingi consuevit. MICYLL. Di-
gnior,

FAB. XIX. ARGUMENTUM.

Hersilia in Horam.

Hersilia, * conjux Romuli, cum fletet amissum conjugem, b post datam ei à Junone
immortalitatem, c Ora Quirini nuncupata est: quorum templa à populo Romano in Col-
le Quirinali constituta sunt.

O Et de Latia, ô & de gente Sabinâ
Praecipuum, matrona, decus; dignissima tantâ
Ante fuisse viri, conjux nunc esse Quirini;
835 Siste tuos fletus: & si tibi cura videndi
Conjugis est, duce me lucum pete, colle Quirino
Qui viret, & templum Romani regis obumbrat.

Pa-

gnior, & qualis puto cum sec. Vatic. & uno meo.
HEINS.

830. Limite curvo.] Idem Caelest. Tramite cur-
vo. CICERO.

830. Irin ad Hersiliam.] Hersiliam S. Marci,
Neapol. Oxon. quart. Medic. & duo alii. Hersilien
Juret. & prim. Ambros. infra tamen Hersiliam con-
stanter libri. sed §. 848. Hersiliae Oxon. praeterea
tramite, pro limite, sec. Palat. & tres alii. HEINS.
Vid. ad II. Trist. 477.

831. Vacuas.] Viduae Junii, Sproti & unus
Basil. vacuae suavit. Francof. & multi alii.

a Coniux.] Nova conjux Colon.
b Post datam ei etc.] MS. Post data ei à Junone
immortalitatem. Et mox Colle Quirini, pro Quirinali.

Quod non sperendum, cum Nalo ipse habeat,
Duce me lucum pete, colle Quirini Qui viret. Hi-
storici tamen malunt Collem Quirinalem dicere. Ne-
pos Attic. cap. 13. Domum habuit in Colle Quirinali.
Schol. Horat. in Carm. Saec. Diis quibus septem
colles] Id est, Roma. Sic Virgil. Scilicet & rerum
facta est pulcherrima Roma, Septemque una sibi mu-
ro circumdedit arces. Hi autem colles sunt Aventi-
nus, Palatinus, Esquilinus, Capitolinus, Viminalis,
Coelius. Locus Virgillii est lib. VI. Aen. vers.
781. Sed ibi ita legitur: En hujus, nato, auspicii
illa incluta Roma imperium terris, animos aequalit
Olympo, Septemque una sibi muro circumdedit arces.
Ubi Servius: Bene urbem Romam dicit septem inclu-
sisse montes, & medium tenuit. Nam grandis est in-
de habitatio: & alii dicunt breves septem colliculos
à Romulo inclusos, qui tamen alii nominibus appel-
labantur. Alii volunt hos ipsos, qui nunc sunt, à
Romulo inclusos, id est Palatinum, Quirinalem,
Aventinum, Coelium, Viminalem, Esquilinum

c Ora Quirini.] Quirini docet Raener.
832. O de Latia.] De Latia Thuan. prim. Ba-
sil. prim. Moret. & fedecim alii. bene. Latia de gen-
te. Haecenus veterrimus S. Marci Florentinus, in
quo reliqua desiderabantur. HEINS.

836. Coniugis est.] Coniugis, en duce me etc. sec.
Ambros.

836. Colle Quirino.] Quirini in scriptis pleriq-
ue. pro vulgata tamen itant prim. Hamburg. &
quinque alii. apud Horatium libro II. Epil. II.

— cubat hic in colle Quirini.
Juvencialis Sat. II. 133.

— officium eras
Primo sole mihi peragentum est valla Quirini.
vide Notas lib. IV. Fallor. 375. pro, duce me lucum
pete, Thuan. lucum pete volox. prim. Moret. Jan-
ctum lucum pete. lucum magni pete prim. Ambros.
Latet aliquid naevi. HEINS. Quirini an Quirivo
praetel. vid. Cl. Bentlej. ad Horat. l. Od. 2.

& Funicularem. Collis Quirinalis unde dictus sit hic
verbis in de L. L. lib. IV. Varro docet: Collis
Quirinalis, inquit, ubi Quirini sanum, est à Cu-
ritibus, qui cum Tatii Curibus venerunt Romam,
quod ibi castra habuerunt. De sano Quirini etiam
Victor Malt. cap. 2. Aed. in Colle Quirinali Ro-
mulo constituta. Urbi additum à Servio Tullio col-
lem istum idem narrat cap. 7. MUNKER. A Ju-
none ei post datam immortalitatem Parm. Raener.
A Junone ei post data immortalitate Lugd. fletet
amissam virum, à Junone data immortalitate, in
dicano, quam oram Quirini nuncupaverunt, mutata
est. Quorum etc. Colon.

e Ora Quirini.] Quirini docet Raener.

832. O de Latia.] De Latia Thuan. prim. Ba-
sil. prim. Moret. & fedecim alii. bene. Latia de gen-
te. Haecenus veterrimus S. Marci Florentinus, in
quo reliqua desiderabantur. HEINS.

836. Coniugis est.] Coniugis, en duce me etc. sec.
Ambros.

836. Colle Quirino.] Quirini in scriptis pleriq-
ue. pro vulgata tamen itant prim. Hamburg. &
quinque alii. apud Horatium libro II. Epil. II.

— cubat hic in colle Quirini.
Juvencialis Sat. II. 133.

— officium eras
Primo sole mihi peragentum est valla Quirini.

vide Notas lib. IV. Fallor. 375. pro, duce me lucum
pete, Thuan. lucum pete volox. prim. Moret. Jan-
ctum lucum pete. lucum magni pete prim. Ambros.
Latet aliquid naevi. HEINS. Quirini an Quirivo
praetel. vid. Cl. Bentlej. ad Horat. l. Od. 2.

Paret : & in terram pictos delapsa per arcus,
Hersiliam iustis compellat vocibus Iris.

840 Illa verecundo vix tollens lumina vultu,
O Dea, (namque mihi, nec quae sis dicere promptum est;
Et liquet esse Deam) duc, ô duc, inquit : & offer
Conjugis ora mihi. quae si modo posse videre
Fata semel dederint; coelum accepisse fatebor.

845 Nec mora, Romuleos cum virgine Thaumantêa
Ingreditur colles. ibi sidus ab aethere lapsum
Decidit in terras : à cuius lumine flagrans
Hersiliae crinis cum sidere cessit in auras.

Hanc manibus notis Romanae conditor urbis

850 Excipit : & priscum pariter cum corpore nomen
Mutat; Oranque vocat; quae nunc Dea juncta Quirino est.

838. *Pictos delapsa.*] *Varis.* Francof. sec. Pal.
unus Medic: & duo Heinsii. *pures* prim. Gron. &
Jun.

840. *Vix tollens.*] *Engstollens* unus Basil.

841. *Dicere promptum est.*] Sic supra lib. xiii.

10. *Nec mihi dicere promptum.* CIOFAN. MOX, *sed*
liquet tres libri. *et liquet* unus.

843. *Quem si modo posse videre.*] *Quae* si prim.
Vatican. sec. Palat. text. Medic. prim. Hamburg. &
decem alii. *videri* unus Moret. HEINS.

844. *Coelum accepisse videbor.*] Idem liber Capran.
& unus Maffeiatus, *Adspexisse fatebor.* Quod non
distinguit, id est, ut puto, beata ero: coelamque
digito aut capite attingere mihi videbor, & prover-
bii loco dictum accipio. CIOFAN. *Adspexisse fatebor*
in multis veterum. *aspexisse* codex Politiani, unus
Medic. & unus Ambros. recte. vide Notas lib. iv.
679. HEINS. Sed *adspicere coelum* non magne fe-
licitatis erat. sed *accipere coelum* est deam fieri; ut
saepe ita veteres, *deus sum, deorum vitam naves-*
cor, & similia de felicitatis cumulo. simili formula
lib. v. 356. *vitamque fatebor accepisse.* accipere vero
& *aspicere* commutari saepe vidimus ad Quintil.

Decl. xv. cap. ult. *adscendisse* etiam unus Heinsii.
BORN.

846. *Ibi.*] *Ubi* plerique.

848. *Hersiliae.*] *Hersiliae* Oxon. cum *lamine* unus.

851. *Oranque vocat.*] In eodem Caesell. Ca-
pran. atque altero Maffeiato legitur, *Oranque*,
cum aspiratione: quemadmodum item est in aliis
quibusdam lib. scriptis. CIOFAN. *Horanque* scripti
plerique meliores. quomodo scribendum esse ordo
litterarum apud Nonium satis evincit. *Horu*, *juven-*
tutis Dea. Ennius Annalium libro primo:

Quirine pater venero. Horanque Quirini.

puto ab Ennii manu esse:

Teque, Quirine Pater, venerabor. Horanque Quirini.
ut versus hexameter pedibus suis coulat. *Hera* *Qui-*
rini itidem in optimis exemplaribus Gellianis legi-
mus Noct. Att. xiii. c. 21. est & illud nomen
Nymphae Scythicae apud Val. Flaccum lib. vi. v. 57.

Insuper auratos collegerat ipse dracones

Matris Horae species.

ita malo quam *specimen*. HEINS.

P. OVIDII NASONIS METAMORPHOSEON LIBER QUINTUSDECIMUS.

F A B. I. A R G U M E N T U M.

Calculi nigri in candidum colorem.

^a Mycilus, Aemonis filius procreatus Argis, cum quieti se dedisset, Hercules ^b visus est, qui eum monebat, ut patriam relinqueret, & secundum ^c Aesarem amnem consideret. ^d Qui cum facere extimesceret, quia lex vetaret deserere patriam & in aliam civitatem transire, rursus admonitus est. Metuens itaque penates suos desinit, ideoque in iudicium publicum est devocatus. ^e Et cum omnem populum adversus se haberet, iudicaturis calculi albi ac nigri dati sunt; ut atris damnarent, candidi absolverent. Mycilus itaque, ^f pertimescens periculum capitis, Herculem invocavit, ut laboranti sibi, quia ejus iussis obtemperasset, ferret auxilium: cujus preces non incassum abierunt. Nam cum ^g calculi more patriae in urna effusi ^h deducti essent, omnes adparuerunt in colorem album conversi. Quamobrem ille, metu liberatus, per Ionium pelagus navigans, cum ⁱ in Italiam venisset, & Aesarem amnem attingisset, sicut praeceptum erat, urbem constituit, eamque à proximo tumulo, cui ^k Tares Neptuni filius subiectus erat, Tarentum nominavit.

Quae.

Fab. 7. Argumenta hujus libri Munckerus ex Raeneriana editione exhibuit, nullasque notas subiecit. variant vero vehementer aliae editiones, ut adnotabimus, sed cum incertum sit, quaenam veram & sanam lectionem nobis prodant, in hoc lato non multum haerendum esse arbitrati sumus.

^a Mycilus.] *Mycelus* Colon. & marg. Micylli.
^b Visus est.] *Visus* est per *seminum* movens Colon.
^c Aesarem.] *Aesarem* Raener. & ita iterum mox. *Aesarem amnem Italiae* Colon.

^d Qui.] *Quod* cum facere extimesceret, legibus patriam mutare voluntibus, rursus ad. e. *Qui* tantum timidus transferre penates suos desinavit, unde in iudicium vocatus est Colon.

^e Et cum omnem.] *Et* cum partem pro se, & populi partem adversus se haberet Parm. Lugd. Micyll. cum autem partem adversum se populi, partem pro se haberet, damnantes atres, liberantes vero albos lapillos in urnam more antiquo miserunt Colon.

^f Pertimescens.] *Pertimens* Lugdum. Micyll. *prae-*
timens Parm. de quo verbo vide Brouklau. ad Tie-
bul. iii. iv. 14.
^g Calculi more.] *Calculi effusi* essent, *monitori*
Dei misericordiam, omnes nigri calculi in candidos versi sunt. Ita illo periculo liberatus, p. J. marem. *justum* amnem attingit, & urbem (sicut p. d.) super eum constituit, quam ab proximo tumulum, cui Croton Neptuni filius erat subiectus, Crotonem nominavit Colon.

^h Deducti effusi.] *Lege*, in urnam est. *abducti* essent, nisi subiecit unum verbum, & legatur, *es* *urnae effusi* essent.

ⁱ In Italiam.] in non habet Parm.
^k Tares.] *Croto*, & inox, pro *Tarentum*, *Cro-*
tonem mago Micylli.

Quaeritur interea, qui tantae pondera molis
 Suffineat, tantoque queat succedere regi.
 Destinatur imperio clarum praenuntia veri
 5 Fama Numam. non ille fatis cognosse Sabinae
 Gentis habet ritus: animo majora capaci
 Concipit: & quae sit rerum natura requirit.
 Huius amor curae, patriam Curibusque relicta,
 Fecit, ut Herculei penetraret ad hospitis urbem.
 Graja quis Italicis auctor posuisset in oris
 10 Moenia quaerenti, sic è senioribus unus
 Retulit indigenis, veteris non inscius aevi:
 Dives ab Oceano bubus Jove natus Iberis
 Litora felici tenuisse Lacinia cursu
 Fertur: &, armento teneras errante per herbas,
 15 Ipse domum magni nec inhospita tecta Crotonis
 Intrasse; & requie longum relevasse laborem;
 Atque ita discedens: Aëvo, dixisse, nepotum
 Hic locus urbis erit; promissaque vera fuerunt.

Nam

1. Ovis.] Malim, qui cum Oxon. HEINS. Terrent. Ean. iv. 7. Quare, qui respondeat, pondera gentis unus Moreti. sed molis rectum est, ita Romani nominis molis u. Trill. 221. deinde, succedere regno unus Argent.
 2. Suffineat.] Livius lib. xxxvi. Philippus tum, te quieto, totam molem sustinebat belli. CIOPAN.
 3. Imperio clarum.] Imperio Latio Sixi codex.
 5. Gentis habet ritus.] Vfus gentis habet Basil.
 8. Penetraret.] Penetrasset Medic. & in hospitis M. Bernmanni.
 9. Graja quis Italicis.] Italis prim. Palat. Urbin. prim. Esart. Arondel. & alii quatuor. forte, Italis, quomodo unus meus ex vetulo descriptus. sic superioris libri V. 17. Littore in Italia sex codices. lib. II. Fall. 441. ex Mill.
 Italicae matres.
 prim. Palat. Mito. Virgil. i. 592.
 — nunc fama vocaret
 Italian dixisse suo de nomine gentem.
 Thuan. tamen & prim. Bonon. Ausonii in oris. HEINS.
 11. Non inscius.] Non inscius Leid. non immer quinque libri.
 13. Bubus.] Bubus ex melioribus. HEINS.
 16. Laborem.] Calvini Leidens.
 18. Promissaque vera fuerunt.] Fucro Arondel. puto, fuisse. HEINS.
 20. Mycelum illius diis acceptissimus aevi.] Hunc Mycelum vocant Graeci auctores, & nominatim Strabo lib. vi. & viii. dictus sic ob eorum exilitatem, quae habebat murinis similia, ut ait D. Erasmus

in Adagio: Domum quodcumque dat aliquis, proba-
 10. Geminatur il metri gratia. Mycelus quid sit ego nescio. GLAREAN. Mycelus scribendum puto, pro eo, quod vulgo, sed falso Atagius legitur. Tracta autem est fabula ex Historia, cujus Strabo libro vi. & viii. Suidas in voce Mycelus & Commentator Aristophanis in Nabibus meminerunt. et autem talis. Cum Achivi monitu oraculi coloni-
 15. am deducturi essent, Mycelus quidam, qui de loco Apollinem consulere, missus est. Is respon-
 sum accepit, ut ibi conderet urbem, ubi imbre e-
 20. zēt abspicit, hoc est coelo sereno, irrigatus fuisset. Quod quidem ille, tamen impossibile factu iudi-
 25. caret, classe tamen comparata in Italia navigavit. Ceterum, cum diu variis periculis & labori-
 bus vexaretur, neque condendae urbis locum inveniret, accidit, ut ex maerore forte quodam in
 30. gremio pellicis recumberet. atque illa, ut erat pro viro sollicita, lachrymas in caput recumbentis deliquaret. His igitur excitatus ille & oraculo ad-
 35. monitus (erat enim pellicis Αἰόλια nomen) coepit eodem loco urbem condere, eamque Crotonem appellavit. Strabo autem etiam illud addit, quod cum Mycelus, ex oraculo Crotonem condere mis-
 40. sus, Sybaritarum terram conspicere esset, eamque multo fertiliorem ac meliorem iudicasset, deum oraculum interrogaverit, num Crotonem omnia Sybarim medificaret, atque ibi tum responsum illi datum in hunc modum:
 Μόσκειλλε βροχίζοντε πάρος ἔσθην ἄλλο ματιάν,
 Κλάμανα θυρέεις, ἔσθην δ' ἔ, τι δὲ τις ἐπάσει.
 Quos versus Erasmus explicat in proverbio, Da-
 45. num,

Nam fuit Argolico generatus Alemane quidam
 20 Mycelos, illius Dis acceptissimus aevi.
 Hunc super incumbens pressum gravitate soporis
 Claviger adloquitur: Patrias, age, desere sedes:
 I, pete diverfi lapidosas Aëaris undas:
 Et, nisi paruerit, multa ac metuenda minatur.
 25 Post ea discedunt pariter somnusque Deusque.
 Surgit Alemonides; tacitaque recentia mente
 Visa refert: pugnatque diu sententia secum.
 Numen abire jubet: prohibent discedere leges:
 Poenaque mors posita est patriam mutare volenti.
 30 Candidus Oceano nitidum caput abdiderat sol,
 Et caput extulerat densissima fidereum nox:
 Visus adeste idem Deus est eademque monere;
 Et, nisi paruerit, plura & graviora minari.
 Pertimuit: patriumque simul transferre parabat
 35 In sedes penetrare novas; fit murmur in urbe:
 Spretarumque agitur legum reus, utque peracta est

Causa

nam, quodcumque dat aliquis, proba. Jam apud
 Suidam hoc quoque fabulae adjicitur. Quo tem-
 5. pore Mycelus ad oraculum consulendum abiit,
 eodem tempore illic & Archiam venisse, a quo
 Syracusae conditae. iisque responsum pariter da-
 tum hoc modo,
 Κάρος καὶ πόλεως ἀκέραια λαὸν ἔχοντες,
 Π' ἄρα' ἐρηχόμενοι φύβου, τίνα γαίης ἴστανε.
 Ἀλλ' ἔγωγε δι' Ἐφέζεσσι, ἀγαθὸν πόντον κεν Ἰλλυσιό
 Πλαῖτον ἔχον κτεδύων, ἢ τετραποδῶτην Ἰβλίαν.
 Atque ita Archiam divitias, Mycelum salubritatem
 elegisse, indeque factum, ut Syracusae divitias,
 Croto salubritate coeli memorabilis esset, quod &
 10. proverbialiter testantur: Syracusarum decima, & Croto-
 nis salubrior. Ceterum neque illud hoc loco prae-
 15. tereundum, quaecumque Suidas, Strabo & alii de Mycelo tradunt, ea a Paulania in Phocidis lib. x.
 n. Phalanto ei, a quo Tarentum conditum, at-
 20. tribui. Quod eo huc adieci, quod & Laetantius in argumeto, sive ea librorum culpa est, pro
 Crotonem, Tarentum posuit. Fuit autem hic My-
 25. celus patria Achivus, ex oppido vetulo, quod Rypas aliquando dixerunt. Author Strabo lib. viii.
 MYCEL. Scaliger Mycelus emendabat. DAN. HEINS.
 Missus nonnulli. Mifelus Juret. Miclos Barberin.
 & Bernegger. alii aliter. Loge, Mycelos. nam,
 30. Mifelus unus Basil. Μόσκειλος est Dionysio Halicarnass. lib. II. Suidae, Aristophanis Scholiastae
 ac Chronici Alexandrini auctori. Straboni nunc
 Μόσκειλος, nunc Μόσκειλλος, Μόσκειλλος Zenobio
 in Adagio, Δίωμο δ' ἔστι δίτης ἑκταυτοῦ. Μόσκειλλος
 Marciano Heracleotae & Scholiastae Dionysii
 35. Tom. II.

Alexandrini. Μόσκειλλος Stephano in Συρακοῦσαι.
 Solino, Mycelus. HEINS. Vide Commentatores
 ad Cicer. xiii. ad Att. Ep. 51. & Leopard. II.
 Emend. 14.
 21. Pressum.] Mersum unus Medic. & sec. Am-
 brof. vide Ep. vi. 96.
 23. Et pete diverfi lapidosas Aëaris undas.] In
 meo, Parnes. & A14 1, pete. sequor. CIOPAN.
 23. Lapidosas Aëaris undas: I, pete diverfi.]
 Cruterus in margine annotat, in Palatino legi,
 Claviger adloquitur Patrias age desere sedes:
 I, pete diverfi lapidosas Aëaris undas.
 Quod & mihi non vehementer non probari potest.
 DAN. HEINS. ita haec transponenda sunt ex cali-
 5. garioribus libris. primum enim monet, ut patriam
 deserat, deinde locum, quo abiturus sit, addit.
 Αἰόλια est Graecis hic fluvius. Male ergo Aëaris
 10. multi ex vetustioribus codicibus, vel Haeris. Pesto
 etiam Avieno annis Aëaris Dufc. Orb. & Puffe.
 Perieg. HEINS.
 26. Recentia mente.] Recentia Oxon. prim. Ba-
 sil. prim. Moret. Juret. & quatuor alii. IDEM,
 15. Jussa refert etiam unus Heinf. vid. IX. 778.
 31. Sidereum nox.] Sideribus quart. Medic. ex-
 20. tuleratque caput Ox. & duo alii.
 34. Patriamque simul.] Dalam prim. Moret.
 HEINS. Hoc probatur N 37.
 36. Utque peracta est Causa prior, crimenque patet.]
 Causam priorem intelligo accusationis, & crimen
 40. migrationis, alioqui cur prior dicatur haud equi-
 dem scio. Commentatori autem hoc explicandum
 erat. GLAREAN. Causam autem priorem videtur
 M m m m m

Causa prior, crimenque patet sine teste probatum,
Squalidus ad Superos tollens reus ora manusque,
O cui jus coeli bis tex fecere labores,

40 Fer precor, inquit, opem: nam tu mihi criminis auctor.
Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolvere culpae.
Nunc quoque sic lata est sententia triftis: & omnis
Calculus immitem demittitur ater in urnam.

45 Quae

45 Quae simul effudit numerandos versa lapillos;
Omnibus è nigro color est mutatus in album: .
Candidaque Herculeo sententia munere facta
Solvit Alemoniden. grates agit ille parenti
Amphitryoniadae: ventisque faventibus aequor
50 Navigat Ionium: Laccaemoniumque Tarentum
Praeterit, & Sybarin, Salentinumque Neaethum,
Thurinosque sinus, Temesenque, & Iapygis arva.

Vix.

dixisse respectu vñs *δυνωρολογίας*, quam vocant.
MICVL. Si quis attenderit, is una mecum leget,
utque perasta causa fuit, nam quae de *δυνωρολογίᾳ*
asserunt interpretes, remedia sunt nil malum le-
vantia. TAN. FABR. Lib. 11. Epist. 69. *Causa viri*
volebat Heinſius, ut vers. 104. pro *virorum*, *prio-*
rum volebat.

37. *Crimenque patens.*] In eodem lib. *Crimen-*
que patet. CIOFAN. Patet meliores. HEINS.

38. *Tendens rest ora.*] Rectius omnino legitur
in meo, Farn. Urs. Capran. item in lib. Gilianii,
sollens. CIOFAN.

39. *O cuius caelum bis sex fecere, &c.*] In uno
Vatican. & in ora lib. Farnel. eadem manu est, *O*
su quem celebrant bis sex, &c. Non satis mihi pro-
batur. Muretus legendum censet: *O cui jus coeli*
bis, &c. Veritatis admodum conjectura, ut sunt
omnes, quae ab ejus singulari ingenio proficiscuntur.
Vulgata autem lectio planè barbara est. IDEM.
O cuius celebrem Oxon. & unus Medic. O tu quem
celebren Arondei. & decem alii. *O tu quam caelum*
unus Basil. Lege cum Mureto & Scaligero,

O cui jus coeli bis sex fecere labores.
sic jus facere sibi numinis videntis in Passis, VI. 25.
Jus tibi sicuti numen caeleste videntis.

Tu caelum aberat à prim. Reg. cuius caelum in
Bernegg. à manu erat recentiori, antiqua scriptura
abacta. Christophorus Buhacius, teste Alarico Com-
mentariis in Val. Flaccum, pro *fecere* reponbat
vicere.

O cuius caelum bis sex vicere labores.
de duodecim Herculis laboribus omnia nota sunt.
unde is Nonno *δωδεκαήμερος* dictus. emenda in
transcursu Plinium in Panegy. cap. XIV. *Tantum*
admirationem tui non sine quodam timore con-
cepit, quantum ille genitus Jovis post sacros labo-
res auricae imperia regi suo indomitus semper
indistincte referebat. ubi codices duo veteres,
quos consulto, *post sacros labores.* nec dubito in aliis
quoque scriptis exemplaribus legi, quod tamen in-
terpretum nolui admouit, retinendum nempe,
post bis sacros labores. Senec. Herc. Fur. 1282.

Jovens opus labore bis sacro amplius,
Agamemni. 811.

Tunc ille bis sacro meritis labore
allegi caelo magnus Alceides. HEINS.

Ita etiam Meursius emendat Spicleg. ad Theocriti,
p. 142. vid. ad Eleg. in Drus. 54.

39. *Six fecere labores.*] Herculis labores epi-
grammate illo, quod nonnulli adscribunt Ausonio
Gallo, nonnulli verò Virgilianum esse volunt,
continentur. Sunt & qui neutrius esse asserunt.
Ego tanquam non insuave ponendum hinc duxi:

Prima Cleonaei tolerata acrimina Leonis,
Proxima Ternasam ferro & favecontulit Hydram,
Mox Irymanthaeum vis teritis parentis Atrium.
Aripedis quarto tulit aurea cornua Cerui.
Stymphalidas populi volucres discrimine quinta,
Threiciam sexto spoliavit Amazona balan.
Septima in Augens stabulis impensa labori.
Othrona expulso numeratur adorta Tauri;
In Diomedis victoria nona quadrigis.
Geryone exstincto decimam dat Ileria palmam;
Undecimum mala Hesperidum disarta triumphanti,
Carberus extremi suprema est meta labori.

Exstat & de hac re Boëtii Phaleucium carmen le-
pidissimum. Horum omnium laborum sextus fuit
maximus. Plautus in Epidico. II. 1. 9.

Oh Hercules, ego sui, dum illa metum sui: neque sis:
ta acrimina

Aerbiur Herculi, quàm illa mihi est objecta.
Idem in Menacchmis: I. III. 16.

Si non solas, & jue igitur, nimio ego hauc periculis
Surripui hodie; meo quidem animo, ab Hypolyta
succingulam

Hand Hercules neque magno tantquam abstulit periculo,
Atque hoc ipsum annuit Ovidius ipse in Epist. XII.
115. cum significare vellet Cydippen dicere ab
Acontio nihil praeclari sed effeminati praestitum
esse; nihilque quod cum eo, quod Hercules om-
nium maximum jam praestiterat, comparari posset.

Improbe inquit *quid gaudes, aut quastibi gloriis*
parta est?

Quidve cur dista virgine laedis habes?
Non ego conjureram iuxta pelata socer,
Quales in Iliato Penelopea solo.

Nullus Amazonio caelatus balteus auro,
Sicut ab Hypolyta praeda relatu tibi est.

De Herculis laboribus paullo aliter Albertus philo-
sophus de Imaginibus Deorum. CIOFAN.

40. *Fer precor.*] *Fer, precor* hoc lib. & *suavis*
auctor unus Medic, alii quidam, *maneri.*

41. *Mos*

41. *Mos erat antiquus, niveis atrisque lapillis.*
Caelest. *Mos erat antiquus, nigris atrisque lapil-*
lis. Illud rectius videtur. CIOFAN. *Antiquus* Vivianus
ex omnibus suis legit. sed non omnibus fuisse
puto gentibus, sed illi, unde ortus Mycelus. *mos*
antiquus erat Oxon.

41. *Absolvere culpa.*] *Culpas* Thuan. & quart.
Medic. eleganter. sic *injuriarum aliquem absolvere*
auctori Rhetoricae ad Herennium. HEINS. *Culpas*
tredecim. *culpam* viginti quinque.

43. *Sententia triftis.*] Juven. Sat. II.
De nobis post haec triftis sententia fertur.

vid. Cujac. lib. XXV. Obs. cap. 6. *tunc quoque lis*
lata est Basil. *nunc quoque* unus Heinſius bene Heinſius
volebat, *tunc quoque* quis *lata est* f. *triftis.*

47. *Herculeo numus.*] *Munera* rectius prim. Ba-
sil. & decem alii. HEINS.

50. *Laccaemoniumque Tarentum.*] Probus II.
Georg. *Tarentum oppidum in Italia condiderunt Par-*
thoniadae, hoc est exules Laccaemoniorum, duce
Phalanto. CIOFAN.

51. *Sybarim.*] *Sybaris* castigiores. & *Alemoniden*
paulo ante. *Amphytrioniadae* prim. Palat. &
unus Medic. & Bernegger. HEINS.

51. *Salentinumque Neaethum.*] *Neaethum* qui-
dem legitur, sed corrupte, ut ex Strab. (lib. VI.)
collegimus, qui ait *Neaethum* Salentinorum esse
fluvium, a navium Aeneae conflagratione dictum,
quare hic quoque *Neaethum* legamus. Salentini autem
populi sunt à Salentina urbe dicti. REGIUS. Ita
hunc locum corruptit REGIUS. Liber meus, tres
Vatic. & Caelest. *Salentinumque Veretum.* Duo
Maffei & alii quidam, *Neaethum*. Utrumque com-
probat Plinius extremo cap. 11. lib. III. ubi ita est:
Salentinorum, Aletini, Bastarini, Nervini, Val-
entini, Veretini. De Vereto etiam Strabo lib. VI.
sed an de hoc loquatur pronunciare non liquet.
Mementi etiam *Vereti* & *Nervii* Ptolemaeus lib.
III. cap. 1. Ponitur utramque in Salentinis,
quemadmodum Plinius. Veretum hodie Ialico
sermone vocant *Verant*. Ab hac, quam nos re-
perimus, lectione non admodum aliena erat illa,
quam Regius invenerat, *Salentinumque Neaethum*,
quemadmodum legitur in Farnel. & in altero Cae-
lest. Nam n. & r. facile alterum pro altero à li-
brariis scriptum esse nemo ignorat. Hoc idem

sepius contigisse vidimus etiam in inapressis li-
bris. In alio Vaticano est, *Veretum.* CIOFAN.

52. *Thurinosque sinus, Temesenque, & Iapygis arva.*
Cum hic Myceli navigatio ex Graecia
Crotonem versus describatur, necesse est non hanc
esse Temesen, quae ad inferum est mare Brutio-
rum urbs, postea *Temysa* dicta, auctoribus Plinio,
Strabone atque Ptolemaeo, immo hoc nostro
etiam Poëta, hoc adeo libro. Postea de Aescula-
pio *Hippotadaeque domos regis, Temesque metalla*,
ego suspicor aliud positum fuisse à Poëta nomen,
sed nihil assevero. CLAREAN. Hanc eadem &
Temysa aliquando dicta fuit, ab Aulonibus condita,
mox ab Aetolis, qui cum Thoonte ad cam Ita-
licam partem appulsi fuerunt, occupata, atque inde
iterum à Brutis, hinc & *Temysa* Genus, de quo
proverbio dicitur, eademque intelligitur fuisse, de
qua apud Homerum Od. A. 183. Mentis ait.

Πλάτων' αὐτοῦ Πόντος ἐν' ἀλλήλοισ' ἀνίσταται;
Ἐς Τερέων μετὰ χυλίων, ἄρ' ἀβ' ἀδυνα σιδήρει.

auctor Strabo. quantum rursus sunt, qui locum
hunc corruptum suspicentur, & pro *Temesen*, ne-
scio quid aliud legi debere putent; sed ego, quoniam
quomque in descriptione Iapygiae *Temysos* meminit,
non video quid difficultatis aut vitii locus hic ha-
beat. nisi quod suum cuique iudicium relinquo.
MICVL. Tres Vatican. Farnel. Caelest. & meus,
Nemesenque. Illud rectius. quomodo est in Capran.
CIOFAN. Mira certe videri potest navigatio, quae,
cum omnis Jonii maris terminis continetur, esse-
rat aliquem ad urbem, ad Tyrrhenum mare sitam
in agro Brutio. licet similis curfus adduci posset
ex *yl* 707. inf. hoc libro, sed ibi alia planè est
ratio & institutum itineris. plerique vero MS. co-
dices hic, pro *Temesen*, habent, *Nemesen*, vel, *No-*
mesen. sed neque hujus nominis fluvium aut ur-
beam novi in his oris. cogitabam aliquando *Crimin-*
senque legendum, quae urbs, promontorium & flu-
vius fuit in hoc tractu, de quo vide Cluv. Ital. Ant.
IV. cap. 15. sed de syllabarum priorum modo me ad-
mouit alter fluvius *Crimisus* in Sicilia, vel *Crimisus*,
ut rectius scribitur, cujus Maro v. *Aeneid.* 38. memi-
nit, & in cujus nomine licentia Poëtica usum Poë-
tam notat Servius ad lib. I. *yl*. 550. quae an in usi-
tato modo syllabarum, an literarum permutatio-

Vixque pererratis quae spectant litora terris,
Invenit Aesarei fatalia fluminis ora:

55 Nec procul hinc tumulum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat humus. iustaque ibi moenia terram
Condidit: & nomen tumulati traxit in urbem.
Talia constabat certam primordia famam
Esse loci, positaeque Italas in finibus urbis.

FAB. II. ARGUMENTUM.

Animae in varias species.

Pythagoras, Samius tyrannidem fugiens, cum patriam reliquisset, in Italiam venit, & quae didicerat de rerum natura mundique, aperit, ad modumque seculi aevi docet, ad usus quoque necessarios cuncta praebentem terram, nefas esse animalibus vesci: quod essent in eis sorte consanguineorum animae mortalium: & quod ex corporibus in corpora animae transfunderentur. Postea docet unde occidendorum animalium usus primum inoleverit. Nam paulatim concessum est, ut maleficis feracibus dolis interceptae occide-

ne conset, nunc non disquiro. Camerum etiam si quis vellet legere, haberet lib. III. Fall. 582. Jo- cum, quo tueri posset conjecturam; denique & Temenem hariolabar, quem suspicabar locum in hac terra, unde porta Temenis Tarcenti. vide Livium xxv. 9. sed his omnibus missis vulgata ser- vari commode posse credo, cum secutus illos videatur Nolter, qui Temesem putavit eandem urbem fuisse, quae & Brundisium, ut Scholias- tes Homeri ad Odys. A. 183. quam tamen Strabo vi. p. 257. Brutii urbem facit. Gabriel Barrius lib. IV. de Antiquitate & Situ Calabriae legebat, Aeliosum, quam tamen postea vocari Aeliosam a Melisso Cre- tensium rege ait. nec in hac conjectura acquiescens etiam tentabat, Aretium, qui fluvius non longe a Neaetho delinit. sed fortasse latens ulcus adhuc su- petest. BURM.

53. Quas spectant.] Quas prim. Hamburg. HUSS.

54. Aesarei.] Liber meus & unus Vatic. Aes- rei. (107. 88. Fluminis arsa septem libri.

58. Talia constabat.] Hunc & sequentem ver- sum suppositum esse arbitror: & quae palatus sapientem spero, necum sentiant. TAN. FA- BER lib. II. Epist. 69. Constabat Moreti prim. & tres alii.

59. In finibus.] In sedibus quart. Palat.

in Italiam venit.] Ab his verbis ut reliqua ha- bet Colom. utque urbe praedicta commanent Numa- ejus desiderium expectanti, de rerum natura quaedam

profunda, quae post sequuntur, edisserit. Nefas enim esse indicat, amantium carnium vesci, in quae animas ab humanis corporibus transfundi arbitrat. ubi finitur argumentum.

b Ad modumque.] Ad modum Parm. Lugd. Mi- ceyll.

c Praebentem terram.] Ad usus terrae u. e. praebentem saeculo ened. Edd.

d Quod essent.] Quod essent consanguineae animae mortalium in proximo tempore, & quod corporum corpora transfunderentur Parm. Lugd. Micell.

e Postea docet.] Postea paulatim concessum est ut maleficis etc. eadem Edd.

f Nec deinde.] Ne fractus cresceret eadem Edd.

60. Vir fuit hic ortu Samius.] Pythagoram exsili- tisse Numae Pompili tempore omnino fabulo- sum est. Sed licet poetis, vulgo receptas opinio- nes, etiam falsas, sequi. Certè quidem Numa Pom- pilius incepit regnare ab annis mundi 610. 610. 610. CC. XXXVI. ante Salvatoris nostri IESU CHRIS- TI natalem 602. Pythagoras vero fuit anno mundi 610. 610. 610. CC. XXXIX. atque ante CHRIS- TI ortum 623. M. Tullius lib. I. Tuscul. Dis- put. docet, quo tempore fuerit Pythagoras. Eius verba sunt: Pythagoras cum, Superbo regnante, in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graecum civis honore & disciplina, tum etiam auctoritate: non- taque saecula postea sic viguit Pythagoreorum nomem,

derentur; & mansuetarum factus sues, quod fruges satas eruerent; item capri, quod vi- tem maturam praecerpere adjuvissent, nec deinde fractus cresceret.

60 Vir fuit hic, ortu Samius: sed fugerat unam
L'it Samon & dominos; odioque tyrannidis exsul
Sponte erat. isque, licet coeli regione remotos,
Mente Deos adiit: & quae natura negabat
Vivibus humanis, oculis ea pectoris hausit.

65 Cumque animo & vigili perspexerat omnia curam,
In medium discenda dabat: coetusque silentum,
Dietaque mirantum, magni primordia mundi,
Et rerum causas, & quid natura, docebat:
Quid Deus: unde nives: quae fulminis esset origo:

70 Juppiter, an venti, discussa nube tonarent:
Quid quateret terras; quae sidera lege mearent;
Et quodcumque latet. primusque animalia mensis
Arguit imponi: primus quoque talibus ora
Docta quidem solvit, sed non & credita, verbis:

75 Parcite, mortales, dapibus temerare nefandis

Cor-

ut nulli alii docti viderentur. Idem sub principium lib. IV. Pythagoras, qui fuit in Italia temporibus iu- dam, quibus L. Brutus patriam liberavit, praecla- rus auctor nobilitatis suae. Ac postea subdit ipse M. Tullius conjecturam quandam, qua docet, quo modo posteri crederint, Numam fuisse au- ditorem Pythagorae. Si quis vero avert seire, quot anni ab Urbe condita praeterissent, cum Brutus Ro- mam liberavit, respondet illi Livius extremo lib. primi, exactos esse annos CCXLV. Pythagoram injulta dominationis suspitione in fano vivum con- crematum fuisse refert Arnob. libro primo. CROFAN.

62. Coeli regione remotos.] Remotos Deos cum prim. Hamburg. prim. Ambros. & uno Basil. atque ita Berneggerianus pro diversa lectione. HEINS.

63. Negabat.] Negarat Medic. rectius. IDEM.

65. Perspexerat.] Prospexerat Vatic. & octode- cim alii. mox, in medium perspicua dabat alter Strozzae, venusta repetitione. discenda decem.

66. Coetumque.] Coetusque plerique vetustiores. HEINS. Rectus, propter sequens silentum. sic Li- vius lib. I. Pythagoram coetus habuisse dicit.

69. Quod Deus, unde nives, quae fulminis esset origo.] Ad nunc forte versum respexit Statius v. Sil. III. 21.

Quis Deus, unde nives, quae ducit semita solem. CROFAN. Ad quem locum videndus Barthius, qui

& hic legit ex Mss. Quis Deus, ut & habent prim. Moreti. sec. Palat. & octo alii. quae natura etiam unus Basil. vid. XIV. 2.

70. Tonarent.] Sonarent tres.

71. Quo quateret.] Praemeret Thuan.

71. Mearent.] Mitarent Basil. & Moret. mans- erent alius Basil.

73. Arguit imponi.] Ita veteres omnes libri. Alii malunt, Aretius, quo modo antea erat in meo, quod probat. CROFAN. Aretius Bernegger. prim. Ba- sil. Juret. Barberin. Arondel. & unus Voss. bene, pro venit. sic apud Senecam Troasi, 277.

affigi Phrygas
Vincique volai: vaece & auquari solo
Etiam arcuissim.

Pont. lib. III. Eleg. III.

Quas lex furivus arceat habere viros.

HEINS. Mibi tamen arguit magis Philosopho do- centi convenire videtur. licet enim fingi etiam le- gislator posset, nullas tamen Crotoniatis leges de- disse, sed disputationum asiduitate eos ad frugalita- tem revocasse dicit Just. xx. 4. ceterum sapissi- sine haec duo verba confusa sunt. vid. lib. II. 595. x. 73. & alibi. BURM.

75. Nefandis.] Profanis unus Moret. opibus to- merare Ambros.

Mmmmm 3 76. Sapp

Corpora. sunt fruges : sunt de ducentia ramos
 Pondere poma suo, tumidaque in vitibus uvae:
 Sunt herbae dulces : sunt, quae mitescere flammâ
 Molliri queant. nec vobis lacteus humor
 80 Eripitur, nec mella thymi redolentia florem.
 Prodiga divitias, alimenta que mitia tellus
 Suggestit : atque epulas sine caede & sanguine praebet.
 Carne serae sedant jejunia : nec tamen omnes.
 Quippe equus, & pecudes, armenta que gramine vivunt.
 85 At quibus ingenium est immansuetumque, ferumque,
 Armeniaeque tigres, iracundique leones,
 Cumque lupis urfi, dapibus cum sanguine gaudent.
 Heu quantum scelus est, in viscera viscera condi,
 Congestoque avidum pinguescere corpore corpus;
 90 Alteriusque animantem animantis vivere leto!
 Scilicet in tantis opibus, quas optima matrum

Ter-

76. *Sunt deducuntia ramos Pondere poma suo.*]
Deducuntia: id est, quae curvant, aedunt. Superius idem dixit aliis verbis. lib. xiii. 812.
 — *sunt poma gravantia ramos.*
 Et III. Art. viii. 14.
 Nulla premunt ramos pendere poma suo.
 Et II. Pont. 263.
 Dum bene dicitur ager, dum rami pendere nitant.
 Et Remed. 175.
 Aspice curvatos pomorum pendere ramos.
 Lucretius libro primo 253.
 — *ramique viscescent*
Arboribus crescent ipsae serenos gravantur. Ciof.
 78. *Sunt herbae.*] Pulchra repetitio. Idem.
 78. *Sunt, quae mitescere.*] Altera repetitio. His omnibus probat, quid hominibus sit faciendum, ut à carne, qua in comedendo uti solent, abstinere. Exilat apud Aetianum lib. iv. de Var. Hist. Pythagorae dogma, quo praecipit à corde, à gallo albo & ab omnibus animantibus abstinendum. Incertum enim esse, an his duobus puri efficiantur homines. Sed postrema haec quo modo intelligenda sint docet Plutarchus. Liber Caelii. Brianti & mens habent, *Sunt quae mitescere possunt, Et mollire famem, nec vobis lacteus humor Eripitur.* Idem. Ita & duo scripti. *emollire famem Oson. mitescere ventrem. Et laxare quant Genes. flammis tres.*
 80. *Redolentia flore.*] Florem prim. Reg. Thuan. Bernegger. & decem alii. utrumque dicitur. vetuliores sequor. quamvis & Valer. Max. lib. i. cap. 6. in fine, *At mihi quidem illae apes non montem thymeti thymi flore redolentem etc.* HEINS. Vid. ad Epist. xv. 76.

85. *Sine caede.*] *Sine carne* Argent. pro *praebeo* quidam, *tradit. unus tradit.*
 83. *Carne serae sedant jejunia.*] *Sedant* prim. Moret. HEINS.
 84. *Gramine vivunt.*] *Gramine passenti* Moreti unus.
 86. *Armeniae tigres.*] *Armeniaque* quatuor codices cum Norico, correpta prior syllaba in *Tigru*, ut l. viii. ff. 121.
Armeniaque tigres, Austroque agitata Charybdi. Horat. Art. Poët. 393.
Dicitur ob hoc leuire tigres. Claud. *Tingunt arva tigres.* HEINS. Vide ad lib. viii. 121.
 88. *In viscere viscera condi.*] *In viscera* vetuliores omnes. Val. Maximus lib. vi. cap. 6. *Viscus suas natusque ad usum vestiarum dapibus veterunt. quo duntaxat armata juvenis viscera sua visceribus ateret, insulset cadaverum reliquias saliro non debilitavit.* citantur hi tres versus a Scholiaste Persei ad Stat. III. ubi Mss. quidam male, *in viscere viscera condi*, ut & *congestaque carum*. deinde idem Scholiastes citat male, *Alteriusque animam*, sed *animantem* recte codex Mss. bibliothecae Leidensis. HEINS. Malim etiam *Alteriusque*. ut est in Francof. *viscera mergi* Moreti unus & alius Heinsii. *congestaque* Cantab. & tres alii.
 92. *Terra creat.*] *Parit* plerique vetuliores. Et Art. Am. lib. i. 717.
Nec tellus eadem parit omnia. & libro III. 185.
Quae nova terra parit flores. Lucret. v.
 — *quando omnibus omnia largit Tellus ipsa parit.*

Ter-

Terra parit, nil te nisi tristia mandere saevo
 Vulnere dente juvat, ritusque referre Cyclosum?
 Nec, nisi perdideris alium, placare voracis,
 95 Et male morati poteris jejunia ventris?
 At vetus illa aetas, cui fecimus Aurca nomen,
 Foetibus arboreis, & quas humus educat, herbis
 Fortunata fuit : nec polluit ora cruore.
 Tunc & aves tutae movere per aëra pennas ;
 100 Et lepus impavidus mediis erravit in agris:
 Nec sua credulitas piscem suspenderat hamo :
 Cuncta sine insidiis, nullamque timentia fraudem,
 Plenaque pacis erant. postquam non utilis auctor
 Victimis invidit, (quisquis fuit ille virorum)
 105 Corporeasque dapes avidam demersit in alvum ;
 Fecit iter sceleri : primaque è caede ferarum
 Incaluisse putem maculatum sanguine ferrum :

Id.

Prudentius Hamartigenia,
Hoc pulchrum quod terra parit, quod gloria confert Lubrica.
 Cicero lib. II. de Natura Deor. *Profecto terra ipsa eadem vi continetur & arte naturae ; quippe quae gravidata seminibus omnia pariat ac suadat ex sese.*
 Dracontius Hexamero :
As hominem non terra parit.
 Felus Avienus Descr. Orbis :
Non illis pabula in usum
Terra parit.
 HEINS. IV. Fall. 88. *saetaque terra parit.* vid. & lib. I. Met. 417. *dedit unus Medic. parat* Vossian. *optima mater tres libri*
 92. *Saevo.*] *Laeto* Gronovian. non invenit, ut sit oppositio inter *tristia vulnere* & *laeto dente*. deinde, *ritusque inferre* Jun. Gron. & excerpt. *Hercul. Cyclopes* etiam unus ex veterimis.
 93. *Ritusque Cyclosum.*] Sic omnes libri scripti. opinor autem, eos falli, qui legunt, *Ritusque Cyclosum*. Cyclopes quare dicantur docet Heliodorus in Theogonia his verbis : ff. 144.
Κύκλωπες δ' ὄνομα ἔχον ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν, οὐκ ἔτι αὐτῶν, Κικλωπερῶν ἰσθμολογίας εἰς ἐκείνην μεταστροφῆν.
 CIOFAN.
 94. *Placare jejunia.*] *Pacare* meus ex veterimo delcriptus. sed nil muta. HEINS. Vide ad lib. VIII. 845.
 95. *Et male morati ventris.*] Dissoluti, voracis.
 CIOFAN.
 97. *Herbis.*] *Herbas* legitur apud Gobel. Person. Colmod. aet. v. cap. 20.
 96. *Cui fecimus Aurca nomen.*] Haec locutione usus est quoque in primo, *Laeta nomen habet.* CIOFAN. Vid. ad v. Fall. 595.

90. *Tunc & aves tutae.*] *Tutae pennas* rectius Thuan. quart. Medic. prim. Moret. Juret. & sex alii. HEINS. *Tunc volatres tutae* unus Heinsii.
 100. *Et lepus impavidus.*] *Intrepidus* quart. Medic. pro *arvis* vetuliores agris HEINS. *Intrepidus* Ox. & quatuor alii *errabat* tres. *volavit* unus. unde *volavit* Heinsius. *in herbis* etiam unus. *mox suspendit in hamo* unus. *deponderat* alius.
 104. *Quisquis fuit ille Deorum.*] *Virorum* Cantabrig. alter Hamburg. & duo alii. recte. nisi *mavis*, *priorum*. Pont. l. III. Eleg. II.
Est locus in Scythiis; Taurus dixerit priores. & postea ex antiquis libris,
Sacrisse genus est : sic insulseta priores. & hoc ipso libro mox, 333.
Est locus Arcadiae; Phaeon dixerit priores. Trist. lib. I. Eleg. 4.
Atque haec exemplis quendam collecta priorum, Fall. III. 79.
Et tamen ante omnes Martem coluere priores. lib. IV. 327.
 — *Tiberina priores*
Ostia dixerunt.
 paulo post hoc libro. 196.
Magna nec ingentis evestigata priorum.
 HEINS. Forte scripsit Naso,
Victimis invidit (quisquis fuit ille) ferarum.
 Hoc sensu postquam primus ille (quisquis fuit) edendae carnis auctor, invidit luporum & leonum victimis, quia illi carne vescerentur, simulatus invidia, primo in caedem ferarum ivit, deinde ad ejus exemplum sacrum contra innocua animalia nihil tamen moveo, quia *mox ferarum* sequitur. & si *priorum* firmaretur codicis alicujus auctoritate, recipiendum putarem, certe ita, pro

Idque satis fuerat : nostrumque potentia letum
Corpora missa neci salva pietate iatentur :

110 Sed quam danda neci, tam non epulanda fuerunt.

Longius inde nefas abiit : & prima putatur
Hostia sus meruisse mori ; quia semina pando
Eruerit rostro, spemque intere perit anni.

Vire caper moria Bacchi maestandus ad aras

115 Ducitur uitoris. nocuit sua culpa duobus.

Quid meruissis oves, placidum pecus, inque tuendos
Natum homines, pleno quae fervis in ubere nectar ?

Mollia quae nobis veltras velamina lanas

Præbetis : vitæque magis quam morte iuvatis.

120 Quid

120 Quid meruere boves, animal sine fraude dolisque,
Innocuum, simplex, natum tolerare labores ?

Immemor est demum, nec frugum munere dignus,
Qui potuit curvi demto modo pondere aratri

125 Illa, quibus toties durum renovaverat arvom,
Tot dederat messes, percussit colla securi.

Nec satis est, quod tale nefas committitur : ipsos
Inscripsere Deos sceleri : numenque supernum

130 Victima labe carens, & præstantissima formâ,
(Nam placuisse nocet) vitis præsignis & auro,

Sisti.

virorum, legitur in quibusdam libris lib. 111. Amor. x. 15. & apud Virgil. lib. xi. 137. pro nulli exaudita deorum in aliis libris est, priorum. quisquis fuit ille deorum hic repetitum puto a librario ex lib. 1. 32. vid. ad Phædr. iv. Fab. 19. BORN.

105. Demersit. Demersit octo libri. condobat unus, quod repetitum ex xiv. 209. vid. ad Iun. 387. & supr. lib. vi. 664. congestis Moreti. conjicit Gronov.

106. Primoque & caedæ ferarum maculasse potest maculatum sanguine ferrum. Primoque & caedæ ex uno meo & uno Argent. Deinde pro potest prim. Reg. & unus Moreti, patet. Bernegger. Neapol. Urbin. prim. Hamburg. prim. Basil. & tres alii, patet. patet tres bene. puto unus Patav. HEINS.

107. maculasse potest. In Cælest. & meo, maculasse patet. CIOFAN.

108. Nostrumque potentia letum. Potentia prim. Hamburg. & quatuor alii. nostrumque potentia leto prim. Moret. aut scribendum, nostrumque nocentia leto, aut, nostrumque potentia lei. Lucanus lib. vi. 485.

Omne potens animi leti, genitumque nocere,
Et pœca hæmonias & meribus instruit artes.

sic potens voti & nocentis, pro tempor. sæpe apud Nostrum. & impo in contraria significatione apud alios. Columella lib. 1. cap. 1. ubi agit de Agricultura, ejusque scriptores recenlet. Sorsam Tremelliam, qui etiam eloquentem reddidit, & M. Terentium, qui expulsi, mox Virgilium, qui carminum quoque potentem fecit. ita veterimus codex S. Germani; non carmine. muneris potens apud Val. Flaccum lib. iv. pœnitentes pro avidis Lucretio. HEINS. Vid. Gronov. ad Senec. Herc. Fur. 300. & ad Livium. xxiii. 16.

111. Prima putatur. Permissis locus est lib. 1. Fat. 340. & seq. CIOFAN. Vide Fabrett. ad Colum. Trajan. cap. vi. p. 136.

111. Hostia sus meruisse mori. Necem Probus ad Virgilium agnoscit. ut Epit. xiv. 61.

Quid merere necem patruella regna teuulo.
HEINS.

111. Quia semina pando Eruerit rostro, spemque intercepit anni. Eadem exemplana & iam habent, Eruerat & intercepit. CIOFAN. Ita & Basil. & undecim alii.

114. Vire caper moria. Vire rosa malim, ut in Falis lib. 357. Rode caper vitæ, est minimum refert. Apulej. Met. 111. in asini facium sano rodo, ubi reponi nihil opus est, seenum arado. Nemesianus Cynegetico de canibus:

Obstantantique novos adroso robore dentes.

videantur adnotata ad librum xiiii. yf. 691. pro maclatus dicitur vetuliores plerique, maclatus dicitur. recte omnino. victimæ enim duci dicebantur. quamquam Probus in ti. Georg. 519. Maronis stat pro vulgata lectione. in multis etiam exemplaribus, maclatus ducitur in ponnallis quoque, Bacchi maclatus ad aras Uleris dicitur, minus bene. Noster Amor. 111. xiii. 13. de victimis:

Ducuntur niveo populo plantentia juvenes,
Quas alius campis herba Falisca fuit.

de Polyxena lib. xiiii. 452.

Ducitur ad tumulum, ditroque sit hostia lapsi
apud Maronem 111. Georg. 195.

Et ductus cornu stabis sacer hircus ad aram.
lib. iv. 554.

Quatuor eximius præstanti corpore tauros
Ducit, & intacta teidam curvo iuvencat.

A. Gellius libro iv. cap. 6. Noët. Attic. si primi hostis litatum nunc erat, alias post eandem dicitur hostis caedebantur. Macrobinus libro 111. Saturnal. cap. 5. Observatum a sacrificantibus, ut, si hostis, quæ ad aras duceretur, suisque vehementius recludita, ostendissetque se inventam altariis admovent, amoveretur. Juvenalis Satyra x, 66. Dicit ad Capitolii magnam Creatamque bovem, quod ab Lucretianis illis est murvatus, ut notat Schollastes,

Creatamque bovem duci ad Capitolia magna.
Idem Juvenalis Satyra xii. initio, Niveo Regibus duci.

ducimus agnam. ita enim codices vetusti majori ex parte, non cadimus. mox idem Satyra, xii. 112.

— ducatur ad aras,

Et cadat ante lares Gallitæ victima sola.

duci etiam dicebantur noxæ decimæ. Paulus L. xxvi. D. de Noxalibus: Si absente domino ductus sit servus, vel etiam præfente. Idem L. xxxii. D. eodem: Is qui in aliena potestate est, si noxam commississe dicitur, si non defendatur, ducitur. & alibi non semel. quibus in jus, vel in vincula subintelligitur; ut de funeribus, ad rogum vel ad sepulcrum. quomodo capiendum illud Persii, Nerio jam tertia ducitur axor. id est effertur. vide annotata superiori libro yf. 746. HEINS.

117. Inque tuendos natum homines. Berneggerius, primus Basileensis, alter Hamburgicus, unus Moreti, Palatinus unus, inque togendos Natum homines. apud Vitruvium libro x. cap. 1. de Vestitu: Non modo corpora togendo tueri, sed etiam ornatas adiri honestatem. Cicero libro 1. Tusculan. Tum multitudo peccadam partim ad vesendum, partim ad cultum agerum, partim ad videndum, partim ad vestienda corpora. In Catalectis Pithecanis Judicio coei & pilonis:

Pythagoras populo nescis quæ suaserit olim?
Si jugulatis oves, quid erit, quod vestiat, inquit?

Mortiferum contra boream ovis arma ministrat.
tegere etiam Tertullianus de Pallio dixit: Ingenua vestitorum primum togendo homini, deinde & ornando varias indumentorum formas promulgare.

Orientis in Commonitorio:
Dirutaque lanigeræ depellens terga bidentis
Mollibus involutis algida membra tegis.

Vulgatam tamen in Nasone scripturam non ausim sollicitare. nam rō tueri tam ad victimam quam amicum referri potest, cum utroque oves humanum genus fovent ac tuentur. Idem. Ego togendos glossam rō tuendos ptem. nam recte explicuit quisquis fuit ille Schollastes in codice Norico, tuendos, a frigore propter lanas. sic Justin. lib. 11. 1. Ita
Tou, II.

ut non modo prius generare homines, sed ne advenas quidem recipere ac tueri possent, priusquam adversus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur. vide etiam Petron. cap. 56. BORN.

120. Sine fraude dolisque. Dolique innocuum unus Leidensis. HEINS.

122. Immemor est demum. Tot demum minime placet in uno Basil. pro diversa lectione, dicitur. & ita conjecerat Bochart. Hieroz. lib. 11. cap. 30. p. 315. ego legerem, Immemor ille Deum. Idem.

123. Aratri. Rastri Leid.

124. Ruricolam maclatus sum. Huc spectat lex Atheniensium, cujus meminit Ælianus Var. Hist. lib. v. cap. 11. Καὶ τὸ το δὲ τὸ Φυλατρίμενον παρ' αὐτοῖς. Βοῦν ἀρότρῳ καὶ ὑπὸ ζυγῶν ποιεῖσθαι σὺν ἀρότρῳ, ἢ καὶ οὐ τῆ ἀμάξῃ, μὴδ' αὐτοῦν ἴσθαι, ὅτι καὶ αὐτοῦ εἰν ἂν γενοῖτο, καὶ ἐν ἀνέπαυτος καμάτω κωνοῦσθαι. HEINS. Maclare bovem Jun. & Leid.

125. Durum renovaverat arvom. Durum avum Palat. & Boxh. fragm. & alii decem. longum prim. Bonon. nudum avom quinqve.

126. Tot dederat messes. Tot dederat cum tribus libris scribendum. ut quæ subintelligatur. nisi mavis, Tot tulerat messes. tale est illud Joven. Sat. x.

— ut vitulus bos
Qui domini cultris tenet & miserabile collum
Præbat, ab ingrato jam fastiditus aratro. HEINS.

130. Forma. Formæ malebat Heimsius, ut lib. ix. 451.

131. Nam placuisse nocet. Jam multi libri. forte, tam. ut sæpe alibi vid. Eleg. in Druf. 41.

132. Vitis præsignis & auro. Vitis dicitur. Hæc figura nûs est etiam lib. 111. Crisitis præsignis & auro. CIOFAN. Præsignis castigatores omnes. recte. vox et in deliciis Nostris. Vide Notas ad Epit. v. sic & infra hoc libro. 611.

— gemino præsignia tempora cornu.
HEINS. Vitisque insignis Basil.

Nnanna

133. 4710

Sistitur ante aras; auditque ignara precantem:
 Imponique suae videt inter cornua fronti,
 Quas coluit fruges: percussaque sanguine cultros
 135 Inficit in liquidâ praevisos forsitan undâ,
 Protinus ereptas viventi pectore fibras
 Inspiciunt: mentesque Deum scrutantur in illis.
 Unde fames homini vitetorum tanta ciborum?
 Audetis vesci, genus ô mortale? quod, oro,
 140 Ne facite: & monitis animos advertite nostris.
 Cumque boum dabitur caesorum membra palato;
 Mandere vos vestros scite & sentite colonos.
 Et quoniam Deus ora movet; sequar ora moventem
 Rite Deum; Delphosque meos, ipsumque recludam
 145 Æthera; & augustae referabo oracula mentis.
 Magna, nec ingeniis evelligata priorum,
 Quaeque diu latere, canam, juvat ire per alta
 Astra: juvat, terris & inertis sede relicta,
 Nube vehi; validique humeris infitere Atlantis:
 150 Palantesque animos passim ac rationis egentes
 Despectare procul, trepidosque, obitumque timentes

Sic

132. *Ignara.*] Ignota Basil. *Servitur ante aras* etiam Mf. Belfm.

134. *Fruges.*] *Sogetes* prim. Moreti.

134. *Cultros.*] *Cistros* prim. Basil. pro varia lectione.

135. *Inficit in liquida praevisos forsitan undâ.*] *Prævisos* intelligo in ictu ipso, aut cum jacerent in undâ, quasi boves sciverint ad suam paratos necem. commentator talia negligit ac alia exponit, longe tamen minoris momenti, minus remorantia lectorem. GLAREAN. Hoc est, quorum imaginem, aut etiam quos ipsa in aqua, quae sacrificiis adhiberi solet, juxtaque poni ubi hostiae jugulantur, ante fortassis vidit. MICYLL. Aqua in sacris adhibita & per pelves disposita. *An quia praevisos in aqua timet hostia cultros?* ex lib. 1. Fast. 327. FARNAB. *In gelida unus in liquidas undas* Thuan. unus. *prævisos* duo. *fortiter* totidem.

136. *Ereptas.*] *Ereptas* unus Heinf. forte pro, *expletas*.

136. *Pectore fibras.*] Liber meus, *Corpora*. CROFAN. *Corpore* etiam Francof. & plurimi veterum. *serventi* & *sanguine* Voss. *viventis* etiam Viviani. *liventi* unus Regius.

137. *Scrutantur in illis.*] *Scintantur* unus Voss. *in exitu* unus Moreti. HEINS. *Mentemque* unus Medic.

139. *Genus ô mortale.*] *Genus* *immortale*, Berfmanni Mf. quod placebat Grutero, ut ad metem-

psychosin respiciat. Berfmannus etiam accusativi casus esse tunc volebat.

143. *Et quoniam.*] *At* Medic.

144. *Recludam.*] *Reclucam* Genev.

146. *Evelligata.*] *Evelligata* Bernegger. Thuan. prim. Moret. & decem alii. placet, licet minus obvium. sic *adurata* apud Gell. XIV. 1. HEINS.

147. *Juvat ire per alta astra.*] *Astra* *alta* multi veteres. prim. Hamburg. *sub ardua alta*. Varius sublimis erit & sonorus, si referbas, *per ardua astra*. ut ultima litera *re* *ardua* elidatur ob sequentem vocalem. Exempla vide lib. XII. M. 395. in Notis. HEINS. *Vulgata lectio* ex Manili lib. 1. 13. potest defendi, si, ut Scaliger in notis citat, legatur:

— Juvat ire per altum

Aethera.

Sed editiones habent *per ipsum*, inf. 875. *super alta perennis astra ferar*. BORM.

148. *Sede relicta.*] *Relictis* cum Juniano. HEINS. *Et inani sede* idem Junianus. *mortali* Sixti. ut sit oppositio, *terris, mortali sede, relicta*.

150. *Palantesque homines.*] Ita quoque loquuntur Lucretius, Sallustius, Virgilius, Livius, alii. CROFAN.

150. *Passim rationis egentes.*] In nonnullis, ac *rationis egentes*. in aliis, ac *ratione carentes*. nihil videtur superfluum. NAUGER. *Passim ac rationis* ex vctustioribus. alii, *et rationis*. *Palantesque ani-*

1017

Sic exhortari; sericmque evolvere fati.

FAB. III. ARGUMENTUM.

* Euphorbus in Pythagoram.

* *Pythagoram eundem inducit referentem cuncta rerum temporibus mutari: significat ipse annus vertitur in quatuor species, veris, aestatis, autumnis, & hiemis: & quae nascuntur, quoniam in initio prodiu teneras immutatasque species habeant; deinde crescendo robustae aetatis, novissime senescentis fieri. Se quoque memoria tenere bello Trojano Euphorbum Pantoidem fuisse: & postea quam à Menelao sit occisus in bello, animam ejus in se esse transfusam; clypeumque ejus, dum in aetate ductus sit, quousus esset in bello, in templo Junonis Argivae cognovisse.*

O Genus attonitum gelidae formidine mortis!
 Quid Styga, quid tenebras, quid nomina vana timetis,
 155 Materiem vatum, falsique piacula mundi?
 Corpora sive rogos flammâ, seu tabe vetustas
 Abstulerit, mala posse pati non ulla putetis.
 Morte carent animae: semperque, priore relicta

Se-

mos vetus codex Politiani & unus Medic. quod placet. HEINS. *Sparfisque a cardine gentes* unus Basil.

151. *Trepidusque.*] *Caelst* *Timidusque*. CROFAN. *Sireptumque* Bernegger. prim. Hamburg. & tres alii. HEINS.

152. *Seritumque evolvere fati.*] Emenda ac corrigere, auctoribus optimis quibusque scriptis libris, *Seritumque evolvere fati*. CROFAN. *Revolvere* Neapol. *seriem* illustrabimus ad Valer. Flac. II. 218.

* *Euphorbus.*] *Pantus* in *Euphorbium* Parm.

* *Mutari.*] *Immutari* Parm. Lugd. Micyll.

* *Pythagoram.*] *Idem* *Pythagoras refert*, *cuncta temporibus mutari* Colon.

* *Et quae.*] *Et* *quae nascuntur in initio prodiu tenera sunt, & infantiae speciem habent, deinde c. r. ac n. senescentis.* *se* Colon.

* *Fieri.*] Non est in edd. antiquis.

* *Teneri.*] *Retinere* Colon.

* *Clypeumque.*] *Unde etiam clypeum, quem ibi gestasset, nuper in tem. Ju. apud Argos se memorat cognovisse* Colon. qui sequens argumentum huic jungit.

153. *Gelidae mortis.*] Optimo ac proprio usus est epitheto. Sic & II. Amor. IX. 41.

Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imago? CROFAN.

154. *Et nomina vana timetis.*] *Quid nomina multi rectius.* pro *pericula* Neapol. & unus Voss.

pericula. eleganter. nam apud manes expiari crimina in superis commissa, credebant. Virgil. VI. 568.

Quae quis apud superos, furto laetatus inani, Dissulit in seram commissa piacula mortem.

Auson. Epig. 108. *Et quod debentur supra piacula vitas.* vide ad Claud. II. in Eur. 398. pro *nomina vana*, uterque Hamburg. Cantabrig. Oxon. prim. Gronov. tert. Medic. & multi alii, *nomina*. HEINS. Ita & correxerat Heinsius locum supra lib. II. 565. ubi vide; praeterea hic olim coniecerat in versu praecedenti, *Quid Stygia quibus Erebum, &c. vel, Quid Stygiae tenebras.*

157. *Abstulerit.*] *Abstulerint* prim. Ambros. HEINS. *Sustulerint* Medic.

158. *Morte carent animas, semperque priore relicta* *Seda, novis domibus vivunt, habitantque receptae.*] In hac prava atque inepta profus haerere fuerunt Druidae, gens quaedam Gallica. Quae de re Caesar lib. VI. de Bello Gallico: *in primiti hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; atque hoc maxime ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* Tangit & hanc rem Amm. lib. XV. Sed inter Pythagorae & Druidarum opinionem hoc intererat, quod ille agebat animas hominum ad pecudes etiam transire: hi vero ad homines tantum. Hoc etiam Caesaris verbis elicitur: *sed ab aliis post mortem transire ad alios.* CROFAN. Druidarum & Pythagorae sententias discrepare ostendit Samuel

Sede, novis habitant domibus vivuntque receptae.
 160 Ipse ego (nam memini) Trojani tempore belli
 Panthoides Euphorbus eram : cui pectore quondam
 Sedit in adverso gravis hasta minoris Atridae.
 Cognovi clypeum, laevae gestamina nostrae,
 Nuper Abantēis templo Junonis in Argis.
 165 Omnia mutantur : nihil interit, errat, & illinc
 Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
 Spiritas : eque feris humana in corpora transit,
 Inque feras noxter : nec tempore deperit ullo.
 Utque novis fragilis signatur cera figuris,
 170 Nec manet ut fuerat, nec formas servat eadem ;
 Sed tamen ipsa eadem est : animam sic semper eandem
 Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Et.

Petitus, lib. 1. Observ. 7. ubi pluribus hos Ovidii versus illustrat.

159. *Sede.*] *Sede* unus Moreti, quod pro septo, aut clausuro capiendum esset, ut ita corpus carcer animae vocatur.

160. *Ipse ego (nam memini) Trojano tempore belli Panthoides Euphorbus eram.*] De Euphorbo, & quomodo idem Patroclum vulneravit, ipse autem à Menelao occisus fuerit, Homerus Iliados xiv. & deinceps tradit. De clypeo autem, quem hic Ovidius Argis in templo Junonis suspensum & à Pythagora agnatum dicit, Laërtius in vita Pythagorae hoc modo: *Ἐπεὶ δ' Ἐφοβὸς ἀπέθανε, μεταβῆναι τὴν ψυχὴν ἀντὶ εἰς Ἐμίτριον, ἐξ καὶ αὐτὸς πρὶν δοῦναι τέλει, ἐπαγγέλλεται, καὶ ἐπέσειν εἰς τὸ πῦρ Ἀπόλλωνος ἱερῶν, ἐπιδοῦναι τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ, ἵνα ἴσῃ ἀπὸ τοῦ ἑσπερίου ἐν Τροίᾳ, ἀναίτιος γὰρ Ἀπόλλων τὴν ἀπίθειαν, διασυνεπιπέσει ἔχει, μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἐλαφίστηνον πρῶτον.* Sed haec ed ab Ovidianis differunt, quod clypeum, quem ille Argis Junoni, hic apud Brancidas in Asia Didymaeo Apollini suspensum dicit. MICVL. Hujus rei meminit Philostratus in vita Apollonii lib. iix. & Tyrius Max. Concione xxxix. quo loco refert quare ita exilimatum sit. Hyginus etiam cap. cxix. CIOFAN.

160. *Nam memini.*] Jam Vatican.
 162. *Hasti in adverso.*] Sedit vetus liber Politiani. elegant. Noller Met. iii. 88.

— *Flagrantem sedere*
Cedendo ardebat, nec longius ire sinebat.
 Silius libro xvii. 440.

— *hasta volans ino sub gutture sedit.*
 Florus lib. iv. cap. 11. *Quo tempore egregia virtus Scævone comitatus evincit, cuius in scuto centum & quadragesima tela sedere.* idem Silius denuo lib. 1. 539.

*Utrius injusti vibravit lancea belli,
 Et fenore adverso librata cuspide sedit.*

libro iv. 179.

*Hasta viri fenore & pariter per anibela volantis
 illa sedit equi.*

libro v. 346.

*Nam lateri cussis, nam toto corpore telum
 Sedit, fremitusque amens sociisque rogabat.*

libro vi. 273.

Jamque alvo petitus demissa phalarica sedit.

libro vii. 606.

Dexteriore gena sedit cui lethifer ictus.

libro xvii. 134.

*Prima in cornipalis sedit spirantibus ictum
 Naribus hasta volans.*

Lucan. lib. 1. 32.

Alta sedent civilia vulnera dextra.

Sidon. Paneg. Aviti.

— *saxumque in vulnere sedit.*
 vulgata tamen scriptura non est temere sollicitanda. HEINS.

164. *Abantēis Argis.*] Argos clarissima pars est Peloponnesi, in qua Abas regnavit, unde *Abantēis Argi* dicuntur. Tametsi ab aliis legatur *Argi Abantēis*, exponaturque Euboicis. Abantes enim populi Euboeae fuerunt. REGIUS. In Argis regnavit Abas, unde Argivi *Abantēis* dicuntur. haec Raphael verisimiliter. nam Acrilius *Abantēis* dicitur libro quarto. Et Perseus in fabula Andromedae alter filius, alter nepos Abantis. nam quod quidam ad Abas referunt, oppidum in Phociae, cujus multi eximii meminere auctores, non video ut quadret, cum omnes id Apollinis oraculo clarum dicant, hic autem *Junonis in agris* neutiquam legam. CLAREAN. Pausanias Corinthiacis, Italia quindecim abesse Mycenis hoc Junonis sanum affirmat, cujus inter alia donaria etiam clypeum hunc recenset. *Ἐν δὲ τῷ δὲ κληρῷ τῆς Πρῆς, καὶ αὐτῶν*

Ergo, ne pietas sit victa cupidine ventris,
 Parcite (vaticinor) cognatas caede nefandā
 175 Exturbare animas : nec sanguine sanguis alatur.
 Et quoniam magno feror aequore, plenaque ventis
 Vela dedi ; nihil est toto quod perfret in orbe.
 Cuncta fluunt : omnisque vagans formatur imago.
 Ipsa quoque adsiduo labuntur tempora motu
 180 Non secus ac flumen. neque enim consistere flumen,
 Nec levis hora potest : sed ut unda impellitur undā,
 Urgueturque prior veniente, urguetque priorem,
 Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur :
 Et nova sunt semper. nam quod fuit ante relictum est :
 185 Fitque, quod haud fuerat : momentaque cuncta novantur.
 Cernis & emersas in lucem tendere noctes :

Et

ἀλόγου ἀσπίδος, ἢ Μενέλαος ποτὶ ἀφείλετο Ἐφοβὸν ἐν Τροίᾳ. Sed & Abantis clypeus Argis celebratissimus. Hyginus Fab. cclxxiii. de Indis: *Sesto, qui Argis sedit Lynceus Aegyptii filius Junoni Argivata, qui appellantur ἀσπίδες ἐν Ἀργεῖ* (sic scribere) quibus ludis qui vicit, accipit pro corona clypeum. ideo quod Abas, Lyncei & Hyperboreae filius, nuntiovis parentibus Danaum perisse. Cui Lynceus de templo Junonis Argivae detraxit clypeum, quod Danaus in juvenia gesserat & Junoni sacrificaverat, & Abanti filio muneri dedit. Hinc capiendum adagium Graecum, *Ὡς τῆς ἐν Ἄργεϊ ἀσπίδα καὶ δὲ ὡς στυμῆτος.* & alterum, *Ἄστις ἐὶ τῆς ἐν Ἀργεῖ ἀσπίδος.* quae paroemiographi non assequuntur. aliam horum proverbiorum rationem, ab Hyginiana diversam, vide apud Servium ad xl. 286. libro iii. Aeneid. Alludit etiam ad hunc clypeum Maro, dum oculum Polyphemi describit,

Argolici clypei, aut Phoebeae lampadis instar.
 Erant enim Argolici & rotundi & maxime molis. sed ille Abantis praeceteris illustis clypeus. hinc clarum vocat Valer. Flaccus lib. 1. 451.

*Cantans, in Haeco voluit quem barbara cuspis
 Pulvere, at in terra clari decus adhaeret orbis,
 Quem genitor gestabat Abas.*

Ita scribendum. *perperam at interea in vulgatis.* Virgiliana illa respexit.

*Aero cavo clypeum, magni gestantem Abantis,
 Possibet adversis figo.*

vbi adendum esse Servium jam monuimus. HEINS. Hunc Abantis clypeum ex nummis Argivorum exhibet Goltzius, & ex eo Jacob. Gronovius Tomo 1. Antiq. Graecar. in Danao.

166. *Occupat.*] Accipit Langern.

169. *Tatilis terra.*] Fragilis prim. Gronov. unus Voss. & unus Medicus. bene. ut apud Juvenal. Sat. xii. 88.

Accipiant fragili simulacra nitentis cera.

HEINS. De permutatione vocum *facilis & fragilis* vid. Gron. Diatr. Stat. cap. xvi. & Heins. ad Claud. iii. Rapt. 144. sed hic sermo *facilis*, de quo ad Val. Flac. iii. 6. pluribus agam. BORN.

170. *Formam eandem.*] *Formas eadem* vestitiones. HEINS. *Calat eadem* unus Heinsii.

173. *Vela.*] *Mota* Vossian.

178. *Cuncta fluunt.*] Expressit Graecam sententiam: *Ἐὶ πᾶντα, καὶ δίδὸν μένει.* CIOFAN.

178. *Omnisque vagans.*] *Vaga*, vel *vage* Bernegger. HEINS. Non intelligo haec, quae enim est omnis illa *imago vagans*? forte scripsit, *amnisque vagi formatur imago.* fingite vobis omnia ritu fluminis ferri. *vagi* proprium fluvii epitheton. vide Passerat. ad Propert. lib. 1. eleg. 20. posset & legi, *amnisque vagi versatur imago.* scriptum erat *versatur, servatur*, ut saepe alibi, hoc vero transferat in *formatur*. ut lib. 1. Fall. 239. & hoc sequentia confirmant, ut enim cuncta in orbe fluunt, & amnis vagi imaginem praefant, ita ipsa quoque tempora non secus ac flumen labuntur. ita milites à flumine comparatio ad tempus instituitur a poetis. vid. 1. Amor. viii. 45. & alibi. BORN.

179. *Labuntur tempora.*] *Velociter* plurimi veteres. nil muto. Noller libro vi. Fall. 711.

Tempora labuntur, taciturne sensus animis.
 HEINS. Vid. ad Art. iii. 65.

181. *Sed ut unda impellitur undā.*] Liber meus & Caesell. *Sed ut unda repellitur undā*, placet. CIOFAN. Ita & quinque libri, probante Heinsio. sed *impellitur* rectius puto. idem est quod *trahitur*, quo utitur Petronius in simili re cap. xlv. ubi vide. BORN.

182. *Urgueturque eadem veniens.*] Ita veteres omnes. Quidam vulgati habent, *Urgueturque prior.* CIOFAN. *Urguetur prior veniente* Thuan. Juret. prim. Hamburg. prim. Moret. reliqui plerique, *urgueturque eadem veniens*, nisi quod, *eadem veniens*

Et jubar hoc nitidum nigrae succedere nocti.
 Nec color est idem coelo, cum lassâ quiete
 Cuncta jacent mediâ; cumque albo Lucifer exit
 190 Clarus equo: rursusque alius, cum praevia luci
 Tradendum Phoebæ Palantias inficit orbem.
 Ipse Dei clypeus, terrâ cum tollitur imâ,
 Mane rubet: terraque, rubet, cum conditur imâ:
 Candidus in summo est, melior natura quod illic
 195 Ætheris est, terraeque procul contagia vitat.
 Nec par aut eadem nocturnae forma Dianae
 Esse potest unquam: semperque hodierna sequente,
 Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.
 Quid? non in species succedere quattuor annum
 200 Adspicis, aetatis peragentem imitamina nostrae?

Nam

unus Bonon. *venienti unus Medic. quod placet. & pro urgetque priorem, Neapol. urgetque sequentem.*
 HEINS.
 187. *Quod haud fuerat.] Quod antea fuit Basil.*
 186. *Cernis et emensas, &c.]* Idem liber meus, *Cernis ut. CIOFAN. Oxon. Arondel. & viginti circiter alii, emeritas, quod primo conspectu aridebat, ut paulo post, 226.*

— *emeritis mediâ quoque temporis annis.*
 libro III. Faflor. 43.
Quo minus emeritis exiret curfus annus.
 Seneca Agamemnone, 508.
Stat oque Titan dubius emerito die,
 Statius, lib. I. 336.
 — *emeritis conspiciat Phoebi.*

ubi Scholiastes: *Tractum a remilitari, quasi sol diem militare videatur, emertius sol occidens dicitur post laborem, cui noctis astra succedunt, ut Virgil. Emeritaque exspectant praemia palmas, qui locus Virgilio nihil ad rem facit, nam apud illum legitur, peritaque palmas Æneidos quinto. Epigramma ineditum, quod Nasoni nostro adscribitur in vetustissimo codice,*

Jam nitidum tumidis Phœbus jubar intulit audis, Emeritam renovans Tethys aune facem.
 Nunc tamen amplector, emensas noctes, quomodo Bernegger. alter Hamburg. Graev. & alii duodecim. Vide quae notavi Fafl. III. v. 309. HEINS. *Immensas octo libri: immensas hiberno tempore noctis Basil. nescio veto an non praesert emeritas legere: ut & IV. Fafl. 68. Desinat emeritis jam iuga Phœbus capis, emensas enim noctes recte incipientes dicuntur, sed hic de fine noctium agitur, nisi quis veli ita capere, ut illud Manili IV. 16.*
Nascentes morimur, fuitque ab origine pendet,

deinde, *condere noctes prim.* Gronov. sed seq. versu *jubar hoc nitidum sulva nigrescere nave prim.* Moreti & Langeim. BORN.

188. *Nec color est idem coeli.]* Coelo plerique meliores. HEINS. Lib. II. 540. *cui color albus erat.*
 189. *Cuncta jacent.]* Tacent unus meus, ita plerumque auctores, hinc & *noctis silentia.* vulgatum tamen non damno, pro *exit* idem codex, *amici.* HEINS.
 190. *Prævia luitis.]* Luci prim. Moret. Arondel. & duo alii. bene. IDEM.
 193. *Terraeque procul contagia fugit.]* Caelest. *Contagia vitat. Conspecta* duo libri. vid. ad lib. I. 774. *vitat* etiam Gron. Basil. & alius.
 196. *Nec par aut eadem nocturnae forma Dianae esse potest unquam.]* In iisdem lib. & Urs. Cap. & Parr. *esse potest unquam.* Quod est omnino rectius. CIOFAN.

197. *Sequente.]* Sequenti meliores magno numero.
 198. *Si crescit, minor est; major, si contrahit orbem.]* Si contrahit orbem Raphael exponit, si circulum efficit & rotunda est, quod dupliciter: sed exponendum est, *si contrahit orbem, id est, si decrevit.* GLAREAN.

199. *Secedere.]* Veteres plerique notae melioris, *succedere, recte, sic supra, jubar hoc nitidum nigra succedere nelli, dixerat.* HEINS.

202. *Tunc herba nitens.]* Sic omnes libri scripti. Alii perperam legunt, *Tunc herba recens.* CIOFAN. Multi, *virens.* prim. Hamburg. & octo alii, *nitenti.* sic alibi,
Et nitet in summo seminis herba solo,
 libro IV. Faflor. 126.

Vere nitent terrae: vora remissus ager.
 & poltea, 430.
Pisaeque dissimili flere nitent hamae.

Plau-

Nam tener, & lactens, puerique simillimus aevo
 Vere novo est tunc herba nitens, & roboris experts
 Turget, & infolida est; & spe delectat agrestem.
 Omnia tum florent; florumque coloribus almus
 205 Ridet ager: neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
 Transit in Æstatem, post Ver, robustior Annus:
 Fitque valens juvenis. neque enim robustior actas
 Ulla, nec uberior: nec, quae magis aestuet, ulla est.
 Excipit Autumnus, posito fervore juventae
 210 Maturus, mitisque inter juvenemque senemque;
 Temperie medius, sparsis per tempora canis.
 Inde senilis hiems tremulo venit horrida passu;
 Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.
 Nostra quoque ipsorum semper, requieque sine ulla,

215 Cor-

Plautus Truculento Act. II. Sc. IV. apud Dinar-
 cum de Phronetio amica:

— *ver vide*
Ut tota flores! ut olet! ut nitido nitet!

nitidae fruges apud Lucretium passim, eadem *viridis herbarum nitore, nitentia culta* Virgilio lib. II. Georg. Apulej. Met. x. *Jam ver purpureo nitore prata vestibat,* adde his quae Gronovius ad Senecae Oedipum 156. habet. HEINS.

202. *Et roboris experts Turget.]* Turget: 375 Æ. Virg. II. Georg. *Veretamentum turrae.* Claud. de Raptu Proserp. *Omnia in herbas Turget humus. Ludis ager.* Eodem modo dicuntur, *Prata ridere.* CIOFAN.
 203. *Ludis ager.]* Ridet ager bene unus Leidensis & unus Vossianus, ut apud Petron. cap. 127.

Albaque de viridi referunt lilia prato.
 Et Virgil. Ecl. IV. 20.

Mislaque ridenti colocalia fundet acantho.
 in Catalectis Mitis:

Rident prata voss: & floribus arva tumescunt.
 Claudian. lib. II. Raptus 139. de Proserpina flores legente:
Ridentes calathos spoliis agrestibus implet.
 Et laude Serenae 71.

Callaëcia vixit
Floribus, & libro I. in Ruin. 387.
Ridant virides gemmis nascentibus algae.
 In Catalectis, *vire omnia ridant,* apud Rutilium in Itinerario:

— *indigenis ridentia lilia saxis.*
 Claudian. Conf. Manlii, 273.
 — *docti r' serens floribus amnes.*
 Orientius Commentario:
Es quae nunc tristi squalabant arva videris,
Laeta novo rident gemina, flore virent.

Paulinus VI. Natali Felicis:
Ensus ibi laeto ridobas cossite campus,
Liberius florentis loco.

Alter Paulinus lib. IV. de Vita B. Martini:
Ut color atque nitore florenti ridet in agro.
 Statius de Vere lib. IV. Sylv. ad Septim.
Jam pantus ac tellus resident.

sic *γυλαῦ* Graeci de rebus inanimatis, ut in illo Homeri Iliad. T. 362. *Υδασσα δὲ πῦρον περιχθὼν καλῶν ὑπὸ γυλαῦ,* & apposite Achilles Tatiuss ex veteri poeta de rosa, *το πῖταλον τῆ ἑσθῆσ γυλαῦ.*
Ridere argentum in domo dixit Horatius, ridentia litora concis Virgil. in Cirri. *tibi ridens auquora* Lucretio. Vide Notas Faflor. IV. 36. 429. HEINS.

203. *Infolida est.]* Invalida est unus Medicus, ut *pravaulida* Virgil. II. Georg. 253. *in folido est* Urbinas & Bonon. tert.

206. *Transit in aestatem post Ver robustior annus.]* Enumerat vicissitudines, quae sunt toto anno: ac describit quattuor anni tempora. Quae alibi quoque non insuavi disticho complexus est:

Vere prius flores, aestu numerabis aristas,
Poma per Autumnum, frigoribusque nives. Et:
Poma dat Autumnus, formosa est molles aestas:
Ver praebet flores, igne levatur hiems. CIOFAN.
 208 *Quae magis ardeat.]* Aestas prim. Palat. hoc est, aestuet. HEINS.

211. *Temperie medius. Sparsus quoque tempora canis.]* Sparsus per tempora canis Arondel. Zolich. & tres alii, quod magis placet. *Temperiens medius* quoque prim. Vatican. & Neapol. HEINS. *Sparsus quoque unus.*

212. *Venit horrida passu.]* Ita veteres libri. Alii, *Horrida vixit.* Figo nihil mutò. CIOFAN. *Ænala passu* duo libri. *solido v. h. passu* unus.

213. *Spoliata suos.]* Suus tert. Med. & sex alii.
 214. *Semper, requieque.]* Species, requieque Basil. & duo alii.

216. Exit

Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.
 Flet quoque, ut in speculo rugas adspexit aniles,
 Tyndaris: & secum, cur sit bis rapta, requirit.
 Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas,
 235 Omnia destruitis: vitiataque dentibus aevi
 Paullatim lenta consumitis omnia morte.
 Haec quoque non persilant, quae nos elementa vocamus,
 Quasque vices peragant (animos adhibete) docebo.

FAB. IV. ARGUMENTUM.

* Elementa in varias species.

Ipsa quoque initia quatuor, ex quibus generantur omnia, transfigurari b motibus suis:

mana Apuleji esse *terrefsimam*, sic in Priapejs *perflavit Nars*:

Nemo est ferax pestiferior Marte.

Torsit iurentis apud Persium Satyr. III. hinc & *terofali* Hieronymi in Jovinianum: *Formosuli nistri* & *terofali*, *aurum verba in pogis sunt*, & *Syllabi* in *calibus*. idem Ep. XLVII. *Terosulum* & in *scribitur delictorum* in Philoxeni glossis, *terofalus*, & *in paxi paxie*, *nodis* Herculis pro totis possuisse videtur Rutilius in *lunario*, ubi agit de *Arro*:

*Quem Meleagris varentur adire lacerti,
 Qui lassit nodos Amphirymonadae.*

sic scribo, non *laxet*. nodos tamen pro consuetis brachijs Herculis ibi poni verosimilius, quomodo ab illo Antaeus & Leo elisiac suffocati. denotat Hercules Antaeum enecantis fusc Gronovius notat Diatrib. Statiana. cap. xxx. sed nimis jam sumus in re manifesta. HEINS. Gronovius ad Senec. Herc. Fur. 624. laudat hanc Heinssii emendationem, non tamen Nasonis esse putat, *inanes fluidos lacertos*. quare tentabat, *cum spectat in amne*. dum forte praeteriens ibi se contemplantur, ut mox Helena in speculo. sed huic obstat emendationi, quod Cicero de Senect. cap. 9. narret. Milonem, athletas in curriculo se exercentes videntem, adspexisse lacertos suos & illacrimasse, quod respicere Nasonem manifestum est, & ideo *Herculeis similes*. dicit, renovata Herculis imagine & memoria, quia ille ab athletis colebatur, & ejus statuæ in Gymnasis erant positæ, ut notum. Quare tutius est nihil mutare, cum nec Ovidius nec alii Poetae semper tam anxie custodierint legem a Grammaticis dictam, ne duo Epitheta uni substantivo addantur. ita & Noller lib. IV. Fast. 337.

*Ille sporiferum, parvos iutura genates,
 Celligis agresti lente papaver hume.*

vid. & lib. VII. 271 & 272. sic & Catullus Epith. Th. VI. 378. *Anxia moesta mater*. ubi vide Paderani notas. sed plenius de illis egit optimus Poëticae elegantiae arbiter Bronkhuisius ad Tibull. III. Eleg. v. 22. BURM.

232. *Ut in speculo rugas conspexit aniles.* Idem libri, *Adspexit aniles*. Perplacet. CIOPAN. in *Speculum* Urbini. prim. Palat. Cantabrig. prim. Erford. prim. Moret. & multi alii. HEINS. Et ita quidam edidi; *set in speculo videre* Epith. IX. 118. dicit.

233. *Tyndaris.* Helena. Haec Tyndaridilla putabatur, cum verè fuisset Jovis, qui, in Cygnum conversus, cum Leda rem habuit, quae ovum peperit, ex quo nata est Helena. Tyndaris autem Patronymicum est generis feminini. Epith. VII. 71.

*Cassio Amyclae, & Amyclae Polluti
 Reddita Mopsopia Tyndaris ubi fuer.*

*Tyndaris idaeo trans aequora ab hospite rapta
 Argolis pro se venit in arma manu.*

Illud sciendum, Helenam, ut ex Stheneloro refert Scholiastes Euripidis, juliam esse lapideis obrui; sed II. quibus hoc mandatum erat, simul atque ejus adspexerant vultum, lapides in terram demiserunt. Zeufs Heracleota, ut scribit Aelianus lib. IV. de Var. Hist. ex pictae Helene simulacro magnam pecuniae vim colligebat. neque enim unicusque licebat illam intueri, sed ei tantum, qui certum argenti numerum perforasset, speculanda proponebatur. Tunc igitur Graeci Helenam illam meretricem appellabant, quod Heracleota pretium pro pictura peteret. CIOPAN.

233. *Cur sit bis rapta.* Helena primum rapta est à Theseo: cujus rei exstat elogium illud ipsius Ovidii. Epith. v. 128.

juis: resolutam enim tellurem in aquas abire; c attenuatam aquam efficere; & aëra rursus per eundem ordinem reteri: spissatum ignem enim in aëra verti, hunc in aquam, hanc in terram abire: ceteraque rerum perinde variari; quae tempus aut d natura acceptas ab initio facies cogit amittere. e eadem fluminibus etiam, fontibus ac terrenis locis accidere.

240 **Q**uattuor aeternus genitalia corpora mundus
 Continet. ex illis duo sunt onerosa, suoque
 Pondere in inferius, tellus atque unda, feruntur:
 Et totidem gravitate carent; nulloque premente
 Alta petunt, aër, atque aëre prior ignis.
 Quae quamquam spatio distant; tamen omnia sunt
 245 Ex ipsis; & in ipsa cadunt. resolutaque tellus
 In liquidas rarefcit aquas: tenuatus in auras
 Aëraque humor abit: deinto quoque ponder e rursus
 In superos aër tenuissimus emicat ignes.

Inde

*A Jovene & cupido credatur reddita Virgo &
 Et Epith. XVI. 127.*

Te rapuit Theseus. Et VI. 151.

*Quod rapuit, laudo: miror, quod reddidit unquam:
 Tam bona constanter praeda tenenda fuit.*

Deinde à Paride, cujus raptum omnium optimè persecutus est Coluthus Thebeus. Legendus & Apollodorus lib. tertio. CIOPAN.

234. *Tempus edax.* Expressit etymon verbi *edax*. Tempus enim omnia corrodit ac consumit. IDEM.

234. *Tuque invidiosa vetustas.* Lib. Caeset. *Invidiosa senectus*. Illud magis probo. IDEM. Mox, *omnia destruit* Junianus & duo libri. sed nihil mutandum.

236. *Lenta consumitis morte.* Sic & scripti. Putabam tamen, *leno morsu*, ut persilet in Metaphora de dentibus & edacitate temporis. *consumere morsu*. ut lib. IV. 112.

Et scelerata sero consumita visera morsu.

Codices tamen nonnulli, *tabe*, quod neque temere repudiandum. Arnobius libro II. *Nos immunes malis ab his sumus, & non eadem ratione morderum incommodatibus frangimur, & senectutis destrimur tabe* I. HEINS. *Nigra morte* Palat. sec. & duo alii. *summa* Medic. unus.

238. *Quasque vices peragant.* Liber meus, *Quasque vias peragant*. Nihil inuito. Manilius sub principium lib. I.

Quasque vices agerent certa sub lege notavit.

CIOPAN. *Vias* etiam duo codices. vid. ad Hæliet. 21. & infr. VI. 344. *peragunt* quatuor libri. Valer. Flac. I. 505.

*Summe Jator, cui nostra dies, volentibus annis,
 Tot peragit restitque vices.*

vid. ad eundem VI. 283. ejusdem libri. BURM.

238. *Animas adhibete docebo.* Virgilius lib. XI. 315. *Et paucis, animos adhibete, docebo.* CIOPAN.

a Elementa. Tempora in species Parm.

b Motibus. Docet motibus Colon.

c Attenuatam. Attenuata efficere ignem, rursus p. e. o. r. spissata enim in aëra verti Parm. Lugd. attenuatam efficere ignem, rursus p. e. o. r. Micyl. has tenuatas ignem efficere, rursusque p. e. o. r. ignem enim i. a. v. &c. in terram redire Colon.

d Natura. Natura vis a. a. i. f. cogat Parm. Lugd. & Micyl. sed hae duae cogit. *natura vis &c.* cogat Colon.

e Eadem. Eadem flumina at fontes in terram cursus occulere, rursus facit ad superos reflere Colon.

239. *Genitalia.* Genitalia unus. *generalia* octo. 244. *Distant.* Distant Vatic. Medic. & duodecim alii.

246. *In liquidas rarefcit aquas.* Rarefcit Thuan. *inarsecit* unus Moreti. *rarefcensum* terram *iscescenti* Plinius opponit lib. XVII. cap. 33. *rarefcere* hoc sensu an Latine dicatur dubio. HEINS. *Clarefcit* Patavin.

246. *Tenuatur in auras, Aëraque humor abit.* Ita plerique codices habent, neque reclamant Regius, mihi vero sic legendum videtur, *tenuatus in auras, Aëraque humor abit*, ut intelligamus, terram rarefactam in aquam, aquam in aërem, & inde aërem in ignem transire. id enim & sequentia probant, cum ait, *ignis enim densum spissatus in aëra transit*. MICYL. Magis placet *adit*, ut nonnulli codices habent, quia eadem sententia dicta est superius. nam *tenuatur in auras humor, & humor abit in aëra*, idem est penitus. CONST. FAM. Idem liber meus & Cap. *Aëraque humor habet*. Quod rectius puto. Nonnulli, *Aëraque humor adit*. CIOPAN.

Inde retro redeunt : idemque retextitur ordo.
 250 Ignis enim densum spissatus in aëra transit ;
 Hic in aquas : tellus glomeratâ cogitur undâ.
 Nec species sua cuique manet. rerumque novatrix
 Ex aliis alias reparat Natura figuras.
 Nec perit in tanto quidquam (mihî credite) mundo ;
 255 Sed variat faciemque novat : nascique vocatur,
 Incipere esse aliud, quam quod fuit ante ; morique,
 Desinere illud idem. cum sint huc forsitan illa,
 Haec translata illuc ; summa tamen omnia constant.
 Nil equidem durare diu sub imagine eadem
 260 Crediderim. sic ad ferrum venistis ab auro
 Secula. sic toties versâ es, Fortuna locorum.
 Vidi ego, quod fuerat quondam solidissima tellus,
 Esse fretum. vidi factas ex aequore terras :
 Et procul à pelago conchae jacuere marinae :
 265 Et vetus inventa est in montibus anchora fummis.
 Quodque fuit campus, vallem decursus aquarum

Fe

CIOFAN. Habet etiam Francof. & plurimi alii. alii
 Genev.
 248. *Emicat.*] *Probat* unus Heins.
 250. *Ignis enim densum.*] *Prostat* unus Medic.
spissum densatus Moreti unus. *densum spissatus in*
aëra Genev. quod an a *spira* deduci possit, & pro
densatus poni, ut *conspicere* in Gadus ad Phaedr.
 l. Fab. 2. explicat, videant eruditiores. BURN.
 251. *hic in aquas.*] *Hic*, id est aër (ita enim le-
 gendum, non ut vulgo habetur, *hic*) *in aquas*,
tellus glomeratâ cogitur undâ, neque enim sim-
 pliciter infonum aut summum elementum in ce-
 tera omnia vestitur, sed quodque in proximum
 suum, ut docent Physici, nam quod quidam pro
hic, habet substituit, id aequo inaequum ac va-
 num est. MICVLL. Idem meus, *hic in aquas*. Si
 legatur, *hic in aquas*, referendum est ad ignem.
 Si verò, *hic in aquas*, ad aërem, & subaudiend-
 um, *transit*. Quamquam etiam illud *hic* expo-
 ni potest, ex aëre. CIOFAN. *Hic* vetustiores.
 HEINS.
 252. *Nec species sua.*] *Nec facies* unus Leidens.
 sollempni permutatione.
 253. *Ex aliis alias reparat natura figuras.*] *Li-*
ber meus, *Ex aliis alias reddidit*. CIOFAN. Ita &
 novem. *reparat* unus Medic.
 254. *Nec perit in tanto.*] Sic Caelest. Meus ve-
 rò, *Nec perit in toto*. Probo. CIOFAN. *in toto* etiam
 plurimi scripserunt, sed & vulgata recte se habet. Lu-
 can. v. 186.
 Tantus caput hoc sibi fecit orbis
 ubi etiam totus duo codices Vicinî inspecti. eadem

varietas apud eundem lib. x. 157.
Ambitione furens toto quâtescit in orbe.
 Valer. Flac. iv. 745.
 Tanto procul orbe remoti. BORN.
 257. *Cum sint huc.*] *Malim*, *chomus huc sui.*
 & mox pro *Crediderim*, *Credideris*. etiam libi.
 lib. xii. 456.
 Nec tu credideris tantum cecidisse futuris
 Ampyciden Mopsium. HEINS.
 258. *Summa tamen omnia.*] *Summae enim* Sc-
 liger. HEINS. *Perstant* etiam unus Medic.
 261. *Versa est Fortuna.*] *Versa* est rectius in coli-
 cubus Viviani. HEINS.
 266. *Quodque fuit campus.*] *Quodque fuit* *tum-*
ulus unus Basil. quod a librario profectum, ut esset
 oppositio melior *quâ* *vallis*, sed segrens aequor, id
 est planities, docet hic *campum* esse retinendum.
 nam aequor ibi planum *campum* notat ; ut milites
 apud optimos Latinitatis auctores, nec opus, *in*
aequum legere cum Cl. Gronovio ad Liv. 1. 4. ne-
 que etiam *deductus* mutem. *in deserto* utitur fere
 Val. Flac. 11. 521.
 Magnus Eryx, deferre velint quem vallibus invidet.
 ubi plura dicemus. Flor. 1v. 12. *Ipsa praesens hoc*
deduxit montibus & 11. 4. *Basilius in plano delucit.*
 quare & apud Justin. lib. 11. 10. scribendum cum
 codicibus, *Montes in flavum deducebat*. BORN.
 267. *Deductus in aequor.*] *Devectus* malim cum
 uno Moreti & uno Bononiensi. HEINS.
 270. *Emisit.*] *Admisit* Avg. & Neapol. *immisi-*
tes transmisit Medic. *demisit* Moret.
 270. *Et illic.*] *At illic* meliores. HEINS.

271. E

Fecit : & eluvie mons est deductus in aequor :
 Equae paludosa siccis humus aret arenis :
 Quaeque sitim tulerant, flagmata paludibus hument.
 270 Hic fontes Natura novos emisit, at illic
 Clausit : & antiquis tam multa tremoribus orbis
 Flumina profluint ; aut excaecata residunt.

FAB. V. ARGUMENTUM.

Amnis Lycus, in regionem mutatus.

Amnem Lyciae consumptum ostendit alias adparuisse, alias non.

Sic ubi terreno Lycus est eportus hiatu ;
 Exiit procul hinc, alioque renascitur ore.

FAB.

271. *Et antiquis tam multa tremoribus orbis.*]
 Haec mendosa sunt. Forte scribendum,
 — *et aut quaedam simulata tremoribus orbis*
Flumina profluint.
 pro tam multa Sisianus, *concessa*. non male. pos-
 set &, *convulsa*. HEINS. Conjecerat & *mutata* aut
tumulata. forte, *quam multa* per interrogationem.
 272. *Excaecata.*] *Occultata*. RAGIUS. Alii au-
 tem *esfecata* legunt, quam lectionem & ipse ap-
 probo : durum enim nimis est, *excaecatum*, pro
 occultatum aut absconditum, dici: cum alterum
 activae potestatis sit, alterum passivae. MICVLL.
Excaecata Bernegger. Urbini. prim. Reg. Arond.
 prim. Moret. Polit. prim. Palat. prim. Vatican.
 prim. Gronov. & alii nonnulli. optime profecto.
 pari modo & Graeci, apud quos *καταπέλας πηγῆς*
 non infrequenter occurrunt. Pont. lib. 1v. Eleg.
 11. 17.
 Sicut ut limus venas excaecat in sandis.
 Paulinus nono natali Felicis:
 — *sed ne precor obruat illos*
Invidus et viventes aquas caecator Amalae.
 nam ad res inanimatas id verbum tam apud Grae-
 cos quam apud Latinos interdum transfertur. apud
 Maronem Ecloga vii. in vetusto exemplari, quod
 penes me servatur, scriptum inveni, *Videat et flu-*
mina caeca, non *seca*. sic *excaecare* formam Petro-
 nius cap. cxxviii. dixit. *Numquid aliquo naturali*
vicio formam excaeco. Avienus Descriptione Orbis,
Densa caecantur super fluvio. Virgil. in Calice, *Ti-*
mor obtacaverat artus. Auctor Panegyrici ad Pi-
 sionem,

Aurea variscis obtacat silera nimbis.
 ita & *oblimare* Claudianus lib. 111. Raptus, 29.
Luxus et humanas oblimat copia mentes.
 HEINS. Sic *caecos fossas* dixit Colum. 11. 2.
 Lyciae.] *Lyci* Raener. *Lycus amnis Asiae ter-*
reno hiatu absorptus, diuque occulto itinere lapsus,
in alia regione renascitur Colon.
 Alias.] *Alius a, alius non* Micyll.
 274. *Alioque renascitur orbe.*] In quibusdam, *ore*,
 NAUGER. Non minus placet, quod in plerisque
 exemplaribus legitur, *alioque ren. orbe*. CONST.
 PAN. *Alioque renascitur ore* idem Caelest. At meus
 multo rectius, ut opinor, *Alioque renascitur orbe*.
Orbe, id est, alia regione, alio loco. Sic & Ep. 1. 55.
Victor ades: nec scire mihi, quae causa morandi ;
Aus in quo lateas ferrens orbe licet.
 Et supra lib. 1v. 628.
 Constitit Hesperio, regnis Atlantis in orbe.
 Nunc mutata opinione illam alteram sequor ; lo-
 quitur autem Ovidius de rei non loci mutatione.
 CIOFAN. *Ore* prim. Palat. prim. Vatican. Canta-
 brig. quart. Medic. Neapol. uterque Erfurt. Juret.
 & sex aut septem alii cum praesens editionibus. pro-
 be. praecertim si, *tremoribus orbis* paulo ante reti-
 neas. apud Senecam, qui hos versus in Naturali-
 bus Quaestionibus lib. 111. cap. 26. citat, ambi-
 gna est lectio. nam codices quidam illic etiam *ore*
 agnoscent. potest procul emergere Lycus, nec ta-
 men alio orbe. Sic *ora* fontibus tribuit lib. 1. 287.
 & Senec. 111. Nat. Q. 30. *Omnium tunc mare orbis*
fontium implebit. & *ora Nilis* lib. 1v. cap. 2. Clau-
 dian. 1v. Conf. Hon. 197.

Q 00000 3

Inqu

Erafinus amnis, in regionem similiter aliam.

^a *Erafinus in Arcadia fluere visus, modo latens, terrae voragine absumptus, postea Argis esse redditus voluntate Junonis.*

275 Sic modo combibitur; tecto modo gurgite lapsus
Redditur Argolicis ingens Erafinus in arvis.

Caicus fluvius in regionem aliam similiter.

^a *Caicum flumen Mysiae alius nunc ripis, alius in initio fluxisse fertur.*

ET Mysum capitisque sui ripaeque prioris
Poenituisse ferunt, alia nunc ire, Caicum.

Amasenus fluvius in terrae speciem.

^a *Amasenum flumen Siciliae intumescere, resuens interdum siccare.*

Nec

inque novem consurgens ora Timavus;
& i. Laud. Sul. 199.

juncta paludibus ora;

ipse Ovid. iii. Trist. xii. 41. *os freui dixit.* HEINS.

^a *Erafinus.*] *Erafinus, diu resuens, postea Argis c. r. v. 3. Parm. Lugd. Micell. Erafinus quoque fluvius, diu tecto gurgite prolapsus, Junonis veloptate tandem Argis redditus esse dicitur Colon.*

275. *Sic modo cum bibitur.*] *Lego, combibitur ex vetulo codice. CONS. FAN. Sic ubi combibitur quinque libri.*

275. *Tecto modo gurgite.*] *Tacito Seneca. hoc est tecto. Trist. iii. Eleg. x. ex antiquis codicibus:*

*Corasios ventis latices durantibus Ister
Congelat, & tatijs in mare serpit aquis.*

sic postea scriptores. etiam de aliis rebos. Vide Notae ad Epist. vi. 20. Guntherus Ligurini libro 1.

*Sunt ibi secreti terrae caecique meatus,
Dissimulique modo, tacita tellure latentes,
Ejaculantur aquas.*

pro ingens Erafinus tres, surgent. pro agris vetuliores plerique, arvis. Seneca, *undis.* sed & apud

illum vetuli codices, *agris & tecto gurgite.* HEINS. *Tacito etiam probant Barth. ad Strat. xv. Theb. 713. in Francof. & aliis multis est, modo toto gurgite.*

^a *Caicum.*] *Caicus Micell. Caicum Mysiae s. al. n. ire ripis, assis i. i. ferunt Colon.*

277. *Et Mysum.*] *Emissum, promissum, & missum codices multi. vitiose. iii. Ant. Am. 196.*

Quoquoque bibunt fontes, Mysae Caice, 1105.
& Virgil. iv. Georg. 370.

278. *Alia nunc ire.*] *Multi praeslantiores, alias vel, alio. male. ripa subintellige. HEINS.*

^a *Amasenum.*] *Am. Sic fl. interdum intumescit, interdum siccare narrat Colon.*

279. *Amasenus.*] *Sic & membranae pleraeque. nisi quod Urbin. & Bernegger. Amasenu. ut & prim. Ambros. & tert. Gronov. atqui nullas in Sicilia Amasenu. Scribe Amasenuos: & ne dubites, Strabonem audi, lib. v. Καλιππερ ποταμὸν Ἀμασενίου συμβαλεῖον. Ποταμὸν δὲ καὶ Καλλιππερ ποταμὸν ἴσως ἐπὶ πολλὰ ἔτη καὶ πάλιν ἴσως. Primus locus sic emendandum esse vidit notis ad Caesaris Commentarios Fulvius Ursinus, qui & veterem nominum profert, cujus ab una parte scriptum sit,*

AMF.

280 Nunc fluit; interdum suppressis fontibus aret.

^a Anigrus flumen dulce in aquae amaritudinem.

^b *Anigrum flumen jucundissimam aquam sitientibus praestitisse: posteaquam Centauro ab^c Herculeis sagittis confecti cruorem in eo abluerint, aspero advenientes fugasse odore.*

ANTE bibebantur; nunc quas contingere nolis
Fundit Anigros aquas: postquam (nisi vatibus omnis
Eripienda fides) illic lavere bimembres
Vulnera, clavigeri quae fecerat Herculis arcus.

Hypanis amnis in aquae amaritudinem similiter.

^a *Hypanis Scythiae amnem, marini factum liquoris^b ait, cum fuerit^c in initio dulcissimi, d^e ob fontem regionis ejusdem in eum insluentem.*

285 Quid? non & Scythicis Hypanis de montibus ortus,
Qui fuerat dulcis, salibus vitatur amaris?

F A B.

AMENANOS, ab altera, ΚΑΤΑΝΑΙΟΝ. Vide quae notamus Fall. iv. 467. ubi idem nomen mendosum exlatat. Amasenus Privermatium fluvius Servio & Vibio Sequentro. Certe in Graeviano codice Amasenus, in uno Moreti, Erafinus. HEINS. Vide Cluver. Sicil. Ant. lib. 1. cap. 8. p. 19.

Fazellus lib. iii. cap. 1. prioris decadis Rerum Sicularum, etiam ita in Ovidio legisse videtur, & ad hunc usque diem ejus fontem nondum percelligari potuisse notat, & saepe obturatis fontium venis per aliquot annos totum evanescere, rursusque subito erumpentem excurrere, ut Cataniae urbi inundatione sua magnam saepe calamitatem adferat. BURN.

280. *Nunc fluit.*] *Nunc furit unus Medicus, supra fontibus Leidens. haeret tert. Med. & unus Heinsii.*

^a *Anigrus.*] *Anigrum Parm.*

^b *Anigrum.*] *Anigri fl. constat in initio scientibus jucundam aquam praestitisse, sed in amarissimas convulsas sunt, postquam Centauro, vulnerati ab Hercule, cruorem suum in eo abluerunt Colon.*

281. *Bibebantur.*] *Bibebantur duo Medic. attigere etiam unus Medicus, quod rectius puto. ut*

ita primoribus labris attingere vulgo dicimus, auctore Ciceroe 1. de Orat. 19. BURN.

282. *Anigrus.*] *Anigrus ex melioribus. HEINS. Anagros Leidens. & alii quatuor.*

283. *Eripienda.*] *Surripienda unus Bonon.*

284. *Fixerat.*] *Fixerat Neapolit.*

^a *Hypanim.*] *Hipanem Parm.*

^b *Alii.*] *Deest Parm. Lugd. Micell. Colon.*

^c *In initio.*] *Initio fuerat Colon.*

^d *Ob fontem.*] *Ob fumarum Scythiae regionis ejusdem Parm. ob fumarum Seb. reg. ej. Lugd. & Micell. qui * adposuit. ob fumarum ejus regionis inscitiam Colon.*

285. *Scythicis de montibus.*] *Scythiis Bernegger. & septem alii. Scythis prim. Hamburgensis. pro salibus amaris Bernegger. & Arondelianus pro diversa lectione, sale nunc vitatur amaro, neque aliter Barberinianos. HEINS. De fontibus prior Gronov. ut lib. xiii. 454.*

Diversis lapsi de fontibus amnes.

ubi vide. de Hypani vide Solinum cap. xv. & Vitruv. viii. 3.

FAB. XI. ARGUMENTUM.

Antissa, Pharos, ^a & Tyros insulae in scopulos mutatae.

Antissa & Pharos, item Tyros, in^b Phoenicia insulae fuerunt, ^c nunc vero coniuncti conjunctae.

Fluctibus ambitae fuerant Antissa Pharosque,
Et Phoenicia Tyros: quarum nunc insula nulla est.

FAB. XII. ARGUMENTUM.

Leucades insulae tres in montium species, & Zancle insula in scopulum.

Item Leucades insulae ^a tres in solo sunt nunc, à fluctibus olim relictae. Item Zancle, olim conjuncta Italiae, nunc freto discriminatur. Quod propterea contigit, quod Latona sedes est ibi negeta.

290 **L** Eucada continentem veteres habuere coloni:
Nunc freta circumiunt. Zancle quoque juncta fuisse
Dicitur Italiae: donec confinia pontus
Abstulit; & mediâ tellurem repulit undâ.

FAB.

FAB. XIII. ARGUMENTUM.

Helice & Buris oppida ^a in scopulos similiter.

Helice &^b Bura, Achaïae urbes, ponto voratae sunt.

SI quaeras Helicen & Burin, Achaïdas urbes,
Invenies sub aquis: & adhuc ostendere nautae
295 Inclinata solent cum moenibus oppida merfis.

FAB. XIV. ARGUMENTUM.

^a Area in tumulum mutata.

^b Tumulum secundum Troezena urbem ^c ex area factum ait eruptione spiritus, qui terrae increverat.

EST prope Pittheam tumulus Troezena, sine ullis
Arduus arboribus, quondam planissima campi
Area, nunc tumulus: nam (res horrenda relatu)
Vis fera ventorum, caecis inclusa cavernis,
300 Exspirare aliquâ cupiens, luctataque frustra
Liberiore frui coelo, cum carcere rima
Nulla foret toto, nec pervia flatibus esset,
Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris

Ten-

do tertiam addit Agrum, *Ἀγροῦν Βουρῶν κτλ*
ἰσφῆλον Ἐλίκων. tangit & rem gestam Orofius lib.

III. cap. 3. de Helice agitur ab Eliano de Animalibus libro XI. c. 19. Plinio etiam Bura, ut & Ammiano Marcellino l. XVII. In Chronico Eusebiano Olym. c. *Magna terrae motu facta Helice & Bura, Peloponneses urbes, absorptae sunt.* sic & Catantri pars posterior, quae Varroni Bura est, Buris Maroni in Georgicis dicitur, admonente Nonio Marcello. HEINS. *Buram* Polybii aetate adhuc mansisse obierat ad Callimach. in Delum *ἔσ.* 101. Spanhemius. restitutum docet Schurzleisch. Notit. Bibl. Viuar. pag. 262. qui videndi. BURM.

294. *Nautae.*] *Nymphas* Moreti unus.

295. *Morsu.*] *Versis* sec. Vatic. & unus Heinssii.

^a *Area.*] *Tumulus Troezena in arcem mutatus* est Parm.

^b *Tumulum.*] *Troezena in planissima area tumulus quidam, ventorum viâ terra erumpere instantium invenit Colon. secundum Troezenam* Parm. & Lugd.

^c *Ex area.*] *In arcem redacta eruptione sp. quae i. Tom. II.*

i. Parm. in arcem redactum or. sp. quae i. i. Lugd. in arcem redactum e. s. quae Micell.

296. *Pittheam.*] *Pittheas* Urbis. prim. Vatican. prim. Reg. prim. Basil. tert. Medic. & alii duodecim. sic & infra *ἔσ.* 506. nonnulli codices. HEINS. *Pittheam* vero hic scribendum: est enim adjectivum. sic & *Troezena, Pittheia* regna vocat Ep. IV. 107.

300. *Exspirare.*] *Et spirare* Barber. Gron. & alius.

302. *Nulla foret toto.*] *Quis haud videat, alteturum sive foret, sive esset, redundare, compositusque legi posse:*

— cum carcere rima
Nulla foras toto, nec pervia flatibus esset.
eodem sensu. montem autem describit Poëta, cui nulli crateres, aut spiracula, quibus pelu foras vapores, quos intus concepit, *Scuorran* apud Tan. Fabr. lib. II. Ep. 71.

303. *Extentam.*] *Extentam* Medic. Palat. & Thylli. *patescit* etiam Palat. sec. & Medic. unus.

PPPPPP

304. De-

^a *Et Tyros.*] Non habet Parm.

^b *Phoenicia.*] *Phoenice* Parm. Lugd. Micell. *Et Phoenicia Tyros, quam modo non sunt, olim ins. fuerunt* Colon.

^c *Nunc vero.*] Haec desunt Edd.

287. *Fluctibus ambitae fuerant.*] *Fuerunt* tert. Bonon. vide Senec. Natur. Quaest. VI. 26. HEINS.

^a *Tres in solo.*] *Tres solo fuerant, nunc à fluctibus relictae.* *Z. Zancle conj.* *J. n. f. d. propterea id e.* *et. Parm. Lugd. Micell.* sed qui in solo. *Leucades quoque, aliquando continentem adhaerens, nunc insula circumfluo mari ablauit. Zancle o. c. J. n. f. d. quod ideo e. quia ibi sedes Latonae negeta est* Colon.

292. *Repulit.*] *Depulit* unus Heinssii.

^a *In scopulos.*] *In scopulum* Parm.

^b *Bura.*] *Buris* Parm. Lugd. H. o. *Buris olim Achaïae insignes urbes, a mari, cui vicinae erant, voratae sunt* Colon.

293. *Si quaeras Helicen & Buram, Achaïdas urbes.*] *Helice* Achaïae urbs fuit, ab Helice, Selinuntis filia, Jovis conjuge, nominata, auctores Stephanus, Paulinus & Strabo Callisto autem, cujus hic Regius meminit, non in Achaïa, sed

Arcadia nata fuit, neque ab urbe Helice cognomen ullum accepit, sed quod urbs major Helicea poëtis dicitur, minor autem Cynosara, diversam rationem habet. nam Aratus, & qui eum sequuntur, quorum & Hyginus meminit, Helicen & Cynosaram, nymphas Idaeas, Jovis nutrices fuisse tradunt, quas Jupiter officii ac muneris sui causâ inter sydera retulerit. quamquam, siquis ad Etymologiam vocum respiciat, Helicem *ἀπὸ τῆς ἑλικῶν*, hoc est vertendo, eo quod tota supra terram vertatur, dictam inveniat. Cynosaram autem a specie & positu stellarum, quod canis eandem referat. MICELL. De Bura & Helice sic Orofius lib. III. cap. 3. *Anno ab urb. cond. CCCXVI. facivissimo terrae motu Achaïa universa commissa est, & duae tunc civitates, id est, Bura & Helice, abruptis locorum hiatibus, devoratae sunt.* De his etiam Eusebius, Thucydides lib. III. Strabo lib. I. Diodorus libro XV. Bibliothecae & alii. CIOFAN. *Buris* nostri omnes. utrumque probum est, nisi quod scripsit sequor. Senecae in Naturalibus Quaestionibus etiam ter quaterve *Buris* d'ela. *Βουρῶν* est Graecis. Pauliniae videlicet, Straboni, Cedreno & Diodoro Siculo. Vetus Poëta apud Philonem de Mand

Tendere vesicam solet, aut derepta bicorni
305 Terga capro. tumor ille loco permanfit; & alti
Collis habet speciem: longoque induruit aevo.

F A B. XV. ARGUMENTUM.

Fons in Africa Ammonis in glaciem convertitur.

^a Fons in Africa Ammonis solis ortu obituque calefcit, postmodum in glaciem vertitur.

PLurima cum subeant, audita aut cognita vobis,
Pauca super referam. quid? non & lymphas figuras
Datque capitque novas? medio tua, corniger Ammon;
310 Unda die gelida est: ortuque obituque calefcit.

F A B. XVI. ARGUMENTUM.

^a Fons Athamanis lignum accendit.

^b Athamanis Theffalicae regionis fonti lignum tenuata luna admotum accenditur.

Ad-

304. Directa bicornis Terga capri.] Bicorni capro Bernegger. Arondel. Neapol. & quinque alii. bene. nisi quod *derepta* etiam legendum esse jam monti notis ad lib. 11. v. 52. in uno Moreti, crepta. ut apud Virgilium, xi. 679.

Cui pellis hinc humeros crepta juuenco Bellatori operit.

Statius lib. 1v. Theb. 166.

^a Quattuor indomitis Capaneus crepta iuuentis Terga, superque rigens injectum molis abentae Versat onus. HEINS.

305. Loci.] Loco unus Heinii.

306. Eru.] Ufu Ambros. alio Leidens.

^a Fons.] Latens in Africa Ammonis solis ortu frigeat, obituque solis calefcit, postea Parm. Lugd. (qui obituque solis) & Micvll. fons Ammonis est in Africa, qui solis ortu obituque calefcit, meridie gelidus est Colon.

307. Cognita nobis.] Vobis rectius quatuor scripti. HURSE.

310. Unda die gelida est, ortuque obituque calefcit.] De hoc fonte ita Lucretius lib. vi. 848.

Esse apud Ammonis sanum fons luce diurna Frigidus: at calidus nocturno tempore fertur.

De quo etiam sic Curtius lib. 111. cujus haec ibi leguntur: Est cition aliud Ammonis nomen: in medio habet fontem, aequum Solis vocant, sub lucis ortum tepida manat: medio die, cum vehementissimus est calor, frigida cadem fluit: inclinato in vesperam calefcit: media nocte seruida exasuat, quoque propius

nox vergit ad lucem, multum ex nocturno calore decrefcit, donec sub ipsam diei ortum affucto tempore languescat. Et Plinius cap. 103. lib. 11. Jovis Ammonis fons interdiu frigidus, noctibus fervet. Quod ad Ammonis fontem pertinet collegit frater meus, M. Antonius. Qui & alia quaedam aggressus est, quae, si edentur, studiosis, ut spero, non displicebunt. CIOPAN. De hoc fonte vide & Antigon. Mirabil. cap. cl. ix. & Vib. Seq. de Lacubus, & Solin. cap. 29.

^a Fons.] Lignum in Athamantis a tactu aquae in ignem Parm.

^b Athamanis.] Athamantis lignum tenuata luna admotum fonti accendit Parm. Lugd. Micvll. sed qui Athamantis. Athamantis fons est, unde lignum, & scilicet luna admotum, velut igni accenditur Colon.

311. Admotus Athamantis aquis.] In Dodone scribit Plinius lib. 11. c. 103. Jovis fons cum sit gelidus, & immersas faeces extinguit, si extimitas abmouentur accendit, idem meridie semper deficit, qua de causa Anapanomenon vocant. Mesmerofens ad medium noctis exuberat, ab eo rursus seorsum deficit. Quamvis autem Athamantis legatur, Athamantis tamen ab Ouidio forsitan scriptum fuit: nam Athamania, quae & Athamanis dicitur, Theffalicae regio est, in qua fons ille esse perhibetur. hinc etiam Athamaneis populi dicuntur. est autem hypallage. Admotum aquis lignum intelligitur. RIGANUS. Athamantis legendum censet Raphael. quod si est, vicinam regionem Poeta accepit pro regione, hoc est, Athamanim pro Theffalotide, in qua

Do-

Admotus Athamanis aquis accendere lignum
Narratur; minimos cum Luna recessit in orbes.

F A B. XVII. ARGUMENTUM.

Flumen Ciconum bibentes in lapidem mutantur.

^a Flumen quoque apud Ciconas est: ex quo qui bibit in lapidem convertitur.

FLumen habent Cicones, quod potum faxea reddit
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus.

F A B. XVIII. ARGUMENTUM.

^a Crathis & Sybaris amnes capillis aureum colorem dant.

^b Crathis amnis, & ei confinis Sybaris, capillos aurei coloris efficiunt.

315 CRathis, & huic Sybaris nostris conterminus arvis,
Electro fimiles faciunt auroque capillos.

FAB.

Dodone. CLAREAM. Solinus c. 11. fontem, de quo hic dicitur, Epiri dicit, sacrum cognomento. Pli- nius lib. secundo. cap. 103. Dodoneum, Jovi sa- crum. est autem Dodone pars Epiri. quod igitur Regius contendit Athamanis legendum esse, ut sit foeminiun gentile ab Athamania, quam Plinius Aetolorum populum, Stephanus Illyrici partem, alii Theffalicae faciunt: id ita accipio, si vocabu- lum vicinali loci pro proprio sumatur, deinde Athamanis non de terra, sed de aqua, sive unda, quod nomen proximo versu qui praecedit intelli- gatur, quanquam etiam Strabo lib. vii. Athamane inter Epiroticos recenset his verbis, Η παρῶν δ' εἰσὶ καὶ Ἀμφίλοχον, καὶ αἰ ὑπερκαίμενοι καὶ συνάπ- τοντες τοῖς Ἰλλυριοῖς ἔρπον τραχίαν οἰκούντες χρο- σαν, Μόλοντο τε καὶ Ἀδύμωνες, καὶ Ἄλιες, καὶ Τοκασίαι, καὶ Ὀρέου. &c. MICVLL. Quod ait Ovi- dius, id ex Plinio probari potest, & res est notissi- ma: sed tamen in his duobus versibus error est, & quidem pudendus: nam in priori legendum, Atha- manes, in altero narratur: idque minor est fugisse diligentiam nuperi editoris. TAN. FABER lib. 1. Ep. 69. Athamanis etiam legit Passerat. ad Propert. lib. 1v. Eleg. vi. pag. 628. Sotion in Paradoxol. de fluminibus: Ἐν Ἀθωμανί κρήνη εἶναι, ἣς τὸ μὲν ὕδωρ ψυχρὸν ὑπάρχειν, τὸ δ' ὑπὲρ αὐτὸν αὐτὸ ὑγρὸν ὑπάρχειν, ὡς ἂν τις ὑπερῆς φέρουσα, παραχρῆμα ἕξει τρεῖς. BURN.

312. Recessit in orbes.] Recessit excerpt. Car- land. & unus Medic. ut Epist. 11. 5.

Luna quater latuit, toto quater orbe recessit.

^a Flumen.] Flumen est apud Ciconas, qui se po- tantes in lapidis duritiem transfiguratur Colon.

313. Potum.] Potu Medic. reddat etiam Bonon. & tunc seq. vers. inducat legendum; pro quo in- ducatur est in Sixi codice & uno Moreti.

^a Crathis amnis colorem in varium variis Parm.

^b Crathis.] Cr. a. confinis Sybari, &c. efficit Parm. Lugd. Micvll. Crathis. Crathis a. Sybari conterminus, aurei c. capillos bibentium efficit Colon.

316. Crathis & hinc Sybaris, vestris conterminus aris.] Crathidis quidem meminit Pausanias in Achaicis & Arcadicis. De utroque autem Strabo libro sexto. MICVLL. Crathidis fluvii, qui fluvium capillum efficit, meminit etiam Euripides in Troa- didibus, qui eandem, quem hic Poeta noster ei tri- buit, naturam habere memoriae prodidit. CIOPAN.

Et huic bene prim. Palat. & unus Leidensis. Ne- que aliter Vibius Sequester legit: Crathis, confinis Sybari, capillos facit aurei coloris. arvis pro aris plu- rimum ex vetustioribus. & nostris pro vestris. quod verum est. HEINS. Lege, cum uno Mediceo, Cra- this, & hinc Sybaris. ut quasi demonstrat vicinum fluvium. ceterum vide auctores a Cluverio lib. 1v. Ital. Ant. c. 14. laudatos. qui tamen Crathi soli hanc capillos rutilandi vim tribuunt. uno Plinii lib. xxxi. 2. dicit nigros & duriores esse capillos iis, qui ex Sybari bibunt, candidos & meliores iis, qui ex Crathi. locis a Cluverio laudatis addatur & Vitruv. lib. viii. 3. praeterea in primo Moreti & secundo Ambros. erat, pro capillos, lapillos scriptum. ut vero delectro similes Noster, ita Nero

Ppppp 2

Pop-

FAB. XIX. ARGUMENTUM.

Salmacis fontem qui contingit in molliem vertitur.

^a Salmacis fons in Caria contactu sui liquoris cogit in molliem corporis obsecari viri: ^b quod beneficio Mercurii & Veneris dicitur esse factum.

Quodque magis mirum, sunt qui non corpora tantum,
Verum animos etiam valeant mutare, liquores,
Cui non audita est obsecrae Salmacis undae?

FAB. XX. ARGUMENTUM.

Lacum Aethiopiae qui bibit in insaniam ^a aut in soporem vertitur.

^b Lacus est in Aethiopia, ^c qui, hausto liquore ad sitim sedandam, aut in insaniam aut in soporem vertit.

320 Aethiopesque lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit; aut mirum patitur gravitate soporem.

FAB.

Poppaea crines succinis appellabat, ut notat Salmastius Exercit. Plin. pag. 540. BURN.

^a Salmacis.] Salmacis fons in Caria est (cujus etiam superius in quarto libro meminimus) hic suo liquore contractos artus in molliem effeminati corporis transmutare fertur Colon.

^b Quod beneficium.] Quod deest Parm. Lugd. & tota periodus Colonienis.

318. Verum animos etiam.] Veram animos hominum Leidens. & tres alii. verum etiam mores possunt mutare unus Moreti. scilicet mutare unus Helmi.

319. Obsecrae Salmacis undae.] Salmacidis debet dixisse. sed undae rependendum cum Bernegger. Neapol. prim. Reg. utroque Erfurt. prim. Moret. prim. Pal. prim. Vatic. & sex aliis. quomodo & magnus Scoliger in ora codicis sui emendat. Vide de hoc fonte copiose Vitruv. lib. 11. cap. 8. HEISS.

^a Aut in soporem.] Deest Parment.

^b Lacus.] Lacus sunt in Aethiopia, qui suos haustientes liquores, aut i. c. a. in nimios somnos vertunt Colon.

^c Qui haust.] Qui non habent Parm. Lugd.

320. Aethiopesque lacus.] Solinus c. 32. etiam lacum in Aethiopia dicit esse, quo persula corpora velut oleo nitefcant. MICYLL. Aethiopsaque tres libri. quos quisquis magno numero libri. fuerit etiam bibentes ex fonte Potuio prope Thebas dicit Sotion Paradoxol. initio.

^a Clitorius.] Clitonius Parm. Clitorius fons potuio vinum i. o. ad. q. M. A. f. P. c. a. i. l., mentio eorum purgamina in uno projectis creditur Colon.

322. Clitorio quicumque sitim de fonte levari.] Paulianus lib. viii. cap. 21. fluvium vocat Clitorum, justa oppidum Clitorium, a Clitore Azanis filio nominatum. De natura autem aquae etiam Vibius Sequester meminuit & Virtuvius lib. viii. cap. 3. qui & epigramma circa fontem illum lapidi olim inscriptum tale refert:

Ἀρρήτα οὐδ' ἰσχυροὶ τὰ μεταβληθῆναι ἢ οὐ βραχέως
Δίψας, ἀπ' ἰσχυροῦ Κλιτοῦτος ἰσχυροῦτος.
Τὸς μὲν αὖθις κρύβας ἄρρωστος πέμα, καὶ πικρὰ Νέφρωσις
Υδατοῦ σφίον πῦρ τὸ οὐδ' ἀνάλειον.
Ἄλλοι οὐ μὲν ἰσχυροῦ βάλανος ἴσχυρ. μὲν οὐ καὶ πικρῶς
Πικρῶς ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς μὲν οὐ.

FAB. XXI. ARGUMENTUM.

Clitorum fontem qui bibit odium vini capit.

^a Clitorius fons in Arcadia vinum in odium adducit: quod Melampus Amithaonis filius, Proetidas cum ab infamia liberasset, novissime remedia in eum projectisse fertur.

Clitorio quicumque sitim de fonte levari,
Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.
Seu vis est in aqua calido contraria vino:
325 Sive, quod indigenae memorant, Amithaone natus,
Proetidas attonitas postquam per carmen & herbas
Eripuit furis; purgamina mentis in illas
Misit aquas: odiumque meri permansit in undis.

FAB. XXII. ARGUMENTUM.

Lyncestium amnem qui bibit in ebrietatem convertitur.

^a Lyncestius amnis Thraciae ^b hanc vim obtinet, potestate mutata, ut aquam ejus bibentes ebrii fiant.

Huic

Ἦναι δ' ἰμὸν ἀργὸν μισάμελλον, ἴδνα, Μελάμπορος
Λουναίμνος ἴσχυρος Προετίδος ἀργαλῆος.
Πότου καθαρῶν ἰσχυρῶν ἀπὸ τῆς αἰῶν ἄρρωστος
Οἶνον τρυφῶν ἰσχυρῶν ἰσχυρῶν.

Thannomono, inquit, valva ferorem
Lanificam dici siccam atque abstemiam ubi audit.

Varro de Vita P. Romani, 1.

Quantopere abstemius mulieres voluerunt
Esse, vel ex uno exemplo potest videri.

Haec ille. CIOFAN.

MICYLL. Lib. quidam veteres, Levari. De hoc fonte legitur epigramma Graecum apud Vitruvium lib. iix. cap. 3. CIOFAN. Legitur hoc a Micyllo laudatum epigramma & apud Sotionem in Paradoxologomenis de fluminibus & fontibus, in Aviltotelis editione Sylburgiana inter varia opuscula pag. 125. qui & pag. praecedente, ex Ifigono, dicit cum, qui bibit ex hoc fonte, odorem vini non ferre. in notis Philandri Ifigono adscribitur. vid. & Etymol. M. in Κλιτοῦτος. Ἐστὶ καὶ πηχὴ ἐν τῆσιν ἠὲ πίδαξ, ἧς ὁ γεωμῆνος ἀποστρέφεται τὸν οἶνον. idem Sotion in Reatino agro esse ejusdem ingenii fontem dictum Mentem ait. BOWA.

324. Calido contraria vino.] Valido Moreti unius. quo epitheto & utitur Val. Flac. 1. 260. ubi plura dicemus.

325. Amithaone natus.] Melampoda post purgatos Proetidas templum Dianae vel Gratiae posuisse in monte Acro, in Argia, dicit Hesych. in Ἀκροῦργει. vide & Stephan. in Ἀζαρία, & Λαυσοῖ, ubi vide Berkel.

327. Mentis.] Caedis prim. Moreti. ut lib. xi. 489.

328. Misit.] Misit Palat. sec. & duo alii.

^a Lyncestius.] Lyncestius Parm.

^b Hanc vim.] Tantom obtinet potestatem, ut etc. Colon.

PPPPPP 3

329. Hinc

340 **N**ec, quae sulfureis ardet fornacibus, *A*ene
 Ignea semper erit: neque enim fuit ignea semper.
 Nam sive est animal tellus, & vivit, habetque
 Spiramenta, locis flammam exhalantia multis;
 Spirandi mutare vias, quotiesque movetur,
 345 Has finire potest, illas aperire cavernas:
 Sive leves imis venti cohibentur in antris;
 Saxaque cum faxis, & habentem semina flammae
 Materiem jactant, ea concipit ictibus ignem;
 Autra relinquuntur sedatis frigida ventis:
 350 Sive bitumineae rapiunt incendia vires,
 Luteave exiguis arcescunt sulfura fumis.
 Nempe ubi terra cibos alimenta pingua flammae
 Non dabit, absuntis per longum viribus aevum,
 Naturaeque suum nutrimentum deerit edaci;
 355 Non feret illa famem: desertaque deferet ignes.

F A B. XXVI. ARGUMENTUM.

In Pallene, urbe^a Tritoniaca paludis, tactu vertuntur homines in volucres.

In Pallene, quae sub Aquilone^b jacet, homines dicuntur in volucres verti, novies cum in Tritoniacam paludem merfi sint.

RfC

340. *Aena.*] *Aene* Bernegger. Thuan. Arondei. & duo alii. ut alibi saepe. HEINS. Vid. lib. II. 220.

344. *Spirandi mutare vias.*] Liber meus, *Mutare vias.* CROFAN. Vid. supr. VI. 238. sed hic vias praefero: nam cavernas & fistulas intelligit, per quae ignis exit, quae spiramenta etiam vocat. vid. Julia. IV. 1. BURM.

345. *Has finire potest.*] *Errare* Medicus unus. an, pro *curare*, quod forte veteribus in usu fuerit, quamquam frequentius ejus composito *divinare* usi sint. certe, *finire cavernas*, quid sit non capio. *finire* quidem pro terminum ponere alicui loco vel rei poni docuit Heinsius supra ad lib. VII. 695. & ita locum *finire* dixit Livius XII. 47. sed pro claudere nunquam positum vidi. quare putem ulcus subesse. Heinsius volebat,

Hac opere potest, illic aperire cavernas.

sed placuisse sibi Nasonem in hac agnitione vix mihi persuadeo. *alias aperire* Ms. BERSM. BURM.

347. *Materiam.*] *Materiam* castigatior. HEINS. *Cassant* unus Medic. *quae concipit* unus, *his concipit* Barber. *non quatuor* mox, *relinquantur* novem, *relinquantur* unus.

351. *Sulfura fumis.*] Cackest. *Flammis.* CROFAN. Pato, *affinis* fumis, vel *irrigis.* HEINS. *Sulfura*

ventis unus Heins. *arcescunt* etiam plurimi.

352. *Nempe ubi.*] Ut Gryph. BERSM. & aliae Edit. *alimentaque* initia unus Moreti, quod repetitum ex lib. II. 287.

354. *Naturaeque suum nutrimentum deerit edaci.*] Liber meus, *Deerit nutrimentum edaci.* Qui numerus mihi magis stridet. CROFAN. *Materiaeque suum* Cod. Menardi.

^a *Tritoniaca.*] *Tritonides a tactu in aves* Parm. ^b *Jacet.*] *Jacet* Thraciae Parm. Lugd. Micyll. *in Hyperborea Pallene homines sunt, qui in volucres verti solent, cum in Tritonia palude sua corpora mergere* Colon.

357. *Levibus.*] *Nivis* Cantab. & alius, *Qui se leant* multi. *quis* alii.

358. *Cum Tritoniacom paludem.*] *Tritonica palus* in Lybia esse scribitur, sed Poeta de ea, quae sit in septentrione videtur sentire, de qua enim mihi memini sibi legitse: simile de Arcadibus Plinius scribit, quos in lupos verti, rursusque sibi restitui, tam constans fama fuit, ut in maledictis verberibus habeantur. REGIUS. Ceterum quod ad Ovidii fabulam attinet, videntur eodem pertinere & Plinii verba, quibus ille de Hyperboreis lib. IV. cap. 12. *Max Riphaei* (inquit) *montis, & affinis* *nivis* *caesa, pinnarum similitudine Pterophoros* appella-

17

Este viros fama est in Hyperborea Pallene:
 Qui solcant levibus velari corpora plumis;
 Cum Tritoniacam novies subire paludem.

F A B. XXVII. ARGUMENTUM.

Scythides feminae^a tactu veneni in aves mutantur.

Scythides, in Scythia feminae, venenis sparsae, corpora immutant, se in aves transfigurantes.

Haud equidem credo: sparsae quoque membra veneno
 360 **E**xercere artes Scythides memorantur eadem.

F A B. XXVIII. ARGUMENTUM.

Ex Vitulis apes nascuntur.

^a *Ex vitulis apes nascuntur: quas Aristaeus fertur invenisse.*

Si qua fides rebus tamen est addenda probatis,
 Nonne vides, quaecumque morâ fluidove calore
 Corpora tabuerint, in parva animalia verti?
 I quoque, delectos mactatos obrue tauros;

Co-

*ta regio, pars mundi damnata a natura rerum, & densa mesia caligine, neque in alio quam rigoris opere gelidisque aquilonis conceptaculis. pone eos montes, utraque Aquilonem, gens felix (si credimus) quos Hyperboreos appellaverit, anno degere aere sabulosis celebrata miraculis. &c. nam quod regio ipsa, *πρωτοβόσκος* appellata, occasionem fabulae dedisse videtur; deinde & illud accedit, quod dicitur gens fabulosis celebrata miraculis, quamquam neque de Pallene Hyperborea, neque de Tritoniaca palude alibi quicquam, quod ego sciam, extet. MICYLL. Vibius Sequester in Paludibus, *Triton Thraciae, in quo qui se novis immoserit, in avem convertitur*, tres Tritonas fuisse in Boeotia, Thessalia, & Libya docet Meursius de Reg. Att. lib. I. cap. 4.*

^a *Ex.*] *Ex vituli cadaveris apes n. quod A. dicitur* irr. Colon. 361. *Fides rebus tamen est addenda probatis.*] *Adhibenda* Neapol. unus Reg. & unus Moreti. probe. Aufon. Ep. xv.

*Si qua fides falsis nunquam est adhibenda poëti, quod videtur positum pro fides habenda. sic apud Plaut. Rudente act. IV. sc. 2. *Quamquam ad ignotum arbitrum me appellis, si ashibebis fidem* nam in Cicerois & Corneli Nepotis locis, pro adhibenda fides, & fides adhibetur, vetusta exemplaria praefere habenda & habetur rebus est Paicestus Grotius in Paradoxo Literariis. mox pro fluido calore malum, *rapore*, atque ita unus Palat. HEINS. Miror certe Heinsum vitiosam hanc lectionem codicum practulisse rectae, quae in aliis omnibus occurrit: *adhibere enim fidem*, ut Plautus & alii saepissime loquuntur, non est credere, sed fideliter in re versari, ut ita *adhibere doctrinam; diligentiam &c.* dicimus. sed pro credere semper Cicero, Terentius & optimus quisque *habere fidem* dicunt. *addere vero fidem* Ovidio frequens est. Epist. XII. 194.*

^a *Attactu.*] *A tactu immutatae veneni* Parm.

^b *Se in aves transfigurantes.*] Haec ultima desunt Parm. Lugd. Micyll. *Scythides sunt feminae, quae corpora venenis aspersa in aves mutant* Colon.

359. *Credo.*] Malebat Heinsius, *credas*; ut supr. VI. 260.

359. *Membra veneno.*] Libri scripti *Venenis*, numero multitudinis. CROFAN. Et ita multi codices nostri.

Tom. II.

Q99999

Li-

365 (Cognita res usi) de putri viscero passim
Florilegae nascuntur apes. quae more parentum
Rura colunt: operique favent; in spemque laborant.

F A B. XXIX. ARGUMENTUM.

Ex equo ^o crabrones.^o Ex equo patrefactio crabrones nasci potuisse primum proditur.

Pressus humo bellator equus crabronis or igo est.

F A B. XXX. ARGUMENTUM.

Ex cancro scorpis.

Cancrum, demptis brachiis ^a si terrae subijcias, ^b scorpis nascitur.

Con-

Livius lib. 1. cap. 96. *Addita rei dicitur fides.*
Cland. vi. *Conf. Hon. praef. 21. Additur, ecce, fides.*
Adhibere fidem Sulpicii Severi aevo dixisse notat
Vorltius ad vitam Martini lib. 1. cap. 1. qui &
ad cap. 11. consulendos, ubi Plauti locum recte ex-
ponit. BURN.

362. *Fluidove.*] *Fluidoque* Gifan. Lucret. in
fluidis. vid. lib. 1v. 482.

363. *Corpora taburnus.*] *Liber meus, Tabescunt.*
Ciofan. Ita multi. *taburnus* Medic. & Bersman-
ni. *Tabescunt* Barberin.

364. *I quoque, delectos.*] *Idem liber & Briantii,*
Dilectos, per i, quomodo placet Felto. Sed verior
& sincerior videtur lectio lib. Caelestini, *delectos.*

Ad procreandas enim apes nullo opus est boum
delecta. Quam lectionem cum duobus abhinc an-
nis cum P. Galeo, viro ingenuarum omnium ar-
tium intelligenti apprime ornato, communicaf-
sem, valde probavit. Eiusmodi apium reparatio-
nem Proeus Arillaem docet lib. 1. Valt. 377. his
verbis:

Obvius mastlari corpus tellure juveneci,

Quod petis à nobis obvius ille dabit.

Iussa facit pastor: servunt examina putri

De bove: nullo animas una necata deat.

Ciofan. Verus mendosissimus. Videamus diver-
sas lectiones. *His quoque delectos* Thuan. *In quoque*
dilectos Neapol. *His quoque dilectos* Bernegger. *I*
taur delectos Uvbin. *I quoque dilectos* Cantabr. prior
Hamburg. & viginti circiter alii. tres, *Dis quoque*
delectos quatuor, *Hinc quovis.* Arondel. & tres
alii, *His quoque.* unus Sixii, *Hinc,* alius, *Is,* quart.
Medic. *Hic* unus meus, *Inque delectos.* *Hic quoque*
delectos unus Gronov. *I quoque dilecto* prim. Palat.
veterianus, vel, *Dis.* *I quoque delecto* unus Medic.

I nunc quoque delectos unus Vatic. *I quoque delectos*
Junian. *In quoque dilecto* fragm. Boxhov. unus
Ciofani, *delectos.* Graevianus, *Hinc quoque dilectos.*
Puto scribendum esse,

I serobe delecto mastlato obvius taurus.

vel, *delecta:* est enim communis generis scribi-
nam in Thuaneco optimo est, *His quoque.* Nihil
equidem eveligare possum, quod proprius accedat
ad scripturam veterem. Possis etiam, *serobe depresso.*
Antonius ad Paulinum, *Depressis serobibus vitium ro-
gale minister Creditit.* An *serobe repleto?* ut apud
Virgil. 11. Georg. 235.

— *serobibus superatur terra repleti.*

HEINS. Certe, *delectos mastlato,* unico quasi spi-
ritu dixisse Ovidium numquam crediderim, licet
duobus epithetis usos aliquando poetas. sup. ad xl.
229. viderimus. *mastlato* vero a glossatore profes-
sum, qui *delectos* ita interpretabatur, quae vox
deinde in textum reposita alteram exturbavit,
quae tellurem, qua obrui taurus debet, significa-
bat. ego, donec melius occurrat, legerem,

I serobe sub lecta delectos obvius taurus.

rectam enim fuisse serobem Maro dicit 1v. Georg.
294. ubi plura; vide & lib. 1. Valt. 377. de apium
ex bove natalibus scripsit etiam opus, *Drusus*
dictum, Eumelus poeta; de quo vide ad Luleb.
Chron. mccc. Scaligerum. vide & Antigon. Car-
ryst. Mirab. Hist. 23. ubi & de similibus genera-
tionibus alia habet. BURN.

365. *Usi.*] *Visa* plurimi.

366. *Florilegae.*] *Florilegae* multi codices. &
etiam Bersmanni.

368. *Nascuntur apes.*] Decem antiqui, *nascen-
tur,* & tum fortassis postea legendum sit,

370 **C**oncava litoreo si demas brachia cancro;
Cetera supponas terrae; de parte sepulta
Scorpis exibat: caudaque minabatur unca.

F A B. XXXI. ARGUMENTUM.

^a Bombyces in papiliones.*Bombyces, quae solia filis intesunt, in papiliones vertuntur.*

Quaeque solent canis frondes intexere filis
Agrestes tineae, (res observata colonis)
Fera! mutant cum papilione figuram.

F A B. XXXII. ARGUMENTUM.

Ranae ex limo.

^a Ranae nascuntur ex limo sine pedibus; ^b mox natando pedes crescunt.

375 Se-

— quae

Rura colant, operique vacent, in spanque laborant.
HEINS. *Laborent* M. Bersmanni. *Semperque* Junian.
in speque Leil.

^a *Crabrones.*] *Scabrones* Parm. Et in textu *serabronis.*

^b *Ex.*] *Hic equo Crabrones nasci produnt* Colon.

368. *Pressus humo bellator equus crabronis origo.*

Aliter Servius in primo Aeneid. VI. 448. cuius haec

sunt: *Proprie tamen Apes vocantur ortae de bobus:*

Fuci de equis: Crabrones de mulis: Vespae de asinis.

Cum Poeta nostro facit Plinius lib. xi. cap. 20.

Quo fit, ut Servium alucinari existimem. In lib.

VI. Capranic. & Briantii est, *Scabronis.* quo mo-
do haec in re à librariis erratum sit non semel su-
perius testatus sum. CIOFAN. Servius ad 11. Georg.

285. Plinii testimonio utens dicit, de equis *crab-*

rones nasci, ubi etiam in Mss. codice *scabrones* in-

venit Heinsius. ut & hic tres codices. *pressus humi*

hic Medic. & Moreti.

^a *Si terrae.*] *Si deest* Micyll.

^b *Scorpis.*] *Inde scorpis* Colon.

370. *Cetera supponas.*] Hunc versum omittit

Isidor. XI. Etym. 4. in praecedenti etiam habet,

litorei cancro. supponas Vossian. & duo alii. *terra*

Leident.

371. *Scorpis exibat.*] *Exillit* Ambros. unus.

^a *Bombyces.*] *Ex tinea aggressibus papiliones* Parm.

^b *Bombyces.* *Tineae agrestes* omnes ead.

372. *Quaeque solent.*] *Bombices* dicit, quae se-

ricum generant. nam, ut Plin. in 11. Nat. Hist. scribit,

Bombices, in Assyria provenientes, nidos è luto sin-

gunt, salis specie, applicatos, lapidis tanta duritie, ut

spiculis perforari vix possint. in his & ceras largius

quàm apes faciunt, deinde majores vermiculos,

hi eruae sunt. fit deinde quae vocatur Bombi-

lis, ex ea Niccedalus, ex hoc sex mensibus Bombi-

ces telas arancorum more texant, ad vestem

luxumque femininum, quae Bombicina dicitur.

REGIUS. Recte quidem de Bombicibus & earum

generatione Repius, ex Aristotele ac Plinio vide-

licet, sed quod hic Ovidius tineas agrestes Bom-

bices vocant, id puto, non recte sensit neque

enim Bombices quisquam tineas recte voca-

verit, cum eas tineas vocent atelores propi-

tiæ, quae arrodunt atque consumunt aliquid,

ut tineas vestium, tineas alvei, & id genus

deinde papiliones non ex bombicibus sed frondium

ac foliorum tinea nascuntur. id quod vulgus notum

est. Totus autem hic locus explicatur apud Plin.

lib. xii. c. 32. ubi ille in hunc modum: *Multa au-*

tem, inquit, *infecta & aliter nascuntur, atque in*

primis ex rore. insidet hic raphani folio primo vere,

& spissatus sole in magnitudinem militi coquitur. inde

oriuntur vermiculus parvus, & triduo mox erua,

quae adjectis diebus crescit immobilis, dura cortice

ad tactum movetur aranei. Haec erua, quae Chry-

solidum appellat, rupto deinde cortice volat papilio,

deinde quod feralem Ovidius vocat Papilionem eo re-

ferendum, quod Plin. lib. xxviii. c. 10. ait. Papilio

quoque, lucernarum luminibus advolans, inter mala

medicamenta numeratur. hinc contrarium est jecur

caprinum, sic ut venustiss ex muscella rustica fa-

ctis, &c. MICYLL.

372. *Canis filis.*] *Caeis* Thuan. prim. Bonon.

albis prim. Moret. & duo alii. *filios* unus meus.

HEINS. *Folius frondes* (vel *foris*) *intexere canis,*

vel, foliis stla incanescere canis Leiden.

373. *Colonis.*] *Latinis* tert. Gronov. mox, *in pa-*

pilione unus. *figuras* duo.

^a *Ranae.*] *R. e. l. produntur* Parm.

^b *Mox.*] *Mox eis nat. pedes accrescent* Colon.

Q99999 2

375. Ge-

375 **S**emina limus habet virides generantia ranas:
Et generat truncas pedibus. mox apta natando
Crura dat. utque eadem sint longis saltibus apta,
Posterior partes superat mensura priores.

FAB. XXXIII. ARGUMENTUM.

* Urfa lambendo fingitur ex frusto carnis.

* *Urfae carnem pariant, eamque lambendo in figuram sui convertunt.*

380 **N**ec catulus partu, quem reddidit urfa recenti,
Sed male viva caro est. lambendo mater in artus
Fugit: & in formam, quantam capit ipsa, reducit.

FAB. XXXIV. ARGUMENTUM.

Apes initio vermes, * postea speciem suam accipiunt.

* *Apes initio truncas, ut vermes, nascuntur: postea corporis partes ac pennas accipere produuntur.*

Nonne vides, quos cera tegit sexangula, foetus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci,
Et ferosque pedes, serasque adsumere pennas?

FAB.

375. Generantia.] Gignentia Basil. & quatuor alii. gravantia unus. imitantia prim. Gronov.

376. Truncas pedibus.] Truncis pedibus Francof. sed generat Medie.

* Urfae.] Ex carne urfae effigies ejus apparet. postea lambendo efficit Parm.

* Urfae.] Urfae non firmatos partus, sed quandam carnem faciunt, quam lambendo in suam speciem redeunt Colon.

379. Nec catulus partu, quem reddidit urfa recenti.] Haec de re Aelianus de Hist. Anim. lib. II. cap. 19. & lib. VI. cap. 3. CIOFAN. Malim, quod reddidit. HEINS. Vide A. Gell. VII. 10.

381. Quantum caput ipsa, reducit.] Liber Caesell. Quantum caput. CIOFAN. Caput etiam Argentin. sed quantum omnes scripti praeter tres, qui qualem.

* Postea.] Post in suam speciem revertunt Parm.

* Apes.] Apium foetus in angulis cerarum informis, & alii pedibusque vniunt, eos postmodum crepente melle alijunguntur Colon.

382. Cera tegit.] Regit Moreti. gerit Patav. caput Leid. & Medie.

383. Melliferarum.] Melliferas unus Moreti. usus & hac voce Claudian. II. Rapt. 127.

Mellifer clausis exercitibus obstrictis herbis.

384. Et ferosque pedes.] Mox serasque unus Moreti. bene. HEINS. Et seras sumere pennas Basil. & Ambros.

* Ex ovi.] Ex ovi vitello prodentur Parm.

* Junonis.] Junonis & aquilae Jovis habentur, & c. V. & omne insuper avium genus media eorum parte procreantur Colon.

* Qui vitellus.] Quae v. Parm.

386. Armigerarumque.] Armigerarumque novem scripti.

386. Cithereiadaeque columbas.] Lego, Cithereiadas, quia primam syllabam semper brevem invenio, licet non ignorem v esse hitemporum. CONY. FAX. Legendum videtur, Cithereiadaeque columbas, factio patronymico à Cithereis, a, ubi, verius graecis. MULL. Ne claudicat versus, lege, Citherei.

FAB. XXXV. ARGUMENTUM.

Aves * ex ovi medio.

Pavones, qui in tutela Junonis habentur, item aquilae Jovis, columbaeque Veneris, & ceterae volucres, ex media parte ovi, qui vitellus vocatur, videntur nasci.

385 **J**unonis volucrem, quae caudà sidera portat,
Armigerumque Jovis, Cythereiadaeque columbas,
Et genus omne avium, mediis è partibus ovi
Ni sciret fieri, fieri quis posse putaret?

FAB. XXXVI. ARGUMENTUM.

Ex medulla humana angues nascuntur.

* *Ex medulla humana in sepulchris angues profeminantur.*

390 **S**unt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro,
Mutari credant humanas angue medullas.

FAB. XXXVII. ARGUMENTUM.

Phoenix avis ex sanie sua * renascitur.

Phoenix in Assyriae sinibus nido ex odoribus facta, cum est senectute pressa, supra recumbit: ex cujus sanie alia renascitur. & viribus roborata, nidum in urbem effert Solis: ibique in templo ejus monumentum patris reponit. Fertur enim quinque aetatis secula replere.

Haec.

Cythereiadaeque cum Cantabrig. & quart. Medie. HEINS. Cythereiadaeque etiam Francof.

388. Quis nasci posse putaret.] Fieri quis unus Moreti. concinnè repetitione. HEINS. Ni scires Genev.

* Ex.] Ex hominum spinali medulla in sarcophago dicuntur angues generari Colon.

389. Sunt qui.] Sic & Plinius Natural. Hist. lib. X. c. 66. Antigonus tamen Carysius Historiae Mirabilis cap. xcvi. ex eorum medullarum tantum nasci autumat serpentes, qui eos sunt odorati ante obitum, si locus est integer: Γάτος δὲ καὶ τὸ τοῦ νεκρῶν τῶν, inquit, τοῦ μυελῶ ἀπὸ τῆς ἐκ τῆς ἰσχυρῆς ἀφίδης γίνεσθαι, ἐὰν πρὸ τοῦ τελευτῆν ἕψας τελευτῆτος ἐκλύσῃσι τὴν ὁρμήν. Deinde Archelai epigrammate id confirmat. hi duo vero versus ad v. Aen. 64. citantur à Servio Fulvii Ursini. ut ille in notis suis monet. in vulgatis enim & P. Danielis frustra quaeras. mendose tamen, pro putrefacta, patrefacta. Citat etiam Isidor. Etymol. XII. 4.

HEINS. Patrefacta etiam Basil. & unus Heinsii. patrefacta unus Basil.

390. Credant.] Credunt prior Gronov. & decem alii. cum Mss. Bersm. nihil mutandum. vid. ad Epist. v. 86. & III. Am. II. 18. & 46. sic mox etiam reparat, & reserminat, undecim fere codices. & ita laudat Gervasius Tilberienis hos versus in Otis Imperialibus t. II. Rer. Brunsv. p. 75. qui habet etiam in sequenti fabula, facta anomie. BURM.

* Renascitur.] Aliam progenerat Parm.

* Phoenix.] Phoenix in Ael. f. morata, avis avis, cum senectute gravata est, nido ex odoribus facta superincumbit vitamque finit. Ex cujus corpore a. r. e. v. r. u. i. u. Solis desert, ibique ad sortis templi ejus m. p. r. f. autem q. ac. f. perimplere Colon.

* Est senectute.] E senectute Lugd. Micyll.

* Urbem.] Urbem Parm.

Hæc tamen ex albis ducunt primordia rebus:
Una est, quæ repararet, sequæ ipsa refeminet, ales.
Alyrii Phœnicæ vocant. non fruge, neque herbis,
Sed turis lacrimis & succo vivit amomi.

395 Hæc ubi quinque suæ complevit secula vitæ,
Ilicis in ramis, tremulaeque cacumine palmarum,
Unguibus & pando nidum sibi construit ore.
Quo simul ac casias, & nardi lenis aristas,
Quasque cum fulvâ subtravit cinnama myrrhâ;
400 Se super imponit: finitque in odoribus ævum.
Inde ferunt, totidem qui vivere debeat annos,
Corpore de patrio parvum Phœnicæ renasci.

Cum

Cum dedit huic actas vires; onerique ferendo est;
Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ:
405 Fertque pius cunasque suas, patrumque sepulcrum;
Perque leves auras Hyperionis urbe potitus,
Ante fores sacras Hyperionis aede reponit.

F A B. XXXVIII. ARGUMENTUM.

*Hyaena modo mas, modo femina.

Hyaena fera ex semina in marem^b vertitur.

Si

391. Ex aliis generis primordia ducunt.] Ex aliis
ducunt primordia rebus bene unus Leidenis. ne-
que aliter Oxon. quart. Medic. Thuan. & decem
alii. nisi quod in his,

— rebus primordia ducunt. HEINS.

394. Et succo vivit amomi.] Salmastius ad Soli-
num p. 753. sicco amomo. quomodo & ego in uno
Mediceo inventi. sed nihil mutandum. nam ex sic-
co amomo quid alimenti Phœnix colligeret?
amomum intelligit nondum siccatum. sic Lucanus
lib. x. 168.

Adversumque retens vicinæ messis amomum.

Sidon. Apoll. Paneg. in Athen. xl. 52.

Indus odorifero cinem madefactus amomo.

Nec scilicet ibidem in carmine Lactantii de Phœ-
nice xl. 83. pro, auramque præci spirantis amo-
mi, reponit idem Salmastius, utamque; atqui au-
ra amomi pro ipso amomo ponitur; aura pro ode-
re, quem exhalat amomum. ut pluribus dicemus
ad eum Lactantii locum in nova Claudiani editio-
ne, sic Coriis aura croci apud Martialem iii. 65.
Claudianus de Phœnice, xl. 99.

— & nectare dulcor aura

Ostia nigrantis Nilis septena vaperat.

Priscianus in Periegesi:

Cinnama præterea jucundæ variis auras.

pinguis ob ovisibus auras apud Statium x. Th. 46.
quod Sidonius imitatus est Panegyrico Aviti:

— Quis mare sagaci

Atque straxit odor pinguium clausis ab ovisibus auras.

& odori sulphuris aura apud Statium. & halantes
scripulis auras Lucretio vi. 220. exempla plura
sunt in promptu. Sed hoc de ἐπιπέδῳ. Emenda in-
terim Drepani Flori Christiani Poætæ locum, ubi
perperam auras, pro aura, legitur:

O quam suavis odor vestri de pastoris aura
Exiit. O Christi præter amice potens.

vestium pro aura Plautus ponit Cistellar. Venus
misilentus nare vitigii. HEINS.

395. Hæc ubi quinque suæ complevit secula vi-
tæ.] Hoc est quingentos annos. Plinius verò, ut
& alii notarunt, testatur, Phœnicem vivere an-
nos cclx. De cuius ætate sic Ausonius. Ithyl.
xviii. 3.

Hos (homines) novies superat vivendo carula
Cornix,

Et quater egreditur cornicis secula Corvæ:
Alipedeo Corvæ tur vincit Corvæ, & illam
Multiplicat novies Phœnicæ reparabilis æles.

ibi Poëta noster ob hanc ipsam causam appellat
Vivacum: lib. ii. Amor. ii. 54.

Et vivax Phœnicæ unica semper avis.

Et Statius lib. iii. Sil.

Quæ sibi præsternat vivas altaria Phœnicæ.

De Phœnice exstat elegia apud Lactantium, ubi,
quæ ad eam avem pertinent, venuste describun-
tur. Hæc avis visa est in Aegypto eo anno, quo
decessit Tiberius. Auctor Xiphilinus sub finem
ejusdem Tiberii vitæ. Atque ibi tollator, camp-
sam avem illius mortem portendisse. CROFAN.

396. Ilicis in ramis.] Etiamne Ilicis in Orien-
te? Opinor a Nasonis manu esse licet in ramis.
atque ita in vetustis exemplaribus se invenisse testa-
tur Barthius ad Claudiani Epigramma de Phœnicæ.
xl. 59. HEINS.

396. Tremulaeque.] Tremulaeque Basil. Junian.
Arg. & septem alii. tremulaeque Sixi.

397. Et duro nidum sibi construit ore.] Liber
meus & Casell. Et pura. CROFAN. Tò duro non
aridet. plerique veteres, puro. prim. Gronov. &
unus Basil. & Noricus, pando. bene. sic de apio
lib. x. 713.

Proximus excessu pando venabula rostro.

panda cornu lib. x. xl. 271. ex vetustis codicibus;

& panda aratra passim alibi. pandas fauces dat Vul-
turno Navio Statius lib. xv. Silv. iii. 71.

Pandis talia faucibus redundat.

si locus est sanus: nam in vetusta editione Parme-
si Paucis legitur, ut Rausci faucibus videatur casti-
gandum. Rauscum enim vocem poëtæ flavii assi-
gnant. HEINS. Puro etiam Barthii codices & Fran-
cos. quod recipi potest, ut alludat ad morem sacra
faciendi, quæ puris manibus fiebant, ut notissimum.
paleo Vossian. rostro ore Langerm. rostro n. s. c.
ipsa Vatican. & septem alii. ipsa Menard. ipsam
Thuan.

398. Nardi lenis aristas.] Lævis prim. Palat.
prim. Vatican. prim. Basil. & Oxon. cum aliis vigi-
inti. ut sit lævis, cui lanugo subest, ut in Epi-
grammate Lactantii, sive quemcumque alius est au-
ctor, de Phœnicæ, Nardi pubentis aristas. Glossa in-
terlinearis alterius Erfurtani, id est redolentis. ut
nardi halantis forte sit scribendum. quomodo apud
Lucretium lib. ii. 847.

Et nardi florum, nectat qui naribus halat.

spirantia balsama pari modo dixit Claudianus conf.
Olybii 251. Serenus Sammonicus cap. xxxii.

Nec non & species ambas halantis anethi.

ita veterrimus codex Vossianus, ubi nunc redolen-
tis circumfertur. oris patentis cinnamæus inhalantis
Apulejo lib. ii. Met. plura de hoc verbo lib. iv.
393. ubi habes ex vestigiis veterum librorum, ha-
lant myrrhaeque croci. pro Quasque cinnama
duo Medicei, Crasque. unus Basil. Castaque. al-
ter Hamburg. Cassaque ut ἑλκυστάμωτον intelli-
gatur. quod maximo in pretio. cortex Cinnamomo
detrahitur. sic cassa canna. Vide Notas Fast. vi.
vers. 406. HEINS.

399. Cum fulvâ.] Cum summa Leidenf. Instra-
vit unus Heinff. subtraxit tres.

401. Qui vivere debeat annos.] Barthius ad Clau-
dian. Phœnicæ. xl. ex duobus pervetustis codicibus

corrigit, vincere debeat. vide de verbo vincere,
pro superstitem alii esse, Serv. ad Virg. xl. 160.

404. Ponderibus nidi ramos levat arboris altæ.]

Levat, allevat, ac leveis reddidit, exponit Regius,
quod placet hoc sensu. Cum rami antea nido gra-
varentur, recens natus Phœnix a portando nidum,
allevat. GLAREAN. Aptus tunc nidum ramis levat
Bernegger. Cantabrig. Arondel. & sex alii. totidem
Est aptus nidum. Versus hic adulterinus est. Metuo
ne & proxime præcedens & tres sequentes huc ab
aliena manu sint inculcati, ita duodecim versibus
totam de Phœnicæ historiam Naso absolvit.
HEINS. Non video cur debeat hi versus expungi,
sed mallet, arboris altæ, quæ quasi aluit &
eduxit Phœnicem. mox, patrumque cubile unus
Heinffii. cunasque parentum Thuan.

407. Aede reponit.] Quis non videat manife-
stam contradictionem inesse his verbis ante fores,
& in aede; quare non dubito hic admittere re-
petitionem & legere:

Perque leves auras Hyperionis urbe receptus,
Ante fores sacras Hyperionis urbe reponit.

SCHEPPER apud Tan. Fabr. lib. ii. Ep. 71. orbe re-
ponit in uno Leidenf. & Thyffii erat, ut possit in-
telligi globus vel orbis solis, qui ante templum
Hyperionis erat. certe repetitio illa vobis urbe in-
grata est, & quid opus, ubi dixerat urbe potitus,
addere urbe reponit? quis enim extra urbem avem
nidum deferre existimare posset? sed aede retinen-
dum puto. nam & Lactant. de Phœnicæ xl. 122.

In quo ara visdens, parit in aede sacra.

unde hic posset legi, ante aras sacras, vel, ante sa-
cras aras, nam & Claudian. ldy. i. 94. Jam de-
stinat aris semina reliquiasque sui. posset &, ante
focos sacros. sed potius nihil mutemus. BURN.

a Hyaena.] Hyaena fera in variis figuris Paim.

b Vertitur.] Convertitur Colson.

SI tamen est aliquid mirae novitatis in istis;
 Alternare vices, & quae modo semina tergo
 470 Passa marem est, nunc esse marem miremur hyaenam.

FAB. XXXIX. ARGUMENTUM.

* Chamaeleon in varios colores vertitur.

^b Chamaeleon ventis & aura nutritus, quodcumque contigerit coloris ejusdem efficitur.

Id quoque, quod ventis animal nutritur & aurâ,
 Protinus adsimulat tactu quoscumque colores.

FAB. XL. ARGUMENTUM.

Lyncei Liberi^a urinam vertunt in lapidem.

Lyncei, qui sunt in Liberi tutela,^b urinam vertunt in lapidem.

Vetâ racemifero lynceas dedit India Baccho:
 E quibus (ut memorant) quidquid vesica remissit,
 475 Vertitur in lapides; & congelat aëre tacto.

Sic

409. *Alternare vices.*] Tertullianus de Pallio: *Hyaena, si observetur, sexus animalis est: marem & foeminam alternat.* Vide Aristotelem Hist. Animal. libro vi, cap. 33, & de Ota animalium cap. 6. libri iii. Phinium libro viii, cap. 30. Elianum libro i, cap. 25. Clementem Alexandrinum Paedag. libro ii, cap. 10. qui hanc fabellam operose refellit. HEINS.

410. *Hyaenam.*] *Hyaenam* prim. Gronov. & Junian. *hyaenam* Arondel. Graecis tamen *ύαυν* est. HEINS. *Astramur* Thuan. & Bonon.

* *Chamaeleon.*] *Animala* labentis in varias species Parm.

^b *Chamaeleon.*] *Animala* ventis &c. contingit e. e. efficit Parm. *Animala* quod v. e. a. nutritum (id est *Chamaeleon*) quoscumque colores tangit (ut fertur) eos ilico adsimulat Colon. in argumenti indice Parmensis editionis legendum, *Animala* a ventis nutritus in varias species.

^c *Contigerit.*] *Contigit* Lugd. Mycil.

^d *Efficitur.*] *Efficit* Lugd. Mycil.

412. *Protinus adsimulat, tangit quoscumque colores.*] *Adsimulat* tactu prim. Basil. quart. Medic. prim. Bonon. & alii duodecim, recte. nonnulli & *adsimulat*. quod hic de Chamaeleonte narrat, etiam in Polyppo habet locum, & hinc desultum *versifluis* pro *aluto*. omnes autem colores praeter ru-

brum & candidum, quos mentiri non potest, refert, vide Aristotel. Hist. Anim. vi. ii. Plin. viii. 33. Calliod. v. Ep. 34. Tertull. de Pallio Antig. Caryst. Hist. mirab. 30. Eadem narrat Aristoteles, Theophrastus, Plinius, Solinus de Tarando animale, sive Sarmatico, sive Aethiopico. HEINS. *Prosimus adsimulat* unus.

* *Urinam.*] *Ex urina in lapidem* Parm.

^b *Lyncei.*] *Lyncei Liberi tutela* Parm. Lugd. Mycil. *Lyncium urina* (quae in tutela patris sunt) in lapidem convertitur Lyncurium Colon.

414. *Remissit.*] *Remittit* septem libri. & vertitur in lapidem Medic. & tres alii.

415. *Et congelat aëre tacto.*] *Glaciari urinam lyncum* dixit Plinius libro viii. cap. 3. patet & hac de re habes apud Solinum cap. 11, apud Theophrastum fragmento libelli *απὸ τῆς λυγκούρου ὕδατος*, & Dioscorides. hunc lapidem *Lyncurium* appellabant vel *Lyncurium*, aliis *Lyncurium*. Plinio etiam *Lyncurium*, *λυγκούρου* Heiychius *λεγκούρου* interpretatur. HEINS.

416. *Corallium.*] Prim. Palat. veterimus & Callandrae codex, *corallium*. bene. prim. Vatican. *corallium*. quatuor alii, *corallum*. Vide Notas lib. 15. M. 7-8. 1031.

416. *Quo primum contigit auras.*] Mallem, *primus*, sic *primus* silius radius lib. vii. sed hoc leve ac-

Sic & corallium, quo primum contigit auras
 Tempore, durefcit: mollis fuit herba sub undis.

FAB. XLI. ARGUMENTUM.

Corallium ex molli durum.

* *Corallium lapis sub aqua mollis est, extra durefcit.*

DEferet ante dies; & in alto Phoebus anhelos
 Aequore tinguet equos; quam consequar omnia dictis
 420 In species translata novas.

FAB. XLII. ARGUMENTUM.

* Gentes variantur in species.

^b *Significat gentes variari in species deorum voluntate.*

Sic tempore verti
 Cernimus, atque illas adsumere robora gentes;
 Concidere has. sic magna fuit censuque virisque,
 Perque decem potuit tantum dare sanguinis annos,

Nunc

tenuē, ut omnia nostra: judicium tuum, existimatio tua valebit. SCHEPPER. apud Tan. Fabr. lib. 11. Ep. 71.

417. *Fuit herba.*] *Fuit virga* Moreti & unus Heinii. *durefcit* etiam Palat. prim.

* *Corallium.*] In Parmensi titulus argumenti idem erat, quod argumentum. *Corallium sub aqua herba est, extra aquas autem in lapidem convertitur* Colon.

418. *Desinet ante dies.*] Idem libri, Capran. & duo Vatic. *Deseret ante dies*. Quod melius est & magis Latine dictum. Sallullius de Bello Jugurthino: *Sed de stultis partium & omnibus civitatis moribus si singillatim, aut pro magnitudine parem differere, tempus quam res maturus me deseret.* Alio modo Marc. Tull. pro Caelio: *Dies jam me deficiet, si, quae diti in eam sententiam possunt, coner exprimere.* Idem in Verrem actione 11. lib. IV. *Vox me citius defecerit quam nomina.* CIOFAN. *Desinat* malim & *tinga*. quomodo Voss. unus & unus Argentinus pro diversa lectione. vctiores tamen, *Deseret*. Virgilius lib. 1. magni operis, M. 373.

Si vacet annales nostrorum audire laborum, Ante diem clauso componere vesper Olympo.

ubi componat nonnulli codices. Apulej. Apol. *Dies me deficiet, si omnia velim persequi*, pro & in alto Tom. II.

aequore Cantabrig. in imo. Forte: — & Ibero Phoebus anhelos Aequore tinget equos.

ut lib. vii. 324. xiv. 416. HEINS.

419. *Quam consequar omnia dictis.*] Libri scripti; *Omnia verbis*. CIOFAN. *Persequar* duo. *persequar* unus: *verbis* plurimi.

* *Gentes.*] *Gentium species in varias* Parm.

^b *Significat.*] *Cacteris, quae sequuntur, significat gentium urbiumque potentiam aut crescendo aut desinendo mutari. Romanique regno adulescentem aliquando caput orbi fore, Heleno id olim Aeneas ita vaicimante* Colon.

420. *Sic omnia verti Cernimus.*] Liber meus; *Sic tempora*. CIOFAN. *Id omnia* proximo versu praecesserat. *tempora* prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. & decem alii, idque in postrema editione expressit Naugerius. sed mutationes temporum jam fuisse supra percensuit. Loege, *sic tempore verti, gentes* nimirum. deinde, pro *alias gentes* prim. sec. Palat. prim. Vatican. prim. Gronov. quart. Medic. alique plurimi, *illas* bene. quod responderet *quae has*, HEINS. Sed & *tempora* potest reineri & pro vicissitudinibus imperiorum capi. ut Val. Fl. 1. 543. *Postquam jam me sua tempora Graeci, illas sibi sumere robora* Medic. & septem alii.

422. *Concidere.*] *Occidero* unus Heinii & Moreti.

Rrrrrr

422. Gen-

Nunc humilis veteres tantummodo Troja ruinas,
 425 Et pro divitiis tumulos ostendit avorum.
 [Clara fuit Sparte: magnae viguere Mycenae:
 Nec non Cecropiae; nec non Amphionis arces.
 Vile solum Sparte est: altae cecidere Mycenae.
 Oedipodioniae quid sunt, nisi fabula, Thebae?
 430 Quid Pandioniae restant nisi nomen Athenae?]

F A B. XLIII. ARGUMENTUM.

Omnia quae nascuntur transmutantur in dissimiles species.

Numa Pompilius propter scientiam rerum à populo Romano in regnum est receptus: cuius

422. Censurae.] Coetque unus Basil.
425. Tumulos.] Titulos Oxon. & Strozzae unus. Vid. lib. xi. 429.

426. Clara fuit Sparte.] Sparta Laconica dicitur regio, à Spartis Cadmi sociis cognominata: sed plerumque pro urbe ponitur. RAGIUS. Atque haec quidem Stephani traditio est. Pausanias autem in Laconicis à Sparta, Eurotae filia, Lacedaemonis uxore, Spartam appellatam dicit, coque nomine urbem significari. Sic & Mycenae, de quibus proximo loco sequitur. quas alii à Mycenaeo dictas volunt, idem à Perseo conditas, & à capulo gladii, qui μίσην Graecis dicitur, qui eodem loco illi excederit, appellatas tradit. Quamquam rursus alii sunt, ut idem autor est, qui non à capulo gladii, sed a fungis (nam hos quoque μύκητες Graecis significant) dictas velint, quòd eodem loco Perseus siti affectus fungum avellerit à terra, ejusque liquore sive succo sitim levarit. Vide Argolica Pausaniae. Fuit autem & filia Inachi quaedam Mycene, uxor Aethloris, de qua Homerum intellexisse voluit Odyssae M. ubi ait:

Τῆρόν τ' Ἀλκυόνην τε, ἐν-επιφάνος τὴ Μυκήνην.
Ab hac igitur quoque urbi nomen factum, sunt qui velint. Autor idem Pausanias eodem libro. MUSEUS. Hic versus cum sequenti in Vatic. margiat erat adscriptus. qui illos sequitur omnino est expungendus, cum ex hoc versu promanarit. quid enim opus bis Spartae meminisse? Certe libri veteres ex his quinque versibus modo hunc, modo illam non agnoscunt. Ego omnes tollendos esse censeo. In eo enim artificium Poetae imprimis consistit, ut perpetuo orationis filo mutationem rerum omnium tanquam concatenatam pertexas; nunc in eo occupatur, ut ex ruinis Trojae Romanam prodidisse demonstraret. Inopportuna igitur,

ut quae maxime, Spartes, Mycenarum Athenarumque ac Thebes hic inculcatur mentio. Adde quòd in postremis duobus versibus bis occurrit, nomina & nomen, qualia nusquam committit Noster, nisi librorum oscitantium culpa. Denique Athenas nil nisi nomen fuisse Pythagorae, qui hic loquitur, aetate falsissimum est; cum ea tunc unica florent: sed & Thebae ab Alexandro Magno deletae, qui ducentis ad minimum annis vixit post excessum Pythagorae. Sed de repetitione τῶν nomina culpa amovebitur, si cum Bernegg. & alio Strozzae repones:

— quid sunt nisi fabula Thebae?
ut apud Statium Theb. x. 870.

Es mentia his Thebani fabula mari.
Lucanus lib. vii. 397.

— tunc omne Latinum
Fabula nomen erit.

versu denique secundo pro, Nec non & Cecropiae, bene unus Voss. Nec non Cecropiae. nam primam in Cecropis nusquam corrumpit Naso. Vir summus Gerardus Johannes Vossius Oratoriarum Institutionum lib. v. cap. 11. § 7. multus est in Nasone erroris convincendo hic loci, quem puto nos abinde jam vindicavimus. HEINS. Scaliger etiam ad Manil. lib. 1. 316. Ovidium non potest absolvere, qui ex persona Pythagorae, quo tempore flouentissimae erant Athenae & Thebae, eas penitus corruisse dicit; nuper etiam Just. Got. Robenerus in Amoenitatibus Historico-Philologicis de potentia & splendore potius capit, licet versum etiam ἀεὶ ἀσφαλιστὸν suspicet in prima dissertatione, Ab Athenae inferens. BURM.

426. Viguere.] Accurere Basil. Vatic. & quatuor alii.

427. Nec non & Cecropis.] In manuscripto co-

cujus praecepta cum ante dictis haec sunt: Quaecumque nascuntur, & haec crescendo & senescendo transmutari in dissimiles species: & post obitum sic consumi, ut aut in terram abeant, quae corpora sunt; aut in aëra, quae spiritum contineri videntur. Paro Helenus, Priami filius, refert & ab Aenea urbis conditae positionem.

Nunc quoque Dardanium fama est confurgere Romam;
 Appenninigenae quae proxima Thybridis undis
 Mole sub ingenti rerum fundamina ponit.
 Haec igitur formam crescendo mutat; & olim
 435 Immeni caput orbis erit. sic dicere vates,
 Paticinasque ferunt fortes: quantumque recordor,
 Priamides Helenus flenti, dubioque salutis,
 Dixerat Aeneae, cum res Trojana labaret.
 Nate Dea, si nota satis praefagia nostrae
 440 Mentis habes; non tota cadet, te fospite, Troja.

Flam.

dice sic lego: Nec non Cecropes, ut sit Graecus genitivus, à nominativo Cecropens. nam ut Popsis & Epopeus dicitur, ita Cecrops & Cecropens. CLAREAN.
427. Amphionis arces.] Amphion fuit Jovis filius, ut ait Seneca, cujus haec sunt, ubi loquitur de Thebis: Herc. Fur. 262.

Cujusque minus natus Amphion Jove
Struxit canoro saxa modulatu trabens.

Et Euripides initio Herc. Furcenis: Ἀμφίον, ἄδ' Ἰλίου, ἐκπύου δάε. Lege etiam Probum in Ecl. 11. Virg. Hoc idcirco annotavi, quoniam non satis liquidò constat, cujus fuerit filius Amphion. Hic autem, ut Graeci auctores tradunt, ea clementia ac benignitate fuit, ut iis, qui sub suo erant imperio, nunquam quidquam, nisi aequum atque honestum, imperaverit: tantaque eos benevolentia & lenitate ad se amandum alliciebat, ut cum Thebas conderet, omnes suapte sponte uno consensu, quae ad aedificia construenda necessaria essent, ei suppeditaverint. Ideo scilicet esse Amphionem lyra, ad cujus sonum lapides accurrebant, Thebas condidisse. Cum illis facit & Hyginus. CROFAN.

429. Oedipodioniae Thebae.] Hoc epitheton ex hoc loco mutuatus est Lucanus lib. 11x. 407.

Oedipodionias infelix fabula Thebas. IDEM.

430. Pandionias Athenae.] Athenarum ultimus rex fuit Codrus, Melanthii filius. Patere. lib. 1. IDEM. Si retinendus esset versus, malebat Heinsius, Quid Pandionis restat, nisi nomen, Athenas.

431. Confurgere.] Assurgere Basil. unus. Trojam etiam sex libri.

Omnia.] Numa Pompilius in aëra Parm.

Receptus.] Receptus curaque a bello ad pacis artes transtulit, ritusque sacrorum instituit. Qui postquam pariter vitam & regnum suavis, populo

sus maximo dolori fuit, sed praeter ceteris Aegyriae Nymphae conjugi suae, quam in valle Aricina ultra modum conjugis amissionem aegre ferentem, Nymphae loci illius solari frustra non semel conatae sunt. Hippolytus ipse, qui in ejusdem doloris lenimen suum infortunium, Jusque casus, ut sequuntur, recessit Colon.

Haec crescendo.] Nec crescendo Lugd. haec deest Micyll.

Quae spirita.] Quo sp. Parm.
Ab Aenea.] Aeneae Parm. Lugd. Micyll.

434. Haec igitur formam crescendo mutat.] Formam mutando crescit Thuanus codex; recte, si legatur, crescit. formam enim vocat primam illam Romuli quasi delineationem urbis, ut Tibull. lib. 11. v. 23.

Romulus aeternae nondum formaverat urbis Moenia. ubi male firmaverat quidam. Ita imaginem orbis potius quam urbem vocat Florus lib. 1. cap. 1. formam crescendo imitatur olympi Basil. unus. versu praecedenti, colle sub Gronov. inox, sic ducere vate Francof. BURM.

434. Et olim Immeni caput orbis erit.] Lib. v. Fast. Sic, ubi nunc Roma est, orbis caput, arbor, & herba,

Et paucae pecudes, & caesa rara fuit. CROFAN.

436. Faticinasque ferunt fortes.] Libri scripti, Vaticinasque. Quod libentius sequor. CROFAN. Male. nam Vates praecedat. Thuanus & tres alii, faticinasque. ut lib. 1x. 418. nocet etiam pro sortis Argentin. forte, pro voces.

438. Dixerat Aeneae.] Huic versui ille praeposendus, Priamides Helenus, ex fide unius mei & unius Medicei. HEINS.

438. Labaret.] Labaret fragm. Boxii & Viviani. periret duo libri. laborat Palat. sec.

Flamma tibi ferrumque dabant iter. ibis; & undè
 Pergama rapta feres: donec Trojaeque tibi que
 Externum patrio contingat amicus arvom.
 Urbem & jam cerno Phrygios debere nepotes;
 445 Quanta nec est, nec erit, nec visa prioribus annis.
 Hanc alii proceres per secula longa potentem,
 Sed dominam rerum de sanguine natus Iulii
 Efficiet. quo, cum tellus erit usà, fruentur
 Ætheriae sedes: coelumque erit exitus illi.
 450 Haec Helenum cecinisse penatigero Æneae,
 Mente memor refero: cognataque moenia laetor
 Crescere; & utiliter Phrygibus vicisse Pelasgos.
 Ne tamen oblitis ad metam tendere longè
 Exspatiemur equis; coelum, & quodcumque sub illo est,
 455 Immutat formas, tellusque, & quidquid in illa est.
 Nos quoque pars mundi, (quoniam non corpora solum,
 Verum etiam volucres animae sumus, inque ferinas
 Possumus ire domos, pectusque in pectora condi)

Cor.

442. *Rapta.*] *Capta* Basil. & Sprotti.

443. *Patrio contingat amicus*] *Externa patria* Regius Basil. & Leid. *Externa patria* Vivianus & duo alii. *patriae* Vossian. *mihi* etiam Vivianus. vide lib. VIII. 410.

444. *Urbem etiam cerno Phrygios debere nepotes.*] Ordo est: Cerno urbem debere Phrygios nepotes, id est, debitam esse Phrygiis posteris. *Cons. FAN. Et jam*, ut in *Fatis* Carmentis vaticinans, lib. I. 519.

Et iam Dardaniae tangunt haec litora puppes.
 Nec satis aridet 73 debere. Quid si Notker scripsit?
Urbem & jam cerno Phrygios se offerre nepotes,
Quanta nec est, nec erit.

HEINS. Nihil muta. debere enim rectissime dicitur de illis, quae suo destinata certissime eventura sunt. de quo latius ad Val. Fl. v. 21. *Phrygius* Gronov. test. illud *cerno* vero vati convenientissimum, qui futura ut praesentia videt. ita Amphiarans apud Pindar. VIII. Pyth. 64. *Θαύματα καὶ δεινὰ*, ubi vid. Schmidtii notas, & quae viri docti ad illa Petronii cap. 121. *Cerno equidem gemina jam stratos morte Philippi* adnotarunt. BURM.

448. *Fruentur.*] *Fruantur* Voss. sed tunc in sequenti *Si. coelumque* sic legendum. *italique* erit unus Leidens.

451. *Mente memor refero, cognataque moenia laetor.*] An *cognata*, quia olim Euphorbum se huius gloriabatur, an qui etiam Asiaticus, quod non admodum aridet. *GEAEGAN.* Simplicius ac melius, quod in Palatino, *recolo.* DAN. HEINS. *Memento* unus Moret. vid. lib. XIV. 813.

453. *Tendere.*] *Tangere* tres. *longo* Ox. *nec tamen* etiam quatuor.

455. *Immutat.*] *Et mutat* prim. Gronov.

457. *Verum etiam volucres animae sumus.*] *Animas volucres*, id est volantes, interpretor: hoc est de corporibus in corpora transmeantes. *CONS. FAN.*

458. *Pectusque in pectora condi.*] *Liber meus, Pectorumque.* Vatican. *In corpora.* CIOFAN. *Postquam* ire unus Med. *in pectora* verbi duo, *credi* unus. *morgi* alius. *in pectora* etiam nonnulli. *in corpora* plurimi.

459. *Quae possunt.*] *Quae possunt* prim. Reg. & unus meus. HEINS.

460. *Fodera.*] *Sanguine* unus. *vetorum* *foedere* Gronov. pro quo Heinsius, *noterum.*

461. *Et honesta suavit.*] Malebat Heinsius, *tuta atque inadesta suavit.* vel, *tuta esse & iusta*, sed *honesti* est honore ornanda, honorata. ut *Cicero*. XI. *Epist.* 15. *Caesarem honestum esse volo.* & XI. *Ep.* 3. *Nos te cupimus in libera reipubl. magnum atque honestum esse;* & ita passim. *BURM.*

462. *Cumulemur viscera.*] *Cumulemur* eleganti Graecismo primus Palatinus inter vetustissimos, unus Leid. & Graevianus, *cumulentur.* HEINS. *Tumulemur* Junian. vid. lib. VI. 665.

464. *Vituli qui guttura cultro Rumpit.*] *Libri* Vatican. & meus, *Corpora cultro.* CIOFAN. *Ferro* vetustiores. HEINS. *Vid. lib. III. 626. pectora* vel *corpora* plurimi. *rumpit* etiam lex scripti.

469. *Quam transitus inde paratur.*] *Qua paratur* prim. Reg. & Langerm. *quis transitus* prim. Vatican.

Corpora, quae possint animas habuisse parentum.
 460 Aut fratrum, aut aliquo junctorum foedere nobis,
 Aut hominum certè, tuta esse & honesta sinamus:
 Neve Thyesteis cumulemur viscera mentis.
 Quàm male consuecit, quàm se parat ille cruori
 Impius humano; vituli qui guttura cultro
 465 Rumpit; & immotas praebet mugitibus aures!
 Aut qui vagitus similes puerilibus haedum
 Edentem jugulare potest; aut alite vesci,
 Cui dedit ipse cibos! quantum est, quod desit in istis
 Ad plenum facinus! quò transitus inde paratur!
 470 Bos aret; aut mortem senioribus imputet annis:
 Horriferum contra Borean ovis arma ministret.
 Ubera dent saturaë manibus pressanda capellae.
 Retia cum pedicis, laqueosque artesque dolosas
 Tollite: nec volucrem viscatà fallite virgà:
 475 Nec formidatis cervos includite pinnis:
 Nec celate cibis uncos fallacibus hamos.

Per-

prim. Gronov. & multi alii. *sec. Medic. quid qui paratur* prim. Hamburg. & duo alii. *quo transitus inde paratur* prim. Erfurt. & prim. Ambros. recte. *paratur* alii etiam plurimi. HEINS.

471. *Horriferum.*] *Horrificum* Oxon. & prim. Moret.

474. *Nec volucres.*] *Volucrem* ex plerisque scriptis. HEINS.

475. *Nec formidatis cervos includite pennis.*] Sic quidem legitur, sed *formidantis* forsitan est legendum, ut cervorum sit epitheton, qui natura vel

Homeri testimonio timidissimi sunt. *Pennis*, id est sagittis à parte namque totum per synecdochen frequenter significatur, pennae enim sagittis adglutinantur. *REGIUS.* Qui *formidantes* legunt, poetarum non intelligunt sensum. tangit enim venantium cervos morem, qui rubras finibus pennas suspendunt, quacumque retia non locantur: ut earum formidine cervi illiac se recta propiciant. Eum morem tangit *Virg.* III. *Georg.* 371. de cervis loquens his versibus,

*Hos non immisso canibus, non cassibus ullis,
 Puniceaeve agitat pavidos formidine pennae.*

Legimus tamen & alias feras his artibus capi. *Seneca* in *Hippolyto*, 46.

Pisla rubenti penna Vano claudat terrore feras.

Et in secundo de *ira*, cap. 12. *Cum maximos ferarum greges linea pennis distincta continat, & ad insulas agat.* Ac paulo post. 106. *Umbra ab infantibus, à feris rubens penna metuitur.*

CONS. FAN. Et rectè legitur *formidatis*, ut ad

pennas referatur, & falsus est *Regius*, qui *pennas* hoc loco pro sagittis accipit. Non enim sagittas intelligit poeta, sed revera pennas, quibus plerumque puniceis, interdum etiam odoratis, solebant venatores perterrefacere cervos, eaque loca, intra quae cervi versarentur, circumdare. Hinc *Virgilius* quoque, de cervis loquens, tertio *Georg.* dixit, *Hos non immisso* &c. Et *Lucanus* IV. 451.

— *Sic dum pavidos formidine cervos
 claudat odoratas metuentes aëra pennas.*

Item *Ausonius* apud *Theonem*:

*An cum fratre vagos dumeta per avia cervos
 Circumdas maculis, & multae indagina pinnae.*

Atque eadem haec *Caelius* quoque annotavit libro decimo sexto capite undecimo. *MICILL.* *Illud* prim. *Palat. Cantabr. tert. Medic. Urbis. Neapol. Thuan. prim. Erfurt. uterque Hamburg. prim. Moret.* alique complures. *claudat* prim. *Amerof.* sed frustra. sic *Notker* *Falt.* v. 371.

— *pro Libyis claudantur rete laevis
 Imbelles capreae.*

Lucanus similiter lib. VI. 42. *Feras indagina claudat.* Vide plura nostri *Vlittii* *Notis* ad *Gratii* *Yf.* 49. primae ac secundae curae. apud *Senecam* tamen *Hippolyto* scribe, 40.

Pisla rubenti linea pinnae

Vano ludat terrore feras.

nam veterissimus *Mediceus*, *claudat.* vulgati, *claudat.* Ceterum *pinnis* in *Nasone* reponendum. ita enim *Gratius* ac *Nemesianus* passim. *Ausonius* *Ep.* v.

Perdite, si qua nocent, verum haec quoque perditae tantum.
Ora vacent epulis: alimentaque congrua carpant.

F A B. XLIV. ARGUMENTUM.

Egeria in vallem Aricinam se confert.

Egeria post mortem mariti Numae in vallem Aricinam se contulit legens.

480 **T**alibus atque aliis instructo pectore dictis
In patriam remeasse ferunt; utroque petitum
Accepisse Numam populi Latialis habenas.
Conjuge qui felix Nymphâ, ducibusque Camenis,
Sacrificos docuit ritus; gentemque feroci
Aduetam bello pacis traduxit ad artes.
485 Quem, postquam senior regnumque acvumque peregit,
Exstinctum Latiaeque nurus, populusque, Patresque,
Deflevère Numam, nam conjux urbe relicta
Vallis Aricinae densis latet abdita silvis:
Sacrâque Oresteae gemitu questuque Dianae
490 Impedit, ah quoties Nymphae nemorisque lacusque,

Ne

*An cum scire vagis sumpta per avia cervae
Circumdas maculis, & multa indagine pinnae?*

inde *pinnae inferentiam in sine ad terribitas*
ferat Servio *En. xii.* & lemma in antiquo codice
Gratii, *De pinnae confectendis*, ita & apud Virgi-
lium bis longe veterini duo codices, alter Medi-
ceus, Vaticanus alter, literis uncialibus scripti,
Pinnae formidine pinnae Georg. III. & apud Lu-
canum scripta exemplaria, pro *formidatis* plurimi
codices, *formidantis*. Forte, *formidantis*. Hæss.
Nos *incladite* praetulimus, de pennis vel pinnis
vid. Juret. ad Symmach. i. Ep. 47.

478. *Alimenta congrua carpant.* Libri veteres,
Alimenta nuda carpant. CROFAN. *Mittit* omnes
praeter prim. Vatic. & quinque alios. quomodo
Noiter saepe sibi, nil muto tamen. Memini enim
congrua *sermenem* quoque apud Plautum occur-
tere. Rutil. i. Itin.

Tristibus exceptis congrua fata rei.

Catalogeta Pithoei pag. 159.

Congrua nuntiatibus disjuncta jura ministret. HEINS.

Se contulit. Scenno tulit Parm. qui titulum &
argumentum eodem exemplo exhibet, nisi quod in
illo *contulit*.

484. *Tradaxit.* Delaxit unus, transmisit Vati-
c. sec. traduxit octo, traduxit in usum unus Heinsii.
gentemque ferocem unus, *profanam* alius, *con-
suetam* eundem duo.

485. *Qui postquam senior.* Quem Cantabrig. sed
tum postea, pro *Deflevère Numam*, *refinge*, *Defle-
vère curam*, nam ad *Numam*, quod paulo ante
praecellerat, aut ex gloriante interlineari ite-
ripit, aut ex geminata perperam sequenti voce
viam conflatam est. Hæss. Forte scripserit, *desle-*

vere. Numae nam conjux etc. *deflevère* simul etiam
volebat Heinsius olim.

489. *Oresteae Dianae.* Pausanias dicit, ritum,
quo ante humano sanguine sacrificabatur deae,
postea à Lyceo sublatum & pro eo institutum,
ut adolescentes verberibus in eadem ara caederen-
tur, unde postea *Boysotica* appellati, qui sufferen-
dis pluribus verberum ictibus vicissent. De qua re
& Serv. annotavit in VII. *Aeneid.* Sed hic Dianae
simulachrum principio in Italiam, inde rursum in
Laconiâ deportatum dicit. Athenienses autem
etiam Brawonem, quod Atticae oppidum est,
translatum tradidere. Sed de hac re copiose Pau-
sanias in Laconicis. MICYLL.

490. *Impedit.* Impedit Cantabr.

492. *Dixerunt! quoties flenti Thesteus heros,
Siste modum, dixit!* Dixerunt! ah quoties Barberin.
Legge, *Dixere!* ah quoties. Deinde, pro *Siste mo-
dum*, quod Latinum vix est, repono, *Sis modus*
ô, dixit Certe Zolichemianus, *Siste modo*. Vale-
rius Flaccus libro IV. *vs.* 474.

*Teque, ait, injusti, quae nunc premit, ira Tonantis,
Ante precor, nostrae tandem jam partes senescat.
Sis modus, & fore credo equidem, nam vestra velatast*

Quid, juvenes, sine pace Deum?
sic scribendi illi vetus. Paulo post vers. 485. apud
eundem repono,

*Sic ait, & satis jam jam credentibus emnes
Impulsi, & dirae commoviti imagine peccati.
bene etiam unus Vossianus, stendi.*

— ah quoties, flenti, Thesteus heros,
Sis modus, ô dixit.

Att. Am. II. 25.

Sis modus exitio, dixit, iussisse Minos.

Stat.

Ne faceret, monuere; & consolantia verba
Dixere! ah quoties flenti Thesteus heros,
Siste modum, dixit: neque enim fortuna querenda
Sola tua est. similes aliorum respice casus:

495 Mitius ista feres. utinamque exempla dolentem,
Non mea te possent relevare! sed & mea possunt.

F A B. XLV. ARGUMENTUM.

Hippolytus in Deum Virbium.

*Hippolytus, cum propter novercale odium a propulsus esset patria, & Troezena profi-
cisceretur, ex improvviso mari elatus taurus, sicut parens optaverat, gravissimum ei
objecit timorem: & exasperatis equis tractus interivit: Quem Aesculapius, Dianae
voluntate, cujus initio comes fuerat, reduxit ad superos. Hinc ab eadem Dea evoca-
tus in nemus Aricinum, mortalitatem exsujit; à converso isaque nomine Deus Virbius
est appellatus.*

Fando aliquem Hippolytum vestras (puto) contigit aures,
Credulitate patris, sceleratae fraude novercae

Oc-

Stat. Theb. v.

— nec stitibus unquam

Fit modus. HEINS.

494. *Sola tua est.* Sola tibi est prim. Moret. &
duo alii. IDEM. *Aliarum* etiam unus Moret. *pro-
spice* duo libri.

495. *Possunt.* *Possunt relevare* Voss. & mea pos-
sunt duo.

Propulsus. Pulsus Micyll.

Esset patria. Propulsus a patria Troezenam
prof. Colon.

Gravissimum. Equos currum ejus trahentes per-
territis, adeo ut ipse corruens & misere membra dis-
tractus interiret Colon.

Et exasperatis. Et deest Parm. Lugd. itaque
Micyll.

Tractus. Distractus Micyll.

Quem Aesc. Verum hunc Aesc. Apollinis filius
D. v. medicamentis vivum restituit, moxque a Dia-
na (cujus virginitalis comes fuerat) ne agnosceretur, in
majore aetate promotus, Virbius nomine dictus,
in Aricino nemore collocatus est Colon.

Hinc ab eadem Dea. Hinc ejusdem Deae revo-
catus i. n. A. m. exiit Parm. Lugd. hinc ejusdem
de inferis revocatus in esc. Micyll. deest aliquid;
ejusdem Deae nomine, vel simile quid.

A converso. A deest Parm. Lugd. Micyll.

497. *Fando aliquem Hippolytum vestras si con-
git aures.* Vestras quoque prim. Palat. prim. Vatic.
tert. quart. Medic. Calandr. & viginti circiter alii.
vestras pato Urbin. Bernegg. Oxon. Arondel. prim.
Gronov. Noricus & alii lex. probe. *Fando*, Vir-
giliana imitatione:

*Fando aliquid si sortis tuas pervenit ad aures
Belidae nomen Palamedis.*

quomodo ille & ceteri Epici saepe. Valerius Flac-
cus lib. v. 473.

Si fando hic aliquam nefro fatu orbe seletat

Thestiam, si quos Phryxus memorari Palaesus.

*Si quando perperam nunc ibi exstat, ex quo loco
apparet, etiam in Virgilio aliquid nomen reponi
debere, quomodo in longe vetustissimo Mediceo
codice exaratum offendi. Apulejus Apologia: Quis
unquam fando audivit. & mox, Quis enim fando au-
divit. deinde, Multa fando, Maxime, audivi. in Flori-
dis, Fando accepimus. & lib. IV. Met. Dis etiam
ipsum Jovi formidabilis aquas Stygiae vel fando
comparat. Macrobi. Satur. I. 13. Pleraque varum
rerum nemo nostrum vel fando comperit. Plaut.
Amyh. Quaecumque nec fieri possunt, nec fando un-
quam accepit quisquam. Gellius lib. XVII. c. 10. Hoc
nec a Pindaro scriptum, nec fando unquam auditum.
Silius libro X.*

— si vorfena fando

Audis tibi, si Coeles, si Lydia castra.

Statius Theb. v.

Sed quid fando tua tela manuzque

Dumcor. Vetus Poëta apud Ciceronem Tui-
culanis Quaestionibus: Neque tam terribilis ulla
fando natio est. Symmach. lib. I. ep. 63. *Fando ocep-
peras*. hinc *fatu* *surpe*, quomodo *diluturpe* in Pri-
apei Epigrammate xxxvii.

Turpe quidem fatu, sed ne ventigine rumpat,

Falso manus postea sus amica manus.

ita enim vetus codex, qui penes me exstat. Vul-
gati, *Turpe quidem factu*. sic apud Maronem,
Haud mollis fatu libro XI. *Bin. Vitrandi fatu*
apud Marcianum Capellam lib. IV. Senec. Oedip.
act. II.

Quid tarda fatu est lingua, quid quærit moras.

Stat.

Occubuisse neci. mirabere, vixque probabo :
 500 Sed tamen ille ego sum. me Palsphacia quondam
 Tentatum frustra, patrium temerasse cubile
 [Quod voluit sinxit voluisse : & crimine verso,]
 [Indiciine metu magis, offensane repulsae]
 Arguit : immeritumque pater projecit ab urbe ;
 505 Hostilique caput prece detestatur euntis.
 Pittheam profugo curru Troezena petebam ;
 Jamque Corinthiaci carpebam litora ponti ;
 Cum mare arrexit : cumulusque immanis aquarum
 In montis speciem curvari & crescere visus ;
 510 Et dare mugitus ; summoque cacumine findi.
 Corniger hinc taurus ruptis expellitur undis,
 Pectoribusque tenus molles erectus in auras,

Nari-

ita optima membranae Florentinae; vulgati, *quod tardo fatum.* idem Agamemnone, *Acerba fatu possit.* de *sancti* verbo plura Vollius Gramm. de Analog. III. 9. HEINS. Vide supra ad lib. IX. 7.
 497. *Vestras se contigit auris.* Eleganter de fama loquens, *vestras*, inquit, pluraliter. deinde, addens miraculum, singulariter, *mirabere*, inquit, tamquam notitia ad omnes, miraculum vero maxime ad Aegeriam spectet. GLAREAN.
 498. *Stelcratae & fraudis.* *Tò &* non agnoscent plurimi ex vetustioribus. & abest rectius. HEINS.
 502. *Quod voluit sinxit voluisse, & crimine verso.* Versus importune huc inculcatus à sciolo. multi veteres,
Quod voluit voluisse infelix crimine verso. alii oliter. pro *temerare* prim. Gronov. prim. Basil. & multi alii, *temerasse*, pro *Tentatum* prim. Vatic. tent. Medic. & tres alii, *Tentavit*. Poete, *Tentato*, ut concursus videri quarti casus. pro *Palsphacia quondam*, Scaliger (ad Manil. lib. v. v. 536.) *Me quondam Palsphacia*. male. nam *Palsphacia* eadem cum *Palsphae*, ut *Calliope*, *Calliopea*, *Hippodame*, *Hippodamia*. Si quid mutandum sit, reingam, *Me Palsphaeidi quondam*. vel *Palsphacias olim. mox, Indiciine metu magis, offensane repulsae* ex melioribus scribe, & *habiam est* subintellige. Videantur quae notavi ad Epil. Medaeae, v. 149. Nisi *et magis* obrepit in locum *et dolum*. cujusmodi errores alibi quoque commissos hic illic deprehendi. Potest, etiam *Arxuit* pro *Arguit* reponi. ut ad Thecum referatur:
Arxuit, immeritumque pater projecit ab urbe. vel,
Arxuit, emertumque nihil pater ejicit urbe. nam prim. Vatic. *immeritumque nihil*. De *emerendi* vero haec significatione alibi plura notamus. sic *emirari*, pro *mirari*, apud Horat. lib. I. Od. v. Reli-

qui fere codices,
Damnavit meritumque nihil pater ejicit urbe. quibus cave accedas. *et Arguit* potest etiam fieri quod in *damnavit* mutarunt, qui parum intelligebant ad Phaedram hoc debere referri, non ad Hippolyti parentem. *projicere* dixit ut Apulej. Met. vii. Hunc *insimulatum querendam estu projectu exirentis* *farvienti invidia*. HEINS. Sic saepe se *projectum* Ovidius in Trilibus & ex Ponto libris vocat. vid. Trist. I. 13. & VIII. 1. sic apud Just. xvii. 3. de Arfinoe: *Scissa veste & crinibus sparsis, cum dibus servulis ex urbe, projecta Samothraciam in exilium abiit*, ita in codice Bodlejanae Biblioth. esse notavit Hearnius. vulgo *prostrata*. BURM.
 503. *Offensane repulsae Arguit: immeritumque pater projecit ab urbe.* Libri calamo descripti:
 — *Offensa ne repulsae*
Damnavit, meritumque nihil pater ejicit urbe. Quod vehementer mihi placet. Qui versus solum desert à lib. meo, quod in eo est, *Pater ejicit ab urbe.* CIOPAN.
 504. *Ejicit Urbe.* Terent. in Andria II. 3. *Quamobrem ejiciat oppido*. Alter loquitur Novius, sive Naevius, Danae: *Indignè exigni patrii immoventi*, et aliter Turpilus Lemnius:
Propter peccatum paucillum indignissime
Patria proelatum esse saevitia patrii. Citat Notius in verbo *Proelatus*, id est excludendi. IDEM.
 506. *Pittheam.* Pittheam prim. Palat. prim. Reg. & octo alii. ut supra v. 206. HEINS.
 510. *Summoque cacumine findi.* Vatican. & meus, *Cacumine findi*. CIOPAN. in *acumine* quidam codices.
 511. *Corniger hinc taurus.* Hunc Diana post occidisse dicitur. vid. Apostolij Paroemiam, *Ταυροπέδι, τὸν Ἀρτέμιδος τὸν ἄρτερος*: unde *Diana Ταυροπέδι*, vid. Etymol. M. in *Ταυροπέδιον*, quo nomine etiam

Naribus & patulo partem maris evomit ore.
 Corda pavent comitum. mihi mens interrita mansit,
 515 Exsilis contenta fuis. cum colla feroces
 Ad freta convertunt, adreclisque auribus horrent
 Quadrupedes; monstrisque metu turbantur; & altis
 Praecipitant currum scopulis. ego ducere vanâ
 Frena manu, spumis albetibus oblita, luctor :
 520 Et retro lentas tendo resupinus habenas.
 Nec vires tamen has rabies superasset equorum ;
 Ni rota, perpetuum quâ circumveritur axem,
 Stipitis occurfu fracta ac disjecta fuisset.
 Excitior curru : lorisque tenentibus artus
 525 Viscera viva trahi, nervos in stirpe teneri,
 Membra rapi partim, partim repressa relinqui,

Offa

Amphipoli cultam constat ex Livio XLV. 44. & ejusdem nominis Diana & Minerva confortes erant. vid. Helych. in *ταυροπέδιαι*. sacra hinc *ταυροπέδιαι*, de quibus Casaub. ad Athen. vi. 16. Servius ad Virgil. VI. 448. & VII. 761. Phocam fuisse dicit. Seneca etiam in Hippolyto 1036. *taurum* dicit fuisse, ubi Glossa in codice Trajectino addit, *monstrum simile fuit tauri, quem domuit Hercules*. Nimirum in loco Senecae legerat, ut est in isto codice, *Heracles taurus colla sublimis generis*. BURM.
 515. *Tum colla feroces.* Cum ex scriptis plerisque. pro *exsilis contenta suis* excerpta Calandrae, *exsilii sui*, usus secundi casus elegans est in similibus. Paterculus lib. II. de Maecenate, *Vixit angustii clavi paene contentus*. Justin. libro XLII. *Soythae autem contenti victoriae depopulata Parthia in patriam revertuntur*. sic in Fuldansis codicibus Moatius invenit. quart. Medicus & unus Leidensis, *Exsilis intentia*. ut in Trilibus IV. I.
Mens intenta suis ne foret usque malis.
 HEINS. Vid. ad lib. v. 169.
 515. *Colla feresse Ad freta convertunt.* Colla, id est capita, quanquam si capita convertunt, etiam colla convertunt, ad quae capita consistunt. est autem secundam naturam descriptus equorum horror. GLAREAN.
 516. *Arrectisque auribus horrent Quadrupedes.* Propriè hoc de pecudibus dicitur. Translatè autem Terentius in Andria: *Arripe aures, Pamphile*. Et Virg. lib. II. Aeneid. 303.
 — *atque arrectis auribus adsta.*
 CIOPAN. *Arrectisque* major scriptorum pars. & recte. nam *arrectus* paulo ante praecesserat. ita apud Virgil.
Auribus arrectis nocturna silentia tentat.
 & de equo, *arrectisque impulsit aures*. Sil. X. 459. *arrectisque auribus arcem Himmitum effundens*. malo etiam, *haerent* quam *horrent*, ne bis idem dicat.

pro metu turbantur sec. Vatic. & duo Medicei; *torrentur*. ut Fall. VI. 739. in eadem narratione, *Asteriti torrentur equi.*
 Epil. prima,
Ille laeae admisso terruit Hostes equos.
 HEINS. *Arrectis* alii.
 519. *Luctor.* Nitor unus. Regius notat & *luctor* legi. tento prim. Gronov.
 522. *Perpetuum quae circumveritur axem.* Duo Vatic. Caelest. Urfini & meus, *Volvitur axem*. Aliter Varro, cujus haec carmina citat Marius Victorinus:
Vidit & aethero mundam torqueret axe,
Et septem aeternis senitum dare volubus orbis;
Nitentes alios alios, quae maxima divus
Lacerta stat: cum longè gratissima Phoebi
Dextera consimiles molitur redolere vocis.
 Ita cum doctiss. Scaligero distinguenda sum arbitratus. CIOPAN. Lege, *qua cum uno neco & Sixiano*. alius meus, *quo circumvolvitur* prim. sec. Pal. Cantab. Oxon. Urbin. Bernegg. prim. Reg. prim. Erfurt. alique plurimi. Prudentius contra Symmach.
Emicat ac volvari servens rota volvitur axe.
circumflexitur Muret. HEINS.
 523. *Et disjecta fuisset.* Liber meus, *Ac dejecta*. CIOPAN. *Disjuncta* duo libri. *lacerata* Palatinus unus. *stipitis incurfu* duo.
 524. *Artus.* Pedes. REGIUS. Autmanus etiam: nam manibus habenas moderanter auigantes. MEYLL. Eodem modo etiam hoc loco videtur *artus* pro pedibus usurpasse, quanquam & ad aliud quodvis membrum sensus esse potest, potissimum autem si de pedibus intelligamus. GLAREAN. Ita, *primos suspensus in artus* lib. VIII. 398. ubi vidimus *artus* & *membra* esse diversa.
 525. *Nervosque in stirpe teneri.* Vatic. & meus, *Nervos*, sine conjunctione. CIOPAN. in *stirpe* sec.

- Ossa gravem dare fracta sonum, fessamque videres
 Exhalari animam; nullasque in corpore partes,
 Noscere quas posses: unumque erat omnia vulnus.
 530 Num potes, aut audes cladi componere nostrae,
 Nympha, tuam? vidi quoque luce carentia regna:
 Et lacerum fovi Phlegethontide corpus in unda.
 Nec, nisi Apollineae valido medicamine prolis,
 Reddita vita foret. quam postquam fortibus herbis
 535 Atque ope Paeonia, Dite indignante, recepi;
 Tum mihi, ne praefens auferem muneris hujus
 Invidiam, densas objecit Cynthia nubes:
 Utque forem tutus; possemque impune videri;
 Addidit aetatem: nec cognoscenda reliquit
 540 Ora mihi. Cretenque diu dubitavit habendam
 Traderet, an Delon. Delo Cretaque relicta
 Hic posuit: nomenque simul, quod possit equorum
 Admonuisse, jubet deponere: Quique fuisti
 Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius esto.
 545 Hoc nemus inde colo. de Disque minoribus unus
 Numine sub dominae lateo: atque accenseor illi.

FAB. XLVI. ARGUMENTUM.

^a Egeria in fontem.

^b Egeria Nympha, Nymphae Pompiliis^c conjux, ^d post viri interitum cum se in nemus Aricinum contulisset, ^e ibi questu adfido deservit casum viri, ^f fatigans Dianam, ejus regionis

Vatic. Boxhorn. & unus meus. Puto; vepre. Seneca Hippol. 1002.

inde sananimum fecant

Virgulta, acutis asperi vepres rubis. HEINS.

526. Partim repressa relinquunt.] Depressa legit Delius ad Hippolytum Senecae xl. 1051. Sed vulgata, quam & libri veteres agnoscunt, non est sollicitanda. reprehendere enim est proprie ex fuga retrahere. Vide Notas lib. xiii. 235. apud Caesarem Belli Civilis libro primo, reprehendere, pro deprehendere, quaterve legitur in vetustis exemplaribus. HEINS. Partimque repressa octo libri. depressa unus Medic.

527. Membra rapi.] Liber Ursi trahit: quod probat. CROFAN.

528. Exhalare animam.] Exhalari, cum plethysque scriptis. HANS.

530. Num potes, aut audes &c.] Liber meus, Nunc potes. Unus Vatic. Non potes. Alius, An potes. In Caelsti. est, ut in impressis, quod sequendum arbitror. CROFAN.

532. Fovi.] Lavi quatuor. vidi unus, vovi alius.

533. Medicamine proli.] Moris Neapol.

541. Delo Cretaque.] Cretaque Thuan. & alii octo. quamquam sextum casum, quo Graeci creant, in nominibus Graecis Latina enunciatione saepe Latini efferunt, sic ab Anthisa, ab Laerta, ab Antida. HEINS.

546. Atque assentior illi.] Liber meus & Caelsti. habent, Atque acceptior illi. Quod si recipitur Acceptior, valet ceterior, & subaudiendum verbum sum. CROFAN. Acceptior Thuan. Arond. Juret. sec. Palat. quart. Medic. & sedecim alii. acceptior Bernegger. Junian. & duo alii. vel, accerscor. duo item, assentior. Arondel. pro diversis lectione, accersior. Graevianus, assensior. Scribe, accersior. atque ita prim. Strozzae, unus Leidens. & unus Ambrosi. eleganti & proprio verbo, quod etiam Nasoni redonavimus Met. iii. xl. 691. Strabon. Theb. ix. 397.

Ad cineres saltem supremaeque iussa tuorum
 Saevae veni; non his saltem accensuro nepotem.
 ita scribo. vulgati hic. ut ab accendere derivetur.
 hinc & accensi dicti teste Nonio, quod decurionibus

incolam, adfido sletu. ^a Novissime lacrimae ejus ab eadem dea transmutatae sunt in fontem, qui ex ejus nomine nuncupatur Egeria.

- Non tamen Egeriae luctus aliena levare
 Damna valent: montisque jacens radicibus imis
 Liquitur in lacrimas: donec, pietate dolentis
 550 Mota, soror Phoebi gelidum de corpore fontem
 Fecit; & aeternas artus tenuavit in undas.

FAB. XLVII. ARGUMENTUM.

^a Gleba in pueri figuram mutata.

Cum in Tyrrhenia, quae etiam ^b Tuscia est, quidam ^c arator justum opus in dies redderet, presso vomere glebam opinione sua ponderosorem excilavit; cujus dum ^d miratione premeretur, animadvertit eam in figuram pueri esse transmutatam, qui Etruscorum lingua Tages ^e postea nomine futurorum scientiam invenit.

- At Nymphas tetigit nova res: & Amazone natus
 Haud aliter stupuit: quam cum Tyrrhenus arator
 Fatalem glebam mediis adspexit in arvis,
 555 Sponte sua primum, nulloque agitante, moveri:
 Sumere mox hominis, terraeque amittere formam;
 Oraque venturis aperire recentia fatis.
 Indigenae dixere Tagen: qui primus Etruscum
 Edocuit gentem casus aperire futuros.

FAB.

centurionibus accensebantur, id est attriebantur. HEINS.

^a Egeria.] Aegeria nympha, conjux Nymphae, in fontem Parm.

^b Egeria.] Aegeria N. N. P. e. morte viri laetitia insolabili in Aricino monte conficiens, a Diana, ejus uicula regionis, tantis fluitibus commota, in fontem sui nominis est transfigurata Colon.

^c Conjux.] Conjux praeditur Micyll.

^d Post viri.] Quae post Parm. Lugd. Micyll.

^e Ibi.] Ibiq; Micyll.

^f Fatigans.] Fatigata Micyll. in marg. fatigavit.

^g Novissime.] Novissime igitur Micyll.

547. Non tamen.] Nec tamen sec. Moreti.

548. Radicibus imis.] Malum, in montis, HEINS.

Nilil muta. Flor. iii. 20. Ad inas ejus (Vesuvii) radices descendere. & lib. ii. 3. Ligures imis Alpium juncis adhaerentes. quamquam ibi mallet, primis.

Extremas Alpium radices idem dixit lib. ii. 5. BURM.

^a Gleba.] Gl. in puerum eundem Tagen nomine Parm.

^b Tuscia est.] Tuscia dicta est Micyll. quae postea

Italia dicta est Parm.

^c Arator.] Agricola justum redderet Colon. forte iusta, ut saepe Columella & alii.

^d Miratione.] Admiratione tenebatur, advertit eam. i. f. p. e. transfigurata Colon.

^e Postea.] Postea dictus est f. i. advenit Colon.

554. Mota adspexit in arvis.] Eadem exemplaria & Ursi. Mediis adspexit in arvis. CROFAN.

Plurimi veteres, mediis. recte. quia moveri sequitur. alioquin mota terra pro arata. Noster lib. iii. 102.

motaque jubet saponare terras

Viperas dentes.

Pont. lib. i. El. ix.

Experiar mota spargere semen humi.

Virgil. i. Georg. 122.

primisque per artem

Movet agros.

sic & alibi tam ille quam Noster. HEINS. Gelidus unus Moreti. conspexit etiam quinq; libri & Bersman. in autis unus.

557. Recentia.] Recentia Leid. ingenio Langern.

558. Indigenae dixerunt Tagen, qui primus Etruscum

Sessera

Edo-

F A B. XLVIII. ARGUMENTUM.

Jaculum Romuli in arborem.

Romulus, Martis & Iliac filius, cum venaretur, ex monte Aventino persequens aprum fugientem, jaculum jecit, quod cum protinus in colle Palatino haeserit, loco ejus montis scala facta, cujus imus pars adeo depressa terrae est, ut sit comprehensoradicibus, effectum est novissimum, ut in arborem Cornum conversum sit.

560 UTe Palatinis haerentem collibus olim, Cum subito vidit frondescere Romulus hastam; Quae radice novâ, non ferro stabat adacta: Et jam non telum, sed lenti viminis arbor, Non expectatas dabat admirantibus umbras.

F A B. XLIX. ARGUMENTUM.

Cippus factus cornutus.

Cippus Genitius ab hoste victor revertens, priusquam triumphans portam intraret, ani-

Edocuit gentem casus aperire sacros. Hujus Tages haec mentio est apud Ammianum lib. xxi. Divinationis Tages quidam monstrator (ut fabulantur) in Etruria partibus excessisse subito visus est terra. CIOFAN. Cum venaretur. Cum in monte Aventino moraretur, persequens aprum, in eum fugientem ejaculatus est hastam, quae colle Palatino adhaesit adeo haesit, ut radicibus suis novissimum in arborem Cornum frondium militarium augmento vertetur Colon.

Jecit. Fecit Parm. Quod cum protinus. Quod protinus Parm. Lugd.

Scala facta. Scaletae Parm. scala recte Lugd. Pars adeo. Pars specu adeo d. i. e. & comprehensa r. Parm. Lugd. Micyll.

Cornum. Cornum incremento conversa sit Parm. Lugd. cornu in incremento Micyll.

Collibus. Cornibus prim. Palatin. 561. Frondescere. Florescere Ms. Berlin. male. Servius ad Virg. iii. Aen. 46. Romulus capto augurio hastam de Aventino in montem Palatinum jecit, quae fixa fronduit. BURN.

Non ferro stabat adacta. Vatican. Chim ferre. Liber manus, Chim ferro stabat adempto. CIOFAN. Adacta Regius & Neapol. acuto Leidens. 564. Non expectatas. Puto, Haud expectatas, nam non bis praecederat. HEINS.

Cippus. Cippi frons in cornua Parm.

Genitius. Genitius Parm. Lugd. Micyll. Colon.

Revertens. Rediens Colon.

Cornua. In Tiberina unda cornua sibi in temporibus esse nata Colon.

Temporibus. In temporibus Parm. Lugd. Micyll.

Exterritus. Territus Colon.

Eum. Se Colon.

Quod ille. Quod enim Parm.

Aversatus. Adversatus Parm. Lugd. Micyll. hoc enim aversatus e. p. rem indicavit. Et tunc tenaciter confirmaret, se patriae tyr. nunquam fut. decretum est omnium consilio, dari ei tantum opium agri, q. u. d. lobus aratro circ. posset Colon.

Portaque. Cornua vero, ut longo tempore facti praecederent monumentum, decore opere, perire, quo fuerat egressus, insensurum Colon.

In signi. Insignis gratia ut aeneis Parm. Lugd. Micyll.

565. Cippus. Vetrusti codices magna ex parte, Cippus, vel Cippus. Genitius Cippus est Valerio Maximo lib. v. cap. 6. ita enim membranace nomen illud exhibent. ut & apud Plin. l. xi. cap. 37. ubi nonnulli codices cippum nuncupant. exstant apud me denarii argentei, cum hac inscriptione, M. CIP. M. F. unde Cippiam gentem Fulvius Urbinus, vir de literis inter primos optime meritis, conlavit, perperam, ut puto, cum ejus nulla apud antiquos exlet mentio. quoniam a Cipo Cippi deduci possunt, tanquam a Merto Metri. exlat & nummus aereus qui M. CIP. M. F. nomen id ipsum exhibet. HEINS.

566. Falsaque. Falsaque tres libri. vil. Epist. xviii. 45. credens effugim Cantab. & Ambros. deinde saepe rejectis Langern.

569. Victor domito veniebat ad hoste. Rememorat

animadvertit cornua sibi temporibus enata. quo prodigio exterritus, laruspices cum consulisset, responsum est, cum, si in urbem intraret, regnaturum: quod ille aversatus, partibus convocatis indicavit, ac cum persisteret nunquam se tyrannum futurum, decretum est ei universorum consilio tantum agri, quantum uno die aratro posset circumdare: portaque, qua intraturus fuisset, in signi gratiam factum, ut aeneis cardinibus aptaretur, in qua ad memoriam posterorum cornutum caput ejus exculperetur.

565 A Ut sua flumineâ cum vidit Cippus in undâ. Cornua, (vidit enim) falsaque in imagine credens Elie fidem, digitis ad frontem saepe relatis, Quae vidit, tetigit. nec jam sua lumina damnans Restitit, ut victor domito remeabat ab hoste.

570 Ad coelumque oculos, & eodem brachia tollens, Quidquid, ait, Superi, monstro portenditur isto, Seu laetum est, Patriae laetum, populoque Quirini; Sive minax, mihi fit. viridique è cespite factas Placat odoratis herbofas ignibus aras;

575 Vina-

prim. & tert. Moret. Zurich. & unus Bonon. ut apud Virgilium, II. 45.

Si patrios nunquam remissum victor ad Argos. & XI. 793.

— patriam remeabo inglorius urbem. Val. Flaccus lib. iv. 589.

Proxima regna Lyci, remeat qui victor ab oris Bœriacis.

Lucanus lib. II. 553.

Et Scythicus victor remissus Crassus ab oris. lib. III. 73.

Tela petit patriam, prob! si remissus in urbem, Gallorum tantum populi Arctique subacta.

Silius lib. III. 433.

— laceros Thyribus artus Dum remeat victor, lacrysis persudit.

hic & alii passim. latrones illi apud Apulejum Met. 27. Praeter tantam fortunae copiam, quam nostra virtute nati sumus, & incolam numero castra nostra repetivimus (vulgo petivimus) & si quid id ad rem, oïto pedibus auctiores remeavimus. vulgo, & si quid ad rem facit. & facit abest recte a nonnullis membranis, & id perperam exciderat. HEINS. Recte Heinisius. proprie enim de victoribus & triumphum agentibus. sed cur ergo lib. III. Fast. 466. noluit admittere redit, in illis de Baccho.

Et Eoo divos ab orbe redit. BURN.

570. Et eodem cornua tollens. Brachia Oxon. Polit. & sex aut septem alii. recte, ut puto, cornua hic importune ab arguto aliquo negotatore inculcata sunt. l. XI. 132.

Ad caelumque manus & splendida brachia tollens. ita passim Noëter. HEINS.

572. Seu laetum est aliquid patriae populoque Quirini. Liber meus & Caelest. Seu laetum est patriae, laetum populo Quirini. Rectius omnino: ac vera & germana mihi videtur lectio, Capran. seu l. est p. l. populoque Q. CIOFAN. Scripti maxime ex parte:

Seu laetum est, patriae laetum, populoque Quirini. ne dubita, quin vere. populo Quirini etiam unus ex meis. HEINS. Celebratissimus Bentlej. ad Horat. III. Od. 6. pro patriae, partibus legendum esse contendit. ut & contra omnes codices Horatium ibi emendat. nos quidem concedimus facile, patriae populoque saepe, etiam in sollemnibus formalis, conjunctos: sed quis nescit toties variasse veteres? certe non minus videtur ex antiqua formula patriae populoque dictum; quae & occurrit in Accio in Aenead. pag. 90. edit. Seiverii:

Te saetile, venerans precibus, invicte, invoco, Portenta ut populo, patriae verruissent lava. ubi & amittitur. patria vero notat urbem vel rempublicam, ut saepe in formis, quod jatis saetilemque respub. populoque. vide Briffon. de Form. lib. I. pag. 67. sic & Liv. v. 41. Sunt qui M. Fabio Pontifice maximo praefante carmen, devovisse eos se pro patria, Quiritibusque Romanis tradunt. BURN.

574. Placat aras. Durius dictum videri posset, pro Deos placat factis in ara factis. ita tamen & exoratas aras dixit lib. VII. 591. & Senec. Thyest. 1258.

— caelo vitivis fotes Placavi.

& Claudian. I. in Eutr. 20. Quo diras jugulo placavimus aras? immo ipse Cicero similiter. pro

- 575 Vinaque dat pateris : mactatarumque bidentum,
 Quid sibi significant, trepidantia consulit exta.
 Quae simul inspexit Tyrrhenae gentis haruspex;
 Magna quidem rerum molimina vidit in illis;
 Non manifesta tamen. cum verò sustulit acre
 580 A pecudum fibris ad Cipi cornua lumen;
 Rex, ait, ô salve : tibi enim, tibi, Cipe, tuisque
 Hic locus, & Laticae parebunt cornibus arces.
 Tu modo rumpe moram : portasque intrare patentes
 Adpropera : sic fata jubent. namque Urbe receptus
 585 Rex eris; & sceptro tutus potiere perenni.
 Retulit ille pedem : torvamque à moenibus Urbis
 Avertens faciem, Procul, ah procul omina, dixit,
 Talia Di pellant : multoque ego justius aevum
 Exsul agam; quam me videant Capitolia regem.
 590 Dixit : & extemplo populumque gravemque Senatum

Con-

Fonte. 17. Nolite pati, iudices, aras deorum immortalium Vestraeque matris quotidianis virginis lamentationibus de vestro iudicio commoveri. BURM.

576. Quid sibi significat. Quae sibi signa ferant Leidenf. forte pro quid.

577. Quae simul adfuit. Inspexit cum prim. Bonon. Servius Aeneid. iv. 64. Auspices proprio exta consilere dicuntur, cum inspiciunt. & Festus, Cujus ad exta inspicienda conducuntur haruoli. hinc inspiciat exterum Tertulliano contra Marcionem:

— posse videre

Exterum inspiciat, resque explicare futuras.

apud Nostrium ipsum supra Pythagoras, 137.

Protinus ceptis viventi postore fibras
 Inspiciunt, mentesque deum rimantur in illis.

Juvenalis Sat. iii. 44.

— rancorem viscera nunquam
 Inspesi.

Seneca Thyeste, 757.

At ille fibras trahat, & fata inspiciat.

exempla plurima sunt in promptu. Inspicere avem formula auguralis apud Servium ad vs. 375. lib. vi. Aeneid. unde & auspicia sunt dicta. HEINS. Cicero de Divin. i. Democritus autem comas sapientes inspiciunt veteres, ut hostiarum immolatarum inspiciuntur exta. Plant. Asinaria. iii. sc. vi. 29. Exta inspiciere in seles etiam vivo licet.

579. Sustulit acre. Acrem &c. vultum unus Moreti. atris a pectus fibris sec. Stroz. sustulit angur unus Heinii. alio Leid. & Moreti.

580. A pecudum fibris. A pecudum rectius Fran-

cos. ut vitetur repetitio syllabae ejusdem in & praecedit mactatarumque bidentum.

581. O salve, tibi enim, tibi, Cipe, tuisque. Liber meus, Tibi enim jam Cippo tuisque. Quod magis probo. CIOFAN.

582. Parebunt. Debeant prim. Bonon. vide supr. 442. sed tunc legendum, tibi enim se, Cipi, tuisque &c.

583. Rumpe moras. Moram Thuan. HEINS. Et ita sex alii. rumpe vitas Menard. cod.

584. Portasque intrare patentes Adpropera. Sic lib. Urs. lib. verò Caesell. Ha propera Liber meus, A propera. Quod idem est. Nam A & Ha, ut supra testatus sum, pro eadem à libris antiquis scripturatum est. à recentioribus verò Ab. Superior lectio magis mihi probatur. CIOFAN. Ha propera est in octo codicibus: adpropera in uno. at propera in alio. & ac propera in aliis.

585. Perenni. Per aevum Thuan.

586. Ille pedem. Indo duo libri.

587. Procul à. Procul ab veteres plerique. HEINS. Procul hinc Leidenf.

588. Instans. Tuius tres libri. multo quoque totidem. pro capitolia erat in Thuanico, depamius, quod quid veli nescio.

590. Gravemque senatum Convocat. Sic Plautus in Epidico. Jam senatum convocabo in corde consiliarium. M. Tullius in i. orat. in Catilinam: Quod, quod hesternò die, curae domi meae paene interfectus esset, Senatum in aedem Jovis Statoris vocavi. & lib. v. Familiar. Recordare caesara; quam citò Senatum illo die, facta sortitione, coegerim. CIOFAN.

591. Ante

- Convocat. ante tamen pacali cornua lauro
 Velat : & aggeribus factis à milite forti
 Insistit : priscoque Deos è more precatus,
 En, ait, hic unus, quem vos ni pellitis urbe,
 595 Rex erit. is qui sit, signo, non nomine, dicam.
 Cornua fronte gerit. quem vobis indicat angur,
 Si Romam intrarit, famularia jura daturum.
 Ille quidem potuit portas irrupere apertas;
 Sed nos obstitimus : quamvis conjunctior illo
 600 Nemo mihi est. vos Urbe virum prohibete, Quirites;
 Vel, si dignus erit, gravibus vincite catenis:
 Aut finite metum fatalis morte tyranni.
 Qualia succinētis, ubi trux insibilat Eurus,
 Murmura pinetis fiunt; aut qualia fluctus
 605 Æquorei faciunt, si quis procul audiat illos;
 Tale sonat populus. sed per confusa frementis

Ver-

591. Ante tamen capitis nova cornua fronde Velat. Liber Caesell. cornua lauro. CIOFAN. Ante tamen pacali cornua lauro Velat prim. sec. Palat. tert. Medic. Cantabr. Urbin. Neap. prim. Reg. prim. Erfurt. uterque Hamburg. alique plurimi. recte. nisi quod in nonnullis, pacali. sic oleam pacalem lib. vi. tot. dixit, & pacales flammam in Passis l. i. 719. Plinius l. xv. c. 30. de lauro: Ipsa pacifera, ut quam praestendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. & mox, postquam docuit eâ fides Imperatorum decorari, eamque in gremio Jovis Capitolini deponi, Non quia perpetuo viret, inquit, nec quia pacifera est, praesertim ei utroque olea, sed quia speciosissima in monte Parnasso. Ibidem docet, sustinentum eam esse caedis hostium & purgationem, ex Mallurio. Statius Theb. xii. 65.

Pacifera lauro crinem vitisque decorus
 Accubat.

Noster lib. iv. Fati. 91.

Venit Apollineâ longas Concordia lauro
 Nexa comas.

Fistorum primo Noster, 713.

Frondeus Aethiacis canos redimita capillos
 Pax ader.

ubi per frondes Aethiacas laurum intelligit, Apollini Aethio sacram, ut hoc suo loco pluribus dicitur. postea & baccali lauro legi. sic Plinio lib. xvii. cap. 9. Baccali etiam laurus dicta. HEINS.

593. Priscoque Deos è more. E more veteres. Scribe cum nonnullis antiquis, priscoque Deos è more. Fatiis ii. 282.

Flamen ad haec prisco more Diali erat,

HEINS. Fati. v. 428. Qui partem prisci nunc quoque mori habet.

594. Est, ait, hic unus. En ait Thuan. & quinque aut sex alii. ni pellitis idem Thuan. & Cantabr. pro nisi. HEINS.

596. Quem vobis indicat. Quae vobis indicat auctor citat Butyches lib. ii. Grammat. pag. 2170. nobis Basil. & septem alii.

597. Famularia. Famularia Voss. popularia unus Heinii.

598. Irumpere. Perrumpere Leidenf.

599. Obstitimus. Obstruimus Basil. instimus Oxon. at nos etiam Mod. sec.

600. Prohibete. Removete unus Heinii & Moreti.

602. Fatalis. Fatali tres libri. fatali more Rogius unus.

603. Succinētis. Pelinētis unus Leid. eleganter: ut Catal. LXIV.

Poliaco quondam pregnatae vertice pinus,

Sed nec vulgatum damno lib. x. 103.

Et succinēta comas hirsutaque vertice pinus.

Zulich. non male, subscitilis. quomodo subscitila illa libro iii. 216. de cane, & subscitila crura lib. xi. 752. de mergo ave. HEINS. Sacraus unus Medic. ut trux Leidenf. & Moreti. de murmura Pinctorum vide Parrhaf. ad Claudian. i. de Rapt. 203. Virgil. Ecl. viii. 22.

Masculus argentumque nemus, pinusque loquentis, Semper habet.

606. Populus. Valgus duo liori.

606. Frementis. Trememus multi. timentis unus.

609. Quem possitis, inquit, habetis. Lib. Caesell. Quom quaveris. Alii quidam, Quem possitis. CIOFAN.

Verba tamen vulgi vox eminet una, Quis ille?
 Et spectant frontes: praedictaque cornua quaerunt.
 Rursus ad hos Cypus, Quem poscitis, inquit, habetis:
 610 Et, demum capiti, populo prohibente, coronam,
 Exhibuit gemino praeignia tempora cornu.
 Demisere oculos omnes; gemitumque dedere:
 Atque illud meritis clarum (quis credere possit?)
 Inviti videre caput: nec honore carere
 615 Ulterius passus, festam imponere coronam.
 At proceres, quoniam muros intrare vereris,
 Ruris honorati tantum tibi, Cipe, dedere,
 Quantum depresso subjectis bubus aratro
 Complecti posses ad finem Solis ab ortu.
 620 Cornuaque aeratis, miram referentia formam,
 Postibus insculpuunt, longum mansura per aevum.

FAB.

CIOFAN. *Habemus* Oxon. Terent. Eun. v. 1. 19. *Habemus hominem ipsum.* Plaut. Catin. II. VIII. 34. *Habeo viros.*

610. *Ita demum capiti, populo prohibente, coronam.* Mirum quomodo aut quid prohibuerint. coronam enim de fronte intelligo, qua cornua tegebantur, quam ut demeret, cur prohiberet quisquam? & populus ei non imposuerat, quin postea coronant eum verso sexto, *festam coronam*, quae cur ita dicitur adhuc quaero. haec & huiusmodi, quae remonantur lectorem, Commentatori explicanda erant, sed alia aguntur. GLAREAN. Suspecta certe vox, & profecta forte a librario indocto, qui coronam hic pro regio insigni, ex suae aetatis moribus credebat, & qui simul modestiae Cipi convenire putabat, ut populus invitum coegeret regnare, ut capiebat etiam sequentia, *festam imponere coronam*. sed in codicibus nulla tamen est varietas. forte scripserit, *populo mirante*, vel, *spectante*, vel simile quid, vel, *nullo prohibente*. BURN.

613. *Clarum.* Parvam Gronov. Vatic. & Argent.

616. *At proceres, quoniam muros intrare vereris.* Caelest. *Quoniam portas.* CIOFAN. *Vereris* Moreti, quod nos rectius & meritis Cipi convenientius credimus.

618. *Bobus.* Bubus prim. Palat. prim. Vatican. Urbin. Neapol. Beinegger. Arundel. & sex ali. HINS.

619. *Ad finem laici.* Solis sex libri.
 619. *Latius.* Solis duo Leidensis & tres ali.
 620. *Miram referentia.* Veram Leidens. unus, quod neque temere repudiandum puto, nisi quis veterem milit. praesentia servans etiam Argent. restantia Argent.
 621. *Postibus auratis.* Mendose versus hic ex-

ponitur & legitur. Non enim auratis, sed aurois postibus, legendum est ex historia Valerii, cuius verba haec sunt de Cippo loquentis: *Cipus sustuldas rei gratia capitis effigies aereas portas, quae exesserat, inclusa est, dictaque rauduscula, nam olim ara raudera dicebantur.* Quod ut clarius intelligatur, M. Varrois verba haec adiungemus: *Deinde porta rauduscula, quod aerata fuit, aes raudum dictam. Ex eo in veteribus mancipiis scriptum, raudusculo liberam serito.* JACOB A CRUCE. *Auratis* veteres. CIOFAN. Urbin. a manu secunda, *aeratis*. quomodo & margo Gryphianae editionis. neque alter ad Val. Maximum Pighius & Coierus. ab aereis enim postibus *raudusculana* ea porta est dicta. apud Valerium lib. v. cap. 6. legendum, *Capitis effigies aereas, quae exesserat, portas insculpta est, non inclusa.* & paulo ante, *in capite ejus subito veluti cornua creperunt, non emerferunt.* nam vetuli coicetes plerique, *exerunt.* Silius Italicus libro XIII. 331. de Paue:

— opacant tempora pinus,
 At parva erepunt rubicunda cornua fronte.
 ubi erantque perperam nunc circumfertur. Festus Avenius Descriptione Orbis, VI. 1369.

Pro molli vitta proroptant crine celsidarii.
 apud Sidonium quoque Apollinarem eam. xxi. videtur scribendum, ubi de Baccho agit,

— capite aurois repunt

Cornua,
 non caput aurea rumpunt. quomodo apud eundem Panegyrico Aviti deavo peccatur his versibus,

— laesentia primam

— Membra dedit nividus, glaciemque irroperare plantis
 Inssit, & atritas parvum ridere primas.
 nam quomodo irrumperet infans adhuc & lactens? Claudian.

809

FAB. L. ARGUMENTUM.

Aesculapius in Draconem.

Gravis pestilentia Romanis cum incidisset, & maxima trepidatio urbem teneret, per legatos oraculum Apollinis consultum est. Ex quo responsum, ut Aesculapium Epidaurum arcescerent: nobilissimique legati cum simulacrum Dei petunt ad Epidaurios fuissent, stupentibus admiratione Deus in Draconem versus, per medium Epidaurum lapsus, navem legatorum conscendit. cum quibus vestus Romam ut delatus est, insulam Tiberis ingressus est, ibique se virgulis occuluit. qui locus Draconis vocatur.

Pandite nunc, Musae, praesentia numina vatam,
 (Scitis enim, nec vos fallit spatiosa vetustas)
 Unde Coroniden circumflua Thybridis alveo
 625 Insula Romuleae sacris adsciverit urbis.

Dira

Reptasti per senta puer.
 hinc reptantis annos, pro puerilibus, dixit Eumodius:
 Hunc tibi de primis & adhuc reptantibus annis,
 Sancte pater, voce. HINS. Micyllus etiam aera-
 tis legit.

Teneret.] Terrorer Parm. Lugd. Micyll. urbem
 crebris sueribus terret, per l. o. A. c. a. a. quor. ut Aesc.
 ojus solum ex Epid. urbe Graeciae accerserent Colon.

Aesculapium.] Aesclepium Parm.

Arcescerent.] Accerserent Parm. Lugd. Micyll.

Nobilissimique.] Nobilissimi itaque leg. propter
 simulacrum ad Epid. missi sunt. Qui cum mandata
 P. R. perogissent. Graeci proceres de Deo contraria
 sentiebant: alii Romae subveniendum censentibus,
 alii Dei praesentia nequaquam urbem suam esse pri-
 vandam. Interea die abeunte nox corpora sua quieti
 contrulit. Deus itaque Romanorum sollicitudinem le-
 vare volens, ea specie, qua in templo erat, visus est
 tui in somnis ante eius torum stare, baculum tenens,
 quem serpens sui corporis inflexu ambibat, & in
 hunc sese, sed multo majoris staturae postera luce ver-
 sum, iter eorum sponsor verus contendit, & in popu-
 li consilium Romam usque detectus est; ibique insu-
 lam T. ing. virg. se occuluit Colon.

Fuissent.] Mississent Parm. Lugd. Micyll. sed
 in marg. venissent.

Medium.] Malo, mediam.

Insulam.] insula Parm.

Qui locus.] Locus vero ipse Draconis postmodum
 appellatus est Colon.

623. Fallit.] Fallunt Moreti. senectus etiam duo.

624. Unde Coroniden &c.] Diximus in Sarritio-
 nibus in Ibin Coronem Asteriae a Phoebo cile-
 lae patrem fuisse: indeque Coroniden, penultima pro-
 ducta, id est Coroniden, patronymicum deduci. ne-
 que id diximus, quod nesciremus, Priscianum

Tom. II.

patronymicum hoc a matre descedere, quae Co-
 ronae fuerit appellata (ut Servius in sextum Aen. &
 Alter, auctore Hygino, voluerunt) ac Phlegyam pa-
 trem habuerit. sed quod formationem hanc gene-
 ralem sequi patronymicorum regulam agnosce-
 mus. fabulas autem variari notius est quam ut de-
 beat demonstrari. CONST. PAN. Non est dubium
 Coroniden patronymicum esse a Coronae, sive
 ille pater fuerit ejus, quam Apollo vitavit, sive
 ejus, quam Neptunus. nam in hoc grammatici va-
 riant. Aesculapius enim filius ejus fuit, quam La-
 riseam vocat lib. II. cuius quis fuerit pater igno-
 ro, sed existimo etiam Coronea, ut alterius
 quam in Phocaea tellure genitam dicit eodem
 libro ex Coroneo, nisi quis nominum vicinitate
 confusa a Poeta putet adjectiva. GLAREAN. Vid.
 lib. II. 569.

624. Circumflua Tiberidis alii.] Non est Latinum,
 nam circumflua Tiberida erat dicendum. ut apud Va-
 ler. Placcum lib. v. 449.

Urbs erat hic contra, gemino circumflua ponto.

Silius lib. I. 289.

Insula quos genuit Grajo circumflua ponto.

& eidem Silio lib. VIII. 395. Verona Aethi circumflua,

scripserat Naso, si genus ejus mihi perfectus est,

Tiberidis alveo. Certe in prim. Vatic. prom. Ambros.

Neap. & duobus Medicis, undis. sed alveo verius.

Noster ipse lib. v. Fast. 637.

Tiberi arundiferum medio caput extulit alveo.

Virgil. lib. VII. 303.

optato conductur Tiberidis alveo.

& initio ejusdem libri VI. 33. de eodem Tiberi;

Affluat ripis volucres & fluminis alveo
 Aethera mulcabant cantu.

& mox, 430.

— classes invectas Tiberidis alveo.

Tette

ite

Dira lues quondam Latias vitaverat auras,
 Pallidamque exfangui squalbant corpora tabo.
 Funeribus fessi postquam mortalia cernunt
 Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum;
 630 Auxilium coeleste perunt: mediamque tenentes
 Orbis humum Delphos adeunt, oracula Phoebi:

Ut.

gioni addiatur. *Ancon* siquidem urbs est Piceni, non Latii, atque, in eo tractu praeter cujus urbes *Aesculapium* vectum fuisse Poeta scribit, mari namque Adriatico adjacet *Ancon*. *Aesculapius* vero per *Tyrthenum* vectus Romam fuisse narratur. *Valerius* praeterea *Maximus* lib. 1. cap. 6. (ut alios omitam historicos) non apud *Anconem*, sed apud *Antium* e navi *Aesculapium* egressum fuisse testatur his verbis: *Tum legati perinde atque exoptatae rei compositi, expleta gratiarum actione, calicem auguris à peritis accepto, lacri inde soluerunt ac prosperam emensi navigationem, postquam Antium aperuerunt, auguris, qui ubique in navigio remanserat, prolapsus in vestibulo aedis Aesculapii, myeto frequentibus ramis diffusus supereminens excelsae altitudinis palmam circumfedit, perque tres dies pestis, quibus vossi solabatur, non sine magno metu legatorum, ne in irremem reverti nollet, Antimensi templi hospitio usus, urbi se nostrae advehendum restituit, atque in ripam Tyberis egressi legatis, in insulam, ubi templum ei dicatum est, tranavit, adventumque suo tempestatem, cui remediò quaesiverat, dispulsi, quo igitur modo legendum dicemus? An ita *Antium* est legendum, ut illud *Virgilianum*. lib. 1. Georg. 295. *Et dulcis missi Vulcano decessit inmorem*, versus est enim hypercatalecticus. est autem *Antium* Latii urbs, haud longe ab *Lavinio* distant, unde *Antiatas* dicuntur. RAGIUS. Unus Vatic. *Et sparsi litoris Ancon*. In lib. Caelest. & *Briantii* aperte legitur. *Et spissi litoris Anxur*. Quae lectio fortasse causa erit, ne amplius super hoc, de quo agitur, loco digladietur. Regius, ut omnes jam sciunt, rationibus satis firmis, ex *Ancon*, *Antium* fecit. Sed repugnant scripti omnes libri, quos ipse vidi. Alii vero adhuc *Ancon* legendum esse contendunt, ut est in omnibus calamo notatis; duobus illis, quos dixi, Caelest. & *Briantii* exceptis. *Anxur*, ut notavit Festus, vocabatur, quae nunc *Tarracina* dicitur, Volscæ gentis, sicut ait *Ennius*:*

Volsculus perdidit Anxur.

Et *Livius* extremo lib. 14. *Anxur* fuit, quae nunc *Tarracinae* sunt, urbs prona in paludes. Haec urbs celeberrimum portum ac satis capaxem olim habuit: cujus adhuc vestigia cernuntur. Hujus rei testes habeo *Brutum Cottifredum*, *R. Hieronymum* Lan-

Templa parentis imit, flavum tangencia litus.
 Aequore pacato patrias Epidaurius aras
 Linqvit: & hospicio juncti sibi numinis usus
 725 Litoream tractu squamac crepitanis arenam
 Sulcat: & innixus moderamine navis, in altâ
 Puppe caput posuit: donec Castrumque, sacrasque
 Lavini sedes, Tiberinaque ad ostia venit.
 Huc omnes populi passim, matrumque patrumque

Ob-

Lantern, rei militaris peritissimum ac ducem praefactum: ejusque fratris filium, juvenem amabilissimis moribus, atque ad omnem laudem natum *Augustinum*, *Pisanos*: *M. Sophronium Fundanum* & *Leonardum Stribium Marantianum*, viros Latinis literis non parum instructos. Atque hoc fortè est, quod annuit *lib. Vatic. Et sparsi litoris*. Sed videndum diligenter, num obset superior versus, *Trachas obsessa palude*. In hac secunda elitione operae pretium duxi, idque mihi summae voluptati fuit, veteres omnes libros, quod, in prima propter multa (ut qui mecum versantur, probè norunt) incommoda, & quidem ita magna & gravia, ut multo ante tempus totus canus sim effectus, quibus ultimam adhuc non premerer, praeslare non potui, hoc praesertim loco diligenter inspicere, ut, si quid praeclearius reperire possem, viderem. Itaque has, quas subjicim, reperi varietates. In libro *Ursini* est, *Spissi litoris antrum*. In uno *Vatic. & Briantii, Anxur*. Sed in illo *Vatic.* notatum est, alia manu, vel *Alcon*. In *Capranic, Anxur*. In alio *Vatic. Ancon*, vel *Anxur*, vel *Antium*. In alio item ejusdem Bibliothecae, *Antium*. Qui liber, est omnium recentissimus est, potuit tamen ex aliquo alio optimo describi: nisi ille, qui cum descripsit, Regii emendationem secutus est; quamvis paulò ante ejus aetatem exaratum fuisse crediderim. Quamobrem cum *Regio ipso Antium* legendum censo: relinquo tamen super hac re omnibus judicandi potestatem. Illud silentio non praetereo, *Antium*, ut quidam volunt, ea lingua, qua hodie vulgo utimur, *Nettuno* dicitur: ubi est adeo grave caelum, ut noctem unam valitudinis tuendae causa ibi commorandum dicitur. Id autem oppidum est sub nobilissimi & rerum gestarum gloria praestantissimi, qui ob id & rerum omnium intelligentiam eximiamque prudentiam *Siciliae* prorex anno superiore creatus est, *M. Antonii Columnae* editione: distatque *Roma* xxxvi. mil. passuum. *Mancinellus* autem, qui ex ea regione, id est *Velitris*, oriundus fuit, sic de *Antio* scribit libro 1. *Carm. Horatii Ode xxxiii. Erat Antium maritima Latiorum urbs, nunc dicata penitus. Distant autem ejus vestigia ostio stadiis à Neptuno oppido, quod & nos vidimus. Erat etiam ibi portus mirandus quidam:*

nam aggre cinctus in ipso adhaec mari conspicitur. CIOFAN. Nihil verius hac lectione, *Antium*, quam primus *Palae. Urbin.* alique non pauci agnoscunt. camque & *Geographiae* ordo requirit, & *Val. Maximi* auctoritas, qui *Aesculapium* ait *Antium* advenisse. *Ciofanus* tamen mavult, *Anxur*. quod in multis libris existit. cum *Trachas*, seu *Tarracina*, & *Anxur* eadem sint civitates. *Plinius* lib. 111. cap. 5. *Tarracina oppidum lingua Volscorum Anxur dicitur.* *Festus, Anxur* vocabatur, quae nunc *Tarracina* dicitur. *Livius* lib. 14. *Anxur* fuit, quae nunc *Tarracinae* sunt. *Dionysius Antiq. Rom.* l. xiv. Ἐξοδὸς ἀπὸ τοῦ ἐπὶ τῷ ὄρει Ἰσθμῶν πόλις, ἣ τότε μὲν Ἀνχῆς, νῦν δὲ ἐπιμαρτυρίας Ταρρακίων, alii codices, *Ancon*, *Antrum*, & similia, frustra. HEINS. *Ancon* defendit *Baptist. Egnatius Racenation.* cap. 189. vid. & *Carion* ad *Val. Flac.* 14. 660. & *Cluver.* lib. 111. Ital. cap. 7. *Spissi litoris* unus *Mediceus*. in *Ms. est. Antium, Ansur, Ancon, Acon, Ancon* &c.

719. *Volscorum.*] *Velivolam* *Mediceus* unus, ut saepe *Ennius*, *Lucretius* & alii.

721. *Labens.*] *Serpens* *Strogonax* liber fec. sed labi proprie de serpentibus. *Seiv.* ad 11. *Aeneid.* 225. *Val. Fl.* v. 254. *Caucasæis lapses cum montibus angui.* supra §. 683. *delabi* dixit. *BURM.*

722. *Inti.*] *Adit* sex libri. *magnam litus* unus. *fulvum duo.* *latam* unus. *cogentia* tert. *Medic.*

723. *Aequore pacato.*] *Pacato* prim. *Moret. Neapoli.* & alii *xiv. Epist.* x. 65.

Ut rate felici pacata per aequora labar. Sed & alterum se *Maronis* auctoritate tuctur. HEINS. Vide lib. xi. 432. & alibi.

725. *Crepitanis.*] *Trepidantis* *Moret.* prim. & septem alii.

729. *Huc omnes populi passim, matrumque patrumque.*] *Matrumque* *senumque* *Thuan.* prim. *Vatican.* *Oxon.* & sex alii. duo, *matrumque nuntumque.* prim. *Bonon.* & unus *Medic.* *juvenumque senumque.* *Rottendorph.* praeterea, *Huc omnis populus.* *Censo* ab *Nasone* scriptam fuisse,

Huc omnis populus passim, matrumque patrumque, Obvia turba ruunt. HEINS.

Vide *l'ast.* 14. 295. *Huc* etiam *Thuan.* *Cantab.* *Jun.* & tres alii.

730 Obvia turba ruit; quaeque ignes, Troïca, servant,
 Vesta, tuos: laetique Deum clamore salutant.
 Quaeque per adversas navis cita ducitur undas,
 Tura super ripas, aris ex ordine factis,
 Parte ab utraque sonant: & odorant aëra fumis:
 735 Istaque coniectos incalfacit hostia cultros.
 Jamque caput rerum Romanam intraverat urbem;
 Erigitur serpens; summoque adclinia malo
 Colla mover: sedesque sibi circumspicit aptas.
 Scinditur in geminas partes circumfluvius amnis:
 740 Insula nomen habet: laterumque à parte duorum
 Porrigit aequales mediâ tellure lacertos.
 Huc se de Latia pinu Phoebeius anguis
 Contulit: & finem, specie coeleste resumta,
 Lactibus imposuit; venitque salutifer Urbi.

F A B. L I. A R G U M E N T U M.

Julius Caesar in cometen.

Ovidius opere peracto docet se à Chao principium cepisse, & ad Caesarem deduxisse, quem gentibus orbis docuitis, Venus post suorum insidias in cometen vertit.

Hic

730. Troïca servat.] Servant multi veteres. re-
 de. Vellales intelligit. HEINS. IV. Trist. II. 13.
 Et quae sine crimine castas
 Perpetua servant virginitate foetas.
 Troïa etiam malebat Heintias.
 732. Adversas.] Eversas Leidensis. cita puppis
 ducitur text. Medic. vertitur unus.
 734. Fumis.] Fumo prim. Strozzae. fumum duo.
 fumi unus Heinsii. non male. etiam adorant octo.
 vid. VIII. 266.
 735. Istaque coniectos incalfacit hostia cultros.]
 Magnus Scaliger in ora codicis sui, subiectus. sed
 Gronovius noſter Obſerv. I. c. 13. recte animad-
 vertit nihil eſſe mutandum. libro XIII. 476. Noſter
 de Polyxena, Coniſſo ruiſit praecordia ferro. lib. VII.
 244. Cultrosque in vellera gutturi atri Conſiſit. Ibi-
 dem N. 338. Sanius coniecto emiſſite ferro. HEINS.
 Jataque Regius. taſſaque Palat. prim. laetaque unus.
 conſeſſit quatuor.
 737. Adclinia malo.] Adclinia ex ſcriptis melio-
 ribus. inclinata prim. Baſil. HEINS.
 738. Sedesque sibi.] Sedesque praecal Moreti &
 unus Heinsii.
 740. Laterumque à parte duorum.] Liber meus,
 Laterum à parte duorum. CROFAN.
 744. Urbi.] Urbi novem codices.

Julius.] Caesar in stellam Parm.
 Venus post.] Venus ab inimicorum insidiis acce-
 tit, inque solum ejus, quod epigramma conſpiceret, a
 nobis tale compoſitum eſt Parm. Lugd. & Micilly,
 quae duae competere & poſt eſt Epigramma addunt,
 qui titulus ſequentis Epigrammatis eſt, adſentium
 etiam poſt ejus poſuit Micillyus. hoc argumen-
 tum ita habet Colon. Caesar, gentibus orbis comi-
 tis, cum in ſenatu eſt iuraſſum imperium ceſſis
 eſſet; Venus eo quod a generis ſui primordia per Aetnam
 deſcendiſſet, a Jove impetrat, ut immortalitatem
 adſpiceretur. Roptus ergo ab eadem e medio hoſtium,
 cum in caelum ſerretur, in ſtellam ſubito clariffimam
 verſus emicuit.
 747. Triumphis.] Trophaeis tres libri.
 749. Comantem.] Cometen tres. cometen unus.
 750. Nec enim de Caesaris actis.] Duo Vatic. &
 meus, Neque enim de Caesaris actis. Probo. CROFAN.
 752. Scilicet aequoreos plus eſt domiſſe Britannos
 &c.] Locus eſt ſplendidiſſimus, atque adeo dignus,
 qui acri ſtudio & attento examine perpendatur:
 ſed ut id agam, quod volo, opus eſt mihi totam
 Poetae ſententiam, ut ad eo tractata eſt, hic ex-
 ponere. Ipſe quidem pauculis verbis dixerat. Ju-
 lius Caesar quanta quanta rerum regnarum gloria
 floruit, nihil tamen igit, dum in terris ſuit, unde
 1076

745 Hic tamen accessit delubris advena nostris:
 Caesar in Urbe sua Deus est. quem Marte togaeque
 Praecipuum; non bella magis finita triumphis,
 Resque domi gestae, properataque gloria rerum
 In sidus vertere novum, stellamque comantem;
 750 Quam sua progenies. neque enim de Caesaris actis
 Ullum majus opus, quam quod pater exstitit hujus.
 Scilicet aequoreos plus est domuisse Britannos,
 Perque papyriferi septemfluvii flumina Nili
 Victrices egisse rates: Numidasque rebelles,
 755 Cinyphiumque Jubam, Mithridateisque tumentem
 Nominibus Pontum, populo adjecisse Quirini;
 Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos;
 Quam tantum genuisse virum, quo praefide rerum
 Humano generi, Superi, cavillis abunde.
 760 Ne foret hic igitur mortali femine cretus,
 Ille Deus faciendus erat. quod ut aurea vidit
 Aeneae genetrix; vidit quoque triste parari
 Pontifici letum; & conjurata arma moveri;
 Palluit: & cunctis, ut cuique erat obvia, Divis,
 765 Adspice, dicebat, quantam mihi mole parentur
 Insidiae: quantaque caput cum fraude petatur,

Quod

major ei parte fuerit fama, quam cum Octavianum
 adoptavit, eumque successorem reliquit. Haec mate-
 ria est, nunc videamus quid illustratio faciat,
 quid ars, quid Musa denique. Caesar in urbe sua
 &c. Nunc qui accurate isthaec & perspicue lege-
 rit, an dubitas, quin ille latentem errorem ani-
 madvertat? Ipse quidem nullus dubito, nec tibi,
 spero, aliter videbitur. Itaque lego, non ut vulgo
 legitur,
 Scilicet aequoreos plus est domuisse Britannos &c.
 Quam tantum genuisse virum.
 Sed sententia plane contraria,
 Scilicet aequoreos minus est domuisse Britannos &c.
 TAN. FABER lib. II. Epist. 69. Ego nihil mutan-
 dum cenſeo. Scilicet enim Ironicae locutioni in-
 ſervit, quod non animadvertit Faber, nec libra-
 rius codicis Ambrosiani, qui minus est habebat. do-
 miſſe tyrannos unus Thuanus. BURM.
 754. Numidasque rebelles.] Propterea quod Ju-
 bam regem suum recipere noluerunt. CROFAN.
 Sed juba Pompeji partes secutus est, non Caesaris.
 quare rebelles, qui jugum recipere nolebant, sed
 semper excutiebant, & qui duce Juba arma con-
 tra Caesarem susceperunt.
 755. Cinyphiumque Jubam Mithridateisque tu-
 mentem.] Cinyphiumque, dictum alibi. Legi praec-

tereâ, Mithridateisque nominibus. nam duae pri-
 mae ejus nominis syllabae sunt breves. HEINS. Ita
 unus Moreti & editiones Aldi, Gryphii, Mi-
 cylli & aliae.
 757. Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos.]
 Testatur Vellejus Paterculus lib. II. Caesarem
 quinque egisse triumphos, diverso apparatu. Ejus
 verba sunt: Caesar, omnium victor, regressus in ur-
 bem, quod humanam excedat fidem, omnibus, qui
 contra se arma tulerant, ignovit, magnificentissimi-
 que gladiatorii muneri, naumachiae, et equitum
 pedumque, simul elephantorum certaminis specta-
 culis, epulique per multos dies dati celebratione, reple-
 vit eam. Quinque egit triumphos: Gallici apparatus
 ex curo; Pontici ex acantho; Alexandrini, testu-
 dine; Africi, ebore; Hispaniensis, argento rasisi con-
 sistit. CROFAN. Aliquos tetigisse prim. Vatic. & duo
 alii.
 759. Superi cavillis abunde.] Cavillis elegantem
 prim. Bonon. & quart. Medic. hoc est, prospici-
 llis. cavillis Langeran. Simili significatione apud
 Silium l. IX. 140.
 Sat magnam hoc miserae fuerit mihi cardium vitas
 Solamen, cavisse meis. HEINS.
 760. Ne foret.] Ne plurimi scripti, ni pro ne dici
 ab auctoribus probat Turneb. Adv. XVI. 11. & 117.
 VVVVVV 3 12.

Quod de Dardanio solum mihi restat sulo.
 Solane semper ero iustus exercita curis?
 Quam modo Tydidæ Calydonia vulneret hasta,
 770 Nunc male defensæ confundant moenia Trojae.
 Quae videam natum longis erroribus actum,
 Jactarique freto, sedesque intrare silentum;
 Bellaque cum Turno gerere; aut, si vera fatemur,
 Cum Junone magis. quid nunc antiqua recordor
 775 Damna mei generis? timor hic meminisse priorum
 Non fuit. in me acui sceleratos cernitis enses.
 Quos prohibete, precor; facinusque repellite: neve
 Caede sacerdotis flammam exstinguite Vestæ.
 Talia nequicquam toto Venus anxia coelo
 780 Verba jactat: Superosque movet. qui rumpere quamquam
 Ferrea non possunt veterum decreta fororum;
 Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.

Arma

12. vid. Taubm. ad Plant. Menæchm. 1. sc. 1. i. mortali sanguine Gronov. & lex alii.

763. Et conjuncta arma moveri.] Nonnulli, conjunctaque. unus Ambros. & jurataque. Puto, jurataque. Ad. Notas libro v. 150. HEINS.

764. Divis.] Divum prim. Gron.

767. Sulo.] Alamo unus Heinsii.

768. Solane semper ero iustus exercita curis.] Iuno, iustus curis. neque aliter plerique veteres. sic jussu dolores dicuntur Trist. IV. Eleg. III. 21.

Incubuit jussu meus aegra dolori.

HEINS. Malis Gronov. davis unus. vossis etiam unus. jussis rebus alius.

771. Longis erroribus.] Erratibus sic. Movet. vid. lib. IV. 507. tamis etiam prior Strozææ.

772. Jactari que.] Jactari que unus.

777. Neve Caede sacerdotis flammam exstinguat Vestæ.] Docet ipse vi. Fast. ignem in aede Vestæ persequendo servari solitum fuisse:

Ignis inextinguendus templo relatur in illo.

Quare ubi appellat, Vigiles flammæ:

Ille potest vigiles flammam exstinguere Vestæ.

C. Vellejus Patruentius extremo lib. II. Perpetuamque caelo Vestæ ignem. Cic. pro Fontejo: Propitius, ne ille ignis acturus, nocturnis Ponticæ lauribus vigillique servatus, Sacerdotis Vestæ lauribus exstinguendus esse dicitur. Livius lib. V. Quod de aeternis Vestæ ignibus, signaque, quod imperi regem exstilla eius templi tenetur, inquit? Idem lib. XVIII. de prodigiis loquens: Terruit animos dominum ignis

in aede Vestæ exstinctus, ob quam causam causa flagris est Vestalis, cuius custodia nostris ejus fuerat, jussu P. Licinii pontificis. In illis autem verbis, cuius custodia, lib. Livii vetus, qui penes me est, habet, cuius custos est. & flagro, non flagris. melius ne puto. fuit autem hoc anno D. XLIV. qua de re sic etiam Felix Pompejus: ignis si quando exstinctus esset, Virgines verberibus afflictabantur à Pontifice: quoniam mos erat tabulam felicitatis materiam tandem terribere, quæque exceptum ignem cribro aeneo Virgo in aedem ferret. Sed non desunt, qui in his Felii verbis legant, Verberare, non Terribere. Alludit autem fortasse hoc loco Ovidius nos tera ad, quod refert D. August. lib. III. cap. 28. De Civit. Dei. Mæcius, inquit, Scævola, post. max. quoniam nihil apud Romanos templo Vestæ sanctius habebatur, aram ipsam amplexus acceperat: ignemque illum, qui perpetuis curis Virgines sancte ardebat, suo pectus sanguine exstinxit. CIOFAN.

780. Movet.] Movet Medic. & Junian.

781. Veterum.] Veterum Francof. prim. Basil. & duo Medic. unde Heinsius faciebat, veterum, ut mentes Paræus lib. V. Trist. III. 25. sed quia lines imperfecta est hoc modo, veterum: ego pro veterum per compendium positum puto. nam & veterum erat in uno Heinsii. veterum vero dicit, pro quæ jam olim decreverant, ut in Catalect. Pith. lib. III. p. 129.

Sic etenim dixerat olim primordia Parææ, Et nevere super votis fatalia jura. BURN.

782. Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.] Significat signa hæc ante caedem facta, quæ sunt futuri caedis, ex qua ludus. GLEBAN.

783. Ar:

Arma ferunt nigras inter crepitantia nubes,
 Terribilesque tubas, auditaque cornua coelo
 785 Praemonuisse nefas. Phoebi quoque tristis imago
 Lurida sollicitis praebebat lumina terris.
 Saepe faces visæ mediis ardere sub astris:
 Saepe inter nimbos guttae cecidere cruentae.
 Caerulus & vultum ferrugine Lucifer atrâ
 790 Sparfus erat: sparsi Lunares sanguine currus.
 Tristia mille locis Stygius dedit omina bubo;
 Mille locis lacrimavit cbur: cantusque feruntur
 Auditi, sanctis & verba minacia lucis.
 Victima nulla litat: magnosque instare tumultus
 795 Fibra monet; caesumque caput reperitur in extis.
 Inque foro, circumque domos, & templa Deorum
 Nocturnos ululasse canes; umbrasque silentum
 Erravisse ferunt; motamque tremoribus urbem.

Non

784. Arma crepitantia.] Similia prodigia passim Obsequens, sed saepe vitio librorum corruptus, narrat. ita cap. LXXIII. In Cephalonia turba in caelo cantare visa, ubi legendum cum Heinsio, tuba. LXXVI. Conspicua arma in caelo volare visa. ubi idem malebat, sonare. ut Notter in Fast. v. 549.

Tallor, an arma sonant, non salimur, arma sonabant.

idem Obsequens cap. cxxv. clamorem crepitumque armorum Antiochia bis auditum. & ita alibi. an vero cap. cv. etiam crepitus legendum sit, cum Schessero, nondum statuere possum, cum ibi non de sono in caelo, sed apud inferos audio, agatur. fremitum certe eleganter eruditissimus Juvenis Ovidendorpius, cui plura, si Deus velit, respub. literaria debebit, illustravit, sed magis tamen in crepitum inclino, quia omnia illa prodigia imaginem veræ pugnae representabant; in illa vero ante proclium milites arma hasta vel gladio concutere solebant, unde crepitus, qui junctus clamori bellico terrorem hostibus incutebat. vide quæ notavimus ad Petron. cap. lvi. & quæ passim rei militaris scriptores habent. denique crepare & crepitare proprie arma dici eleganter docuit Broekhuusius ad similem Tibulli locum II. 5.

Atque tubas, atque arma ferunt crepitantia coelo Audita, & lucos praemonuisse fugam.

Nigras inter nubes etiam Moreti & quatuor alii. bene. BURN.

792. Mille locis lacrimavit ebur.] Ebur, hoc est, simulacrum ex ebore confectum. Ita Virg. I. Georg. 480.

Et moerum illacrimat templis ebur.

Significavit & hoc Tibullus lib. II. eleg. 5.

Et simulatra Deum lacrimas fuisse tepentes.

Julius praeterea Obsequens cap. cxxiii. Lupi in urbe visæ, nocturni ululatus stabiles canum auditi: simulacrum Martis sudavit: sulmen tota urbe peroratum pleraque deorum simulacra decussit, homines exanimavit. CIOFAN. Mille locis lacrymantur aves, Codex Sprotii.

792. Cantusque.] Broekhuusius malebat, planctusque, sed cantus hic sunt voces, quasi oraculo edictæ, quales saepe audita inter omnia habita. vide ad lib. VII. 8. & Eumenides. ad Virg. I. Georg. 476. sacris lucis Vaticanus & decem alii. filiois unus.

795. Caesumque caput.] Senec. Oedip. vers. 960. Et capita paribus vincta consurgunt toris, sed utrumque caesum tenens abscondit caput membrana. Plinius lib. IX. 37. Caput extorum tristis ostentis caesum quoque est, praeterquam in sollicitudine ac manu: tunc enim perimit curas. ubi Dalecampius interpretatur cultro victimarii tactum vel vulneratum. Livius VIII. 9. Decio caput jecimoris a familiari parti caesum arripser dicitur ostendisse, aliqui acceptam Diis hostiam esse. unde fraude victimariorum hoc saepe accidisse facile est colligere. BURN.

797. Nocturnos ululasse canes.] Hoc ex Obsequens verbis intelligi licet. Verum, quod ait Virgilius, majus est: Perandisque locutæ. Vide sub finem lib. I. Georg. CIOFAN.

797. Umbrasque silentium.] Silentes prim. Erlort. & Medic. chartaceus. vid. lib. XIII. 25. Nocturnas etiam canes prim. Twisselienus. Vide Notas libro III. in fabula Actæonis. HEINS.

798. Erravisse.] Erravisse Ubin. pro erupisse. IDEM.

799. Ver:

Non tamen insidias, venturaque vincere fata
 800 Praemonitus potuere Deum: stricisque scruntur
 In templum gladii. neque enim locus ullus in Urbe
 Ad facinus, diramque placet, nisi Curia, caedem.
 Tum vero Cytherea manu percussit utraq;
 Pectus: & aetheria molitur condere nube;
 805 Quam prius infesto Paris est creptus Atridae:
 Et Diomedeos Aeneas fugerat enses.
 Talibus hanc genitor: Sola insuperabile fatum,
 Nata, movere paras? intres licet ipsa Sororum
 Testa trium; cernes illic molimine vasto
 810 Ex aere, & solido rerum tabularia ferro:
 Quae neque concursum coeli, neque fulminis iram,
 Nec metuunt ulla tuta atque aeterna ruinas.
 Invenies illic inclusa adamante perenni
 Fata tui generis. legi ipse; animoque notavi:

815 Et

799. *Venturaque.*] *Nocturna*que Gronovii unus & Heinlii, unde hic, *nocturna*que conjiciebat.
 803. *Tum vero Cytherea manu.*] Pro *manu* plurimi scripti, etiam ex vetustioribus, *sumo*. & proximo versu, pro *aethera*, prim. Reg. Urb. prim. Erfurt. alter Hamburg. prim. Palat. Basil. & decem alii, *interdum. hanc densa* Cantabrig. unus Voss. & illa *deum. in terram nubem* unus Gronov. at prim. Vatican. *aerem nube. aera* quinq; *Aeneas* unus Voss. unus Basil. *Aeneas*. duo alii, *obsessa*. Arondel. *aethera*. prim. Hamburg. *Pectus sed tandem*. Opinor non uno mendo adfectos esse hos duos versus. pro *utraque*, scripti, *utrumque*, utroque, *utrumque*, utroque. HEINS.
 805. *Qua prius infesto Paris est arreptus Atridae.*] In uno Vatican. *Exeptus Atridae*. CIOPAN.
 806. *Et Diomedeos.*] *Qua* prim. Vatican. Urb. & Argent. HEINS.
 807. *Talibus hanc.*] *Hinc* prim. & quart. Moreti. pro *solo* prim. Palat. Bernegger. prim. Hamburg. Arondel. *solo*. pro *paras*, prim. Vatic. prim. Palat. prim. Basil. prim. Erfurt. prim. Moret. Cantabrig. & prim. Gronov. cum aliis plurimis, *putas*, duo, *putas*, totidem, *putas*. IVEN.
 808. *Nata movere paras.*] Idem liber, *Caelesti*. & meus habent, *Movere paras?* CIOPAN.
 809. *Molimine vasto.*] *Molimina magna* Patavin. *Molimina vasta* Regius. *molimine magno* tres alii. *invenies illic Sisi*. mox pro *solido*, *valido* Argentin.
 811. *Concessum est.*] *Concessum* Calandr. prim. Hamburg. & multi alii. ut *tonitrua* intelligat. ita Lucretias frequenter. HEINS. Vid. supr. lib. vi. 695.
 813. *Illic inclusa.*] Sic unus Vatic. Alii scripti, *inclusa*. CIOPAN. *inclusa* Urb. n. Bernegger. prim.

Hamburg. Arondel. & multi alii. prim. Basil. *inclusa*. *inclusa* placet. in Trist. iv. viii. 45.
 Nil a solo solidum est, adamans licet alliget illud. Pont. lib. iv. Eleg. xii. 31.
 ——— duro praecordia ferro
 Esse, vel invito clausa adamante putem.
 HEINS. Vide Salmat. ad Spart. Hadrian. 10. & ad Poll. Claud. 17. & comm. ad Cicero. i. ad Att. 10. sic *includant*, pro *inducunt*, quidam codices lib. iv. 408. vid. & iii. Fast. 384.
 815. *Et referam.*] *Refero* unus Heinlii. *ut si et* *mane*. prim. Vatic. *ut nunc* unus Heinlii. *etiam* *haud curatur. etiam non gnara* unus. deinde, *is/na* *complevit* unus Heinlii.
 818. *Templisque colatur.*] *Caelesti. Locatur*. illud magis proba. CIOPAN. *Locatur* multi veteres. Pont. iv. 9. 129.
 Tu nostras audis inter convorsa locatus
 Sidera, sollicito quas damus ore, praeci.
 iii. Fast. 615.
 Perque duos comites, hac nuper sese locatus.
 Juvenalis Sat. x. 366.
 Te facinus Fortuna Deum caeloque locamus.
 HEINS.
 819. *Natusque tuus.*] *Liber meus, Natusque* *fr-* *mat.* CIOPAN. Imo, *suus*, pro *ejus* *natus*, quod est in plerisque scriptis. Egrogie blanditur Augusto. quod sequentia satis evincunt. *tuus* nullum habet sensum. pro *nomini haeres* prim. Palat. prim. Cantabrig. Oxon. Arondel. aliique complures, *no-* *minis. numeris haeres* Zinzeling. & unus Leidensis. *nomini* *hujus* unus Medic. pro *frater tuus meus*, tert. Medic. & alius ejusdem Bibliothecae, *utro-* *que*. in Fastis, ii. 197.
 Una domus vires et omnis susceperat urbis.

pos-

815 Et referam: ne sis etiamnum ignara futuri.
 Hic sua complevit (pro quo, Cytherea, laboras)
 Tempora, perfectis, quos terrae debuit, annis;
 Ut Deus accedat coelo, templisque colatur,
 Tu facies, natusque suus, qui nominis heres,
 820 Impositum feret Urbis onus: caesique parentis
 Nos in bella suos fortissimus ultor habebit.
 Illius auspiciis oblescae moenia pacem
 Victa petent Mutinae: Pharsalia sentiet illum,
 Aemathiaque iterum madefacti caede Philippi:
 825 Et Magnum Siculis nomen superabitur undis:
 Romanique ducis conjux Aegyptia, taedae
 Non bene ssa, cadet: frustra que erit illa minata,
 Servitura suo Capitolia nostra Canopo.
 Quid tibi Barbariem, gentes ab utroque jacentes
 830 Oceano, numerem? quodcumque habitabile tellus

Susti-

posset & orbis onus; ut ad Herculeum alludat. Vide Notas Fast. l. i. xl. 616. HEINS.
 822. *Illius auspiciis oblescae moenia pacem.*] Paucis verbis magnam historiam attingit, aut perstringit verus; tertio porro deinde carmine madefacti legendum, non madefacti propter carmen. GLAREAN.
 824. *Aemathiaque iterum madefacti caede Philippi.*] Sic omnes scripti libri. Pessimè quidam legunt, *madefacti*. Carullus priorem confirmat lectionem: *Alta Polyxenia madefacti caede sepultra*. De bello, apud Philippo gesto, sic Manilius lib. i. Astronom. *Civiles citius motus cognataque bella* *Significant, nec plura alias incendia mundus* *Sustinet, quam cum ductus jurata cruentis* *Arma Philippoos implerunt agmine campos.*
 Virgilius:
 Romanas acies iterum videre Philippi. CIOPAN.
 Aemathiaque prim. Palat. prim. Vatican. prim. Moret. Cantabrig. utroque Erfurt. prim. Reg. Bernegger. aliique complures. *Aemathiaque* Urb. Neapol. prim. Hamburg. Arondel. & octo praeterea. Legendum uno Argentinensi,
 Aemathiaque iterum madefacti caede Philippi.
 Petronius, ut scribendum,
 Cerno equidem gemino jam frater Marte Philippo.
 non, *gemina morte*. *Philippi* tamen foeminino genere apud Focam Grammaticum in vita Virgilli legitur,
 ——— jam caedo piorum
 Perisus acies legitur visura Philippo.
 sed illic oppidum intelligit. HEINS.
 826. *Romanique ducis conjux Aegyptia taedae Non bene ssa cadet.*] Hac de re satis multa litteris mandavit C. Vellejus Patereculus lib. 11. Appianus lib. 7. de Bello Alexandrino, Zonaras lib. 11. Histo-

riae Romanae. Dio lib. 11. & Xiphilinus in Augusto, ubi Cleopatrae mortis opiniones duas notant. Perisse autem Cleopatram aetatis suae ann. xxxix. ex historiarum scriptoribus colligitur. CIOPAN.
 828. *Servitura suo Capitolia nostra Canopo.*] Errat Regius, qui ait Canopum ab Ulixis navis gubernatore esse cognominatum. Eustathius in Dionys. Ammianus & alii, à Menelai. Aesclepylus in Prometheus de hac Urbe:
 Ἐστὶ πόλις Κανόπιος ἐνθάτῃ χθονός,
 Νεῖλω προῖ ἀντὶ εὐμαρτοῦ καὶ πρυμνατοῦ.
 Est urbs Canopi terra extrema
 Ad Nilū situm & litus sita. CIOPAN.
 828. *Capitolia nostra.*] Capitolium unde nomen sortitum sit ostendit nuper ex Arnobio pereruditus ac diligens juvenis Theodorus Canterus, Ultrajectinus. Itaque praestat totum caput bucaedificere. Is enim cap. 11. lib. 1. sic ait: *Historici, ut* *Plautianus, Helicarnassus, Livius, atque alii alii,* *qui de antiquitatibus Romanorum scripserunt, unde* *Capitolium sit dictum videntur ignorasse. Quia autem* *hujus vocabuli originem solus Arnobius non videtur ignorasse, ejus verba, ut rei tam obscurae et* *ignotae licet quandam afferre possim, in medium adducere non gravabor. Arnobius verba haec sunt,* *ex lib. vi. Sed, quid ego haec jarva? Regnatoris in* *populi Capitolio, quis est hominum, qui ignorat* *Toli esse sepulcrum Valeriani? quis est, inquam,* *qui non sciat, ex fundanimum sedibus caput hominis* *evolutum, non, ante plurimum temporis, aut sol-* *lūm partibus ceteris (hoc enim quidam sermō) aut* *cum membris omnibus hominationis officia sortitum?* *Quod si placent fieri testimonis passulatis auctorem,* *Samonius, Granus, Valerianus vocis et Fabius* *judicabunt: cuius Telus fuerit filius, gentis et nationis*

XXXXX

ni

Sustinet, hujus erit. pontus quoque serviet illi.
 Pace datâ terris, animum ad civilia vertet
 Jura suum, legesque feret justissimus auctor:
 Exemploque suo mores reget: inque futuri

835 Temporis aetatem, venturorumque nepotum,
 Prospiciens, prolem sanctâ de conjugè natam
 Terre simul nomenque suum curasque jubebit.
 Nec, nisi cum senior similes aequaverit annos,
 Ætherias sedes cognataque sidera tanget.

840 Hanc animam interea caeso de corpore raptam

Fac

Fac jubar, ut semper Capitolia nostra Forumque
 Divus ab excelsâ prospectet Julius aede.

Vix ea fatus erat; mediâ cum sede Senatûs
 Confluit alma Venus nulli cernenda: sui que
 845 Caesaris eripuit membris, nec in aëra solvi
 Passa recentem animam, coelestibus intulit astris.
 Dumque tulit; lumen capere, atque ignescere sensit:
 Emisitque sinu. Lunâ volat alius illa:

Flammiferumque trahens spatioso limite crinem
 850 Stella micat, nati que videns bene facta; fatetur

Esse

nix tuus, ut à germani servulo vita fuerit spoliatus
 & lumine; quid de suis commerceris civibus, ut ei
 sit abnegata telluris patrias sepultura: condiscitis
 etiam, (namvis nolle istud publicari se hinc) quid
 sit capite respecto factum, vel in parte qua curiosa
 fuerit obliquitate conspiciam: ut immobilis videlicet
 atque fixa obliquitate cuiusvis perpetuitas foret. Quod si
 opprimi par esset & vetustatis obliteratione colari,
 campusia nominis jecti in medium, & cum suis
 cunctis, per data sibi tempora inextinguibili fecit
 restitutione procedere: nec erubuit civitas maxima &
 numina custodiam calatix, cum vesabulum tem-
 plo daret, ex Toli Capite, Capitolium, quam ex
 nomine Jovis, nuncupare. Haec Arnobius.
 CIOFAM.

820. Quid tibi Barbariam, gentesque ad utroque
 jacentes Oceano, numerem? Gentes prim. Reg. &
 octo alii. Cantabrig. alique multi, Barbariam. Bar-
 bariam gentes prim. Palat. Barbariae gentes Zulichem.
 & tres alii. Scribe.

Quid tibi Barbariae gentes ab utroque jacentes
 Oceano numerem?

HEINS. Barbariam etiam Francof. & miror Hein-
 sium, qui ubique illas appositiones servat, & etiam
 querit, hic noluisse admittere. vide sup. ad lib.
 iv. 668. Barbaria enim pro toto tractu terrarum,
 quem Barbari populi tenent, saepe ponitur. sic Ju-
 stinus, Cicero & alii. enumerem etiam Medic. re-
 feram duo alii. BURM.

833. Justissimus auctor. Ita veteres libri. CIOFAM.
 Legesque scis Menarèi Cod.

834. Exemploque suo mores reget. Liber meus
 & unus Vatican. Mores reget. CIOFAM.

834. Inque futuri. Heinſius malebat, inde.

836. Sancta de conjugè natam. In quibusdam
 editionibus legitur, Prolem sancta de virgine natam.
 Quod si ita ab Ovidio scriptum est, eodem refe-
 rendam erit, quò & Virgilianum illud in Bucolicis,
 Jam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
 &c. Ut accipiamus hoc ita dictum esse in gratiam
 Liviae, quam Augustus ita amavit, ut etiam

pregnantem à marito priore Nerone abduxerit;
 ut Suetonius & ceteri tradunt. Transata autem
 talia ex carminibus Sibyllae videntur, quae cum
 per ea tempora Christum ex virgine natum iri ce-
 cimisset, poetæ non intelligentes rem, quacun-
 que de Christo & ejus temporibus dicta essent,
 ad Augustum & ipsius felicitatem retulere. Mi-
 cvll. Coniuge libri scripti. Atque ita Catullus in
 Nuptiis Pelei & Thetidis.

Inde pater divum sancta cum conjugè nati que
 Advenit.

CIOFAM. Monachi, qui de sancta virgine Maria
 somniabat, manum agnosco.

837. Juhabit. Videbit Cantabr. & plurimi alii.

838. Nec nisi cum senior similes aequaverit an-
 nos. Haec multis annis ante Augusti obitum scrip-
 ta videntur & ante Ovidii exilium. Augusti enim
 anni, quibus vixit, superant Julii vitae annos vi-
 ginti. at cum haec scriberet Ovidius, Augustus non-
 dum tot habuit annos, quot C. Caesar Julius, cum
 in Senatu occideretur. GLARHAM. Interprecibus
 placet haec ab Ovidio scripta esse, cum Augustus
 annum aetatis lvi. nondum attigisset, quo ex-
 tinctus est Divus Julius. at quis senioreni aut so-
 nem vocavit Divum Julium? haec aetas senectus
 non est, ut eam Augusto aequandam debeat pre-
 cari. Piget pluribus haec resellere. Patrius aucto-
 ritatem prim. Moreti. & octo alii. neque aliter Bernegger-
 & Rottendorph. pro diversa lectione. at Thuani.
 alique quatuor, cum patre senior similes. vras
 Strozz. cum patrio sentis similes. Sed destinamus
 ineptire. scripserat, puto, Noster,

Nec nisi cum senior Pylios aequaverit annos.

Anguror neminem de hac restitutione dubitatu-
 rum, quod ut felicitas ex voto succedat, ex Am-
 lem locum Pont. l. xi. Eleg. viii. ubi Thiberium ab-
 loquitur,

Sic Pater in Pylios, Cunctas mater in annos
 Vivant; & postis filius esse diis.

Trist. v. Eleg. v.

D

Di precor, & Caesar Dis accessure, sed olim;
 Aquarum Pylios cum tua fata dies.

utitur & alibi hoc adagio. ut libro Pont. i.
 Eleg. iv.

Nam mea per longos si quis mala dixerat annos,
 Crede mihi, Pylio Nestore major ero.

Martialis. iv. Epigr. i. in Natalem Domitiani,
 Caesaris alma dies, & luce sacerator illa,
 Conscia Dietaeum qua tulit ida Jovem,
 Longa, precor, Pylioque veni numerosior aevo.

& libro viii. 2.

Terrarum domino, deoque rerum
 Praemis Pyliam quater senectam.

Statius lib. iii. Silv. iv. 103. de eodem Domi-
 tiano:

— eat, oro, per annos
 Miatos Pylioque simul.

lib. v. iii. 255.

O Pylias aevi transcendere metas,
 Et teneros aequare senes, o digna videre
 Me similes.

Theb. v. 751.

— Pylias nec fata senectae
 Malueris, Phrygiis aut dagero longius annis;

HEINS.

839. Sidera. Numina Gronov. liora Medic. si-
 dera serues Thyſii.

840. Raptam. Natam quatuor. nemis raptam
 unus.

842. Julius aede. Arca Thuani. ut coelum intel-
 ligat, vid. ad Epiced. in Drusum M. 61. eadem
 varietas lib. ii. ex Pont. ii. 86. ubi per aedem Ve-
 neris Geneticis templum intelligunt.

843. Media. Heinſius malebat, medii.

844. Confluit alma Venus. Alma Venus; Sic
 Lucret. initio libri primi:

Enadum generis, hominum divumque voluptas,
 Alma Venus.

Et Virg. i. Aeneid.
 Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchisae
 Alma Venus Phrygiæ genuit Simoenti ad vulam.

Et ii.

Alma Venus confessa Deam, qualisque videtur
 Caeciliæ.

Alma, inquit Pompejus, sancta, sive palstra;
 sive alens, ab alendo scilicet. CIOFAM. Ista Venus
 septem libri. nulli conspecta Moreti.

845. In aëra. in aëra plurimi. in aethera duo.

846. Coelestibus. Radiantibus unus Medic. re-
 petitum ex lib. ix. 272.

847. Dumque tulit. Dumque volat Moreti. ut
 lib. vi. 708.

847. Lumen capere. Nomen multi veteres. at
 prin. Gronov. prim. Erfurt. & quinque alii, ta-
 men. recte. HEINS.

848. Emisitque sinu. simul evolat alius illa.]
 Luna volat alius Poit. Urbis. prim. Vatic. quart.
 Medic. prim. Hamburg. decem alii. Sed nondum
 integer est locus. Scribe cum Bernegg. Thuani. &
 aliis nonnullis,

Emisitque sinu. Lunâ volat alius illa.

Vetustum adulationis genus. sic Conon Mathema-
 ticus Ptolemaeo significatus Αμύδιος quosdam
 ἀμύδιος in leontis partibus comam Berenices voca-
 vit. sic divus Hadrianus, cum post obitum Antinoi
 delicati sui fides quoddam obfervasset haecenus in-
 cognitum, credi voluit hanc esse Antinoi in cae-
 lum receptam animam. HEINS. Sæcui hoc fuere om-
 nes poetæ, Caesariibus divis adulantes, ut fingereut
 animas eorum in novas stellas abire. viii. Virgil. l.
 Georg. 32. Horat. iii. od. 25. Valer. Flac. initio
 operis. Lucan. i. 46. Claudian. Conf. Olybr. 242.
 ii. in Ruſin. prim. Statius i. Theb. prim. & saepe
 in Silvis, nec abstinuit, aulicæ adulationis princeps
 & pendendum posteris exemplar, Plineius Panegyri-
 cap. xi. & lxxxix. BURM.

849. Flammiferumque trahens spatioso limite cri-
 nem Stella micat. Periphraſis Coniectæ: quam unâ
 cum

XXXXX 2

Esse suis majora; & vinci gaudet ab illo.
Hic sua praeferrī quamquam verat acta paternis;
Libera fama tamen nullisque obnoxia iussis,
Invitum praefert; nāque in parte repugnat.

855 Sic magni cedit titulis Agameunnonis Atreus:
Aēgea sic Theſeus, ſic Pelea vincit Achilles.
Denique, ut exemplis ipſos aequantibus utar,
Sic & Saturnus minor eſt Jove. Juppiter arces
Temperat aetherias, & mundi regna triſormis:

860 Terra ſub Auguſto. pater eſt & rector uterque.
Dī, precor, Aeneae comites, quibus enſis & ignis
Ceſſerunt, Dique Indigetes, genitorque, Quirine,
Urbis, & inviētī genitor, Gradive, Quirini,
Veſtaque Caefareos inter ſacrata Penates;

865 Et

cum Caefaris aenea ſtatua in aede Venēis poſuit
Oſtavius auctor Zonaras, & eo prior Dio lib.
xlv. De hoc Cometa vide Plinium lib. ii. cap. 15.
& Julium Obſequentem de Prodigijs. CIOFAN.
Limes callem Thuan. Heinf. lumino Vivian. &
quatuor alii. ſtumigerumque Oxon. Cantab. &
tredecim alii.

850. *Nicit.*] *Nicit* unus Medic.

854. *Unaque in parte.*] *Hae parte* quatuor. unus
Voſſ. & in una parte. non male. HEINS.

855. *Sic magnis.*] *Magnis* Bernegger. Thuan.
prim. Reg. uterque Erfurt. prim. Moret. alique
multi cum prima. Vatic. Oxon. & prim. Gronov.
at prim. Palat. ſic magni cecidit. Lege, *magnis cedit.*
HEINS.

856. *Aēgea ſic Theſeus, ſic Pelea vincit Achilles.*] *Hunc locum*
imitatus eſt Satyricorum princeps,
Juvēnalis, Satyra xiv. 213.

— *vinctis, ut Ajax*

Prætrūit Telamonem, ut Pelea vincit Achilles.

CIOFAN. In Juvēnalis loco *vinctis* habet codex Lei-
denſis. ut & hic multi codices variant.

856. *Achilles.*] *Achilles*, cui nomen fuit *Ligy-
ron*, quare ſit dicitur, docet Apollodorus lib. iii.
Id eſt, quod labra mammis non admoverit. *Καὶ
ἀνθρώπων Ἀχιλλεύς, πρότερον ἐν ἔσπερα ἄνθρωπος Ἀργείων.*
Alteram etymologiam dicit Lycophron his
verbis:

Ἀφ' ἐπὶ τὰ πᾶσιον Φεβήδω σπεδονέμεν,
Μέλιον Φλόρονος διαλέξεται πηλέδω.

*E ſeptem parvis, igne comuſſis,
ſellam calidae clauſum ſavillae.*

Quae interpretatio eſt Gallicmi Canteri, viri do-
ctiſſ. qui etiam in ſcholiis, quae in eum poſitam
ſcripſit, ex Agameſtore alteram ab his, quas po-
ſui, diverſam aſſert. cujus verba haec ſunt: The-
tis indignata, quod mortali Peleo nupſiſſet, ſex
maſculos, quos ex ipſo genuerat, comburendos in
ignem, tanquam ſe indignos, projecit: ultimum ve-
rō Achillem cum itidem vellet comburere, quod
ad divinitatem illi conciliandam factum vult Apo-
lonius) à patre ſuperveniente prohibita eſt, cum
tamen alterum labrum combuſtum eſſet, unde poſt
Ἀχιλλεύς dicitur eſt. Nam, ut inquit Agamemnor:

— Ἀχιλλεύς

Πηλεὺς κείλοσσε χεῖλεσ εἰσενε μιν. id eſt,
De laero Peleus nominat iſſum Achillem.

Achilles tamen contrā, ut & hoc obiter admo-
neam, de patre ſic apud Homerum loquitur:

Ἀλλ' ὅσα παῖδά τέτυο πανόλοσ,
Ἰνείασ, inquit, ſum patri filias. CIOFAN.

859. *Triſormis.*] Hinc Statuam Jovis, tenentis
manu tria poma, velut globos, explicat Lambe-
cius ad Codini Excerpta. pag. 830. Edit. ſtand-
tiana.

860. *Terra ſub Auguſto.*] *Sub Auguſto eſt* pleri-
que veteres. Lege, *ei*. ut videtur *vid* eſt conſuetus
ingatus. HEINS.

860. *Pater eſt & rector uterque.*] Sic & alibi,
ad Auguſtum:

*Jure igitur genitorque Deūm, reſtorque vocatur:
Jure capax mundus nil Jove major habet.
Te quoque, cuius patria rector dicere paterque,
Utere more dei nomen volentis idem.*

CIOFAN.

866. *glor.*

865 Et cum Caefareā tu, Phoebe domeſtice, Veſtā,
Quique tenes altus Tarpeias Juppiter arces,
Quosque alios vati fas adpellare piumque;
Tarda ſit illa dies, & noſtro ſerior aevo,
Quā caput Auguſtum, quem temperat, orbe relicto
870 Accedat coelo: faveatque precantibus abſens.

Jamque opus exegi: quod nec Jovis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetuſtas.
Cum volet illa dies, quae nil niſi corporis hujus
Jus habet, incerti ſpatium mihi ſinat aevi:

875 Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar: nomenque erit indelebile noſtrum.

Quā-

866. *Quique tenes altus.*] *Altus* quidem legitur
in omnibus, quae mihi videre contigit, exemplar-
ibus. Sed *Latius* magis ſenſu Poetaeque eruditioni
convenire videtur. Nam *Latialis Juppiter* in
Capitolo colebatur. RAGIUS. Liber meus, *Qui-
que tenes celſus*. Stupidi quidam legunt, *Quique
tenes altus*. CIOFAN. *Celſus* unus Medicus Valer.
Flac. ii. 305.

— *Jam te eius altus ab Alba*

Juppiter.

Noſter vi. Faſt. 188.

Deſenſor ſolū, Juppiter alto, tui.

& alibi ſaepe.

868. *Tarda ſit illa dies.*] Hoc eſt, quod ait lib.
ii. Triftium:

*Optavi peteris caeleſtia ſidera tarda,
Parſaque ſui turbas parva precantis idem.*

CIOFAN.

868. *Et noſtro ſerior aevo.*] *Tardior* prim. Vatic.
tert. quart. Medic. Oxon. alii quatuor. Forte,

— *ſit noſtro tardior aevo.* HEINS.

871. *Jamque opus exegi.*] Id eſt, opus abſolvi,
ſinem operi impoſui. Rernard. 811. *Hoc opus exegi.*
CIOFAN. Vide de hoc epologo, ut ita dicam, ope-
ris Barth. ad Stat. xii. Th. 810.

871. *Quod nec Jovis ira.*] Hunc & ſequentem
verſum Albertinus Muſſatus Epillohae xviii. in-
textuit.

873. *Cum volet illa dies, quae nil niſi corporis
hujus.*] *Volet* ambiguum à primane conjugatione,
an à tertia: ſed videtur à tertia potius, ut lit con-
cedentis, Veniat moſis quandocumque volet, &

ſinat mihi ſpatium aevi incerti, hoc eſt, hujus
miſerae vitae, *parte tamen meliore mei ſuper alta
perennis Aſtra ferar.* quae tamen de ingeni fama
intelligi poſſunt, videtur tamen, Platoniorum
dogma ſecutus, animae immortalitatem aſſeruiſſe,
cujus verae opinionis duces ante fe habuit, ejus-
dem tamen ſere aetatis viros dnos eximios, Cicero-
nem ac Maronem; ut poſſent quosdam inveniri
Chriſtianos, qui in re, ſiſte noſtra, cetera, dubi-
tationem movere audeant, quae apud pluri-
mos Ethnicos, quibus Chriſtus nullam faceret fidem,
indubitata ſuit. ſed haec tractare non eſt hujus loci.
GIARDAN.

875. *Parte tamen meliore mei ſuper alta perennis
Aſtra ferar.*] Huc reſpexit Martialis, initio
lib. ix.

Et meliore tui parte ſuperſtes eris.

Et ipſe i. Elegiarum:

*Ergo etiam, cum me ſupremus adſiſſerit ignis,
Vivam, parique moi magna ſuperſtes erit.*

Hoc idem hiſce aliis verbis ſignificat. lib. iv. Trift.
xi. 127.

*Cumque ego praefentam multos mihi, non minor illi:
Ditor, & in toto plurimus orbe legor.
Si quid habent igitur vatium praefentia veri,
Proius ut moriar, non ero, tara, tuum.*

Et ruſus non dubitavit dicere, quod hic quoque
videtur innuere, quoad Roma exlaret, ſemper
ſe lectum in. Ait enim iii. Trift. vii. 51.

*Dumque ſuis victrix ſoprem de manibus ordem
Proſpiciet domitum Martia Roma, legar.*

CIOFAN.

XXXXX 3


879. 73.

Quaque patet domitis Romana potentia terris;
Ore legar populi: perque omnia secula famam
(Si quid habent veri vatum praeſagia,) vivam.

879. *Metam.*] In multis codicibus hoc distichon
erat adscriptum:

*His sex millebus versibus in codice scriptis,
Sed ter quinquaginta continet Ovidius.*

si numeremus vero, qui exstant hodie, tantum
exerunt 11997, ut tantum desint septem. sed pluri-
mos interpolatos passim vidimus. licet Heinricus
plures puto confodiat. *BURK.*



JOANNIS GULIELMI
CAPOFERREI

ANIMADVERSIONES

IN

OVIDII METAMORPHOSIN.

JOANNIS GULIELMI CAPOFERREI

ANIMADVERSIONES

I N

OVIDII METAMORPHOSIN.

Cum abhinc annos viginti otio abundarem, & aliquid agendum esset, ut fallerem tempus, coepi conferre inter se editiones duas Ovidii Metamorphoson: Basileensem, publicatam à Nic. Brylgero, anno saeculi superioris XLVI; & Lugdunensem, vulgatam ab Joan. Praelonio, anno ejusdem saeculi LV. quarum haec nitida sanè & elegans, illa verò, quae propositum exemplar secuta est, omnium, quas haecenus legi, castigatissima atque emendatissima. Ad has tamen & tertiam adhuc prolatam ab Andrea Wechelo Francofurti anno XC, ut, ab utraque vel flaret, vel discreparet, majorem illi minoremve haberem fidem. Sed accidit, ut cum scripta mea, quae multos per annos congesita Praga navigant Stadam, Lipsiam ad me quasi pollinibus reverterentur, non modò turbata essent & dissipata, sed etiam multis locis defecta & hiulca: atque inter cetera Collatio haec adeò male habita, ut ex ea nihil superfit, praeter librum I. & II. tum IX. & partem decimi. Cum verò nuper vir clarissimus Jacobus Thomaeus, Professor Lipsiensis, ut felicissimi ingenii, ita exactissimae diligentiae, gratus me docētis facturum censuisset, si Animadversiones in varios auctores meas publici juris facerem quam carmina, ad quae cuivis è schola in lucem protrudenda est animus; libenter & meritis illius, quae in me plurima sunt, hanc gratiam habui, ut voluntati ejus morem gererem; & judicio, quod meo antepono, hunc honorem, ut in eo acquiescerem. Itaque ab eodem Poeta publicum auspicatorus, in quo intra domesticos parietes Critices tirocinium posui, non satis habui peregrinata illa fragmenta recensere, nisi etiam totam denuo Metamorphosin relegendo percurrerem: non jam hoc consilio, ut collectionem agerem variarum Lectionum, quem quisvis non indiligens potest, & abunde se praestitit Berfmannus; nec ut ex variis optimas verasque constituerem, id quod à tot Ovidii editoribus tentatum, à nemine patratum, non defugerem polliceri, si, quorum fructus, eorum esset & sumtus; sed ut locis partim aperte male habentibus,

partim fallentibus specie sanitatis, eam asserrem medicinam, quae, nil juvantibus veteribus libris, à solo ingenio asserri potest, & absque nobis esset (quod citra arrogantiam & invidiam dictum sit) nunquam fortassis asserretur. Atqui ut ita in Metamorphosin ingrediamur, quò nos secuturi venerationem nobiscum ingeniosissimo Poetarum debitam concipiant, odiosus in limine obsecrator amolendus est Julius Scaliger, qui cum absolutissimum divini operis initium infelicitatis arguere ausus, tam frigidis cavillationibus vellicet, ut magis id se reprehendere voluisse quam potuisse ostendat, poterat sanè praeteriri, nisi nescio quomodo virum saeculi nostri eruditissimum ad calluminae suae propugnationem transversum rapuisset, auctoritate sua, si occurrat, plures forsasse rapturum. Ac mihi quidem cum in expendendis auctorum classicorum scriptis cautè ac circumspicè versandum videtur, tum verò omnis in eos censurae restenanda asperitas, qui optimo ac fecundissimo doctorum saeculo non solum ingenio & eruditione excellere, sed etiam principatum adepti in genere suo tanta scribere cum laude, ut in eis velut posterorum magistris, non discipulis, omnia placere quam multa displicere satius judicetur. Quo merito si quis est, cujus existimationem tueri oporteat, is profectò est Ovidius, par futurus, ut ego arbitror, primo Poëtarum, si primus esse contendisset. Nec tamen metam Ovidii dignitas quam amor veritatis movet, ut Scaligerum rejicere institutum, qui dum Nasone castigando crescere voluit, magnitudini suae non adjecit, sed detraxit. Age ergò conferamus pedem, & quid in inculpato principio culpandum statuatur, audiamus:

In nova fert animus mutatas dicere formas

Corpora. Di coepis (nam vos mutastis & illas)

Aspirate mei.

Primum numerus, ait, non bonus, *animus mutatas*. Syllabae namque iisdem concurrent elementis. Atque hoc, dum Ovidii versus restringere conatur, quod ei vitio verit, ipse committit, in

canimus miracula: affinitas enim vocalium i & u

vix auditu percipiendam discrimen relinquit, & de numeris non oculorum, sed animum iudicium est. Quod si Midas alicui non satisfacit, is in memoriam redeat illius Virgiliani, vestibulo laudatissimi operis, *felix vitina*; quod illi, *animus mutatus*, geminum & quam simillimum est: nisi quod hoc adhuc lenius esse sentio. Aut igitur, quod Ovidio cum Virgilio commune est, in Virgilio quoque reprehendat; aut, quod ipse eligeret non potuit, nec Virgilius voluit, in Ovidio singulare desinat. Sed pergit calumniari Aristarchus notiter, & *formas mutatas in corpora inmutatam* vocat dicendi rationem; non enim sic se locutum, *Aeneas mutatus est in novas sedes*, sed mutavit sedes. Philosophos quoque mutare corpora sub formis: materia enim per formam fieri hoc. Accepisse igitur Ovidium *mutatas* pro eo, quod est, translatis, aut *formas* pro figuris. Hoc est, quod supra dicebam, Scaligero animum carpendi Ovidii magis fuisse quam materiam. Etenim si Ovidius per *mutatas* intelligit translatis, nec id Scaliger improbat, cur Ovidio inusitata locutionis invidiam facit? verum ego Poetam elegantissimae perspicuitatis *mutatis* pro translatis usum non puto. Quae enim necessitas, ut pro meliore deterius poneret? Aut quae causa, ut, cum toto in opere rarissime usurpet *transferre* pro mutare, per *mutatas* translatis intelligi vellet in ipso operis exordio? An quia non sic solemus loqui, ut dicamus, *Aeneas mutatus est in novas sedes*, sed, *Aeneas mutavit sedes*? id est transtulit sedes, seu translatus est in alias sedes? Atqui mutatio sedum & formarum dissimilis est: nam qui sedes mutat, manet idem ille, qui fuit; qui formam mutat, fit alius: ideoque recte dicimus, *Aeneas mutavit formam*, & *Aeneas mutatus est in aliam seu novam formam*. At alterum illud vero proprius est, Poetam *formas* accepisse pro figuris, idque cum passim in Metamorphosis occurrit, tum potissimum perspicitur ex eo loco, ubi Achelous Thebesa his verbis alloqui introducit, Lib. viii, v. 728.

*Sunt, o forsistis, quorum
Forma semel nota est, & in hoc renovamine manfit.
Sunt quibus in plures jus est transire figuras. &c.*
Ut vel hinc non satis mirari possim contentiam Scaligeri, qui, Metamorphoseon conditorem reformaturus, hoc in illius prooemium substituere ausus sit:

*Quas mutata novae in membris corpora formis
Inducim facies, &c.*

quod nec inscriptioni operis, nec tractationi responderet, & a mente Nasonis profert alienum est, transformationes promittentis & repraesentantis, ac repraesentasse profertis noto illo versu I. Tristium. Eleg. I. v. 117. & III. Eleg. 14. v. 19.

*Sunt quoque mutatae ter quinque volubinae formae,
& altero, I. Tristium. Eleg. 6. v. 13.*

*Carmine mutatas hominum dicentia formas,
nec quicquam intempertius censor eo proficit,*

quod Poeticae phrasae exigere vult ad ratione Philosophicas: cum nec Natio Philosophiae fuerit inficius, & Poetarum ea sit libertas, ut non propriè ac Philosophicè, sed tropicè ac suo more loquantur: quin id potius dare operam debuit, ne dubitandus suspicaretur, sed certo nobis explicaret, quid Ovidius formarum nomine capendum proponat: quod si fecisset, majorem profectò à posteris gratiam erudendo lectore quam perfringendo vate inivisset. Sed quoniam ille, non quidem ignoratione, sed carpendi praecipitatione caecutiens, mentem sententiamque Poetae pervidere non potuit,

mutatis patet hic mihi primùm

Distinguatque locus,

haudquaquam actum acturo, si Ovidiano lectori Ovidium ex ipso interpreter. Igitur in memoriam regrediendum est, Poetam, quas I. Tristium Eleg. 6. v. 13. dicit *mutatis formas*, altero inde disticho dicere *mutata corpora*, ut nihil interfuturum fuerit, si Metamorphosis auspicius esset hoc modo:

*In formas mutata novae meus dicere vobis
Corpora. Di coepit, nam vos mutastis & illa, &c.*

nam neque per corpora ac per formas non partem compositi, sed totum compositum intelligi, notà Synecdoche; verumtamen non inaccipi formam Philosophorum more, prout inusitatum est constituendae rei, sed ut ex re constituta scilicet, & per quam id, quod est, esse res videtur: unde & speciei, & figurae, & faciei, & imaginis, & vultus aliisque eam nomenclaturis variare conuenit. Atque ut Lib. I. Fab. II. v. 73. per *formas deorum* nihil aliud significat quam deos: sic quod ibidem ait, v. 35. *magis speciem glomeravit in orbis*, idem est ac si dixisset, magnum glomeravit in orbem. & Fab. xv. v. 611. per *inactibus vultus* tantumdem intelligi vult, ac per *inactidem*. & unius sententiae sunt, quod de Perichyma concit, Lib. xii. v. 360. *Veritur in factum volucris*, & quod de Tereo, Lib. VI. v. 672. *Veritur in volucrum*: nec lib. VIII. Fab. II. v. 169. ullum est rei discrimen inter *genitum tanti juvenisque figuram* & *Minotaurum*, & *felix imago* Lib. XIV. Fab. xvi. v. 768. *solis vim ac potentiam implet*. Verum haec haecenus: restat enim tenuis etiam importunus Scaliger, & ad alterum verum fatidiosis quaerit, quid sit *et illas*, iteraque irrisoria Anaciplosi *et illas*, & quid aliud repetita quaestione illudens percunctatur. Quasi vero *et et ad illas* pertineat, & non ad *vos mutastis* repetitione Poetis usitata & concessa: cum oratorum ordo sit, nam & vos illas mutastis, ut invocationis cum Poetarum choro communis, sibi Metamorphoses scripturo propriam innotat cuius, quod Dii, Poetarum adiutores, etiam auctores sint Metamorphoseon. Quo fit, ut repulso Scaligero non modo non minuat mirari, sed etiam venerari progrediar divini Poetae incomparabile ingenium, qui paucissimis verbis & tam clare pro-

ponit, nec invocat modo, sed etiam invocacionis reddidit causam, & operis spatium, & processiois modum viamque desinit. Nunc (quod bene veritat) in Metamorphosis patefacto aditu, vulnera illa salutarum lectionum, quae tum scolorum audacia, tum bardorum inficitia Nasoni infligit, sanare experiemur. Libro I. Fabulà III. v. 91.

Poenae metusque aberant, nec Ope.
Varietas lectionis locum hunc malè affectum esse vel fuisse indicat. duae vero sunt lectiones praecipuae: una,

*nec vincula minacia collo
Aere legabantur: nec supplex turba timebat
Iudicis ira sui.* altera,
*nec verba minantia fixo
Aere legabantur Ope.*

quae si expolitio debent esse istorum, *Poenae metusque aberant*, posterior lectio veris elegantior est, sensu jejuniore: magis enim metus absentiam confirmat quam poenae; prioris melior est sententia, deterior phrasis: unde eam potius sic emendandam puto:

*nec vincula minantia collo
Aera liquabantur, ut vincula sit Accusandi, minantia Nominandi casus.* Fab. v. v. 135.
*Communemque prius, seu laryna felis & aurae,
Caustus humum longo signavit limite mensur.*

Hic praemonendum est, me, cum in numeris Fabularum editio Berimanni ab Heinsiana discrepet (quae mihi duae nunc editiones sunt ad manum) in Fabularum designatione usurum Berimanno. Notat ergo Berimannus in MS. legi *auras*, & sic sine dubio legendum est: at non, ut ille censet, ad Virgilianum exemplum patrio casu, sed casu quarto. Pefellit imperitos *et lumina* numero multitudinis, quasi id patim solem, partim auram respicere deberet: quod nec debet, nec necesse est. Quis enim dicat lumen aurae, cum aeri, in quantum mobilis ac spirabilis est, nulla sit luminis capacitas, sed quatenus est corpus rarissimum ac tenuissimum? Atque ego ne lumina quidem solis & aëris dixerim, ne aër etiam a se ac non à sole lumen habere videatur. Jam verò *lumina solis* pro sole Ovidiana phrasis est, quae potè uti voluit Fab. xix. v. 768.

*spatiansque ad lamina solis,
Per jubar hoc, inquit, & lib. IV. Fab. vi. v. 238.
Tendentemque manus ad lumina solis, & illa
Vim tollit invitas, dicentem.*

ut plus satis probatum sit, loco ad emendandum proposito legi debere:

Communemque prius seu lumina solis, & aurae.
in quam sententiam concinit Lib. VI. v. 350.
Nec solem propriam naturam, nec aera fecit.
Denique phras, *lumina solis & aurae*, simile est illud Virgilianum Lib. VI. v. 363.
*Quod te per coeli juvenis auras, & aurae,
Per genitorem oro.*

Fab. vii. v. 166.
Ingentes animo, dignas Jove concepit iras.
Alia lectio est *animos*, quam elegantior esse Heinsio assentior. & ei adstruendae laudat Berimannus illud ex Epist. Briseidis, vers. 85.

Vinc animos, iramque tuam.
Verum hoc Conjunctione contextum est, illud dissolutum, locutione parum Ovidiana, nisi quis Appositionem esse existimet, quod mihi non videtur; quando epitheta non sunt paria *ingentes*, & *Jove dignas*. & sanè aliud sunt animi quam ira. Ne multa, *animos* emendationis initium est, non emendatio, & legendum

Ingentes animos digni Jove concepit ira.
Nihil venustius, aut verius: ira animorum, sive spirituum, & animosarum cogitationum patens avidaque ultionis, quam Jupiter modibat.

Fab. viii. v. 217. *Es cum Cylleno gelidi praesata Iyesi.*
Hoc ergo, qui VIII. Aeneidos vers. 138. didiceram:

*Polis Mercurius pater est, quam candida Maja
Cyllenus gelido conceptum verice sudis.*
credidissim esse vitium typographicum, nisi Berimanni & Heinsii diversissimae editiones in eo concordarent. Et fateor sollicitatum me ad quaerendum, nuncubi praeterea, ut *Cyllenus*, ita etiam legeretur *Cyllenus*. sed haec ut irrita, sic supervacua fuit cura, cum aliae à me lectae editiones habeant, *Es cum Cylleno*. non sine redargutione dormitantiæ Homericæ amborum istorum. ead. Fab. vers. 230.

ego vindictae flammam

In dominum dignos everti tella penates.
Haec lectio est aliò vitio non laboraret, tamen propter tam ineptam Appositionem, *tella, dignos penates*, ferri non posset. itaque emendare conati sum,

In dominum dignoque everti tella penates.
sed hujus emendationis fundi ac subscriptores non extricabunt se hac difficultate, quomodo Lycioni domo sua obruto surgendi copia superet. Vidit & evasit hae faleras Ciofianus, seu quis alius repperit Lectionis tertiae, versu non pro Ovidiano candore:

In domino dignos everti tella penates.
hic tamen sensu optimus esset, nisi & sensu & compositione verborum melior foret Ovidianus, cujus me, ut reor, promum exhibeo:

ego vindictae flammam
In dominum dignos everti plecto penates.
atque haec emendatio talis est, ut, nisi argumentis lectiones convellerem falsas, & veras rationibus confirmarem, vix ex ingenio esse crederetur. Verum de hoc quisque ut volet. Ego marte meo lo.

Fab. II. vers. 39. *admitti pariter Caphisidat madas,
Et nondum liquidas, sed jam vada nota lecanites.*
et Et nullus est nec necessitatis, nec ornatus.
ideoque Ovidium scripsisse arbitror: *Ut nondum liquidas, sed jam vada nota lecanites.* Italia,

Y Y Y Y Y 2

31

ut quaedam, sic non manifesta videtur
Forma potest hominis.
Ead. Fab. vers. 386. Detque sibi veniam, pavido ro-
gat ore, paratque
Lacere iactatis maternas offibus umbras.
Verisimilis est scriptam fuisse, caraque, quam
ex allusione pavido paratque captatam elegantiam.
Fab. XII. vers. 425.

Plurima cultores versus animalia glabris
Inveniam: & in his quaedam modo coepa per ipsum
Nascendi fratium; quaedam imperfecta, sicutque
Trunca vicinis humeris, & eodem corpore saepe
Altera pars viciit, rudis est pars altera tellus.
An non coepa & imperfecta idem dicunt? opinor.
Quae ergo dicuntur, quaedam modo coepa, quae-
dam imperfecta? Et quid est, Trunca humeris, cum
ne quadrupedum quidem, nedum reptilium hu-
meros dicamus, sed armos? velut de Hippomene
& Atlanta, dum in leones convertuntur, in-
quit, Ex humeris armi fiunt. Et cur potius trun-
ca humeris quam aliis membris? Lectio fideli-
ta ac negatoria. Tu corrupta sic restitue:

— & in his quaedam modo coepa per ipsum
Nascendi fratium; quaedam imperfecta, sicutque
Trunca vicinis humeris, & eodem corpore saepe &c.
Nata, pro coepa, glossama est. numeri sunt partes
& membra, ut Lib. VII. Fab. I. vers. 125.
Utque hominis speciem maternis sumit in alveo,
Perque suos intus unumquos componitur infans,
Nec nisi maturus communitur exit in auras:
Sic &c.

Fab. XIII. vers. 510. moderantius, ero,
Curte, fugamque inhibe; moderantius insequar ipse.
edit. Basil. insequor, quod magis placet.
Fab. XIV. vers. 545.
Ergo, pater, inquit, opem, si flumina numen habetis:
Qua nimium placui, tellus, ais, hisco: vel &c.
Vitiu manifestum, quod non tam à Berimanno
quam ab Heinsio non animadversum sibi mirari.
Quorum enim in altero versu, ais, cum in prio-
re, inquit, antecesserit? Gratia & honor editio-
ni Basil. quae habet, aut hisce. Nimirum Daphne,
ut ne veniat in Phoebi potestatem à patre precu-
tur, ut sibi auxilio sit, aut, si hoc pater non pos-
sit, à Tellure impetratum vult, ut haec sibi de-
hiscendo vel formam mutando subveniat.

Ead. Fab. vers. 552. Ora cacumen habent.
Quemadmodum non diceret, pes habet radi-
cem, sed radix habet pedem; sic neque dixisse
purandum est, ora cacumen habent, sed habet.
Fab. XVII. vers. 676.
Hic agit, ut pastor, per devia rura capellas,
Dum venit, adductas.

Lego abbasias, id est, ut Lib. II. Fab. XIV. vers.
68: loquitur, Arte sua abbasias, adductas ineptrum
atque insulium est.
Fab. XVIII. vers. 694.
Ortygiam studis, ipsamque colebat
Virginitate deam.
Hoc falsum est. non enim in Ortygia, sive Delo,

venatu se exercebat, sed in Arcadia. dices Orty-
giam pertinere ad Deam, pertinet verò: infer
ergo vim structurae verborum, & versus hoc pa-
cto dissolve: Colebat Deam Ortygiam studis &
ipsa virginitate. ipsam cui rei est? an vitium vi-
des, quod omnibus adhuc libris insidens unius vi-
litate literae tot censorum acumen sefellit? est
me quidem nunquam sefellit, & primo ad speciem
legendum vidi:

ipsaque colebat
Virginitate deam.
Ead. Fab. vers. 711.
Atque ita disparibus calamis compingens ceras
Inter se junctis nomen tenuisse puellae.
An Deum tenuisse? An tenuisse absolute positum
est, ut apud Quintilianum, Tenuit consuetudo?
Mibi per omnia cogitationem versanti nec te-
nuisse, nec, quod quidam habent libri, mansisse
aridet, & tenuisse, quod Ovidianum puto, uni-
que antepono.

LIBRO II.

Fab. VI. vers. 385.
Officinamque negat mundo, satis, inquit, &c.
Lego, Officinamque negans mundo, satis, inquit, &c.
Sic Lib. III. Fab. VI. vers. 262.
— Tum linguam ad jurgia solvit.
Profeci quid enim toties per jurgia i dixit.
Lego, solvens, quod ex Mfct. annotavit Beismannus.
Fab. X. vers. 555.
Virginitatque tribus gemino de Cecrope natis
Servandum dederat, sed enim inconfessa quid esset;
Et legem dederat, sua ne secreta viderent.

Multa in his suspecta sunt. Primum si Cecrops
geminus fuit, ut Horatianus Pollux, cur frater
ejus adeo in obscuro later, ut nec nomine notes
sit? Et quis lucidissimum Poëtam mutavit Deus,
ut ex ignotae antiquitatis profundissima nocte Epi-
theton vellet accedere? Deinde, sed enim inconfes-
sa, usque eo versum pronuntiatu lenium ac diffi-
cilem facit, ut, quemadmodum Seneca Philoso-
phus loquitur, aliquid supra mensuram trahere vi-
deatur. Postremò dederat, his positum, repetitione
ingratum est. Quamobrem non verebor emenda-
re, primum, generoso Cecrope natis: alterum, sed
non confessa: tertium, & legem addiderat: Non con-
fessa habent quidam libri, sed asserendum ac vin-
dicandum est. Cum igitur in non litera o parte
sui exolevisset & relictuus esset punctum hoc modo,
n. n. confessa, n. solita abbreviandi ratione vultu
enim, & reliquum visum est inconfessa.

LIBRO III.

Fab. I. vers. 30. Est specus in medio &c.
sibi conditus antro.
Martius anguis erat.
Lego, quo conditus antro, neque enim aliud est
antrum quam specus ipse, ac si rite recordor, sic
habet Edit. Basil. sed sive habet, sive non, sic

legendum est. Quando Virgilius quoque sic amat
loqui, ut Relativum ab Antecedente abstrahat, &
cum alio Substantivo, quod prius repraesentet,
per omnia construat ceterorum Adjectivorum mo-
re. ut Lib. I. Aeneid. vers. 191.
Constitit hic, arcumque manu, celerisque sagittas
Corripuit, fidus quas tela gerobas Achates.
& Lib. VII. vers. 477.
Arte nova speculata locum, quo littere pulcher
Insidiis curisque seras agitabat fidus.
Fab. VI. vers. 266.
— & mater, quod vix mihi contigit uni,
De Jove vult fieri.

Lectio sensu perplexa atque impedita, & quam
citius juverim emendatione quam explicatione
evolverim. tamen, quid sibi velit, rimandum est.
At Jovo vix sibi uni contigisse, ut de Jove fieret
mater. Ergo, quod vix uni contigit, alteri non
contigit. At hoc falsum est; nam & Ió, & Cal-
listo de Jove pepererant. An igitur, quia uni
non contigit, quod uni contingere debuit, is ad-
versus Semelem indignatur? Et quae in eo Seme-
les culpa? sin id tantum exaggerat, quod Seme-
le de Jove se matrem factum in sperat, quod vix
fuit ut ipsa fieret, cum tamen sit divum regina
Jovisque & soror & conjux; non uni legendum
est, sed,

quod vix mihi contigit unum.
Ipsi quoque melius legas quam uni.
Fab. XI. vers. 609.
Sponte sua patuisse fores, lapsasque lacertis
Sponte sua fama est, nullo solvente, catenas.
Patendum est Ovidium hic dormitasse, si quidem
sic scripsit: nam nullo solvente planè otiosum est:
velut si dicas, sponte sua patuisse fores, nullo
aperiente. Sed humanius atque decentius est in
librarios culpam rejicere quam notare Poëtam,
qui scripsisse potuit,

lapsasque lacertis
Innoctis fama est nullo solvente catenas.
Ead. Fab. vers. 715. ruit omnis in novum
Turba furor: cunctas coeunt, trepidamque se-
quuntur:
Jam trepidam, jam verba minus violenta lo-
quentem.
An legendum? cunctas coeunt, nunquam sequuntur.
Jam trepidam, an? rogemque sequuntur. trepidam-
que sequuntur, Jam trepidam mihi parum placet.

LIBRO IV.

Fab. VII. vers. 277.
Daphnidis Idas, quem Nymphas pellicis ira
Constitit in saxum,
Non Daphnis Nympham pellicem habuit, sed
Nympha habuit pellicem, cujus causa Daphnidi
offensa cum in saxum verit. Neque enim pel-
lices oderunt viros alienos, quibuscum consuecunt,
sed maritae, & quae maritarum loco esse volunt,
oderunt pellices, & pellicem ergo viris impoten-

tissimè irascentur; quod graphice ut nihil supra
Seneca expressit Hercules Octavo Actu II. Igitur in
nostro scribendum:

quem Nymphas pellicis ira.
Lib. I. vers. 744.
Officioque pedum Nymphae contenta dnorum.
Fab. VIII. vers. 375.
— vult si quis conducat cortice ramos.
Crescendo junxi, pariterque adolescere cernat:
Heinsius cernit: melius quidem, verum ego qui
magis magisque cogitavi, eo amplius confirmatus
sum in sententia corrigendi:
vult si quis conducat cortice ramos
Crescendo junxi, p. a. cernat. non enim necessariò
sequitur, ut qui ramos cortice conducit, etiam
simul crescere videat, cum coalitionis auctor pos-
sit non esse spectator; at id quod est, spectare ali-
quem posse, nihil impedit. Cortex porro urus-
que esse generis Quintilian observatio est ex Vir-
gilio.

LIBRO V.

Fab. I. vers. 111.
Tu quoque Lampetide non hos albidendos ad usus &c.
Heinsius & alii, Japetide. edit. Basil. Japetion. At-
que ex hoc dici potest, quomodo formetur Pa-
tronymicon Japetionides, Lib. IV. Fab. XVI. vers.
631. attributum Atlanti. Quod dum ab Japetus
derivatum volunt, ajunt longius à forma recessisse.
Non enim ab Japetus proximè descendit, sed ab
Japetion, quod ab Japetus Diminutivum est, si-
cut ab Euryion Eurytion; ab Jafus Jafion: Quae
nihil aliud sonant quam Primitiva. Euryion
apud Propertium Lib. II. Eleg. 24. vers. 31. Ja-
fion apud Nostrium Lib. IX. Fab. XI. vers. 424. Ceterum
ut hic moneam, quod me supra fugerat,
non Japetionides legendum est, sed Japetionides:
nimis enim immanis esset licentia, in uno nomine
& syllabam occusu vocalium brevem productè ef-
ferre, & derivatione productam breviter. At ex
Vocali consonantem fieri non insolens est, ut
apud Sulpitium: Nec trimetro Jumbo, rō Jumbo
duabus syllabis constat, & mihi jam non succurrit
locus, ubi in antiquo Poëta legi, Japetionia s-
runt. denique Japetionides ab Japetion factum est,
sicut ab Amphitryon Amphitryoniades, à Telamon
Telamoniades, ab Helicon, Heliconiades, &c. sed
quis erit modus Animadversionum, si ad quam-
libet emendationem velim tam multa?

Ead. Fab. vers. 150. conjurata undique pugnans
Aemina. ego puto à Poëta scriptum fuisse, jurata-
que, & à scitolo mutatum.
Fab. II. vers. 186. nec citrà mota, nec ultrà est.
Forte, nec citrà mota, nec ultrà est.
Fab. VI. vers. 406.
Perque lacus alios, & oleivina sulphure ferunt
Stagna Palicorum, rupta serventia terra.
Reprehendit hoc in Ovidio Dioneges, quod oleiv-
ina construxerit cum Auferendi, non cum Accu-
lan.

fandi casu: bis iniquus: nam neque Ovidius hoc fecit, & si fecisset, haberet & duces, & comites, quorum auctoritas plura esse debet Grammaticorum regibus: docem atque auctorem Propertium IV. Eleg. 7. vers. 32.

Cur flammæ nardo non olere meas?
comitem atque imitorem Valer. Placem Lib. IX. vers. 347. *Sensitari nec myrrina corpus Achivi, sed pice, sed flammæ, & olentes sulphure crines.* Sed, ut dixi, alter Ovidius, qui non scripsit *olentia sulphure*, efficit enim *olentia & serpens* duo epitheta, & quidem Participia unius substantivi *flammae*, sed

Perque lacus altus, & olei in sulphure fertur,
Stagna Palæstræ rupta esse.

LIBRO VI.

Fab. I. vers. 17.

— nec fallas soliti vestes spectare juvenat:
Tunc quoque, cum serent, tantus decet affuit arti.
Distinguo. *serent* (tantus decet affuit arti) *serent*. &c. *serent* à *Pallade doctam*.
Ead. Fab. vers. 47. *subitusque invita notavit*
Ora ruber, rursusque evanuit.

forte, *subitusque evanuit*, quod lepidius videtur.

Fab. III. vers. 201. *tu satis prætere satis.*
Equis est emunctæ naris lector, cui subolere non debeat locum corruptum esse in *satis prætere*? Namquis iratus, propter aliquid fieri præcipiens, dicat *satis prætere*? Equidem aut nihil mihi creditur licet, aut hujus loci emendatio ostendet, quantum in Critico multæ lectioni præter ære judicium. Igitur Ovidiani autilitatis auctoritate legendum edico:

tu oris arctæ satris, laurumque &c.

Oræe dandi casus est, & per contentum sic vocat Latonam, quod ipsa apud liberos hinc verbis conqueritur:

& me, quod in ipsam retidat, oriam
Dicit. quod nisi hic dicit, nusquam dicit. Deanis inita, vers. 274.

Quæ medi Latini pepalum summeverat aris,
& videtur mihi *tu aris &c.* esse permissio ironica.
Ead. Fab. vers. 203.

Quodque licet tacito venerantur marmure Numen
Latonæ, turba quantum distabat ab orba,
Tantum animosa sui furis agitata dolenti,
Indignata Dea est.

Tertium verum, ut rudem & minime Ovidio dignum, avdacter excludendum censet Naugerius & Beriman. à MS. & libris abesse notavit, nec habet Heinſius. Mihi vero neis quidem, qui hunc proxime antecedit, Ovidii esse videtur; sed ambo duo inserti ab illo nescio quo fallario & alieni operis si biflore, per occasionem nominandæ Latonæ, cum ea per Numen intelligeretur; non tamen talis, quin colore suo se prodant, ut inter *olens* errent, aut inter

olentia Linguarum ty lambina hordacanthus.

Quemadmodum in similem impotorem facere tu-

sit Martialis. Lib. I. Ep. 54. Nam quid est *turba quantum distabat ab orba*? An orbium quam parentium major turba est? Ne hoc fuit Deus, ut tam male agatur cum genere humano. Deinde an Latona non magis indignata est quam quantum ab orba distabat? Immo vero orbitatis factum convicium non summa indignationis est, sed pars & opinione divinitatis amittenda inopinis commovetur.

Quapropter ratum fixumque sit legi debere,
Quodque licet tacito venerantur marmure Numen,
Indignata Dea est.

Ead. Fab. vers. 181.

Passere, ait, satique pro tua pectora lucta,
Corque sereni satia, dixit: per funera sistem
Effert, exulta.

Hic locus videtur impugnare correctionem meam Lib. I. Fab. XIV. vers. 545. ubi in uno versu legatur *inquit*, in altero *ait*: quando hic quoque ad *ait*, in altero versu sequitur *dixit*. Immo vero correctionem illam meam propugnat; quandoquidem etiam hic, *dixit*, mensuratum est. Nec sic verbis Lucretii; *pacatum nitenti diffuso lumine coelum*, ut Lectori Ovidiano locus hic emendatione mea collustratus videbitur:

satique meo tua lumina lucta,
Corque sereni satia, vixi: per funera sistem
Effert.

Pro *pectora* repolui *lumina*: esset enim Tautologia *satia pectora, corque satia*: & libro IX. Fab. III. vers. 177. correctioni meae similiter loquitur:

— specta crudelis ab alio,

Corque sereni satia.

Fab. VI. vers. 406.

Concolor hinc humerus nascendi tempore dextro,
Corporisque fuit.

Hic *humerus* in quibusdam melius legi jam olim observavit Naugerius, ut Heinſio substat, qui vulgatum sequi errorem quam bene mentem audire maluerit.

Fab. VIII. vers. 499.

Ut volvere ambæ, voluisti tu quoque Teren.

Hic præstandum est, me, qui multos ex Ovidio adulterinos versus exturbare ac velut turba movere necesse habeam, non id temere facturum, sed tam denum, si quis erit tam vel ineptæ sententiæ, vel locutionis insullæ, ut nec commoda expositione, nec probabili emendatione locum tueri possit, & omnino talis, ut orationem illo ejecto aptius cohaerere appareat. Qualis est, quem modo habemus in manibus, nec ed ubi legitur, neq; ab usquam conveniens, neque etiam is, de quo adoptatio laboramus. Hoc video, non solum, si omittatur, orationem constare, verum etiam fieri concinniore hoc modo:

— comitem lacrymis commendat ebrietis

Hæc ego, tunc gaur, &c.

Ead. Fab. vers. 306.

Uique hæc pignus dextræ utraq; pepigit.

malam utriusque &c.

Ead. Fab. vers. 514.

Esultatque, & vix animo sua gaudia differt.

Versus, sive animo sit Dandi, sive Ausferendi casus, sensu ineptus, & quem si non alunde, vel ex comparatione colligi poterat, non esse Ovidii.

LIBRO VII.

Fab. I. vers. 115. *subit ille, nec ignes*
Scepit ambulat.

Lego, *senit*, sensu legendi nulla est causa, cum Arne proderit, Scithona vocat. Sed hæc neque inter Speradas, nec inter Cycladas nominatur: & ut maxime sic legi posset, tamen adhuc oratio inconnexa vinculum requireret. Galchius vero Canterus, studiorum humanitatis non plebejus adjutor, in Epitome, quæ Metamorphoseon perpetuitatem & abruptum narrationis flammæ coherenti serie decurrentis repræsentare voluit, ab Arne proderit ait Paron: quod ne esse dubitatur, attestatur ipse locus, qui sic quàm levissimâ correctione antiquum decus recuperat:

Ead. Fab. vers. 155.

Somnus in ignotos oculos ubi venit.

Basil. edit. *Somnus in ignotos oculos pervenit.*

Ubi supervacaneum est, cum præcesserit *postquam*, & ibi rectius legas quam *ubi*. *Ignotos* porro videri possit active positum, ut apud Nepotem Agellæo, c. VIII. quod exemplum citatur in Thesuro Fabri: & apud Plantum, Pseud. IV. 2. 39. *notis prædicat*: sed verius est legendum, *innotuit*. ut apud Senecam Medea Actu III. de eodem dracone, vers. 472.

Somnoque jussum lumina immoetum dare

Insomno monstrum,

quemadmodum ibi Lipsius in vetusto MS. elegantius legi animadvertit, & *lumina immoetum* explicat inconniventem, & apud hunc ipsam eadem est phrasia Libro II. Fab. VII. vers. 302.

Immoetumque oculos in se sine suo tenentem: ut emendata lectio futua sit:

Somnus in immoetos oculos pervenit.

Fab. II. vers. 186.

Sopitæ similis nullo cum murmure serpit:

Quomodoque hic versus fingatur ac resingatur, nunquam mihi persuaderi poterat esse Ovidianum. Occasionem illi supponendo præbuit versu superiore *pro serpente* Nomen visum pro Participio. Et piget refutare variarum lectionum ineptias, ex quibus nihil discimus, nisi secundum esse fomen errori.

Ead. Fab. vers. 222. *subiectaque Thesala Tempus*

Deposuit, & cretis regionibus applicat angues:

Heinſius & alii, *vixi*. Berſin. tuetur *cretis* ex MS. suo & Ciosani. Mihi pro *cretis* legendi videtur *cretis*.

Fab. XXI. vers. 394.

Sed postquam Coicis arsit nova nupta venenis,

Flagrantemque domum regis mali vidit: utroque

Sanguine rutorum personatur impius ensis.

Non credo hæc esse sincera. Nam ad *vidit* ex orationis contextu intelligenda est nova nupta, seu Creusa, ex sensu Medea: ita alterum alteri obstat, & ea sunt secundi versus verba, ut eorum expositio cum personæ Medæe, tum Creusæ profus disconveniat. Quæ igitur loco affecto medicina? Jovis consilio cuncta prius tenenda, sed immedicabile vulnus ensis recidendum est. Tolle secundum versum, & bene erit: sequitur, vers. 302.

Utique se male mater Jovis effugit arma.

Magis placeat, mala mater.

Fab. XXIV. vers. 464.

Marmoramque Paron, quamque impia prodidit Arne
Sithonis accepto, quod avara pepigerat, auro:
Mutata est in avem.

In loco emendationis indigo non deest copia variæ lectionis; sed ipsa copia facit, ut quid legas nescias. Argumentaris, ut sic dicam, quicumque is est, ad Ovidii fabulas, Insulam, quam Arne proderit, Scithona vocat. Sed hæc neque inter Speradas, nec inter Cycladas nominatur: & ut maxime sic legi posset, tamen adhuc oratio inconnexa vinculum requireret. Galchius vero Canterus, studiorum humanitatis non plebejus adjutor, in Epitome, quæ Metamorphoseon perpetuitatem & abruptum narrationis flammæ coherenti serie decurrentis repræsentare voluit, ab Arne proderit ait Paron: quod ne esse dubitatur, attestatur ipse locus, qui sic quàm levissimâ correctione antiquum decus recuperat:

Marmoramque Paron, quamque impia prodidit Arne
Sithonis, accepto, quod avara pepigerat, auro,
Mutata est in avem.

Sithonis est gentile Thresia.

Fab. XXV. vers. 542. *Acer equus quondam, magnæque in salvere samæ,*

Degenerat palmae, veterumque oblitus honorum

Ad præcipite gemit morbo morturus inertis.

Qui degenerat, per gradus degenerat, equi autem, quos subito morbus corripuerat, quasi unâ plagâ effecti erant degeneres, nec morbo correpti ad palmam currere poterant, unde legendum apparet cum Basil.

Degener, & palmae, veterumque &c.

Ead. Fab. vers. 580.

Membræque pendentes tendunt ad sidera cœli.

Versus absurditatis plenus. primum quod *membræ tendere* obscœna phrasia est. deinde quod cum per *ad præcipite* oratio Participii absolvetur. Verbo affectus suos trahenti nullus est locus. Adhuc fieri non potest, ut qui iassa lumina supremo versant motu, vires habeant brachia ad cœlestia tendendi, cum supremus oculorum motus aliud consequi possit nihil quàm exspiratio: ut item Lib. VI. Fab. III. vers. 246.

simul suprema jacentes

Lumina vesarunt, animas simul exhalarent.

denique *pendentes tendunt* arguit sterilitatem ingenii, quo relinquatur versus Ovidii non esse.

Fab. XXVII. vers. 671. *cum quis simul ipse refedit.*

Adspicit Aetliæ.

Pro maxima distinctione minima ponenda est, nam *simul* est simul ac.

LIBRO VIII.

Fab. I. vers. 122. *nec mater imagine tanti*

Lusa tua est: generis falsa est ea fabula: venim,

Et seris, & captis &c.

Os pili, & sacros imbrat divellere vultu.
 Fab. III. vers. 70. *Quae vultu nefas.*
 Melius videretur, *Quae vocat.*
 Ead. Fab. vers. 83. *Longae quoque brachia curae*
Esse patet rames.
 Melior sine dubio est lectio: *portantque brachia*
veras. Sed cum codices diligentissimi Ciotani

Mihi quidem *longior* non placet; sed emendatio
 Mureti nimirum à scriptura recedit. medio certis-
 simus ibis:
facitque his dignior Ajax.
 Fab. II. vers. 194.
Diversaque mites, nitidumque Crimen ensem,
 Inter sidera nullae ubi. Lego:
Diversaque orbes.
 Ead. Fab. vers. 332.
Urgue tui mihi, sic sit tibi copia nostri.
 Veris hinc loco ineptus, nec est verbum quo sa-
 stentetur; & Muretus jam olim delendum censuit,
 ut qui in libro Vaticano non reperitur.

LIBRO XIV.

Fab. VIII. vers. 264. *Exaltata estque Tertia.*
 Cur non *Exaltataque Tertia*, quod nitidius esset?
 & fortassis fuit, ut Lib. VI. vers. 43.
Tum Dea, venit, ait; formamque rimevit amilem,
Palladaque exhibuit.
 Fab. IX. vers. 209.
Illius virtus reges gentesque subegit.
 Verus hic neicio quomodo aures meas non im-
 plet, & exilimo fuisse: *illa eius virtus.*
 Fab. X. vers. 351.
Pendit & ipse metu trepidus Teatrymius heros.
 Quomodo etiam Ceyx metu trepidus pendet,
 cum Pelus, cujus res agebatur, non trepidet, sed
 plane incertus famulum quidquid apporet enar-
 rare jubet? Et quae trepidationis causa, cum
 armentarius non periculum, sed cladem nuntiet,
 in qua major est dolor quam timor? Denique
 cum in sermone duorum personae sint, *Hic, &*
Ille, quo tertia persona Ceycis, nisi ad oratio-
 nem perturbationem. Tolle igitur versum, & ex
 relore orationis junctura Ovidii non esse con-
 stabit.
 Fab. XIII. vers. 643.
Ille in lunam, saxumque, nudaumque, trabemque,
Quaeque carum animo, fallaciter omnia transiit.
 Eximiam esse vitium Typographicum, nisi
 demissis quoque sic haberet: unde admonendum
 est, *transfers* legi debere, non *transiit*.

Fab. I. vers. 23.
Nec medicare mihi, sanisque hinc vultura manda:
Fineque nil opus est; partem ferat illa caloris.
 Fineque primo statim intuitu corruptum apparer.
 Lego:
Frigeat nil opus est.
 Ead. Fab. vers. 30.
Dignus erat ulro poterat certeque regari.
 Verus, quomodo cumque interparatur, pame-
 rudis & vix tolerabilis in puero, qui verus pri-
 mum facere incipiat, nedum talis, ut adhiberi de-
 beat consummato Poetae: Verum quam aperte
 mendosis, tam correctu difficilis, & cujus veram
 emendationem vix ausim polliceri, sed verae
 proximam, & tantisper placitum, dum qui
 probabiliorem attulerit:
Dignus eras ulro ponti à consorte regari.
 Pontis consors Ovidiana phraus est, ut Epith. Boetio-
 dos, vers. 47. *Consorsiter generique nequique, & Epith.*
 Sapphus, vers. 29. *Altaeus consors patriaeque siveque.*
 Sed protecto ipsa phraus & scripturae utraeque
 propinquitas me inducit, ut, quod praeficim di-
 ctum sit, nihil veris aut felicitis in Ovidio me
 emendat exultimem.
 Ead. Fab. vers. 58.
Ter novies carmen inagis denunciarat ero.
 De hujus lectionis veritate fateor me dubitare:
 propterea quod ter novies esset vicies septies: qui
 numerus in incantationibus veneticarum incogitatus
 est. At cum Glaucus libro superiore extremo
 vers. 932. de se referat:
Et purgante nefas novies mihi carmine dicto, &c.
 Ter novies non intelligendum est vicies septies;
 sed pro eo, quod est, ter vel novies, ut dicitur
 ter *quater*.
 Fab. V. vers. 169.
Hanc mihi ni poter domus est; libatione carina:
 Lego, *Hanc mihi si poter domus est; libatione carina:*
 Nemye si domus libatione poter est mihi hac
 carina. Achaemenides ipse de se apud Virgilium
 Aeneid. III. vers. 617. *Suum parva ex libaca.*
 Fab. VII. vers. 325.
neque adhuc testasse rei aures
 Quinquennem poterat Grajos quater edere pugnam.
 Locus ad Aeculapii sanum spectare manifestus, &

LIBRO XVII.

Fab. I. vers. 24. *Quae pars est parte Troiae*
Novissimum credant, quia necunia fecerat urbis.
 malum fecerat.
 Fab. III. vers. 132. *Glabroque adversa redulto*
Ter quater era eius capulo carna tempora pulsat.
 Fonte, Viri, & carulo.
 Fab. VII. vers. 624. *Sili Telamone creati,*
Lobretaque sui tuncque fidacia laudat.
 Lego. *Sili Telamone creati*
Laertaque.

LIBRO XVIII.

Fab. I. vers. 24.
Arma regate mihi, facitque longior Ajax.
 Muretus: *ferat hanc ut dignior Ajax.*

in quo sanitati restituendo multi laborarunt, sed
 parvo profectu. Optime quidem horum, qui leg-
 unt:
neque adhuc testasse per annos
 Quinquennem poterat Grajos quater edere pugnam.
 Verum ut sensum attingunt, ita verbis deficiunt,
 vel potius secedunt: nam & incerta locutio est,
 poterat testasse Grajos edere: nec Graecus ad Grae-
 cum putandus est dixisse Grajos, ubi nullae erant
 partes, vel alii, qui etiam quinquennale certamen
 ederent. Hic tamen tam periculose aeger, ac prop-
 ter conclamatus, ope nostra convalescere vulgabitur,
 si ad emendationem nostram doctorum consensus
 accedat, legendum esse:
neque adhuc testasse per annos
 Quinquennem poterat Grajos quater edere pugnam.
 pro *seram* facit illud Senecae Herc. Fur. vers. 830.
Quantus Elcum ruit ad Tomantem,
Quinta cum saorum revocavit aestas,
 Si quis tamen Grajam, vel potius Grajam, ma-
 lit, non admodum repugnaveim.
 Fab. IX. vers. 464.
neve haec commenta patietis:
 Admonitio quamquam luctus renoventur amari,
 Perpetiar memorare tamen.
 Non solet Ovidius, ut nemo solet, orationem
 alicui attribuire absque *ait*, vel *inquit*, aut simili
 formula. unde mihi suspicio primum incidere,
 versum excidisse, quo talis formula contineretur;
 sed attentius consideranti visum est accessit quod
 quaerimus, sed mutatione corruptum: Nemp-
 cum oratio concepta fuisset *divandis*, & tamen
 desiderari quispiam annotasset, ut apud Virg.
 Aeneid. II. vers. 12.
Quamquam animus meminisse horret, &c.
 adscripta vox in ordinariae locum invalit. Quae
 animadversio dum labefactetur mea, lectionem
 tenebo:
Admonitio quamquam luctus renoventur amari,
Perpetiar memorare, inquit.
 Fab. XV. vers. 657.
tantoque potentior, inquit,
 Omnibus et Nymphis, quas continet Alloba ripis,
 Sive virginei sive libate pudoris.
 Notat Berim. esse libros & MSS. & formis excu-
 sos, in quibus legatur *peritor*: ex quo mihi legen-
 dum videtur, *peritor*. novè fortassis, sed aptissi-
 mè, & eadem formâ, qua fecit *cognitus* in ora-
 tione Glauci ad Circeam. Porò cum duo versus
 sequentes à multis editionibus absint, ut alterius
 quam Ovidianae monetae, mihi hemistichion,
 Alteri eruendo non sum hodie, & tamen spero me
 cum Deo eras vel peraeque aptiorem fore. Atque
 ecce, quod defectum tantisper suppleat, dum nec
 pro vero defendi, nec pro falso excludi potest,
 melius eo, cui succedit:
tantoque peritor, inquit,
 Omnibus et Nymphis, quanto tua mala mariscis.
 At versus *Sive virginei &c.* ineptus est, nec pro

Verummo, qui eam, cujus virginitati strebat in-
 fidias, à virginitate laudare non debuit.
 Fab. XVII. vers. 827.
Pulchra subit facies, & palmaribus altis
Dignior est, qualis trabeani forma Quirini.
 Distinguo. *Dignior, est qualis.*

LIBRO XV.

Fab. I. vers. 25.
Postea disculant pariter somnusque Deusque,
 An igitur Hercules expectavit, donec somnus
 diceret? Hoc absurdum est. An Hercule haec
 eloquio mox somnus abiit? Hoc necessario relin-
 quitur. Quid ergo est. *Postea*? si nihil est, quis
 Ovidianum dixerit? At verus, qui proxime an-
 tecedat, cum Ovidii sit, sed non hujus loci, to-
 tus locus hoc modo constituendus est.
patrias ego desere sedes,
Et peto diversae lapidesas Aegaris nadas.
Surrexit Alconides.
 tum infra vers. 33. ubi legitur:
Et, nisi parvum plura & graviora minari:
 Legend. est:
Ac ni parvum, multa ac mentenda minari.
 Nam cur Hercules Mycelo plura & graviora mi-
 naretur, cum adhuc nihil illi mali accidisset? At
 postquam Hercules minari coepit, tum verò My-
 celus perimuit. Haec mea est sententia, & qui-
 dem adeo certa ac fixa, ut si à viris doctis impu-
 gnata fuerit, futurum sit, non me ut pudeat mei,
 sed ut temporum nostrorum misereat.
 Fab. II. vers. 138.
Unde fames homini vultorum tanta ciborum est?
Ande est vestri genus à mortale?
 In quibusdam *immortale*, & est omittitur: quo
 moveor, ut legendum exillimem:
Unde fames homini vultorum tanta ciborum,
Ande est vestri genus à mortale?
 Fab. III. vers. 216. *Fuit illa dies, qua femina tantum;*
Speque hominum primas, matrisque habitavimus alve.
 In *matrisque* Enciclica supervacua est. Lego *matris*,
 quod & caesura, & sequente aspiratione locum
 tuetur.
 Fab. IV. vers. 272.
antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina profluvit, aut celsitata residunt.
 Legend. videtur: *antiqui compulsa tremoribus orbis*
 Fab. VII. vers. 277.
Et Mysum capitique sui, ripaque prioris,
Poenitusse ferent, alia nunc ire Caycum.
 Oratio hinc. Lego, *aliquae exire.*
 Virg. VIII. vers. 74.
Quae te etiamque lacus miserantem incommoda nostrae
Fonte tenet, quocumque solo paludatissimus exit.
 Fab. XIX. vers. 319.
 Cui non audita est obsecrans Salmacis unda.
 Hic locus videtur nonnullos decepsisse, ut cre-
 derent crescentia in *idi* vel *idos* etiam habere Ge-
 nitivum parilyllabum: ex quibus est Lotichius pri-
 mo.

